




Ector Boet
Historia
Scotorū












BOETHIUS (Hector)







SCOTORVM

Historiæ a prima gentis origine, cum aliarum & rerum & gentium illustratione non vulgari: præmissa epistola nūcupatoria, tabellisq; amplissimis, & non pœnitenda Isagoge quæ ab huius tergo explicabuntur diffusius.



Quæ omnia impressa quidem sunt Iodoci Badii Ascensii typis & opera: impensis autem Nobilis & prædocti viri Hectoris Boethii Deidonani: a quo sunt & condita & edita.



FARRAGO OPERIS

huius seu quæ in hoc continentur opere.

De Scotorum insignibus & historia ad illustrissimum eorūdem Regem Iacobum Quintum Carmina.

Epistola ad eundem operis nuncupatoria cū quibusdam aliis in operis commendationem.

Catalogus Regum Scotię cum indice eorumdem historię.

Regionum Scotię, Angliæ & vicinarum nomina & prisca & recentia ad historię illustrationem.

Isagoge ad eandem rem pertinens in qua hæc insunt capita.

Scotorum regni & locorum eidem annexorum mirabilia.

Scotorum prisci & recentes mores.

Regum Britanniæ maioris, quæ nunc Anglia dicitur, Compendiosa series.

Regum Scotiæ per singulos versus Catalogus.

Rerum & hominum ac familiarum in tota historia illustrium index seruata literarum serie q̄ amplissimus.

Erratorum inter imprimendum emendatio.

IN HISTORIÆ AVtem libris. XVII. hæc sunt præcipua.

Scotorum origo, noméculatura, & ab Ægypto vsq; per Hispanias, Hiberniam ac Hebrides in eam Albionis regioné, quæ nunc Scotia dicitur appulsus, faustusq; aduentus.

Ductorum, Regum, principum, procerum & populorum Scotię magnifica gesta & varia ac periculosa bella: in Britones, Romanos, Pictos, Danos & Noruvegos.

Pictorum origo, gesta, & per Scotos exterminatio.

Britonum origo, varia bella, ab Romanis subiugatio & a Saxonibus expulsio.

Saxonum in Britanniam excitorum successus amplissimi.

Anglorum post Saxonum aduentum gesta.

Prodigiorum & illustrium vel sanctitate vel doctrina virorum cum exacta temporum supputatione commemoratio.

Conciones autem, orationes, cōsultationes, epistolę magnis de rebus & responsiones tam crebræ vt nescias an in alio vllo plures sint opere & tam appositę vt dubites an vsq̄ appositiores: quas in Cōcionis vocabulo manifesto qui volet comperiet indicio.





P. ROSSETI POETÆ

Laureati De insignibus Scotorum Regum Carmen.

TErra viris belloq; potens clarissima rebus
Scotia, quam toto oceanus disiungit ab orbe
Vnam hominũ extremam, sed primam viribus vnam.
Aureus hic lato circundatus vndiq; sulco
Campus inardescit: medio rubet acer & ingens
Regni insigne decus leo terret fulminis instar,
Extremamq; leo gentem sceptrumq; tuetur,
Sternere pugnantes, vel regno arcere paratus.
Ille caput primosq; pedes extollit in altum
Fultus postremis: & glaucos asperat vngues:
Et linguam horrifico faucesq; ostendit hiatu:
Vimq; parat cauda quatiens immania terga.

Hunc circum supraque rubent noua lilia sulco.
Aurum ingens & opes seruat gemmasque latentes
Custodisque sui miratam robora gentem.
Hunc metuũt multum Libyci (mihi crede) leones,
Vri etiam arctoi, & saltu leopardus opaco
Lilia rapturus, lapsique a montibus vrsi
Hunc metuunt, audentque nihil contingere fures.
Hic longe insomnis fines & littora cernit:
Non struit insidias: sed quas sibi forte parari
Nouit, vi superat collecta acerrimus ira,
Perque feras inferre, virumque per agmina sese
Audet, non metuit numerum aut venabula lęsus:
Vulnera dant animos lęso: se dantibus vltro
Blanditur, lęditque fremens, reprimitque rebelles:
Hinc sibi rex Scotus virtutum nobile seruat
Exemplar, viresque sequens animũque leonis,
Subiectosque fouet solitus frenare superbos.

IODOCI BADII

Ascensii Ad Illustrissimũ Scotorum Regem
Iacobum Quintum, in Hectoris
Boethii Historiam Commendatio.

Hectorias artes qui Marti adiudicet omneis
Erret, & est Clius Hector hic arte potens.
Scilicet historię Liuique decus patauini,
Lacteaque ad Scotos transtulit eloquia.
Nec minus antiqua repetens ab origine, stemma
Ducit adusque atauum Rex Iacobe tuum.
Proinde potes laudem magnorumque acta parentum
Iam legere, & quę sit gloria perspicere.
Æquiparansque tuos per facta insignia patres,
Munire ad cœlos fausta per ora gradum.
Quoque magis fidas genesi & felicibus astris,
Rege Britannorum ducis vtroque genus.
Iuppiter ergo bonus faxit, diuique fauentes,
Per te claudatur Martia porta tuis.
Palladięque artes vigeant, Scotisque retenta
Cecropio studio floreat alma fides.
Amen.

AD ILLVSTRISSImum Scotorum Regem Iacobum quintũ Hectoris Boethii Deidonani in eiusdem gentis historiam. PRÆFATIO.



RÆCLARE nec minus vere a Platone illo philosophorũ facile principe, scriptũ legimus. Iacobe rex illustrissime, nõ nobis solum natos nos esse, sed partim parẽtibus partimq; amicis atq; nõ minimã nostri partẽ sibi citra iniuriam vẽdicare patriã: quippe quę suauissimas huius aurę vitalis nobis dederit primitias. Itaq; quũ eo semp aĩo in patriã fuerim, vt qbus possem conatibus illi pdessem, referrẽq; p mea virili gratiã, amicorũ præsertim hortatu cũ aliorũ tũ maxime Reuerendi in Christo patris Gauini Dumbar Aberdonẽsis episcopi viri optimi optimeq; de repu. meriti. Q᷑uis eñ longe imbecilliorẽ, ac qui tantũ oneris sustinerẽ me cognoscerẽ: tamẽ qa operępreciũ me facturũ existimaui, si quãtulocũq; ingenio hortatibus eorũ obsequerer: aggressus sum gẽtis nostrę lõge oĩm vetustissimę historiã a primordiis ei9 cõscribere, opus arduũ atq; difficile, & qđ sũmo ingenio parẽ reqrat eloquentiã. Quam licet in me nequaq̃ agnoscã: immo q̃ longe absim ab ea intelligã, tñ lectitãdi libros quosdã, quos raros antehac qspiã viderat, opa maxime clarissimoꝝ viroꝝ, Caleni Cãpibelli comitis Argadię, & Ioãnis germani ei9 viri clarissimi & a Thesauris tuis fidelissimi facultatẽ nactus nefas esse ducẽs tãta rerũ ppĺi nostri monimẽta in obscuro latere, nolui id ptinacius recusare: quãtũq; potui annixus sum, ne cuius aures fœda vsq̃ barbaries graui9 offenderet: atq; si summã nõ attingerẽ eloquẽtiã, ne tñ extreme barbar9 cẽserer. Q᷑ si qspiã post me existet orieturq; q cũ ingenii felicitate (qđ in me eqdẽ exiguũ fateor) tũ tẽpoꝝ bonitate, q̃ renascentibus iã studiis vbiq; reflorescũt, melioribus q̃ ego disciplinis institutus stilo longe cultiore hęc descripserit meoq; operi claritate igenii sui tenebras offuderit gaudebo equidẽ ac publicę vtilitati aggratulabor tales ac tãtos nobis aliqñ cõtigisse scriptores, quales ipsa rerũ magnitudo mereat. Interi tñ nõ oino hui9 mei laboris fructũ pdidero, q quasi syluã quãdã quã ex variis vndiq; authorib9 cõgessi, post me scripturis reliquerim, vñ materiã desumẽtes ingeniis eã suis excolãt: idq; vni mihi debituri sint, qđ ego vnde hęc mutuaui vniuersis. Porro q sunt ex qbus hanc historiã collegi, ne inanibus verbis fidẽ mihi arrogare videar, paucis explicabo. In primis nõ minimã sibi partẽ Corneli9 Tacitus vẽdicat,

vir cuius eloquētiā eruditionēq; monimēta satis declarāt. Verū quū apud suos magnę authoritatis fuerit, & hostis nobis in gratiā nō nihil Iulii Agricolę soceri sui ac suoꝝ, res i Albione gestas cōscripserit haud paruā & fidē habēdā duxim9 in iis quæ vltro nobis ꝓspera bo naq; cōcedit. Neq; eñ verisile est hostē hostib9 cū suorū detractatiōe 45 amplā rerū gestarū gloriā vbi nihil opus est tribuere. Quāobrē non nūq̄ illi9 fidē nostratiū fidei ꝑtulim9: in illis videlicet, q̄ nulla corru ptū cupiditate syncęriter de nobis mēorię tradidisse ꝑspexim9. Sūt ꝑterea iter Romanarū rerū scriptores Eutropi9, Paulus Diacon9, Æ lius Spartan9, Lāpridius, & Claudian9 poeta eloquētissim9, tū He- 50 rodian9 & Strabo, quoꝝ hic Geographiā, ille octo imperatoꝝ vitas gręce magna eloquētia cōscripsit. Ad hęc inter neotericos Anto. Sa bellic9 historiograph9 nequaq̄ cōtemnēdus, & Platina. At inter Bri tānicę historię cōsarcinatores, Galfredus, Ioānes a Vadobou, Vvil- helm9 & Captonus. Insuꝑ Frossardus q gallica lingua eadē enarra 55 uit, ipse quoq; venerabilis & virtutib9 & eruditiōe Beda vtriusq; gē tis, tū Anglicę, tū Scoticę breuiter historiā cōplexus est. Nr̄ę vero gē tis peculiariter res gestas edidere. Veremūdus Archidiaconus S. An dreę natiōe Hispan9, q ab exordio gētis historiā latine vsq; ad Mal- colmi tertii cognomēto Cāmoir tēpora (cui & ipsum opus dicauit) 60 cōtexuit, Turgot9 S. Andreę Ep̄s, Ioānes Cāpusbellus, quos tres ma gnis laborib9 nr̄is (auxiliātibus quos mō diximus viris clarissimis) ex Iona Insula ad nos cōportādos curauimus. Ad hęc Abbas Æmo nię isulę qspiā (nā nomē ei9 haud additū est) postremo multis virtu tibus suspiciēdus, Vvilhelm9 Elphinstoū Ep̄s Aberdonēsis auo tuo 65 regnāte regni cācellari9, ac patri tuo intimus cōsiliarius oīq; eius re gno a secretiori sigillo: cui nos qcqd est fructus, quē his nr̄is asseque mur sudoribus, oē semel debemus, vt q primus diligēti idagine quū oēm ꝓpe Scotiā ꝑlustrasset, si quo in loco reperire posset vetus vllū rerū nostrarū monumētū, ac qcqd repertū erat in lucē velut e venis 70 silicū igniculū extraxisset, tandē ex Iona insula gustum quēdā modo Veremūdi ac reliquorū percipiēs, patrię amore & si grauissimis di- stringebat̄ negociis, tn̄ tantū laborē subire haud veritus, historiam scribere exorsus est. Quā nisi magno rei literarię, atq; adeo reipu. nr̄ę dāno, a fatis ꝑuēt9 ipfectā reliqsset, statuerat iā tū Aberdonię in Re 75 gali collegio magno literarū icremēto ibidē extructo, seruādā depo nere. At si cui mirādū videt̄ quāobrē nusq̄ in tota isula apparuerint descripta illoꝝ viroꝝ opa: si in mēoriā reuocet, quātā toto regno nr̄o stragē lr̄arū oīm Eduardus pri. Angloꝝ rex ediderit, quātaq; amētia ꝑ sacra ꝓphanaq; debacchat9 sit, nihil vsq̄ itegrū relinquēs, imo nihil 80

non extremę internicioni inuolués, quum vesano furore exterminare oia vetustatis nostrę monuméta. Et in Anglorũ mores nos transformare in animo haberet, mirari ꝑfecto desinet. Quum & sacros ritus consuetudine ecclesiarũ Anglię, exustis ꝑ oẽs ecclesias Scotorum libris celebrare coegerit. Quãobrẽ nisi Fergusii secũdi sapientissimo cõsilio, Iona nobis eos seruasset omnis prorsus originis nostrę ac tãtarũ rerũ gestarũ, memoria inuidia quorũdã, aut temporũ edacitate obliuione obruta iacuissent. Is enim capta Roma, vnus ex ducibus, Forte quadã librorũ prędа potitus, haudquaq̃ aureis aliorũ pateris, lapillisq; quãtũuis preciosis inferiore, eam summa cura in Scotiã deportatã adhibitis custodibus extructoq; monasterio adseruandã in Iona dederat. Qđq̃ ob custodũ incuriam (quę temporũ illorum infœlicitati imputari debet) ignorãtiũ quẽ illic reconditũ seruarent thesaurũ, pręter erosa quędã fragmẽta illoꝝ nobis haud multũ, magno profecto optimarũ literarũ dispẽdio, reliqui factũ est. Sed de his hactenus, quãdoquidẽ frustra iam ea deperdita querimur. Neq; vero te Rex optime aut quéq̃ tuorũ qui hęc nostra fortasse lecturus est moueat, ꝙ in temporũ supputatione in qua vel probatissimi authores interdũ variãt: nostris scriptoribus in historię serie nõ vbiq; consentio. Ex illis enim cũ diuersissimi sint elegi externis authoribus min9 dissonos, quos potissimũ imitarer. Veremũdũ, Campũbellũ & inter primos Reuerendũ antistitẽ & episcopũ V. Elphinstoun. Sed neq; illud mihi vitio vertatur velim ꝙ illustriũ regni tui familiarũ cognomina aut locorũ nomina sępe vernacula nobis ꝑsecut9 sum lingua: id eñ placiturũ multis intellexi, & e re cõmuni fore in multis ꝓspexi. Cęterũ iam opere ad calcẽ auxiliante diuina gratia ꝑducto, circũspiciẽti cuinã potissimũ id dicãdũ esset, vnus mihi occurristi Iacobe rex idulgẽtissime cui cũ plurimũ voluptatis, tũ vberrimũ fructũ apparebat allaturũ. Nã quũ in ea adhuc sis ętate, qua ingenia iã disciplinarũ capacissima sunt: cognosces ꝑfecto ex hac historia nõ modo quę a maioribus tuis gesta sunt, qbusq; artib9 imperiũ hoc iã supra millesimũ octingẽtesimũ qnquagesimũ sextũ ãnũ retẽtũ est, externis nullis vnq̃ subditũ iperiis (q̃q̃ interim & ab Romanis, & ab Anglis grauissimis afflicti fuimus malis: tãtũq; nõ oppressi vix caput exerere potuerimus) verũ etiã collatis oĩbus exẽplis, ꝑterita cũ ꝑsentibus cõponẽdo, quonã pacto potissimũ ipse quoq; regnũ istud tuũ q̃ optime administrare debeas. Videbis. n. populorum regni tui oĩm mores tum acceptis quæ hic abunde suppeditantur exemplis, rationem in promptu semper habebis, quonam pacto vnũquẽq; in officio retineas, idq; tibi eueniet quod iis quos antiquitas laudibus tantopere

extulit & adhuc admiratur posteritas, qui peragratis variis regioni-
bus, multorũq; inspectis moribus, experiẽtia rerũ multarũ sapientes
vulgo sunt habiti. Quod em̃ illis multis sudoribus algoribusq; tãdẽ
euenit, id tibi huius lectione operis haud sine fœnore cõtinget. Neq;
enim quisq̃ vna hominis ętate tm̃ peragrare terrarũ, tãtũq; rerũ ocu 45
lis intueri queat, quãta hic gesta conspicies. Quæ res vt de rebus qui
buslibet ad rempu. ꝑtinentibus cõsulere prudẽter recteq; possis, vna
affatim efficiet: quippe quę malorum conatuũ pariter & bonorũ exi
tus demonstrabit, illoꝝ quidẽ fœdos fugiẽdosq;, horũ autẽ laudabi-
les & expetẽdos. Nec em̃ adhuc quisq̃ conspectus est, q rei turpi atq; 50
inhonestę innixus nouas res tẽtare ausus est, quin idẽ turpẽ habuerit
exitũ: nec reges modo, sed multo etiã magis, q immoderata potentia
elati ex nobilitate aduersus reges suos insurgere nõ sunt veriti. Quæ
si vniuersi nõ oscitanter perpẽdant principes, fieri haud poterit, quin
reipub. semꝑ cõmodũ cũ suo cõmodo ꝑ honestatẽ coniunctũ velint. 55
Cęterũ quẽlibet nihilo plus, quibus rationib9 respu. administrari de
beat, q̃ quiuis ex plebe infima sciẽtẽ. reipu. gubernacula sumere, per-
inde est ac si quis nũq̃ mare exꝑtus, nec fluctus vnq̃ tẽpestatũ cõtem
platus, nauẽ ingressus maximã, sibi clauũ ac gubernacula permitti
postulet, qui nec quo, nec qua, nec ꝑ quę pericula eã ducere debet co 60
gnitũ habeat. Nec vero minimę tẽpestates gubernãtib9 respublicas
oboriũtur quotidie. Eas igitur præuidenti in aliis, eorumq; ꝑiculo sa
pienti salutẽ tibi quęrere liceat, nec eisdẽ impingere scopulis quib9
illisos iã antea aliquos cõspexeris. Oim em̃ virtutũ pariter & vitiorũ
innumera hic exẽpla inuenies. Fortitudinis quidẽ (nã vitia qm̃ ea si- 65
ne dolore cõmemorare nequimus ꝑterire libet) qualia aliis in rebus
publicis haud facile reperias, vt si parẽ semꝑ viribus prudẽtiã nostri
habuissent: haud dubitẽ asserere, nullã vnq̃ gẽtẽ factis illustriorẽ fu
turã fuisse. Q̃ꝗ̃ nec defuerũt sapiẽtissimi pariter & fortissimi in va-
riis fortunis viri, quos ipse legẽs cognosces & quidẽ vberi9 q̃ si pau 70
cis nũc eos ꝑstrinxero. Religionẽ vero & pietatẽ summis semꝑ stu-
diis, quũ ante cęteros lõgo tẽpore ãplexi fuissent, etiã supra q̃ cęteri
coluerũt. Eximia. n. ꝑpetuo veneratiõe sacerdotes ac verbũ diuinũ do
cẽtes cõplexi, nũq̃ a fide catholica desciuimus, nullãq; hacten9 foui-
mus heresim. Quãto aũt in ꝑcio apud nos iustitia fuerit, hoc vno sa- 75
tis manifestũ est, res olim vulgo & ꝑ noctẽ etiã ꝓponi ante ędes sole
re ac sine custode relinq̃. At de continẽtia quid satis digne dici pos-
sit, quam alius nunq̃ populus tam diu retinuit, nec illius inimicam
voluptatẽ tam ægre admisit. Verũ proh superi! quãto eã serius re-
cepimus tanto nũc maiori cõplexu arctiusq; retinemus, quasi id sarci 80

re damnũ velimus, qđ superioribus tẽpestatibus ea exclusa ꝑ victus parsimoniã tẽperãtiãq; accepisse nobis videmur. Sed id si corrigẽdũ vnq̃ est nõ meli9 fieri posse crediderim, q̃ si regni primates ac ꝓceres, vt suo exẽplo populũ huc induxerũt, ita hinc denuo reuocẽt. Atq; vtinã id aliqñ videam9 qđ patres nostros tã admirãdos reddidit vt vno cibi genere cõtẽti, quas naturę rebus vires addidit iis puris vtamur, nullis eas corrũpẽtes cõdimẽtis, famẽ videlicet per exercitia optimũ ciboꝝ condimẽtũ adferẽtes. Qđ si fiat haud equidẽ desperẽ ea nobis aliqñ recuperatũ iri corpoꝝ robora qbus Romanũ imperiũ, orbem pœne terrarũ suo subiectũ nomini habẽs nõ sustinuim9 modo, sed & fortiter repulimus, immo haud parua ex ꝑte excidimus. Illãq; pugnãdi perseuerãtiã reditura vna sperem qua Saxonũ vim in Albionẽ ingruẽtẽ cõpescuimus. Verũ illa dũ volet deus qui largit9 est reddet. Sed ad historiã nostrã redeam9 quã maiestati tuę ꝓcupio esse q̃cõmẽdatissimã. Nã si id impetrabo vt eã prima fronte non respuas velisq; horis aliqbus succisiuis aures illi tuas accõmodare, quo tꝑe lusibus reliqui operã dãt, aut aleã pestẽ vnã aularũ oĩm perniciosissimã summo suo periculo, ac tꝑis rei preciosissimę iactura tractãt, aut etiã honesta corporis exercitia meditãtur, tãtũ videlicet reliquis suꝑuacuis rebus substrahẽs quãto regẽ plus cęteris sapere oportet: equidẽ audeã meo etiã periculo polliceri non minorẽ, immo maiorẽ etiã animi oblectationẽ hac in re te percepturũ q̃ aut improbi ex nefanda voluptate, & etiã probi ex honesta animi recreatione ꝑ corporis exercitia assequi soleãt. Quid eñ magis delectare põt, q̃ tẽporũ varietates, fortuneq; vicissitudines velut ex tuta specula intueri, q̃ etsi in experiẽdo nõ fuerũt optabiles, i legẽdo tñ sunt vel iucũdissimę? Quẽ eñ nostrũ nõ afficiũt duo illa regni nostri lumina, Vvilhelmus Vallas, & Robertus Brusius? quoꝝ ille quũ ex tenui qdẽ initio, ad tãtã sola animi corporisq; virtute potestatẽ peruenisset, vt Anglos iã tũ regionẽ nostrã pœne totã occupantes nõ expulerit modo, sed etiã ad eos rumores redeũtẽ ex Gallia Eduardũ Anglię regẽ cũ validissimo exercitu, solo etiã aspectu in fugã egerit, nulloq; repugnante vastã reddiderit oẽm eã Anglię q̃ Scotię adiacet orã: ac deinde rursũ tãtã ꝑ inuidiã suoꝝ iacturã passus simul cũ totius pœne regni interitu fuisset: tñ victoris recusans ferre iugũ, elegit ꝑ inuia ac deserta libertatẽ tueri potiusq̃ ampla tyrãni munera cũ seruitute amplecti. Hic vero quũ desiderio liberãdę patrię ad extrema redactus esset, vt desertus etiã a suis mẽses aliquot in antris latuerit, radicib9 ac herbis vitã durissimã ad spes meliores sustinẽs: nõ ita multo post, paucis adiunctis ad tãtã peruenit liberata patria gloriã, vt clarissimus supra inuidiã regum

omniũ euaserit. Multa sunt eiusmodi tum superiorũ (vt Carataci,
Galdi, Gregorii, Fergusii vtriusq; & cęterorũ) tum etiã recentiorũ,
egregia libertatis tutandę exẽpla: quę non tanta lectoris animũ vo-
luptate perfundũt, quãtũ imitatione sui ad similia audenda excitant.
Nam etsi etiã infœlices quorũdam in hac vita pręter meritũ fuerunt 45
exitus, ipsa tamen virtutis memoria & calamitatis eorũ cõmiseratio
iucunda nobis semper est aut grata. Fuere autẽ per singulas ætates
digni ob egregia facta immortali clarissimaq; memoria. Verũ quo-
niam maius illis bene faciendi q̃ scribendi dicendive studiũ fuit, aut
quoniã per tyrannos vasta nõnũq̃ vniuersa reddita sunt non perinde 50
illustres etiam nũc permanẽt, Fama pariter cũ corpore extincta com
plorataq;, Longius hęc prosecutus sum Rex clementissime haud ne-
scius quantis distringare negociis: sed quoniã haud mediocriter ad
regni salutẽ tuãq; gloriã pertinet vt memoria perenni digna perage
re semper velis, haud importune ea me in mediũ allaturũ existimaui. 55
Erunt autẽ procul dubio post secula nostra qui vitam tuam moresq;
(modo te superi nobis diu conseruent, quod optamus incolumem)
posteritati tradituri sunt, tanto quidẽ fœlicius quãto maiori spe per
totũ terrarũ orbẽ meliores literę reuiuiscũt. Atq; vtinã æque apud
nos quoq; vt in aliis regionibus vigerẽt, vt barbarie illa ferocitateq; 60
aliquãdo mãsuetioribus cicurata musis cultui simul virtutiq; dediti
viueremus. Id autẽ vt fiat in tua vnius potissimũ manu situ est, si &
doctos (quod facis) semper foueris, ac honoribus pręmiisq; nõ tam
quos domi habes q̃ ex alienis regionib9 tuũ in regnũ omni ex parte
peritos inuitatos affeceris. Id quod multos fecisse semper reges ac 65
etiã modo facere videmus. Neq; ẽn nostrorũ ingenia infœliciora ex-
perior, vbi eruditi adsunt pręceptores, q̃ quacũq; in regione. Sed fit
vt neglecta aut etiã corrupta flagitiis in quę effrenis adolescentia fa
cile ruit, vt ager incultus alioqui satis ferax, loco virtutũ, prouẽtum
adferant vitiorũ longe vberrimũ. Q̃ si igniculi illi aut semina quæ 70
a natura insita habemus bonarũ literarũ fomentis excitentur excolã
turq;, nõ minus celebres in hac nostra q̃ in quauis alia regione viros
mox cõspici sperem. Vnus enim ipse Democritus p̃ter multos quos
etiam hęc nostra vidit ætas abunde satis monstrarunt.
Claros posse viros & magna exempla daturos 75
Veruecum in patria, crassoq; sub aere nasci. Vale Rex Illustrissi-
me, & adolescentię tuę florẽ melioribus indies disciplinis moribusq;
increscentẽ ad maturã frugẽ Deus Opt. Max. perducere dignetur.
Datũ Aberdonię Kalendis Aprilis, Anno ab Natali Christi domini
supra sesquimillesimũ sexto & vigesimo. 80

REVERENDISSIMO

in Christo patri Iacobo a Betuun. S. Andreę Archiepiscopo & Primati in terra Scotia, natalibus claris orto eiusdemq; Regni Cancellario dignissimo, Hector Boethius debita cum reuerentia felicitatem.



Vę prisca Scotorum genti fuerit origo, quas sedes, quibus sub ducibus priusq̃ in Albionē venissent tenuere: quę post regnū ibi obtentū eorū gesta, qui mores, q̃ varia id regnū iactatū fortuna, quātis sudoribus longa regū serie retētū vt meā in patriā pietatē insigni aliquo declararē documēto in vnū volumen vtcūq; cōgesta, amicorū impulsu in lucē extuli. Siquidē ii q ab exortu nostrę gētis singula quęq; gesta memorię prodere conati sunt, demisse abiecteq; res narrantes, minus illustres & quales haud libenter legunt eruditi, reddidere. Vnde iusti scriptoris desiderio, in tenebris prope sepultę diutius iacuerūt. Hui9 erroris corrigendi, haud me fateor prouinciā suscepisse (id enim nō nisi perelegās atq; in dicēdo cōsummatus orator pręstare valeat) sed a rudi vetustate nihil cultū ac syncęrū reddere sueta abhorrēdo, gētis nostrę primordia quę nō ignorarēt posteri, vetusto more paulum honestius, asserēdi. Oratio enī prorsus inculta, facinus quātūuis egregiū atq; immortalitate dignū extenuat. Elegans contra, splendidum reddit mirificeq; illustratū. Qz si mihi ea duo essent quę in historico probato quęri solēt, prima, fides & eruditio: nō hæsitarem, haud ingratū quid legēti mea opera pręstādū. Verū quū eruditio desit, fidei ita adiuratus sum, vt nisi probatis deprōptū ex authoribus, aut grauissimorū testimoniis subscriptū, in pręsentia prorsus nihil memorię dederim. Cęterū Reuerendissime Pręsul, apud quē duo hęc fides & eruditio tāti sunt, quāti vix apud aliū quēuis, opus hoc vtcūq; est, illustrissimi Regis nostri Iacobi quinti dicatū nomini, tibi veluti æquissimo grauioribus in rebus iudici cōmēdatū velim: qui minus digna auditore reiiceres, honestiora siqua sint cōprobares, ostēderes adulescēti Regi, q̃ vtilis sit historię lectio, q̃ ad virtutē incitēt generosum animū, maiorū audita præconia, & q̃ retrahat a scelere nosse facinorosissimos quosq;, acerba pœna & infelici nonnunq̃ exitu, ingentia flagitia, numinis vltione luisse. Quę oīa ex historia Regem te indice qui prisca Scotorū gesta curiosius relegeris, inuestigaueris explora-

tius recentiora, libētius accepturum credimus, ꝙ ſuū genitorē, te tuo merito, ſemper feciſſe plurimi, & ī rebus ſeriis opera tua pſępe viſum intelligit. Enimuero, ꝙ Iacobus quartus Rex, inter pręſtantiſſimos orbis principes iure numerādus, arcanis cōſiliis regiiſq;, ſępe numero te acciuerit: ꝙ maxima reipublicę negocia, domi foriſq;, legationibus nōnūq̄ apud exteras gētes, tuo ductu peragi voluit: fides ſyncęra, cō ſtans ac perſeuerās in oēs beneuolentia (quas virtutes in te ſitas intellexit) effecere. De prudētia porro tua quid cōmemorē? Ipſa (qđ aiūt) abūde ſe pręedicat. Cui rei etiā locupletiſſimū adducit teſtimoniū tuū, quū de rebus arduiſſimis diſſereres, in conſiliorū, rationū, tēporūq; cōmoditatis dignitatis ac cęterorū id genus quę vel prudētē arguūt obſeruatione, ſingulare artificiū. Teſtis quoq; eſt ingenii tui viuacitas tanta, vt quū in primatū concione forte aliquid narras, res geri, nō narrari cūctis videatur. Cōplura de tuis in republica rite adminiſtrata turbulentiſſimo hoc tēpore quo regni cancellariatū (vt dicunt) geris, huc eſſem allaturus: niſi locus ille quo de Iacobi qnti eiuſq; genitoris principatu agetur ea ad ſe iure vendicaret. Cęterum Reuerēdiſſime pater obſecro, ne mihi Hectori qualicūq; tuo ſubiraſcaris, qui laudū tuarū vel tantillū auſim attingere. Nō eñ me fugit q̄ modeſto ſemper fueris animo, q̄q; vel laudatiūculā auerſari ſolitꝰ. Verū mihi vtcūq; venia danda erit, ꝙ nō niſi paſſim ab oibus prędicatū fas duxerim mihi meminiſſe. Vale ſemper felix, Ex regali Collegio Aberdonēſi, ad Kalēdas Maias, Anno ſalutis Chriſtianę ſexto & vigeſimo ſupra milleſimū quingenteſimum.

IDEM AD LECTOREM.

Accipe candide lector grato pectore de Scotorū hiſtoria ex nr̄is atq; externis authoribus collectū opus, nō quale res tāta expoſtulat ſed quale ipſe ꝓ ingenii modo dū a curis qbus pene opprimimur ociū fuit quiuimus pſtare. Nec vitio des obſecro ſi nō oia q̄ aut eruditi aut vulgares ſcriptores de nr̄a gēte memorię dederūt in hoc ope inueneris. Nulli eñ authori quātūuis doctrina & ingenii felicitate pollenti in rebus ſcribēdis cūcta cōpręhēdere datū exiſtimo, plurima a me omiſſa fateor partim rerū ignorātia, partim idiligēti earū indagine pſerti in familiis & viris illuſtribus q ex nr̄a gēte fuere nobiſq; ingentē attulere ſplendorē quales Sedulius, Leuinus, Iudocus, Villebrodus, Romaldus, Martinꝰ hiſtoricꝰ, plęriq; alii, enumerādis. Verū ſi quādo dabitur opus reponere vt cūcta rectius fiāt diligentiā exactiorē numine propitio) adhibituri ſumus. Cęterū exoratū te velim ne prius hiſtoriā legas q̄ eā mendis ſub prelo contractis vti adiecta in fine recognitio te docebit exactius purgaueris. Vale.

GVLIELMVS GORdonus illustri academiæ Aberdonensi. S. P. D.



Plurimum vobis gaudendum existimo studiosissimi viri quod nostræ gentis historia disertissimo stilo fideliter atque erudite conscripta ex nostra Aberdonensi literaria officina primũ prodierit in lucem. Non enim iam amplius maiorum nostrorum bene gesta, quorũ alia exterę gentes nobis ex professo inimici suppresserant, alia nobis gloriam inuidentes sibi adscripserãt historici scriptoris pœnuria (vt antea) delitescent. Quin potius nostrarum (verbo absit inuidia) virtus eo maiore mortalibus gloria cognita iam erit quo diutius aliena inuidentia iacuit oppressa. Author operis est idem qui & vestri princeps gymnasii Hector Boethius, vir in omni philosophiæ genere apprime eruditus, cui prouinciam tanti operis edendi, quo eximium honorem (statutum virtutis pręmiũ) toto orbe assequatur, iure credimus ad hoc seculum reseruatam. Neque dubito impręsentia vos (hoc enim vestrarum esse partium intelligitis) opus hoc ad vos nimirum peculiariter decorandum adornatum, adeoque & authorem grato pectore animoque beneuolo suscepturos, ad idemque cęteros hortaturos, quãdo quidem hunc Parhisianorũ, vel doctissimi inter non infima sua decora annumerant. Ego vero eo diligẽtius horũ vos cõmonui, quod is non solũ mihi pręceptor vt vobis, sed etiã auunculis illis meis Gulielmo & Iacobo Ogiluiis contigit: quibus si per fatorũ iniquitatem viuere licuisset, nescio quid nostra ætas (non ignota scribo) habuisset illustrius. Valete vel hoc vno opere clari.

SCOTORVM REGVM

Catalogus, quo tempore regnarint, quo fato diem obierint, vbi sepulti: & quo in loco sequentis historię, de eis fit narratio.

1 Fergusius primus Scotorum rex filius Ferquhardi regis Hiberniæ in Albione insula regnare incepit anno ante Christi seruatoris aduentum in carnem tricentesimo tricesimo. Britones vicit coilo eorũ rege ad coil seu kyl vulgari vocabulo cęso: quinque supra viginti annos imperium tulit, mortuus ad scopulum Fergusii Cragfergus vernacule in mari Hibernico ibidemque sepultus, cuius narratio incipiet Folio. vii. Ver. i.

2 Feritharis Fergusii germanus secundus Scotorũ Rex quindecimũ regnans annũ ferlegi ex Fergusio fratre nepotis insidiis cęsus re feliciter administrata interiit. fo. xiiii. ver. xxiii.

Mainus inter Fergusii filios natu minor religione insignis. Nam vt diis templa sacraq; ægyptiaco more fierent instituit: nouem supra viginti annos postq̃ imperauerat senectute confectus magis q̃ morbo rex tertius Scotorum fatum obiuit. Fo.xv. Ver.lxv. 3

Dornadilla Maini regis filius, quartus in Scotorum regum serie patri succedit. Is venatu plurimũ delectabať. Vnde & venatorias quasdam leges condidit: absumptus fato, octauo supra vicesimũ regni sui anno ad Berigonium est sepultus. Fo.xvi. Ver.xxxi. 4

Nothatus Dornadillę germanus, quintus inter Scotorum reges tyrannus ius sustulit, iniuria regnauit Douali brigantis coniuratione postq̃ viginti annos rẽ tenuisset Scoticã occiditur. Fo.xvi. ver.lxxx. 5

Reuther Dornadillę filius, sextus a primo Scotorũ rege in Nothati locũ sufficitur: breui inde Britonum armis regno pulsus in hiberniã fugit, vbi annos aliquot fuit: inde in regnum restitutus Britones vicit in loco qui adhuc Reutherdail ab eo appellatur: tenuit is Scotorum imperium sex atq; viginti annos, mortuus Berigonii: de quo fo. xvii. ver.xxxvi. 6

Reutha Reutheris patruelis post Reutherẽ septim9 a Fergusio Scotorum rex creatur. Is medicinę nouum vsum instituit rerumq; commercia ac salaria artificum ex frumento aut bubulina carne q non dum eo temporis erat pecunię signatę vsus, decimo quarto principatus sui anno regno se sponte abdicans abiit in vitam priuatam. fo.xx. ver.liii. 7

Thereus Reutheris filius post Reutham Scotorum octauus rex efficitur: flagitiosus totus qui populum in se conspirantem timens fugit in Britanniã vbi Eboraci turpiter consenescẽs est extinctus postq̃ duodecim annos tenuisset principatum fo.xxi. ver.xxxix. 8

Iosina Therei germanus nono loco Scotorum rex Berigonii salutatur, optimus princeps quatuor supra viginti annos tenuit feliciter regnũ Berigonii moritur. fo.xxi. ver.lxxviii. 9

Finnanus decimus a condito Scotorum regno summũ obiuit magistratum Iosinę filius, religioni deuotus Druidibus Monam insulam vbi primariam sacerdotii sedem esse voluit, erogauit: feliciter mortuus apud Berigonium sepelitur postq̃ triginta annos regnauerat. fo.xxii. ver.lxii. 10

Durstus Finnano patri successit in regnũ vndecimus Scotorum rex inutilis vndequaq; reipublicę: interficitur nobiliũ cõiuratione postq̃ nouẽ annos rei summam admidistrauerat. fo.xxiii. ver.xlii. 11

Euenus Dursti patruelis post eũ regnat eo nomine primus a primo Scotorum rege duodecimus, Pictos iuuit contra Britones, prelio vi- 12

ctis ad Pithlandię montes Toceothderath, id est furum indagatorē instituit Euoniū arcē nūc Dounstafage cōdidit: nouēdecim annos regnauit vita feliciter functus iuxta Euoniū terra cōdit. Fo.xxv.ver.xv

13 Gillus Nothus Eueni tyrānice occupat regnū Dursti familiā exterminare annisus, multos nobiles & inter hos quatuor regios adulescentes interfecit: Doualli tandem opera in Hiberniam pulsus interficitur, postq̄ duos annos regnauerat: erat is tertiusdecimus Scotorum rex. Fo.xxvi. ver.xi.&.xxiii.

Cadallus interrex.i. vacante regno gubernator. Fo.xxvii.ver.lxix.

14 Euenus secūdus Finnani regis nepos ex fratre Douallo quartodecimo loco Scotis imperitat Orcades tumultuātes compescuit Euernessam oppidū in Morauia & Enuerlothteā in Loquhabria condidit. Is septimūdecimū annū regnās fato est absumpt9. Fo.xxviii.ver.xiii.

15 Ederus Dursti olim regis nepos ex Dothano filio quintusdecimus in regū serie regnū ab Eueno per manus recepit: Cassibilanum Britonum regem iuuit contra Cęsarem Romanorum ducem, Cæsaris legatos audiuit, eius amicitiam noluit: inimicitias spreuit, motus Hebridianorum compescuit, moritur postq̄ octo supra quadraginta imperasset annos in campo Euonii sepultus. Eius tempore Britannia Romanis facta est vectigalis. Fo.xxx.ver.xlvii.

16 Euenus tertius qui eo noīe imperauit decimus sextus Scotorū rex Ederi filius omniū flagitiosissimus captus a suis in vincula cōiectus vbi tādē est necatus septimo sui principatus anno. fo.xxxv.ver.lxxv.

17. Metellanus Ederi nepos ex fratre Carrano decimus septimus rex Scotis imperitat omniū qui ad id tempus regnauerant modestissimus. Is Octauii Augusti amicus vocatus munera Ioui Capitolino misit Romam. Natus est Christus eo regnante. Pacificus rex omni vita: Nono anno supra tricesimum regni fatalem obiit necessitatem. Fo.xxxvi. ver.xlix.

18 Caratacus Metellani regis nepos ex sorore Eropeia in auunculi locum suffectus decimusoctauus Scotorū rex salutatur, varia fortuna cum Romanis sępius pugnauit a quibus tandem victus captusq; fraude nouercę Romam est perductus, liber postea domū missus magno ocio vixit, feliciterq; obiit Carectonii regni sui anno vicesimo Christi vero quarto supra quinquagesimū. Fo.xxxvii.ver.xxx.

19 Corbredus primus Carataci germanus decimonono loco Scotorum rex post fratris mortem declaratus multa incōmoda Romanis intulit plura ab ipsis recepit: facta tādē pace naturę paruit necessitati Anno principatus sui decimo octauo: humanę vero salutis septuagesimo primo. Fo.li. ver.li.

Dardanus Metellani pronepos Corbredo extincto vicesimus Scotorũ rex est effectus, facinorosus totus, occisus maiorum rebellione postq̃ quatuor regnasset annos: anno Christiano qnto supra septuagesimum. Fo.lviii. ver.lx. 20

Corbredus Galdus Corbredi superioris fili9 a Romanis frequẽter victus tandem eos tribus cruentissimis prędiis deuictos Scotorum Pictorũq; agris pepulit: Is vicesimus primus erat Scotorum rex qui Epiaci quintum supra tricesimum annum regnans vita perfungitur Christianę originis anno tertio supra centesimũ. Fo.lix.ver. lxx. 21

Lugthacus Galdi regis filius flagitiosus, omniq; aspersus infamia vicesimus secũdus Scotorum rex seditione suorum in consessu Euonii facto tertio suę regnationis anno cęsus est, Christi vero sexto supra centesimum. Fo.lxxvii. ver.xvii. 22

Mogallus Galdi regis nepos ex filia principatus initio inter optimos reges iure numerandus, Romanos bello egregie vicit: senex factus atq; mulierosus inexhaustę cupiditati operam dedit: occisus ad postremũ coniuratione suorũ tricesimo sexto regni sui anno, Christi ortus secundum carnem centesimo quadragesimo octauo: Fuit is vicesimus tertius Scotorum rex. Fo.lxxv. ver.l. 23

Conarus Mogalli filius patris auaritiam imitatus censum omniũ regum primus excogitauit rẽ Scotorũ genti insolitam: qua de re dignitate regia abdicatus in carcerem est deiectus. Vbi Argado viro nobilissimo regnũ patrum authoritate administrãte decimo quarto magistratus sui anno mortuus est, Christi seruatoris cẽtesimo supra sexagesimum secundum, Vicesimus quartus in regum ordine super Scotos regnauit. Fo.lxxx. ver.xxii. Post eum fit Argadus regni gubernator. fo.lxxxi.ver.x. 24

Ethodius primus Mogalli regis nepos ex sorore princeps bello & pace clarus domitis rebellantibus Hebridianis editisq; nõnullis venatorum legibus postq̃ tres supra triginta annos vicesimus quintus a Fergusio Scotorum rem tenuisset tubicinis fraude nocte est strangulatus, Anno nostrę salutis cẽtesimo nonagesimo quarto. Fo.lxxxi. ver.lxxi. 25

Satrahel Ethodii germanus crudelis tyrãnus ĩ nobiles plębeiosq; quartum annũ regnans vicesimus sextus rex Scotorum ab Aulicis nocte est cęsus, anno a Christi aduentu in carnem septimo supra nonagesimũ & centesimum. Fo.lxxxvi. ver.ix. 26

Donaldus primus, Ethodii germanus clementia mira pręditus mite ac moderatum egit imperium, Septimii Seueri Romani imperatoris qui Eboraci mortem obiuit vix cessit armis, primus Scotorum 27

regum Christi religionem professus. Primus itidem qui aurũ argengentũve inter Scotos signauit nummosq́ꝫ ꝑcussit, felicem exitum sortitus postq̃ vnũ ac viginti annos vicesimusseptimus a Fergusio Scotis imperitasset: anno a Christianę religionis ortu ducentesimo decimo sexto. Fo. lxxxvi ver. xxiiii.

28 Ethodius secundus, Ethodii superioris filius hebeti & inidoneo ad regnandum ingenio, pecunię omniũ cupidissimus: occisus est stipatorum tumultu sextodecimo magistratus sui anno, Christi domini ducentesimo vicesimo primo. Erat Ethodius octauus supra vicesimũ rei summę inter Scotos administrator. Fo. xc. ver. iiii.

29 Athirco Ethodii filius iniquus rei summę administrator coniuratos in se ob flagitia fugiẽs ne viuus in eorum veniret potestatẽ mortem sibi consciuit duodecimo imperii anno, a Virgineo partu ducen tesimo supra quadragesimum secũdum, vicesimus nonus Scotorum regum serie. Fo. xc. ver. xxxii.

30 Nathalocus tyrannus intrusus Argathelus origine, tricesimus a Fergusio rex q̃ꝫ tyrannice regnaret a Morauo quodam eius familiari vndecimo principatus anno est interfectus Christi secũdum carnem originis ducentesimo quinquagesimo tertio. Fo. xcii. ver. xx.

31 Findocus Athirconis filius tricesimus primus Scotorum rex decimo principatus sui anno insidiis Donaldi Hebridiani interiit. Vir ad magna modo fata permisissent, natus: fuit idem annus Christi originis secundum carnem tertius supra ducentesimum & sexagesimum. Fo. xciii. ver. xlvi.

32 Donaldus secundus Findoci germanus fratri, secundus supra tricesimum Scoticę reipublicę moderator in regnum successit. Cęsus in prętio a Donaldo Insulano eodem anno quo regnare cœpit. Foli. xciiii. ver. lxvii.

33 Donaldus tertius Hebridianus tyrannus regnũ male partũ dolo rapinis nobiliũ cędibus & similib9 flagitiis administrauit Crathlinthi Findoci filii oꝑa postq̃ duodecim annos tricesimus tertius a Fergusio Scotorum regnum tenuisset cęsus est, ducentesimo septuagesimo tertio circiter seruatoris anno. Fo. xcv. ver. xlviii.

34 Crathlinthus Findoci filius quartus supra tricesimũ a Scotorum regum initio creatus rex Vestmariam ac Cumbriam Carantii Britã norum regis nepotis sui ex fratre Findoco regno addidit vicesimo quarto principatus sui anno, Christianę pietatis trecentesimo vicesimo secundo morte est absumptus. Fo. xcvi. ver. xxx.

35 Fincormachus Crathlinthi patruelis ex Cormacho patruo Crathlinthi cũ Romanis varia fortuna pugnauit, pace ad extremum cum

ipsis facta postq̃ Scoticarum rerũ septem & quadraginta annos potitus erat fatis cócessit, Anno Christiano quinquagesimo octauo supra trecentesimum. Fo. cii. ver. xxix.

36 Romachus Crathlinthi regis nepos, ex fratre tricesimus sextus in Scotorum regum serie tyrãnus sęuissimus tertio anno regni sui nobilium coniuratione est interemptus. Fo. cv. ver. lxxiii.

37 Angusanus Romachi patruelis ei successit in regnũ. Is tricesimus septimus a Fergusio imperitãs Scotis; altero magistratus sui anno a Pictis est interemptus. Fo. cvi. ver. xxiiii.

38 Fethelmachus Angusani patruelis Scotorum regũ octauus supra tricesimum creatus Pictorum insidiis tertium annum regnans nocte est strangulatus. Fo. cvii. ver. lxiiii.

39 Eugenius primus huius nominis in Scotorum regum ordine Fincormachi regis filius a Romanis ac Pictis maximo Romano legato duce tertio magistratus sui anno in pugna interficitur, anno humani generis seruatoris trecentesimo septuagesimo nono. Fo. cix. ver. lii.

Scoti inde quatuor & quadraginta annis sine rege ad annũ videlicet Virginei partus quadringentesimũ vicesimũ secũdũ fuere.

40 Fergusius Secundus Erthi filius qui Eugenii regis nepos erat ex Ethodio fratre Scotorũ regni restitutor secũdus qui id nomen inter Scotos reges tulit post prælia varia fortuna cũ Romanis gesta demũ ab illis est occisus postq̃ nouẽ annos regno ꝑfuisset anno a Christianę pietatis origine tricesimo & quadrigẽtesimo. f. cxx. ver. lxxviii.

41 Eugenius secundus Fergusii filius patris in locum suffectus protenso regno deuictis Britonibus ad Adriani vallũ inde ad Humbrũ amnẽ Britones vectigales sibi fecit tertio anno principatus sui fatali necessitati concessit, qui Christo seruatori alter supra sexagesimũ & quadringentesimũ fuit. de quo Fo. ccxvi. ver. xlv.

42 Dongardus Eugenii germanus a Constantino Britonũ rege quinto imperii sui anno, & Christi quadringentesimo sexagesimo quinto pugna est interemptus quadragesimus secũdus, is fuit Scotorũ rex. Fo. cxxxv. ver. lvii.

43 Constantinus Dongardi frater facinorosus totus quantum frater regno addidit ignauia amisit, cęsus a nobili Hebridiano ob filię raptum decimoseptimo magistratus anno. Fo. cxxxix. ver. lxv.

44 Congallus Dongardi regis filius quadragesimus quartus rex bellum cum Saxonibus gessit a quibus primum victus inde eorum victor est effectus. Moritur vigesimum annũ regnans, in Iona sepultus Anno ab initio Christianę religionis primo supra quingentesimum. Fo. cxl. ver. lii.

45 Conranus Congalli germanus, hunc alii Goranum vocant, quadragesimo quinto loco Scotorum administrauit imperium, Arthurum aduersus Saxones iuuit. Cęsus est Enuerlouthee suorum insidiis quinto supra tricesimum anno sui principatus: a Christiani nominis ortu quingentesimo tricesimo quinto, atq; in Ionam elatus. Fo.clvii. ver.xxviii.

46 Eugenius tertius Congalli filius sextus supra quadragesimum Scotorum rex Modredo Pictorum regi in pugna qua Arthurus cęsus est aduersus Britones auxiliaris fuit anno tricesimo quarto sui magistratus & Christi octauo supra sexagesimũ & quingentesimum fatis absumitur Ionę inter principum monumenta sepultus. Fo. clxviii.ver.lxxix.

47 Conuallus Eugenii germanus in demortui locum quadragesimus septimus rex suffectus religionis ac verę pietatis cultor assertorq; decem annis Scotis imperitauit quibus exactis feliciter mortuus, Ionę diuo pręsente Colũba terra est conditus anno a Christi natali quingentesimo septuagesimo octauo. Fo.clxxii.ver.xvii.

48 Kinnatillus Conualli frater quadragesimus octauus inter Scotorum reges Fergusii locum tenuit secundo regni sui anno in diui Columbę sinu felicem animã exhalauit, Ionę regia sepultura humatus. Fo.clxxiii. ver.xxxii.

49 Aidanus Conrani regis filius a diuo Colũba insignia regalia authoribus patribus suscipiens Scotorum quadragesimus nonus rei summę administrator est declaratus. Saxones vicit pręlio. Columbę meritis beato fine postq̃ viginti septẽ annos regnauerat quieuit Ionę sacra inter regũ monumenta sepultus Anno Christi omniũ regis sexto supra sexies centesimum. Fo.clxxiii.ver.l.

50 Kennethus Keir Conualli regis filius quinquagesimus a Fergusio rex suffectus quarto mense Catarrho est extinctus atq; Ionę cõditus. Fo.clxxvii.ver.xliiii.

51 Eugenius quartus Aidani regis filius creatus Scotorum rex quinquagesimus primus a Fergusio postq̃ annos quindecim administrasset regnum feliciter mortem obiens in Ionam delatus est ad communem regum sepulturam Virginei partus anno sexcentesimo & vicesimo, ibidemq; sepultus. Fo.clxxvii. ver.liii.

52 Ferquhardus Eugenii filius in carcere in quem ob immania flagitia coniectus erat vim sibi intulit postq̃ quinquagesimus secundus Scotorum rex tredecim annos rem Scoticam tenuisset Anno a Christo nato sexcentesimo tricesimo secundo. Fo.clxxix. ver.ix.

53 Donevaldus quartus Eugenii filius quinquagesimo tertio loco

Scoticę gēti imperauit diuum Osualdum regem aduersus Saxones ethnicos iuuit: mortuus decimoquinto principatus sui anno Tao la cu submersus salutiferi partus sexcentesimo supra quadragesimum sextum. Fo.clxxx. ver.xxvi.

54 Ferquhardus Doneualdi nepos ex Ferquhardo a primo Scotorũ rege quartus supra qnquagesimũ successit ei in regnũ cruēta bellua ac inexhaustę auaritię in subditos, pietatis contemptor. In fine vitæ ad se reuersus criminũ pœnitens pręsente Colmanno pontifice feliciter diem obiit decimo octauo anno postq̃ Scotorum rem tenere in cœpisset: a Christiani ortus initio sexcentesimo sexagesi mo quarto: sepultus in Iona. Fo.clxxxii. ver.lxxiiii.

55 Malduinus Doneualdi Regis filius Scotorum regnum quintus supra quinquagesimũ a Fergusio administrauit, cœnobium & templum in Iona veteri demolito reędificauit: cęsus est is vxoris opera pellicatus suspicione vicesimo anno summæ administrationis suæ, qui Christianæ pietati fuit sexcentesimus octogesimus quartus. Fo. clxxxiiii. ver.ix.

56 Eugenius quintus Malduini nepos ex fratre Dongardo secũdum patrui mortem rerum inter Scotos potitus Egfridum Saxonũ Anglorum regē pugna postq̃ egregie vicerat quarto ab inito imperio anno vita est destitutus, Christi secundum humanitatem originis sexcentesimo octogesimo octauo, sepultus cum maioribus in Iona Tenuit is Scotorũ rem quinquagesimo sexto loco post Fergusium. Fo.clxxxiiii. ver.lix.

57 Eugenius sextus Ferquhardi filius: deinde ad Scotorũ peruenit imperium: bellum cum Pictis gessit varia fortuna decem annos regnũ tenuit: mortuus demum anno Christiano sexies centesimo nonagesimo septimo atq; Ionę maiorũ more elatus quinquagesimus septimus in Scotorum regum serie. Fo.clxxxv. ver.lxxv.

58 Ambirkeletus Eugenii quinti filius homo Gastrimargia libidine ac auaritia fœdatus ad bellum aduersus Pictos proficiscens incerto sagittæ ictu in castris interiit secundo magistratus sui anno, in Iona patrum monumentis sepultus. Fo.clxxxvi. ver.xxiiii.

59 Eugenius septimus Ambirkelethi germanus fratri in regnum succedens vt Scotorũ res memorię darentur curauit, ecclesiæ Christi cultor eximius: obiit fatum Abernethi postq̃ nonus supra quinquagesimũ in Scotorum principum serie decē & septem regnasset annos: atq; inter maiorum sacra monumenta Ionę est sepultus Seruatoris humani generis anno sexto supra decimum & septingentesimum. Fo.clxxxvi. ver.xlvi.

60 Eugenio septimo Mordacus Ambirkelethi filius in Scotorum regnũ sexagesimus a Fergusio successit rex: omni vita pacificus, iustus ac pietati deuotus, anno tãdẽ decimosexto summi sui magistratus fatorum necessitati cessit, qui fuit gratię annus septingentesimus tricesimus primus: in Iona sepultus. Fo.clxxxvii. ver.xl.

61 Ethfinus Eugenii septimi filius sexagesimo primo loco Scotorum regno admotus triginta annos tenuit imperiũ. Vir ad pacem & pietatem colendam natus: quibus emensis vltima naturę soluit. In Iona tumulatus Christi seruatoris anno circiter secũdo supra sexagesimũ ac septingentesimũ. Fo.clxxxviii. ver.xiiii.

62 Eugenius octauus Mordaci regis filius sexagesimus secundus in Scotorum regum serie primo magistratus sui anno optimum gessit principem. Inde in flagitia delapsus immania, infelicem sortitus exitum a suis in curia pugionibus est occisus: tertio imperii sui anno delatusq; in Ionam ad communem regum sepulturam ibidem terra est conditus. Fo.clxxxviii. ver.xlvii.

63 Fergusius tertius successit Eugenio octauo Ethfini regis filius facinorosus totus, cęsus coniugis opera ob pellicatũ tertio regnationis suę anno: humatus est in Iona tertius supra sexagesimũ Scotorũ rei summę administrator. Fo.clxxxix. ver.ix.

64 Soluathius Eugenii octaui filius quartus supra sexagesimum qui Scotorum rei summam tulit: magna dexteritate regnũ viginti annos postq̃ administrauit anno a seruatoris ortu septimo supra octingentesimum vita excedit, in Ionam Insulam regio more elatus. Fo, clxxxix. ver.lxxii.

65 Achaius Ethfini regis filius tenuit Scotorum rem post Saluathiũ sexagesimus quintus in regum ordine. Is primus Scotorum principum cum Francis & Carolo magno Romano tum imperatore fœdus icit. Felix omni vita secundum supra tricesimum annũ regno potitus emigrauit, qui annus partui virgineo nonus fuit supra decimũ & octingentesimum. Eius funus in Ionam ingenti piorum numero prosequenti est elatum. Fo.cxc. ver.lviii.

66 Conuallus Achaio patruelis ex Dongallo Ethfini regis fratre sexagesimus sextus in Scotorum regum ordine succedens quinquenniũ summa pace regnum administrauit postea fatali morte absumptus. In Iona regia pompa tum fieri solita traditus sepulturę. Fo.cxcviii. ver.xv.

67 Dongallus Soluathii regis filius Scoticarũ rerũ secũdũ Conuallũ vita functũ potitus: Pictis atq; Alpino Achaii filio iusto eorum regni hęredi deferre regnũ aspernati cũ fuissent bellũ idicit Spea amne dũ

copias contraheret interiit sexto regni sui anno: cuius funus idē Alpinus ingenti cum honore in Ionam extulit anno a Christo nato octingentesimo tricesimo. Fo.cxcviii. ver.xxiiii.

Alpinus Achaii filius post Dongallum regno admotus bellū aduersus Pictos continuādo ab eisdem captus in prelio capite est punitus quarto sui principatus anno . Erat Alpinus sexagesimus octauus Scotorum rex cuius funus in Iona insula inter sacra maiorum monumenta venerandi pontifices sacerdotesq; ex more composuerunt, ab orta Christiana pietate anno octingentesimo tricesimo quarto. Fo.cxcix. ver.liiii. 68

Kennethus Alpini filius nonus supra sexagesimum Scotorum rex patri successor Pictos frequentibus preliis victos prorsus deleuit Camelodunū solo æquauit, Scotorum regnū ad Northumbriam protendit, sanctissimas leges edidit : absumptus inde morte regum cōmuni sepultura Ione est conditus post rei summam viginti annos dexterrime administratā: Anno omniū salutis octingentesimo supra quinquagesimum quintum. Fo.cc.ver.xl. 69

Extincto Kennetho Donaldus quintus eius germanus in regem suffectus vir portentose luxuriæ intemperantiæ auaritieq;, quicquid Scotorum agri erat vltra Fortheam & Cludam amnes amisit. In carcerem a suis coniectus propria manu interiit sexto anno quam summum iniuerat magistratum, a natali Christiano octingentesimo sexagesimo: septuagesimus a Fergusio regiam inter Scotos gessit dignitatem. Fo.ccviii. ver.liii. 70

Constantinus secundus Kennethi regis filius pugna a Danis in Pictorum subsidium venientibus occisus est in Fisa ad Diabli specū (ita locum exinde vocant) postq̄ septuagesimus primus in serie regum tredecim annos rem Scoticam tenuisset a diue Virginis salutifero partu octingentesimo quarto supra septuagesimū Ione tumulatus. Fo.ccxii. ver.i. 71

Ethus Cōstātini germanus hebeti vir ingenio secūdus supra septuagesimum rex eiectus regni anno secundo in carcere interiit in Iona tamen regia decoratus sepultura. Fo.ccxiiii. ver.lxviii. 72

Gregorius Dongalli qui ante Alpinum regnauerat filius septuagesimus tertius a Fergusio omniū consensu rex appellatus, saluberrimas leges edidit: Christi ecclesiam libertate donauit, quod Donaldus quintus Scotorū regni amisit recuperauit: adiecit & Northumbriam, Cumbriam , & Vestmariam Scotorum imperio: Hibernicos bello victos sibi fecit audientes. Multis ergo egregie gestis insignis felicem vite exitum in Dovvndor munitione Gariothe regionis duo 73

deuicesimo regni anno est sortitus qui fuit natalis Christiani octingentesimus nonagesimus tertius: elatum est Gregorii funus maiorū more ad Ionam. Fo.ccxv.ver.lv.

74 Donaldus Constantini secundi regis filius sextus qui id nomen tulit inter Scotorum principes oppressus intestinis seditionibus vitam vndecimo regni anno finiuit. In Iona inter maiorum monumenta sepulturę traditur. hunc quintum illius nominis vocat historiæ series insularem Donaldum ꝙ regii sanguinis nō esset minime inter reges adnumerans. Fo.ccx.ver.lxxviii.

75 Constantinus tertius Ethi Alepidis filius quintus supra septuagesimum a Fergusio rem Scoticam tenuit. Is afflictis profligatisq́ꝫ suis copiis Anglorum armis ad Bronnyngfeld quadragesimo anno principatus sui, seruatoris vero ortus noningentesimo quadragesimo tertio regia abdicata dignitate monasticam vitā inter dei cultores qui in diui Andreę ędibus erant est professus vbi mortuus est atqꝫ sepultus. Sed aliquot post annis humo effossus Ionam ad cōmunē regum sepulturam est delatus. Fo.ccxxxiii. ver. x.

76 Malcolmus Donaldi filius primus eo nomine inter Scotorum reges insignitus, post Constantinū detonsum cœnobioqꝫ sacratum regnat a Scotici regni conditione rex septuagesimussext9: quindecim annos pacem coluit: cum Anglis fœdus iniit, cęsus paucorum coniuratione in Morauia ꝙ ius seuerius administrasset: sepultusqꝫ Ionę Christiani cultus ab origine anno noningentesimo quinquagesimo nono. Fo.ccxxv. ver.xiiii.

77 Malcolmo defuncto Indulphus Constantini tertii filius loco septuagesimo supra septimum in regnum subiicitur a Danis bello petitus nono regni anno haud procul a Cullane in Boina regione est cęsus anno post seruatoris natiuitatem sexagesimooctauo supra noningentesimum: atqꝫ breui inde in Iona tumulatus. Fo.ccxxvii. ver. xvii.

78 Duffus Malcolmi regis filius octauus ac septuagesimus in Scotorū regū serie inde imperat Scotis, pius in deū atqꝫ in homines iustus Forres Donevaldi cuiusdam insidiis nocte occisus, corpus eius ad Killos: Vbi a percussoribus absconsum sex menses latuerat, quo tēpore nec solis nec lunę Scotorum agris splendor conspectus terra effossum in Ionam deportatū, post iusta peracta pompa funebri traditum est sepulturę anno eius regni quinto, hominū salutis noningētesimo septuagesimo secundo. Fo.ccxxvii. ver.lv.

79 Culenus Indulphi regis filius regū Scotorū septuagesimusnonus facinorosus homine indignis flagitiis infamis: qnqꝫ annos omniū cū

iactura tenuit principatum, cęsus a Cadhardo nobili viro cuius filiã rapuerat in Iona est sepultus. Fo.ccxxx. ver.xxviii.

Secundum Culenũ Kennethum eo nomine tertium Malcolmi regis filium octogesimum regem Scoti sufficiunt. Is Danos ad Loncarte egregie vicit. Creandi regis nouam tulit legem: dolo tandem periit Fenellę mulieris, apud Fetircarn in Mernia regiõe, qnto supra vicesimũ regnationis suę anno qui fuit nato Christo millesimus: atq; in Ionam delatus regię admotus est sepulturę. fo.ccxxxii.ver.lxxv. 80

Constantino Secũdo sed quarto Culeni filio (alii germanũ volũt) post Kennethi interitũ summus delatus est inter Scotos magistrat9 Cęsus est pugna domestica ad Amũdã amnẽ in Laudonia tertio suæ gubernationis anno: atq; in Iona sepulturę traditus. Erat is octogesimus primus in Scotorum regum catalogo. Fo.ccxl.ver.i. 81

Grimus Duffi regis nepos ex Kẽnetho fratre tertius supra Octogesimũ regem, rei summã inter Scotos adeptus ex optimo principe quem primis annis egit in flagitiosissimũ mutatus est pugna a Malcolmo post nonum magistratus publici annũ, ad Authnabard vicũ occisus, Ionę maiorum more est elatus. Anno verę pietatis decimo supra millesimum. Fo.cc.xliii. ver.xl. & seq. 82

Malcolmus secundus rex octogesimus tertius qui inter Scotos supremum egere magistratum, Kennethi regis filius, post ciuilia bella finita a Danis in Morauia est victus, quam gentem ad Murthlacum, ad Barre, ad Gẽmere & ad Crouidam deuictam Scotorũ agro pepulit: Murthlacensem instituit pontificem, hoc tempore Aberdoniẽsem: prędia omnia regalia baronibus diuisit. Vardas ac Releuias (vt dicũt) ab his recepit. Senex crudelis factus, atq; auarus, ad Glãmis paucorum coniuratione, noctu trucidatur: summę administrationis anno tricesimo primo, q Christo seruatori, quadragesim9 fuit supra millesimũ. Elatum est eius funus ad Ionam in maiorum monumenta. Fo.ccxliiii. ver.xl. & seq. 83

Duncanus Malcolmi nepos ex filia Beatrice secundum auum extinctum, in eius locum rex est suffectus. Vicit is ingenti astu Danos ad Bertham oppidum: & inde haud procul a Kilgorn periit postq̃ sex annos principatum tenuisset, Maccabęi consobrini insidiis, Anno a salutifero diuæ Virginis partu, Millesimo quadragesimo sexto atq; in Iona commune regum sepultura humatus. Gessit Duncanus in regum ordine octogesimus quartus Scotorum imperium. Fo.cclv. ver.i. 84

Maccabęus Malcolmi nepos ex filia Douada octogesimus quintus a Fergusio Scoticarum rerum, sed tyrãnice potitus. Initio regni 85

multa bona reipublicæ fecit, quæ omnia postea flagitiis dehonestauit: decimūsextum annum regnans a Malcolmo tertio Cammoir cognomine iusto regni hęrede cęsus in Iona terra est conditus. Anno Christi domini. Millesimo sexagesimoprimo. Fo. cclviii. ver. I.

86 Malcolmus tertius Cammoir cognomine octogesimussextus post Fergusium Scotorum regnum tenuit. Margaritam Eduardi Angli hęredis in coniugem habuit, ex qua sanctam & numerosam prolem suscepit: cęsus est ad Alnuic castellum Northumbrię, dum id obsideret, Angli equitis insidiis, tricesimosexto regni sui anno, redēptionis vero septimo supra millesimū & nonagesimū. Cuius corpus primū in Tynmoueth abbatia sepultū inde delatum in Doumfermilē sepulturam regiam est sortitum. Fo. cclxiiii. ver. lviii.

Luthlath fatuus Maccabęi filius regnante Malcolmo intrusus illico cum fautoribus est trucidatus atq; in Ionam delatus ad sepulchrum Fo. cclxv. ver. xx. Inter reges non numeratur.

87 Donaldus Malcolmi frater, pulsis nepotibus, regnū tyrannice occupat, qđ haud diu tenuit a Duncano Malcolmi notho bello petitus atq; fugatus in Hebrides. Sed & Duncanum regem dictum,

88 Donaldi dolo malo interemptum, sinisterior longe fortuna excepit. Eo Donaldus in regnum restitut9 ab Edgaro Malcolmi filio victus atq; in vincula coniectus est. vbi & miserabiliter diem obiit extremū. Tenuere hi duo principatum tyrannice inter Scotos quatuor circiter annos: quo turbulento tēpore Hebrides Danorū Noruagorūq; iniuria Scotis sunt adēptę. Fo. cclxix. ver. lxxii. & fo. cclxx. ver. xxxvi.

89 Edgarus quartus Malcolmi & diuę Margaritę filius (Nā tres fratres eo maiores natu videlicet Eduardus in Anglia cęsus, Etheldredus prima pubertate defunctus, & Edmundus in vitam abiens priuatam haud regnauere) tyrānis sublatis omniū Scotorum regū primus est inuentus. Nouem annos regnauit absq; liberis decessit, anno natalis christiani millesimo cētesimonono. In Doumfermilē sepultus nonus supra octogesimū Scotorū regū. Fo. cclxx. ver. liii. & . lxvi.

90 Alexander primus agnomine fers. i. fortis, Edgari germanus, fratri successit in summam Scotorum administrationem insidiis variis coniuratorum opera petitus, cunctos hostes egregie vicit, rem Scoticā septēdecim annos administrauit: postea ex humanis decessit, nonagesim9 Scotorum principum adq; Doūfermilem ad patris latus regio more conditus. Fo. cclxxi. ver. xliii.

91 Alexandro q; nullis liberis relictis decesserat Dauid primus germanus successor in regnum factus a primo Scotorum rege nonagesimus primus, varia fortuna cum Anglis posteaq̄ gesserat bellū pro

Northumbria cuius hęredem habuit in coniugem, facta pace, Scotisq; rebus rite per nouem supra viginti annos administratis, beatissimo exitu Carleoli vitæ finem imposuit. anno a Christianæ religionis ortu millesimo centesimo tertio. Dounfermelein regio parentũ sepulchro funebri pompa humatus Fo. cclxxiii. ver. xvii.

Malcolmus quartus Dauidis ex Henrico filio nepos, Virgo ob perpetuam corporis integritatem cognomine, nonogesimo secundo loco post inceptum regnum in Albione Scotis imperat. Externo bello liber, intestinis seditionibus suorũq; nõnulla rebellione est agitatus: quibus oppressis, duodecimo regnationis suæ anno, fragili humano corpore deposito, immortalitatem in æternæ claritatis patria (vt ęquum est credere) induit: anno humanæ redemptionis sexagesimo supra millesimum & cẽtesimum: Dounfermilem maiorum more elatus. Fo. cclxxvii. ver. v. 92

Vvilhelmus Malcolmi germanus secũdum fratris interitum Scotorum nonagesimus tertius publicum obiuit regimen: is dimicãs ꝑ Northumbria quã Anglus rex Henricus Malcolmo ademerat prælio est captus, redemptus inde summa concordia cum Ricardo Angliæ rege, Cumbria Hundintona cum parte Northumbriæ receptis, ad vitæ exitum, qui fuit anno seruatoris nostri, millesimo ducentesimo decimoquarto, postq̃ nouem supra quadraginta regnasset annos. In sacro aditu Aberbrothensis cœnobii quod a fundamentis exstruxerat terra ingenti sed lugubri pompa conditus. Folio. cclxxx. ver. viii. 93

Alexander secundus, filius Vvilhelmi regis, vir singulari virtute nobilis quartum supra nonagesimum locum inter Scotorum reges tenuit. Angliam nullo violato mortali cum exercitu penetrauit. traiecto mari cum Philippo septimo Francorum rege Bolonię congressus multam post gratulationẽ vetus renouauit fœdus: reuersus inde in Scotiam, post fœlicem per trigintaquinq; fere annos rei administrationem fato sublatus est: ac anno a communi salute millesimo ducentesimo, quadragesimonono in Melros cœnobio sepultus. Fol. cclxxxix. ver. xlvi. 94

Alexãdrum tertium a primo Scotorum rege nonagesimum quintum, secundum patris mortem, Scoti nobiles regno admouent. Tulit is subsidium ingens diuo Ludouico Francorum regi eunti hostiliter aduersus sarracenos. diuæ Margaritæ Atauiæ suæ reliquias terra effossas, theca argentea clausas, ornatissimo loco composuit. Ad Kingorn tricesimo septimo regni anno salutis humani generis sexto supra millesimum ducentesimum octogesimum equi insolẽtia in ter 95

ram deiectus ceruice confracta repēte interiit: sepultus Doumfermi lem. Fo.ccxcv.ver.xliii.

96 Vacauit inde rege Scotorum regnum sex annos ac nouem mēses re per interreges seu gubernatores (vt dicūt) administrata. Quibus emensis, Ioannes a Balliolo, Gallus genere, dominus harecurię, dam pait, & horni, nonagesimus sextus a Fergusio summam administrationem iniuit quā ꝙ in verba Eduardi regis Anglorum iurauerat, Scotis priscam libertatē quātū per eum fieri poterat adimens, post tres annos & sex menses deponere est coactus. Anno partus virginei millesimo supra ducentesimū nonagesimum sextum. Eduardus inde Anglus, decem annos Scotos multis incōmodis afflixit. regnum ad Fornam fluuium vbi Rossię vadum est vi tandē occupat. Fo.cccciiii. ver.i.&.x.

97 Robertus Bruis āno a salute humana millesimo trecētesimo sexto Scotorum Rex declaratus, post multas quas passus est bellis varia cum Anglis fortuna gestis calamitates, hostibus tandē deuictis pul sisqꝫ patria regnum egregie restituit. Vnde iure patrię restitutor assertorqꝫ dictus est ad posteritatem. obiit is diem extremū, postq̄ nona gesimus septimus in regum serie, quatuor supra viginti annos rem Scoticā administrasset sacro aditu cœnobii Dounfermilein regio adiecto monumento humi conditus. Anno redemptionis nostrę mil lesimo trecētesimo & nono supra vicesimū. Fo.cccx.ver.xlvii.

98 Secundum Roberti exitum & regnum per Thomam Ranulphū interregem, biennium circiter administratum, Dauid Roberti filius puerili ętate, rex sufficitur. qui vir postea effectus, spiritus erat nō mi nus ingentis q̄ pater, sed non æqua felicitate. Anglis enim ipso impubere, & Ranulpho fato absumpto, regnum inuadentibus, Eduardus Balliolus, regiam sumit coronam. Quicum simul atqꝫ Eduardo Anglo, regni maiorem partem tyrannice occupante, postq̄ variis successibus, amplius octo annis fuisset pugnatum: eiectis magnatū opera, hostibus: Dauid e gallia, vbi ad maturam vsqꝫ ætatem adseruabatur, in patriam rediit, & cum Frācorū partes aduersus Anglos bello cum eis continuato tutaretur: pugna ad Dunelmiam profliga to exercitu, est captus. redemptus aliquot post tempora, modestissimū egit principem, ad vitę finem qui fuit Edinburgi, anno regni sui nono & tricesimo: a Christi domini natali, supra millesimum trecen tesimo septuagesimo. Cœnobio sanctę crucis ante summū altare humo contectus est Scotorum regum nonagesimus octauus. Fo.cccxxi.ver.liiii.

99 Robertus secundus in auunculi successit locum, nonus ac nonage

simus principum qui Scotis imperitarunt, nullo regum felicitate in ferior:q toto regni eius tempore vix vnq̃ aduersa fortuna pugnatũ sit. Extinctus est senio non morbo Anno ab incarnato verbo supra millesimũ & trecentesimum nonagesimo regni nono & decimo:secu li autem sui septuagesimosexto Sconæ inhumatus. Folio.cccxl. ver. xii. &.xxii.

Robertus tertius demortuo parenti successor dictus, vir mira in omnes clementia centesimus super Scotos in Albione regnauit:ges sit is bellum continue pœne,sed varia fortuna cum Anglis.Et quum sex & decem regnasset annos Dauide altero filiorum Roberti gu bernatoris fratris eius dolo malo extincto:altero Iacobo videlicet pa trui insidias declinante ab Anglis capto,Bothę vita excessit anno a Christi natali supra millesimũ quadringentesimũ sexto sepultus ad Pasletum.Fo.cccxlviii.ver.xxiiii. 100

Fuit exinde regnum per interreges Robertum atq; inde Mordacũ Roberti filium tredecim circiter annos administratum:quibus pene exactis Iacobus Roberti tertii filius primus qui id nomen inter Sco torum reges tulit ex Anglia liber veniens regiam dignitatem cente simus primus a Scotorum regni initio accepit.Clarus is fuit & vrba nis & religiosis rebus iustitiæ cultu nulli secundus:occisus est demũ anno christiano sexto & tricesimo supra millesimũ quadringentesi mũ:principatus sui decimo tertio:sepultusq; est ad Carthusios, qui bus ipse in suburbio Perthano ædẽ fecerat.Fo.ccclix.ver.xv.&.xxvi. 101

Secundum Iacobi primi regis exitum Iacobus secũdus eius filius Scoticarum rerum potitus,magnatum coniuratione, aliquot annos rebus turbidis est vehemẽter afflict9: quibus oppressis,ac regno vn diq; pacato,postq̃ centesimus atq; secundus Scotorum regum ordi ne gessisset imperium, quatuor quoq; atq; viginti annos regnasset, castellum Roxburgum obsidendo,dum incautius bombardis assi steret,effractę vni9us parte ictus in inguine, illico iteriit,Seruatoris anno millesimo quadringentesimo sexagesimo.Cuius vt sequentium vitam nondũ historię stilo cõmisimus certis nos remorãtibus causis. 102

Iacobo tertio regi in parẽtis demortui locũ extẽplo suffecto,diuer sum quid accidit in regni administratione a patris fortuna . Primis enim magistratus sui annis,quietis oĩbus, pace ac ocio fungebat᷑. Ad postremũ,aduersissimã expertus fortunã,maiori nobilitatis par te in eum coniurante, ad Sterlingum interiit: morte quidem tanto principe prorsus indigna:octauum supra vicesimũ regnans annum a Scotorum regni exortu,centesimus tertius rei summę administra tor.fuit idem annus a verę pietatis initio, millesimus quadringente 103

ſimus octogeſimus octauus.

104 Iacobus rex quartus qui id nomen in Scotorum regum ſerie tulit poſt extinctum patrem, ſummā iniit poteſtatem, quā dexterrime nō nullos annos adminiſtrauit, eo quietis regno redacto, ęqua iuris adminiſtratione, vt furtis, latrociniis, cędibus & id genus flagitiis, vndiq; abſtinerent, inuidente tandē fortuna viri fœlicitati, ſuſcepto bello in Anglos, Francorum cauſa, vt eos imminenti periculo leuando, Anglum e Gallia, quā eo tempore ingenti exercitu infeſtabat reuocaret: magno cum nobiliū numero, in pugna ad Floddum vicum in Northumbria, dum ardentius rueret in hoſtem, periit: viceſimoquinto principatus ſui anno & natalis chriſtiani tertiodecimo ſupra qngenteſimū & milleſimū. quartus ſupra centeſimū ab exordio Scotorum regni in Albione Iacobus quartus geſſit imperium.

105 Quo extincto Iacobus quintus eius filius in regē ſuſtollitur quintus ac centeſimus a Ferguſio rerum Scoticarum moderator: quē felicibus auſpiciis partum iam regnum, ingens cunctis ſpes eſt dexterrime adminiſtraturum. Quod Chriſtus dominus Rex Regum optimus maximus concedat. Amen.

Regionum, oppidorum & artiū in Scotorū, Pictorūq; regnis ac Britānica q̄dā vetera & noua noīa ſerie lr̄aria, ab authore ipſo adelucidationē hiſtorię collecta.

ABerdonia oppidum nomen vetus retinet.

Æmonia inſula diui Colūbę in Forthia æſtuario.

Agneda Edinburgus hoc ſeculo Scotoꝝ regū primaria ſedes.

Albianoꝝ noīe, cūcti Albionis incolę intelligūnt: tāetſi Scotis ac Pictis veterib9 monumētis nō nūq̄ peculiariter vocabulū accōmodetur.

Alcluht, id eſt caſtrū Britonū Dounbriton vernacule.

Alectū nūc Deidonū oppidū inſigne, Dunde vernacula lingua.

Armorica nūc minor ē Britānia aut ei9 potiſſima pars: vn̄ Britones armorici nomen ſunt ſortiti.

Argathelia regio nūc argadia.

Atholia nomen adhuc retinet.

Atholi atholię regiōis incolę.

BErigoniū caſtellū in Loquhabria Hebridū ꝓſpectu dounſtafage, id eſt munitioni ſtephani proximum.

Bertha oppidū aliqn̄ ad Tai ripā vbi amūda amnis i eū influit ſatis celebre Vvilhelmi Regis opera trāſlatū in eū locū vbi nūc oppidū diui Ioannis eſt atq; perthum vocatum.

Boſphor9 Pictic9 Pithlād firth lingua vernacula.

Bodotria fluuius q nunc Leuinus ſeu Leuinum dicitur.

Brigātia nūc Gallouidia & Brigātes ppl̄i nūcGallouidiani: hęc

regio ab initio Scotorum fuit.

Britāniā totā Albionē insulā dixere. Romani imo Orchades Hiberniā ac Hebrides, Britānicas insulas & earū incolas Britānos cōmuni vocabulo appellauere. Nos vero rerū nostrarum scriptores secuti, vt discrimē iter Albionis populos legētibus pateret, solā eā partem Albionis quā Bruti posteritas incoluit Britanniā eiusq; tātūmodo incolas Britones vocitamus, cęterarū regionū regnorūq; peculiaribus nominibus vsi pro sensu historico.

CAlidonia sylua magna a callendir & Caldiruod ad Loquhabriā expāsa in qua sola fere vulgo boues candidi reperiūtur huius pauca restāt vestigia. Reliquię boū cādidorū ad cōmirnald saltū iubā instar leonis habētiū.

Cābria ea regio est quā Gualiā Valiāve hodie vocamus, cui9 incolę Cābri dicebātur, sed plus ad orientem q̄ nunc sit Gualia expansa.

Camelodunū regia Pictorum olim ad Caronę fluminis ripam quā ciuitatē habitatore exhaustā Kēneth9 Scotoꝝ rex quū Pictoꝝ regnū deleret & gētē, solo ęquauit: extāt quædā eius vestigia.

Cādalia olim eas regiones amplectebatur quę nunc Kendalia, Vestmaria, & Cūbria sunt. Cādali sunt ei9 incolę Ordouicib9 seu Annādię valli ꝓximi priusq̄ ea regio Vestmaria a Mario vocaret̄.

Cantiū aut Cātia Britonū ꝓstātissima regio Cātiani ei9 incolę.

Carictoniū oppidū in Caricta vulgo Carric regiōe, cui9 pauca vestigia restāt, olim Scot. regia.

Castrū alatū in Morauia seu castra allata vrquhart postea dictū Castrū Calidonię. i. Doūkeldin.

Castrū puellarū arx Edinburgensis firmissima.

Celurca. i. mōs rosarū oppidū in Angusia regione.

Coriminū nūc Schrouisberia oppidum olim celebratissimum.

Corinei idē populi qui & Cornubei seu cornubi dicuntur.

Cornana regio est quā Cathanesiam dicimus vbi Dume ꝓmōtoriū Doumsbe vulgo. Cornani seu Cornanii eius incolę.

Cornubia Corineia Cornugallię idē. huius regiōis incolæ Cornubii, Cornubi nōnunq̄ etiā Corinei dicuntur.

Croones & epidii populi strathbravvn Bradalbain & vicinos his agros antiqt9 occupauere ad calidonię occiduum partim, partim in Calidonia.

DAmonii ppli Corineis ꝓximi ad oriētē mare gallicū habētes ad meridiē, inter Cantianos & Corineios tenuere sedes.

Deera agros q nūc Mercia, Tinidalia, Esdalia, Eusdalia, & Tuedalia sunt cōtinebat, quoꝝ incolę gn̄ali vocab. Deerani dicebāt̄.

Deucallidonicū mare ad circiū insulam Albionem alluit.

ELgonia nūc Lennos regio. Elgone illius regiōis incolę

quos Lennossenses nūc dicim9 vt in ipso vocabulo mox dicemus.

Epiacū ciuitas pcipua Brigātū Romanis bellis deleta.

Eudonium vetus, castellū in Argadia Incōnel nunc dicunt.

Enuernes oppidū ad Nessę fluminis ripam nomen tenet.

Enuerlothea olim arx ac oppidum munitissimū in Loquhabria quod & ruinę demonstrant.

Euoniū arx in Loquhabria; Hebridū in pspectu, Dounstaphage nunc nomen habet.

Germanicū mare est ad orientem insulę Albioni.

Gersoriacus seu Gersoriacū oppidū i Flādria nūc Clusa vocitat.

Glotta olim nūc cluda clid vulgo fluuius insignis a quo Cludeuallis, id est Clidisdail.

Grāpius mōs Granzebein prisca lingua Scotorū, id est mōs in curuus, asper intractabilis a deæ fluminis ostiis qui Aberdoniā pcurrit ad lacum Loumund extenditur nunc montes generali vocabulo, Scotos trāsmontanos a cismontanis diuidentes.

Guintonia antiquitus ciuitas legionū dicebatur, id est oppidū qđ Cornelius Tacit9 e Cameloduno Coloniam deductam dicit.

Hebrides insulę sunt ad occiduū regni Scotorū alio nomine Ebonię. nūc vero insulæ occidentales sine addito vulgo dicuntur.

Horestia regiones quę nūc Mernia & Angusia sunt cōtinebat.

Iceni populi Britānici Teognis Tegenis ac Cābris amplissimo tractu ad orientem habitātes vicini, Icenia eorum regio.

Iciū vel iccium seu vt alii volūt Isius portus iter Belgas Morinis mari gallicoq; proxim9: vnde breuissimus in Britanniam traiectus nunc Calesium dicitur.

Kirkuil, id est ecclia reguli nūc diui Andreæ ædem vocant Sanctandrus vulgo.

Lennossenses populi a Lēnos.

Lobuni ppli Britā. Derbiā.

Lugia regio est quā hodie Rossiā vocamus. Incolę eius olim Lugi hac ætate Rossi vocantur.

Marthaa olim a mari germanico ad Hibernicum extendebatur ab Aberdonia ad caput terræ, id est canter, postea solum regionem hoc tempore Marriam comprehendit.

Marthani seu Marrani harū regionū ppli, ita nōnūq̄ Badzenotha at Loquhabria Marthæ partes fuere nōnūq̄ Vararis seu Morauiæ.

Mona isula nūc Man vbi Druidū sacerdotū olim primaria sedes

Mōs dolorosus Sterlingū oppidū & arx munitissima.

Mōtes Pithlandiæ mōtes asperi in Laudonia nomen retinent.

Morinum ciuitas epalis vulgo Teruana vicina Flādrię: cuius incolę & accolę Morini.

Neustria Northmania oli nūc Normania appellatur Neustrii Normanni.

Nouātia nūc Canter & Lorna.

ORchades ĩsulę Scotis subdi
tę Albionis ad Aqlonẽ atq;
oriẽtẽ ĩ mari Deucalidonico atq;
Germanico sitę. Harum maxima
Pomonia dicit̃ in ea Kirkual ciui
tas vbi episcopalis sedes.

Ordolucę olim ppl̃i Pictici qui
agros nũc Beruicii cum haud exi
gua Northũbrię parte citra Tue
dam amnẽ occupauerũt. Ordolu
ciũ vel ordolucia : nũc Beruiciũ.

Ordouicia vel ordouiciũ vallis
nũc Annandię, Ordouices ei9 in-
colę: fuit aliqñ ibi oppidũ eiusdẽ
nominis a Romanis dirutum.

Ottolinia cõtinebat Fisam ac vi
cinos agros quosdã ad occidẽtẽ.

PErthum oppidũ hoc tempore
oppidum diui Ioannis.

Pictica, id est ager vniuersus Pi
ctorum: alio nomine Picthlandia.

Pithlãdia aũt Laudonia nũc. cõ
tinebat ipsa antiquitus nõnullos
agros vicinos montes quidem
Pithland hillis, vulgari vocabu-
lo & Pithland Lau eadẽ in regio-
ne hodie eodem nomine huius rei
fidem faciunt.

RIpa alta, id est Cromarte na-
uigãtiũ salus in Rossia por-
tus notissimus.

SAxonũ nomine authore Beda
in ecclesiastica Anglorũ histo-
ria om̃es maritimi Germanię po
puli intelliguntur.

Selgone, Lelgone, elgone idem
nũc populi a Lennos regione.

Siluria Coil seu kiil Carrik &
Cunegame regiones continebat.
Silures harum regionũ populi.

TEgenia regio Cãbrię ꝓxima
ad Boreã Roma. scriptorib9
celebrata nũc multas in regiones
Anglorum diuisa, huius regionis
populi Tegeni dicebantur.

Teogni ppl̃i a teognia regione
Britãnoꝝ exigua tegenis ꝓxima.

Thassili seu Thazali antiquit9
harum regionum populi.

Thazalia seu Thassalia regiões
Boinã, Anize, Buthquhaniã, Bo-
geuallen, & Formartẽ cõtinebat,

Tronouãtum Lõdinũ nũc dicit̃
ciuitas omnium quæ in Albione
sunt opulentissima.

Tulina vernacula lingua Inchtu
thil Pictorũ olim ciuitas ad Tai
fluminis ripã Rom. bellis diruta.

VAris Morauia quõdã ei9 in
colę Vares dicebant̃, vñ Va
raris sinus igẽs seu Vararis ęstus
quem dicimus hodie Morauię si-
num vel ęstuarium.

Vergiuium mare Albionem ad
occidentẽ alluit quod & Hiber-
nicum dicitur.

Vicomagia Pictoꝝ quondã re-
gio Sterlingi agros cũ nonnulla
Montecht parte occupabat hinc
Vicomagi illi9 regionis populi.
Viuus lacus Louthfyn vulgo.

Vsipii seu Vsipites ppl̃i Germa
nię vtrãq; Rheni ripã nõ lõge ab
eius ostiis incolebãt. Horũ nõnul
li ad ꝑsidium in Britãnia scripti a
Romanis legatis, cęso Centurio-
ne in Scotorum agros transmise
re, vbi Morauis iuncti in vnũ po-
pulum cum eis concesserunt.

FINIS.

INDEX RE

rum & verborum: hominũ & locorũ ac familiarũ, gestorũq; & dictorũ in Scotorũ historia insigniũ serie lite= rarũ seruata: in quo prior numerus foliorum est, posterior versuum seu linearũ hoc modo.

FINIS.

ANIMADuerte Lector, colligẽdis tabellis de-
pręhẽdimus pluscula errata quæ sic
repones.

Fo.iii. ver. viii. Simon et. dele et.&
ver.xlii.lege inde annos felix.fo.iiii.
lxiii. (alia tũ. ver.lxxi. qui Cimbria
pulsi.f.v.ver.xlvii. venãdi aucupãdi
q;.fo.vi.ver.xxxv.& xxxvi.Ferquhar
dus.fo.vii.ver.iiii.dele secum.Fo.xi.
ver.xi. Rossiam maiorem. ver.xviii.
lege Vararim.fo.xv.ver.lxii. ad Eu-
doniũ. ver. lxxviii. annuũ vero &c.
fo.xviii.ver.liiii.& lv.cõflictatũ.ver.
lxvi. Argatheli.Fo.xix. ver.lxix.aut
laqueo.fo.xx.ver.vi.in Pomonia.Fo.
xxv. ver. xv. Euenũ Dursti. fo.xxvi.
ver.vi.procul a Berigonio. ver. vii.
nũc Dounstafage.fo.xxvii.ver.xli.in
arcem.fo.xxx.ver.v. vocant castorũ.
fo.xxxi.ver.xxxviii. aliud cupiãt. fo.
eodem. ver. xxxii. lum nisi extremis
Fo.xxxvii.ver.xlii. a qua Carictã.fo.
xl.ver.xx.Gensoriaco ex.ver.lxi. op-
pidaq; valido pręsidio munirent.fo.
xli.ver.xlvii.supererat spes. ver.liii.
defessi erant. fo.xliii.ver.iii. accipet.
Fo.xlv.ver.xi.cum Albianis. fo.xlvi.
ver. lxii. & Deerios. Fo. xlviii.ver.
xxxvii.aliquandiu est pręliatum. fo.
xlix. ver.v.& ix. Aberdonia.ver.xv.
digressum. fo.lii. ver.lxi.a Romanis
Fo.liiii. ver.lxviii.& pręsidia. fo.lvi.
ver.lix.vbi accepta, deleta de parti-
cula.fo.lviii. ver.xxviii. quos forna.
& f.lx.ver.v.Dardãni regis.ver.xliiii.
Ordoluciæ.Fo.lxi. ver. lxvi.redinte-
grauit.fo.lxv.ver. lxxvi.Norvvegis.
Fo.lxvi.ver.xlix. Taus labitur. Fo.
lxxi.ver.iiii.pręfecerat.ver.xxxii. le-
tali vulnere. fo.lxxi. ver.xxiiii. cum
ingentibus. fo.lxxv. ver.lxviii. Mo-
gallum.ver.lxx.iunctos viribus. Fo.
lxxvi.ver.xxix.bello pętimur.ver.liii.
adorirentur.ver.liiii.viri fortissimi.
Fo.lxxix. ver.xxxiiii. raptis sua pro.
Fo.lxxxi..ver.ii.Fergusii sedem. Fo.
lxxxiii. ver. xl. (vt censebat) Fo.
lxxxv. ver. i. permagnum intulit.
Fo.lxxxvii. ver.lxv. conabatur. ver.
lxxviii.sacris ędibus. Fo.lxxxix.ver.
xlvii. a Leuino. fo.xci. ver.l. liberis
Findoco.ver.lxxvi.Dursti regis pſi-
diã.fo.xcix.ver.xxxi. summope opta
re.fo.c. ver. lii. & liii.arte operatus,
pa.intermedia dele,quia bis ponun-
tur. Fo. ci. ver. vii. vbi consenuit.
Fo. cii. ver.l. patre prognatum &c.
Fo.ciiii.ver lviii. sexagesimooctauo.
Fo. cv. ver. l. temere tentandum.
Fo. cix. ver. xvi. Ioannis Hepburn.
Fo.cxi.ver.v.hostes opperiri.fo.cxii
ver.xlii.Lelgoni,Si-fo.cxiii.ver.lxx.
ornatu pcioso.fol.cxviii. ver. lxx.ab
Elphinstoun. fol.eodem. ver.lxxvi.
Brutiorũ. fo.cxxv.ver.lxiiii. graui
accepto vulnere, potius q̃ letali, qa
superuixit.fo.cxxx.ver.xlii.hæc Co-
narum. fol.cxxxii. ver.xxxiii.orato-
res ad fo.cxxxv.ver.xlv.Deucalido-
nicum.fo.cxxxvi.ver.lxii.Conani &
ver.lxxx. Conanus sicq; vbiq;. folio
cxxxviii. ver. viii. pristinæ recu.fo.
cxxxix.ver. xiiii. restituere pon. fo.
cxlviii.ver.lvi. Vodinum & qui.fo.
cliiii.ver.liiii.dæmone succubo.

Fol.clviii.ver.iii.brosius iexpectatis Fo.clxiii. ver.lviii. contendere q̃ re. Fo.clxix.ver.lxxix.lege,thurũ & Lothũ,& dele vocẽ Androgeũ.fo.clxxi. ver.xxxix.prelio excessisse.fo.clxxvii. ver.xxiii.Baldredus vbi est Valdredus,& ver.xlv.canter vbi est Cantio Fo.clxxviii. ver.lxii.Merniam. Mar. Fo.clxxx. ver. xxxiii. vita simul. fo. clxxxii.ver.lx.in Gallia.fo.cxci. ver. xxxvi.in Ilã imis. fo.cxcvii. ver.liiii. Anglis accisis.fo.cciii.xxi.egregie di tati. fo.ccxiiii. ver.viii. temeraria in so.ver.xix.Hũgaris & vbiq;. ver.lvi. solutis virib⁹.lviii.la iacere, vbi scri ptũ est icere qđ fere idẽ est. fo.ccxix. ver.xxx. tenuit. fo.ccxxi. ver.lxix.est annuũ.vbi est annũ. fo.ccxxiiii. ver. xliiii. vsus victoria. fo. ccxxix. ver. lxxvii.cuiuscunq;.fo.ccxli.ver ii.Fetircarn pro fetircarii.& ver.viii. edi tę recẽter legis.fo.ccxliii.ver.xxxvii. prelio perierunt. fo.ccxlv. ver.lxxii. Opes confictis. fo.ccxlviii. ver.lxix. Elgein Forres.fo.ccli.ver.v.lege Brethenũ pro Brethonum.ver.xxx.Largis pro Largin,quia ea nomina raro declinantur. & in vulgari sermone notiora sunt. fo.cclxxi. ver.xxx.Matilde.ver.xxxi.lege Matildis. ver.lv. Mernię pro Menrię. Fo.cclxxii. ver. ix.strimsour. ver.xxxix. batiam & in principio. ver.xl.tis. versu item. xl. incumbente Alexandro,& dele Henrico.ver.lvii. comes perchensis. Fo. cclxxiii. ver. xli. Elphinstoun. ver. lxiiii. viro nobilissimo. Fo.cclxxxiii. ver.ix.Abbirbrotht. ver.xxxiii.Ogilnio. xxxiiii. Ogiluiorũ. fo.cclxxxiiii. ver.xxvii.cũ ad Bertham. f.cclxxxv. ver.xli.Nomen Acon. Fo. cclxxxvii. ver.lv.maiori natu si ante elapsum. Fo.ccxci. ver.xxvii. per Gualonem. ver.liiii. Noithaine cum. ver. lxxv. vacat primũ vocabulũ redderet. fo. ccxciii, ver.liiii.tum Iedburgi. Fo. ccxciiii. ver. lxvii. lege Hadintoun. Fo.ccxcv.ver.xxxvi. legatur Duthacũ pro Ducachũ.ver.li. profecto di. Fo.ccxcvii. ver.xxix. templa quoq;. Fo.ccc.ver.xxxiiii.obiurgatus q;. fo. ccciiii.ver.xxxii.fœderi staretur. fo. cccvii.ver.xi.& vbicunq; declinatur Vallas aut Valla noris apud Scotos indeclinabiliter dici Vuallas: & ve..xxxiiii.lege quem dicitur Vuallas non qui dicitur Vallam:quia sen tentia esset inuersa. ver. lxii. olifer eques.Fo.ccclviii.ver.xvi.Ioãna nomine virili:& dele non.fo.cccxi.ver. xxxii.Douglas.Fo.cccxvi.ver.xxxiii. Angli moniti.ver.lvi.ad famam. fo. cccxxii.ver.lxi.misceret multis. Fo. cccxxiiii. ver. xxx.Setoun cum. ver. lxx.nullas esse. fo.cccxxix. ver.lxiii. sub auroram disiectis. Fo. cccxxxv. ver.xxxix. hęredi partus Baronatus Balbrid. fo.cccxlvi.ver.vii. Dauide secundo. Fo.cccxlvii. ver.xxxi. dux ducentarum.fo.cccxlviii. ver.xv.lege anno Christi, & dele in annum. Fo.cccxlix.ver.lix. lege Henricũ vero.fo.cccl.ver.lxxix. lege vt Laudoniani. Fo.cccli. ver.xxxvii. dispone punctum sic.multiq; alii.Capti Mor ver.xlix.Consilio facto.ver.lix. socii dux Eboracẽsis.Fo.ccclxii.ver.xxiii. lege Vallas pro Vallam.

In tractatu de regionibus Scotię. Lege Kilruils, non kirkuils: & post versum Thassili,scribe sequentium regionum.

In descriptione Regni Scotorũ. Fo.iii.ver.liii.lege Vergiuiũ.Fo.vii. ver.xix. lege sylua p sila,& ver.lxii. veteris pro veteres. & ver. lxv. lege Knapdail. Fo.xi. ver. liiii. lege turnbul,non turnbub. & ver.lxxvii. Gareota nõ Sareota. Fo.xiii.ver.lxviii. lege eodem non eadem. Fo.xv.ver. iii. Tyre pro Terę.Fo.xix.ver.xxvii. Lege sumptu (& id fere absq; conductitio &c.ver.lii.nũ pro dum.

Horum similia si offendes lector clementer ignosces: difficile enim fuit in re ignota & litera peregrina ab archetypo aberrasse nihil. Vale.



IN HAC IN SCOTORUM HISTORIAM ISAGOGE CONTINENTUR.

Tabella literaria in ea contentorum.
Scotorum Regni descriptio & mores.
Regum Britanniæ, quæ nunc Anglia, series.
Regum Scotorum Catalogus.



Quæ impressa sunt Typis Iodoci Badii:
& impensis Hectoris Boethii.



TABELla in sequẽtẽ Isagogẽ. In q̃ prior nũer⁹ signat foliũ, posterior lineã

FINIS.

1 Scotorum regni descriptio, per quem & historia.



Osmographiam ad historiarũ notitiã vel in primis necessariã esse, nullius tã cęcis ignorãtię tenebris caligare mẽtis oculos credide-5 rim, vt nõ ꝑspexerit: verũ eã cũ laude tractare haud esse mediocris ĩgenii. Orbis vero totius descriptores nulli nõ cogniti sũt, prę stãtissimi illi quidẽ, quiq; hoc disciplinę genus diligẽtissime excoluerũt supra q̃ humanũ fer-10 re videatur ingeniũ, in tanta rerũ multitudine varietateq; minimo cũ errore, atq; vberrimo fructu versati. Cęterũ quoniã ea materię quã tractauerũt natura est, vt nõ solida, non perpetua nec quã prius formã habuit, retineat: naturã rerũ minus perspectã habẽtibus, nõ omni ex parte rectissime tradidisse de ea vi-15 deri possint. Enimuero cum vniuersa quę mũdo hoc comprehendũtur morti internicioniq; obnoxia sint, vt vel ante nos consumantur, vel nos ante illa ad interitum tendamus: tum vero haud minima terrarũ corruptio ceu mors quædam vetustate vel saltem commutatio vere perspicientibus apparet. Oculis enim id nostris cer-20 nimus fidelibusq; historiarum monimentis accepimus, iam hic hiatu terrę ingenti ciuitates ac regiones absorptas, vt quod prius terra erat etiã hominibus habitabile, aut vasto nunc pateat spatio inaneq; existat aut subrepente sensim aqua, nauibus tandem fiat peruium. Alias autem alio in loco mare ingentibus fluctibus littora 25 concutiens tandem sęuum atroxq; partem aliquam abrumpit, quã in aliud littus egerens, tantum huic cedit, quantum illic iniuste in alienos fines processerat. Hinc temporũ vicissitudine factum arbitror, vt non perinde ad amussim oĩa, quæ de terrarũ figura sapientissimi viri scripserunt, respondeant. Quamobrem mirari quispiam 30 desinet si aliter tractari ab recentioribus terræ sitũ viderit q̃ a Ptolemęo, Plinio, Strabone, Melaq; conspexerit, illis iã exactius patente ex oĩ parte ob communem religionem terrarum accessu singula inquirentibus. Porro si homines illi ipsi, vt & nos sumus, fuerunt, nec vniuersa videre nec nisi aliis tradentibus percipere potuerunt, 35 haud iniurium esse opinor si nonnihil illos latuisse & eorum scientiam fugisse dixero. Itaq; non verebimur & nos ad cõmunem vtilitatem in medium afferre quę vsu rerũ experientiaq; de Scotię terrę situ ac moribus deprehendimus paulũ quiddam a veteribus recentioribusq; discedẽtes, nempe in iis quę ipsi oculis nostris cogno-40 uimus. Q̃z q̃ haud contemnendũ omittendũq; alioqui hunc nostrũ

cognatum duximus,quo cognitu haud indigna tum de populorũ morib9 regionũq; situ,tũ si quid memorabile ob rei nouitatẽ quacũq; in regione cognouimus bona fide sumus traditurí:illud pręfati,nihil nos fabulosum aut aniliũ dicturos nugarũ,sed tm̃ quæ vel ipsi industria nostra,fama rei exciti inspeximus vel fide dignis vna voce plurib9 cõferẽtib9 vera cognouimus.Dabimus aũt alias plura & copiosius si gratis modo animis accipi cognoscemus ea quæ strictim ac vt spectatissima quęq; sunt enarrabũtur.Tota igit̃ insula Scotiã Angliãq; cõplectẽs cũ gręcorũ tũ etiã latinorũ authorũ frequẽtibus testimoniis celebrata e regione Galliæ bona ex parte sita Oceano circumluitur, ad Orientem quidem Germanico,a Meridie Gallico Britãnicoq;,qua Occidentẽ spectat Hibernico quod & Vergunium dicitur,ad Septentrionẽ Deucallidonico.Porrecta vero longo tractu ab Euroaustro in Circium non ab Euroafrico in Boream,multo quidem q̃ vbi latissima est longior:figuram habet ferme triquetram lateribus aliquantũ inęqualibus breuissimo qua mari Deucallidonico alluitur.Nominũ eius rationẽ,Albionis quidem (quod vetustissimũ est & græcis scriptoribus vsurpatum atq; adhuc in prisca nostra lingua remanet) alii ab albis rupibus quæ in eam ex Gallia nauigãtibus obiectę primę apparent deducunt. Alii vero ab Albinę quadã,haud absimilẽ fabulã,quã poetę de Danai argiuorũ regis filiabus cõfinxere narrãtes,dictã volũt:quippe quę dux cũ quinquaginta sororibus oĩm interfectis maritis classe delata per fretũ Herculeũ ac totã circũuecta Hispaniã & in insulã hanc tandem appulsa sedes illic suas nullo prohibente posuit.Deinde nephario concubitu dęmonibus oẽs mixtę homines immanis staturę procrearũt,quos appellarũt gigãtes.Quosq; ad Bruti vsq; Britannorũ progenitoris tẽpora insulã tenuisse volunt.Tum autẽ nepotem aut pronepotem Aeneę (nam in hoc variãt scriptores) ex Italia ob cædem in Peloponesum profugum reliquias Troianorũ post Troię destructionem in seruitutem ductorũ colligentẽ,classe inde ad nouas sedes quærendas extra fretum Herculeum prouectum,in Albionem ventorum procellis anno circiter orbis conditi quater millesimo septimo & vigesimo delatum. Ibiq; Gigantibus occisis propinqua Meridiei loca occupantem,insulam a se Britanniã,populumq; Britannos appellasse. Scoticum autem nomen ad Aegyptum & Moseos vsq; tempora, historiarum gentis nostrę scriptores referunt.Aiunt enim Gathelum gręcum regio prognatum sanguine Pharaonis Aegyptiorum regis filiam Scotam nomine accepisse vxorem. Verum mox excidium Aegypto immine-

1 re ratum quum tantis eam plagis, quãtas nobis sacrę literę sugge
runt, concuti videret, collectis sociis partim Græcis partim Aegy
ptiis atq; vxore assumpta, vt q̃ longissime periculo abesset, fretum
nostri maris egressum, extremam Hispaniam quę Septentrioni ob
5 iecta est occupasse, populumq; ab vxoris nomine quo eam sibi post
amissam patriam hoc pacto deuinctiorem redderet Scotum appel
lasse: linguam vero Gatheliam a se, vernaculo adhuc illis nomine
Gatelic permanente. Elapsis inde annis aliquot ex Hispaniensibus
istis Scotis Coloniam in Hiberniã deductam, qui ob egregiã cor-
10 porũ animorũq; virtutem imperium ibi mox insulę totius cum ma
gna gloria obtinuerunt. Nec ita multo post Rothesaum Hiberni
ci regis cuiusdam filiũ cum delecta iuuentutis manu in Hebrides
traiecisse isulas, quas vel ab Hibero Gatheli regis filio sic dictas,
vel ab Hibernia ferunt, nonnullis Ebonias easdẽ vocitantib9. Inde
15 recto traiectu in Albionem transmisisse, nempe eam quę Hebridi-
bus est opposita, desertam adhuc necdum ob paucitatem Britãno-
rũ eo promoto imperio. Annũ quo Albionem Scoti ingressi ferũ-
tur ab orbe condito tradunt supra quater millesimũ & sexcentesi-
mũ decimũseptimũ. Reges autẽ Scoti nõ a gentis noie, sed a terra
20 iã parta Realbain vernacula nomẽclatura cõpellantes consaluta-
rũt, ne si tres diuersi populi terras distinctas incolẽtes eodẽ appel-
litarẽtur noie, cõfusionẽ parerẽt ex nominis cõmunione maiorẽ q̃
inde gratiã amicitiãq; cõciliarẽt. Cęterũ Scoticũ nomen ob eminẽ
tem prę cęteris virtutem solũ nobis etiam nunc superest quũ & in
25 Hispania & in Hibernia vetustate interierit. Illarũ aũt rerũ certis-
simũ adhuc indicium exstat, Hispanos in iis locis mõtes ac sylue-
stria loca occupãtes (ad quos propter asperitatẽ locoꝝ aut pauper
tatẽ, ambitio cupiditatesq; Romanę nunq̃ penetrarũt) atq; Hiber
nici quiq; mõtana Scotię incolũt haud multũ ab inuicem diuerso
30 vti sermone. Diuersum vero nobis quiddã atq; Britãnis accidit. Hi
eñ seculis aliquot ante nos insulã ingressi meridiei propinquiora
loca occupãtes tum maiorẽ tũ potiorem partẽ fertilioreq; ac por-
tubus opportuniorẽ obtinuerũt. Nos aquilonib9 expositã ac idcir
co minus fœcũdã magisq; mõtib9 ac saltib9 asperã. At post vtrosq;
35 deinde Picti Agathirsi ex Sarmatia in Chersonesum Cimbricũ nũc
Daniam demigrãtes, vbi illic aliquandiu consedissent comparatis
nauibus in Albionem profecti vasta inter vtrosq; populos loca mu
tuo inuicẽ metu fines tutos præbentia tenuerunt ducentis & quin-
quaginta annis ex quo in Albionẽ Scoti ingressi fuerant. Nec id
40 quidem recte in dubium a quibusdam vocatur, Pictorum ne an

Scotorũ in Albionẽ aduẽtus prior fuerit,ſcilicet Reutharẽ autho
rẽ gẽtis noſtrę in Albione extitiſſe aſſeuerãtibus quũ vetuſtiſſimi
quiq; noſtrarũ rerũ Britonũq; ſcriptores quinq; ante eũ in Scotia
reges numerent Ferguſiũ,Ferítharẽ,Mainum, Dornodillã,& No
thatum.Hinc illud qđ Beda de Reuthare,quẽ Reudam ipſe nomi 45
nat,memorię ꝑdidit de reditu eius nõ de aduẽtu intelligẽdũ rear:
id quod hiſtorię ſeries luculẽter mõſtrat.Verũ totius inſulę trib9
ferme ab initio diuerſis populis ac varie oriũdis habitatę,Britãnię
nomẽ ea pars accepit,quã primi oĩm ſocii Bruti tenuerũt vetere in
ſulę totius noĩe in reliquã ſe partẽ recipiẽte:quę haud ingrata ap- 50
pellatio parentibus noſtris in eam appulſis (vt diximus) extitit,
Picti quoq; aliquãto poſt nos eundẽ in locũ aduenĩetes ꝓpter ne-
ceſſitudinẽ qua ab initio Scotis iuncti erãt idem Albionis nomen
ſumpſere.Quũ raro interim & nos & ipſi propriis appellationibus
nũcuparemur,eſſetq; frequẽtius Albianorũ q̃ aut Scotorũ aut Pi- 55
ctorũ in vſu cognominatio.hinc haud abſurde credi poſſet Tacitũ
qui de Romanoꝝ geſtis in Scotia Pictiaq; memorię quędã ꝑdidit,
haud auſum fuiſſe totius gentis Scoticę,Picticęve nomen cõmune
literis ſuis inſerere:cũ ſcilicet nõ prorſum cõſtaret ob ambiguita-
tẽ,vtrũ illis nomen cõmune tribueret Albianorũ,an ſuę cuiuſq; gẽ 60
tis propriũ:verũ vt quãq; regionũ Ro.exercitus acceſſit,aut claſſis
pręteruecta eſt,ita eas particulatim nuncupat: vt a Tegenia Tege
nos,Horeſtios ab Horeſtia,Caledonios a Caledonia, Brigantes a
Brigãtia.Tametſi haud obſcure indicat poſt gentẽ Britãnicã quos
nos ꝓprie Britãnos vocamus,diuerſas morib9 ac ingeniis naturiſ- 65
q; gentes inſulę extremã partẽ ad Septentrionẽ expoſitã incolere:
nempe Pictos ob comã ac mores Germanicos Germania oriũdos:
Scotos vero q tonſo ſemꝑ capite incederẽt tortoſq; in fronte capil
los geſtarẽt,ac ob cęteros Hiſpanoꝝ ritus Hiſpania prodiiſſe aſſe
rẽs. Atqui hac tẽpeſtate duob9 tm̃ populis habitata:Anglis Sco- 70
tiſq;,illis ad meridiẽ Gallięq; oppoſitã partẽ,his qua in Septẽtrio-
nẽ porrigiť occupãtibus.Hoꝝ quidẽ noĩs ratione modo origineq;
expoſita, illorũ in fine opuſculi cũ ſerie regũ gẽtis ac viciſſitudine
aduenarũ latius explicabimus.Inſula vero tota ambitu ſuo bis mil
le ꝓpe milliaria ſeu paſſuũ millia cõplectiť:lõga ampli9 q̃ ſeptin 75
gẽta millia,vbi aũt latiſſima eſt trecẽta ac quiquagita ꝓpe millia
expãſa,id qđ in pede ei9 eſt ad mare Gallicũ:inde ſenſim molliter-
q; faſtigiata vbi Scotię Anglięq; termini exiſtũt,a ꝓmõtorio Gal
louidię ad ꝓmõtoriũ vſq; Ebbę:quoꝝ illud Hibernicũ mare reſpi-
cit,hoc Germanicũ:nõ plus eſt cẽtũ ſexagita millib9 ſpatioſa:mox 80

1 magis magisq; coacta donec ad terminos suos deueniat tũ arctissi
me cõtrahit,trigintavix milliũ amplitudine:viris,equis,om̃i frumẽ
ti genere pecoribus armentisq; abũdantissima:nisi quibus in locis
deus singulari sua bonitate prouentũ auri argentiq; tũ ęris stanni
5 & orichalci tantũ prębuit,quantũ non modo vni insulę sed vicinis
etiam gentibus satis sit si modo industria tantę rei par adhibeatur.
Cęterum rerũ omnium affluentia amorq; ocii minus efficit sollici-
tos,nam pręter copiã eorum q̃ terra cœloq; proueniunt,tãta pisciũ
est exundantia cum vbiq; tum quo magis ad septentrionem acce-
10 das vt vel ii soli sufficere possint ad pastũ insulę totius:quippe quũ
vicinę circũ circa gentes Gallia, Flandria,Zelandia, Hollandia.
insuper Germania omnis littori adiacens,non modo quantũ sibi sa
tis sit immenso nauium numero in mare nostrum piscatum aut ad
nos mercatũ proficiscãtur, sed mediterraneis etiã regionibus quan
15 tum opus est tota quadragesima immo anno toto maximo omniũ
quęstu submittant,Nec modo vulgarium quales sunt quas eę gen
tes quas modo nominaui asportãt,sed q̃ in deliciis habeãtur. Quid
dicam de lana q̃ apud omnes gẽtes in maximo est p̃cio & ob vsum
necessariũ in primis vbiq; illustris est:sed quod non ęque omnibus
20 notũ est,haud exigua eius pars delicata illa ac mollis est vnde con
chiliatę vestes ostroue intincti panni ac chirothecę illę similiaq; cõ-
texuntur,haud p̃tereundum censui.Itaq; si id quoq; diuinitus donũ
datũ esset vt concordi pace inter se regna viuerent aut vno sub re-
ge haberentur,om̃ibus ad victum rebus affluentes nõ modo largi
25 ter se penu inẽpta possent alere:sed si quavis foris inferret eã nullo
prope negocio ꝓpulsare:nam ad corporũ formã qua nullis genti-
bus sunt inferiores & egregia incolarum ingenia , tum ad literas,
tum ad artes manuarias apta:firmissima corporũ pręsto sunt robo
ra.Nihil em̃ graue,nihilq; difficile illis esse potest modo tempora
30 te viuant,consuetaq; olim ac familiari victitandi moderatione vtã-
tur.Itaq; haud temere parentẽ rerum deũ,agrum illorũ ad aliasres
feracem,viniferũ esse voluit minime: id quod aliis nationibus vti-
lissimum est,incõmodum illis fore ꝓuidens.Etenim quibus contra
naturam suã tanta gulę immẽsitas,tamq; externarũ rerũ contẽptis
35 suis immoderata adest cupiditas,vt se quin auidissime aliquãdo vi-
no expleãt cohibere nõ possint: quosdã videre est fœdissimis mox
affligi morbis nec solũ aliis quoq; nationibus consuetis, sed etiam
inusitatis incognitisq;.Alii languidi affectiq; in tantã euadunt de-
formitatem nimia vini ciborumq; voracitate,vt si pueros adolescẽ-
40 tesq; eos cognoris haud agnoscas senes:immo reliquorũ compara-

tione eadem insula haud credas natos, nisi velut monstra portētaq; dixeris: Nonnullos quoq; assiduo vini vsu amens comitatur senectus, raroq; videas vino nimiū deditos parentes fieri: cuncta scilicet eo eneruante vigorēq; naturalem omnē conficiente. Cęterum religionem cū ante susceptam fidē insigniter nec imperite vt tum mos erat cognouissent testante Cęsare ac Tacito, Sedē em̄ eius ac scholas quasdā etiam Galliarū fuisse in Britannia meminit. Druidesq; sacerdotes inde ortos: quod etiā Historię rerum nostrarū referunt. Monam insulā fontem tum extitisse omniū rerum sacrarum ac secretioris doctrinę. Tum initio statim nullaq; reluctatione verā religionem suscipientes maxima eā retinentes synceritate, neq; hereses inuenerunt, neq; vnq̄ asseruere inuentas, Hactenus cōmunia insulā incolentiū retulimus, nunc ad institutū ꝓpositi nostri cōuertamur. Scotiam vt nunc se rerū in ea conditio habet descripturi. Olim em̄ Picti vel potissimā eorum q̄ Scoticę nūc sunt ditionis partē tenuerūt: postq̄ mille centū septuaginta & vnū annos cōtinuo ferme fœdere Scotis cōiuncti, bella vnanimiter in Britānos Romanosq; gerentes, nonnunq̄ etiā dissidiorū amatoribus frigidā suffundentibꝰ mutuis inter se armis concurrentes, tandē extremo odio in mutuā cędem ruentes a Scotis, ita fatis ferentibus sunt deleti. Scoti vero etsi grauibus iactati ꝓcellis auxiliante tamen gratia diuina in hūc vsq; diem florēt integri, Quę vero generatim de Albione prędicauimꝰ ea fere omnia apud Scotos ꝑsertim maiora inuenias, Quippe quibus minus cū exteris mercatoribus cōmercii est ac proinde minus molles sunt minusq; peregrino sanguine corrupti, Hinc vigiliarum inedię, & algoris magis patientes: audaciā quoq; maiorem atq; agilitatem belliq; artes meliores habent. Fidem vero vel mordicus semper tutati sunt, Terminos aūt ad mare Germanicū Scotia Deeram habet olim Pictorum ditionis optimā regionem. Sed illis expulsis Merchię prestantissimę illius parti nomen, quod finē significat inditum. Nam eousq; pulsis Pictis progressi ad Tuedam amnē Merchiam a Northumbria diuidentem constitere, Ex altero littore Riuuli quidā ex Cheuiota monte, Viciniscq; tumulis orti, labentes in Solueū fluuium, Cūbriam ab Annandię valle diuidētem qui cōmuni ostio in Hibernicū Oceanū suscipiunt͛, antiquos Scotorum terminos efficiūt. Mediterranea vero mons Cheuiota late expansus cū exiguis nonnullis torrentibus distinguit. Merchia germanico mari partim Tuedaq; fluuio, partim Laudonia ęstuarioq; Forthia terminata, inter insignes ciuitates Beruicium habet. Ordo lucium olim cuius incolę Ordolucę dicti sunt. Tueda exiguo pri-

1 mum fonte lōgiuscule ꝓfluens paulatim paruorum quorūdam fluuiorum coitu marisq; vbi littori appropinquare incipit ęstu adauctus satis lato alueo sese in mare Germanicum immittit, proxima sed vltra Tuedam ad mediterranea citra tamen Cheuiotam montē
5 Tifedalia adiacet a Tif fluuio nomē sortita, vltra quē Escędalia ab Esca riuo medios eius agros irrigante, Subsequitur in contrarium littus ꝑgentibus Eusdalia ab Eus fluuio nominata: verū is in Annādiam amnem sese immittit illis in Tuedam influentib9: Post quos ad littus Hibernicum pertinens Annandię vallis ita appellata ab
10 eiusdē nois flumine regionē mediā interfluente Nidisdalię finibus Eus fluuio & Solueo eodem cum Annandia ostio in mare influēte mariq; Vergiuio cingitur. Lacus est in eadem regione quinq; miliū longitudine, quatuor vero latitudine, Loumabain vulgo dictus, piscosus admodum & insoliti generis piscium copia insignis. Huic
15 castellum munitissimum adiacet compescendis olim latrociniis extructum. Ingens eñ non modo in hac regione, sed in omnibus modo dictis latronum turbulento tempore semper vis inest. Etenim cum Anglos hostes perpetuo lateribus suis adhærentes habeant, belli tempore hostium incursibus ipsorum vastatis agris pœnuria
20 rerum latrocinio seu prędationibus victum quęrant necesse est. At in pace dulcedine prædarum illecti quandoquidem omnibus modis hosti obesse pulchrum putant, nec tum quidem quiete colendis agris incumbunt. Hinc fit vt ager frumenti vel maxime alioqui fertilis culturę neglectu exiguum fructum reddat, Nec illud silen
25 tio prętereundum haud procul a Solueo amne admodum piscoso arenam adeo infirmam adeoq; pedum nixibus cedentem circumiacere vt ęgre iter admittat euntibusq; subsidere appareat. Fuit olim Valli Annandiæ Ordouicię nomen: atq; incolis quos Romana arma tandem deleuere Ordouicibus, eosq; ferunt captorum hominū
30 carnibus vesci solitos. Sed id satis constat fœminas maritos ex prę lio victos domum redeuntes interficere solitas, meritas inutilis timoris pœnas sumētes. Hinc litt9 maris Hibernici in Septētrionē legentibus Nidisdalia a Nid amne appellata, ordine occurrit angusta qdē fronte mare attingens, cęterū ampliter in mediterraneo
35 distenta. In ea oppidū est Dumfreis noīe insigne laneis pānis candidissimis subtilissimoq; cōtextis filo Anglis, Gallis, Flādris, Germanisq; ad quos ferunť in deliciis. Lateri ei9 adiacet Gallouidia olim Brigātia Cręa fluuio duas i partes fissa, quarū q̄ Nidisdalię ꝓpior inferior, vltra Creā superior vocať, In illa Kyrkoubre emporiū est
40 negociatoꝝ frequētia haud incelebre. In hac Cādida Casa, religiōe

frequentiaq; multū insignis. Diuo em̄ Niniano sacra est, Cœnobiū habēs in quo sepulchrū ac reliq̨ viri sanctissimi magno oīm hono re habitę, crebro hoīm accessu visunt̄. Paulo vlteri9 Victona oppi dū a quo lacus quidā Myrtoun noīe quatuor passuū milib9 abest: cui9 vna pars aliarū more aquarū gelu hyeme cōcrescit, altera nul lis frigoribus congelari potest, dignus ꝑpterea q̄ referat̄. Sūt pre terea duo lacus in Gallouidia Salseit & Neuthramen simili pene & ingenti magnitudine. Cęterum Gallouidia ingenti promōtorio quod muli angulum incolæ appellant in Oceanū extensa rursum sese insinuans duos sinus ingentes efficit scopulis ingentibus qua Caricta proxima inde regione cingūtur impeditos, Lacus marinos ab accolētibus dictos. Louus & Louthrean latitudine pœne pares. verum quum hic sit longitudine sedecim miliarium, ille prope du plam habet. Diues vterq; Ostreis, Hallecibus, Congris, Conchis, aliisq; id genus piscib9 & maxime saxatilibus. Sūt qui scribāt Bri gantiam olim eā dictam quę Gualia nūc in Anglia nūcupatur: in quā olim Saxonibus in Britanniā ingruentibus pulsi sese Britanni receperūt, nūc tota est in Anglorū ditionem redacta, sed parum id vere asserentes. Scribunt em̄ Romani scriptores Monam insulā ex aduerso Brigantię obiacentem atq; ex hac in Hiberniam traiicien tibus illā medio prope traiectu obuiam ferri: Id quod & hac tēpe state verum esse cōspicitur, q̄uis littora inuicem paulo magis nunc distent, vetustate, vt alia cuncta exedente: latitudo quoq; polarisq; eleuatio quā Brigantię Ptolomęus assignat, Gallouidię hac tem pestate apte respondet, longe a Gualia distans, nam & Mona tre centis pene miliaribus ab eadem abest & in prospectu est Gallouí dię. Vt taceam nō modo historias rerū Scoticarū sed & Hiberni carum & Hispanicarum referre, ex Brigantia Hispanię q̄ nunc Cō postella dicitur, Coloniam in Hiberniam olim ductam, vnde haud exigua manus duce Fergusio primo inde Scotorū rege in has Al bionis oras transmiserit, veteris patriæ nomen in eas transferente. Quibus Cor. Tacitus grauis sane ab ethnicis auctor habitus testi monio suo subscribit Brigantes Hispanicam prolē asserens, semo tioriq; Britannię (nam ita totam insulā appellat) recessu suas ha bere sedes q̄ vt vnq̄ Britannos ad illius tempora quispiam eo pene trasse asseuerare queat. Abundant aūt hę regiones Annandia Ni disdalia & Gallouidia pręter lanam cādidissimam, Armentis gre gibusq; numerosis, varii generis frumēti feraces, cęterum haud ita cōmode tritici. Supra Gallouidiā Caricta sita est Silurię quōdam pars quędā, quę dicta ne sit a Carettonio numerosissima olim ciui

tate,cuius adhuc ruinę edium ostendũt magnificentiã:an ab alia ali-
qua re haud satis constat. Crebrę sunt in ea arces natura operibusq;
munitissimę: prẹter quę reliqua armenta ingẽti magnitudine excel-
lentia boues quarũ caro tenera suauisq; esui est, cęterũ pingue nunq̃
cõcrescit olei liquidi modo fere semper fluens. Kyl dein proxima est
vel Coil potius nominata a Coilo Britannorum rege ibi in pugna
cęso. Est in hac regione Saxum haud plus decem milibus passuũ ab
Aer oppido distans, duodecim vix pedes altũ,extensum trigita, triũ
cubitorum spissitudine,haud immerito ab incolis Surdum appella-
tum. Nam quantũuis ingentẽ strepitũ sonitũq; vel etiam bombarda
edas ab imo latere ex aduerso haud exaudiri queat, nisi q̃ remotissi-
me ab eo absis:tũ enim sonus facile ꝑcipitur. Mox Cunigame Coilę
succedit tertia Silurię pars gẽtis olim bellicosissimę ac (vt Tacitus
refert)Romanis semper infestę atq; rebellis. Lacus est in Coila Duin
nomine. Vnde Duna fluuius effluens limpidissimus in mare mediã
regionẽ irrigans incurrit. Par huic in Cunigame lacus noīe Garnot
pisciũ nobilitate famatus. In eadẽ est Largis oppidũ Alexandri tertii
cõmissa cũ Norvvegis pugna clarum. Cunigame ad septentrionem
Cluda amnis,alii Gludã, Tacitꝰ Glotam vocat a Baronia Rainfrou
separat:ortus ex monticulo quodã media in syla Calidonia. Ex quo
& Annandia quẽ diximus,longo tractu in mediã procurrens in Hi-
bernicum tandẽ mare deuoluitur. Nec multũ diuerso fonte Forthea
fluuius lato alueo in mare Germanicũ illabens ęstuariũ ingens effi-
cit:sed de hoc posterius. At Cluda vbi rectius prope in septentrionẽ
aliquandiu cursum tenuit donec ad pedes Grampii montis velut re-
pulsus paulum sese incuruat ac quomodo antea processerat ĩ austrũ
recurrens lato adeo æstu, Tacito auctore vt Romani eo traiecto in
aliam insulam se deuenisse arbitrarentur: in Hibernicũ influit Ocea
nũ. Huic spatio admodũ angusto inter eũ & Lennos regionem,pro-
currẽs adiacet in interiora terrarũ magis patens Reinfrou Baronia
vt vocant. Qua vero Cluda amnis inflectitur Cludęuallis est. Lacus
in Rainfrou duo sunt Quhynzouth vnus viginti passuũ milia ambi
tu continens. Alter Leboth nomine non plus duodecim. vterq; exun-
danti piscium copia exuberans. Sed in Lennos quæ proxima supra
Rainfrou Oceanũ late contingit, Ptolemęo Lelgouia appellata, La-
cus longe maximus est supra quatuor ac viginti miliaria in longitu
dinem extensus, octo in latitudinem. Triginta insulas complectitur,
quarũ pleręq; vicis frequentibus habitatę templa sacellaq; diuis di-
cata habent, Loumund vernacula dictus. Tria in hoc memoratu di-
gna reperiuntur. Nam pisces illic esui humano suaues pinnis carẽt-

Lacus interdũ nullo flante vento ita immense concitatur, vt vel auda cissimos nautas quo minus soluãt deterreat. Vnde vento cessante na ues medio cursu correptę cum maximo discrimine iactantur: & nisi portus quispiã forte propinqu9 adsit plęrũq; euertũtur. Deniq; est & insula quędã gregibus pascẽdis armentisq; vber, sed quę natans flu- ctuansq; quo venti impellant huc illuc feratur. Situs autẽ hic lacus est ad pedem Grampii montis Pictorum olim Scotorũq; regni limi tis, qua ab ostiis Deæ amnis latera Aberdoniæ abluentis mare Ger- manicum prospectans incuruus asper atq; intractabilis (quod & no men eius vernaculum Granzebain significat) per mediam Scotiam in alterum mare tendens obuio hoc lacu excipitur sistiturq;. Memi- nit montis huius & Tacitus. Cęterũ quoniã de finibus Pictorum mẽ tio incidit illud non silentio prętereundum, Pictos non quicquid ci- tra Grampium montem agri est olim tenuisse, sed Scotos, qua lacu Loumund prohibente vlterius excurrere Grampium via, ad littus in citeriores agros patet egressos littori adiacentes has fere regiones quas nominauim9 occupasse, illicq; inter vtrosq; populos limites cer tos cõstitutos. Neq; enim mare Hibernicum Picti vnq̃ respectarunt. Abest autem a lacu Loumund circiter octo passuũ milibus Doum- briton castellum longe munitissimum quo loco Leuinus amnis Clu dam ingreditur Alcluth veteri nomine appellatum. Inde littus strin gentibus mox occurrit Argadia quam vteres Argatheliã dixere al- tissimos littori suo scopulos e mari oppositos prospectans. Eam in tres partes duo lacus inter primos insignes Fyn & Loquho appella- ti diuidunt, quorũ intermedium spatium Knapadaces dicitur. In la- cu Fyn præter omnimodam variorum piscium copiam tanta halle- cum vis reperitur quanta nullo in loco humano accessui patenti. In Loquho vero ingens eorum qui dulci aqua gaudent. Insuper duo- decim insulę ac duo castella, Enconel & Glenurquhart constructa. Vtriusq; hoꝶ lõgitudo supra quatuor & viginti milia extẽdit, latitu do quatuor, Argadię solũ pascẽdis armẽtis apti9 q̃ ferẽdis frugib9: Mineralibus si ĩdustrii peritiq; adessent admodũ diues. Cõstãs fama est lapidẽ in eo nasci q̃ si paulo diutius stramẽtis stupisve supponat incẽdiũ faciat. Sũt p̃terea septẽ alii in Argadia lacus quoꝶ nõnullis ambitus est triginta miliũ aliis paucioꝶ, oĩbus sic satis late distẽtis. Retulit nobis Duncanus Campusbellus eques auratus vir nõ mino- re integritate q̃ maiorũ prosapia insignis ex horũ lacuũ quodam cui Garloil nomẽ est, prodiisse sub auroram solstitii æstiui anno partus virginei Millesimo, quingẽtesimo decimo aĩal quoddã venatici canis magnitudine, pedibus anserinis robora ingẽtia nullo negocio caudę

ictu prosternens ac statim pernici cursu venatores impetens tres tri-
bus ictibus deiecisse reliquis in arbores euadẽtibus: nec diu cũctatũ
protinus sese in lacum recepisse. Magnũ id malũ regno portẽdere id
monstrũ dũ apparet volũt. Nã & alias sed raro visum est. Lorna inde
5 Argadię coniũgitur, Argathelię olim pars. Cęterũ velut indignans
sese in arctũ cogi Chersoneso ingẽti in Hibernicũ mare ad sexaginta
miliaria obuiã fluctibus procurrit inde se rursum recipiens nõ perin
de latũ spatiũ efficit. Tractus is Nouantię olim nomen habuit nunc
vulgo Canter, quod terrę caput signat dicitur: cuius extrema ora nõ
10 plus sexdecim miliariis ab Hibernia distat. Sunt autẽ qui Nouantię
nomine Argadiam simul & Chersonesum ipsam cõpręhẽsam putẽt,
hac sola ꝙ Ptolemęus nullã de Argathelia faciẽs mentionẽ ita velle
videatur, ratione nixi. Crescit in Lorna immensa vbertate optimum
ordeũ. Continens Lornę Loquhabria, adiacet Marthaę primũ inde
15 Varraris antiquitus pars. Vtrũqȝ enim ea tũ mare mediã insulam ꝑ-
transiens respiciebat quẽadmodũ & aliquãdo Morauia, sed meliori-
bus postea consiliis in duas partes ditionesqȝ diuisa: Ferro, plumbo,
pascuisqȝ abundans. Multę in ea syluę, multi lacus, fluuiiqȝ: sed duo
amnes maxime insignes, Salmonibus aliisqȝ piscibus delicatis tũ ma
20 rinis tum fluuialibus adeo exundãtes vt nulla arte laboreve capian-
tur. Nec vsq̃ in tota insula tanta eorũ sit copia: Vni Louthęę nomen
est, alteri Hispanę, cui cũ nomen nõ temere inditũ appareat, certi ta-
men qđ in medium adferamus nihil vsq̃ reperimus. Louthea ex lacu
quodam ortus haud plus octo milibus passuũ a lacu Nessa vnde &
25 eiusdem nominis fluuius in mare Germanicum decurrit distante, in
eum aduersi maris sinũ illabitur quem coarctato rursum a peninsula
littore ingens in altum exurgens promontorium Ardnomorth no-
mine exiguoqȝ spatio diremptam Ilam insulam prospectans, efficit.
ad Louthęę ostia sita est opulẽtissima olim ciuitas Enuerlothea, Gal
30 lorum Hispanorũqȝ in eam commeantium frequentia nobilis. Sed
Norvvegorum postea Danorumqȝ bello diruta: nec deinceps (igna
uia ne dicam incolarum, an potius maleuolentia quorundam qui-
bus ciuitates munitę arcesqȝ supra modũ inuisę sunt) cum haud me-
diocri omniũ dedecore reparata. Citra Loutheam Euonium castellũ
35 firmissimum situm est ita olim appellatum, nunc Dounstaphage.
Vltra vero Hispana fluuius mare ingreditur. Rossia inde quõdam
Lugia dicta statim progredienti occurrit angusta quidem illa, sed
immẽso spatio per medium insulæ protensa. Hinc atqȝ illinc oceano
contingitur: qua vero Vergiueo ob saltuũ montiumqȝ difficultatem
40 haud facile peruia ac proinde feris q̃ hominibꝰ aptior. Cultior tamẽ

ad mare Germanicum, haud inuite fert segetem. Nec minus cómo-
da est alendis armentis ob pascuorũ in ea lętitiã. Valles enim amœ-
nissimo aspectu plęręq; piscosis fluminibus irrigatę luxuriantem ad
modum dulceq; hęrbam animantibus proferunt. Quamobrem quũ
& lacus in ea sint nonnulli quorum omniũ maximus Loubrum Sal- 45
monibus exuberans & fluuii frequentes haud desint & illic quoq; vl
la fere pisciũ genera qui tota vsq; insula visuntur. Æstus præterea in
Rossia est Crommarte nomine haud inepte a plęrisq; q in extremo
pœne mari periclitantibus plęrũq; salutaris portus existit, Nauigan
tiũ salus nũcupatus. In hac etiam oppidũ est Thana nomine ossibus 50
Deuthaci episcopi quę illic asseruãtur insigne. Huc ex omni Albio-
ne concursus fieri soliti sunt pie sanctissimi viri reliquias venerantiũ.
Seruantur in Valle quadã Rossię duę ædes vetustatis monumenta
rotũda figura i formã cãpanę factę. Succedit Rossię Strathnauerna
extrema Scotiæ regio qua littora Deucallidonico mari exposita in 55
mare Germanicũ mox sese reflectũt a Septentrione Deucallidonicũ
partim ac partim Cathanesiam obiectã habẽs ab Oriente Suthirlan
diam, a Meridie Rossiã, ab Occidẽte Deucallidonicũ iterũ. Tria ex-
tremi littoris promõtoria sunt duos sinus faciẽtia Houburn qđ pri
mũ est in Strathnauerna sitũ immanitate sua famatũ. Duo reliqua q̃ 60
cõsequẽtis Cathanesię sũt Hoy & Dounesbe qđ Ptolemęus Dume
vocauit, minus magna. Inde iam redeuntia littora mare Germanico
abluũtur, Annexa est Cathanesię Suthirlandia haud contemnẽda &
ipsa regio pecori alendo q̃ frugibus sicut & priores duę fertilior, p-
inde etiã plus satis huc incũbentibus incolis q̃ qđ nutriẽdę satis sit, 65
abũde ferat. Huic Morauia interiecta Rossia de qua modo diximus
proxima est Vararis olim dicta cęterũ eosdẽ haud fines retinens, nã
vt Nessa amne & Spea inclusa in Hibernicũ mare procurrebat: ita
illinc modo exclusa inter Speam fluuiũ & Kessokã vbi Rossię vadũ
extensa in Germanicũ procurrens Oceanũ extenditur. Inter Rossiã 70
Morauiãq; ingenti sinu se terra incuruat in quem quinq; flumina il-
labuntur, Nessa (de quo mox plura) Nairdin, Findorna, Lossa, &
Spea tantũ reliquos rapido lapsu exuperans, vt occurrentis Oceani
æstuantisq; impetu ne minimũ quidem sisti possit totis, vt ita dicam,
velis obuiantis fluctus repellens. Nessa vero fluuius ex lacu eiusdem 75
nominis exortus haud plus octo passuũ milibus (quod spatium ne
terræ rursum secretæ ab inuicem sint efficit) ab eo lacu distans vn-
de Lochtea amnis in mare defluit Hibernicum (vt diximus) nullo
vnq̃ sidere concrescere potest nec ipse quoq; lacus. Quicquid autẽ in
eos cõgelatũ infertur extẽplo liquescit pręcipuo cõmodo equis luto 80

1 glacieq; rigentibus. Est ad ostia Nessę oppidũ Enuernes nomine numeroso hallece olim fœcundũ nunc ira numinis eo beneficio priuatũ: causam vulgo in hominũ quorundã insolentiã referant, qui efferi immani cupiditate certãtes ꝓ piscibus scelerato sanguine vndas cõ
5 macularũt. Id enim ꝑsuasum habẽt, quũ ꝓ cõchis hallecibus, atq; id genus piscibus, quos benigna dei ꝓuidẽtia ad pauperũ inopiam largitur certamẽ vsq̃ initur multo inde tẽpore nihil aut exiguũ quiddã eorum apparere. Ad Nessæ lacus lõgi quatuor & viginti passuũ milia, lati duodecim latera, ꝓpter ingẽtia nemora ferarũ ingens copia
10 est ceruorũ, equorũ indomitorũ, capreolorũ & huiusmodi animantiũ magna vis. Ad hęc Martirillę, Fouinę, vt vulgo vocãtur Vulpes Mustellę, Fibri, Lutręq; incõparabili numero, quorũ tergora exterę gentes ad luxũ immẽso precio coemũt. Pręter copiã tritici cęterorumq; frumẽtorũ itẽ nucũ pomorũq; omniũ toto Scotoꝝ agro nascentiũ:
15 Nõ minor hic pisciũ, atq; in primis Salmonũ vis q̃ vsq̃ alibi reperit. Sed nouus is piscandi mos est. In intimo maris sinu cratẽ longo tractu directã cœno inducũt in angulis suis ternis quaternisve gyris in uolutã, aduersus quã pisces adueniente mari delati in gyris illis sese implicãt: vnde nec facilis manẽte aqua fit illis exitus. Itaq; mox abeũ
20 te Oceano in sicco destituti aduenietiũ manib9 prędas sese exhibẽt. Est & lacus in Morauia Spina noĩe insignis Holorũ frequẽtia. Nascitur enĩ in eo hęrba quędã cuius semine auidissime vescuntur, atq; ob id Holorũ cognominata. Ea aũt hęrbę illi9 natura est vt agris in iecta nunq̃ putrescat. Hinc factũ est vt licet in spatiũ quinq; ꝓpe mi
25 liũ lacus distendat, hominumq; adhuc memoria piscibus ac maxime Salmonib9 exũdare cõsueuerit: vbi ea enasci cœpit sensim accrescẽs totũ illud vadosum nantibusq; impeditũ reddiderit, nec vllus deinceps piscis maior quispiã in eo visus sit. Seruant in tẽplo Pette regionis Morauię Ossa cuiusdã ꝑ Ironiã Litil Ihon. i. Minoris Ioãnis dicti
30 quẽ figura quãtitasq; ossiũ quatuordecim pedũ lõgitudine fuisse demõstrãt pari cũ ea crassitudine. Vidimus enĩ ipsi ab hinc sex ãnis os coxẽdicis ipsius nõ minus lõgitudine totius cruris humani crassitudine Surę: Cuius in cõcauitate brachiũ inseruimus, indicio quãtarũ moliũ ferax olim regio nostra esse consueuerit, vbi nondũ vorandi in
35 gurgitãdiq; tanta gentẽ nostrã libido inuasisset. Est insuꝑ in Morauia oppidũ Elgein nomine haud longe ab ostiis Speę amnis sitũ ob negociatoꝝ frequentiã insigne, & in eo celebre etiã ad modũ fanum augustissima cathedra episcopali ac religioso Canonicorum collegio. Multis insuper percelebris est Morauia abbatiis, ac cœnobiis:
40 quorum præcipua Killos & Pluscatre Benedictini vtrũq; ordinis.

Cistertiēsis illud, hęc Cluniacēsis: proximę Morauię Boena & Ainze regiones a Promontorio qđ sinum Morauię in immēsum in mare ꝑ currēs cōcludit, vasta deinceps littora occupāt. Diues vtraq; pascuis armentisq; & feris ob nemora in eis īgētia, nec minus frumenti tamen ferax. Ad amnē Douernam insigniter piscosum oppidū est nomine Bannof. Subiacet illis Buthqubania cū cæterarum pecudū, tū ouiū multitudine fœcūda: vnde & vicinas regiones lana superat, fluuii in ea Salmonū copia exuberantes pręter vnum cui nomen Ratra qui quum haud minori cæteris alueo feratur, nullum tamen Salmonem in se recipit. Ad Slanis (nomē est castello comestabulis regii) antrum est admirandæ naturæ. Aqua enim in id instillans tractu tēporis in candidissimū conuertitur lapidem: ac nisi certo annorū curriculo eximerētur olim iā oppletū illis fuisset. Nullus in hac regione mus maior cōspicitur, nec si importetᵉ vitā ducere illic potest. Nascūtur in eadē Auenę plęrisq; in locis spōte nullaq; cultura: verū messores si cōsulto pręcogitatoq; accedāt inania oīa reperiūt: si de repente nihilq; prædicētes plena vniuersa, id quod haud ꝑ naturā fieri posse apparet, sed illusione dęmonū credulis supstiosisq; hominū mētibus imponentium. Est inde Marria regio ingens a mari Germanico ad Badzenotam sexaginta passuū milibus protensa, Equos, boues, cæterorūq; armētoꝝ gen⁹ numerose gignit. In ea est Aberdonia duobus clausa fluminibus Dona vlteriore, citeriore Dea, Academia generali Vvilhelmi Elphinstoun loci Antitistis viri omniū suæ ætatis optimi opera constituta florens, qui & ibidem collegium regale construxit vbi magno literarum incremento, bonæ omnes disciplinæ iuuentuti addiscendæ proponūtur. Celebris quoq; est Aberdonia sede Episcopali Canonicorumq; collegio ac templo magnificentissimo ornatu adprime instructo. Id præter cæteros Albionis fluuios Dea Donaq; habent ꝙ Salmones cum ingenti in illis copia præhendantur, tum præ cæteris quantitate longe maiore. Affinis est Marriæ Mernia maritima & ipsa regio pingui gleba pascuisq; fœcunda: castellū in ea Dounotir longe munitissimū, est regio Mariscallo domicilium Asseruantur Forduni (quod oppidū in ea est) magna veneratione reliquię Diui Palladii Scotorum Apostoli, limitem Mernię Eska fluuius Northesk vernacule dictus constituit. Vnde continens Angusia Horestiæ olim pars tribus fluminibus irrigatur, nempe iam dicto Northesk ingenti Salmonum copia exundāte, altero illi cognomine Eska, sed Suthesk vulgo & omniū Scotiæ fluminū pstantissimo Tao Romanis etiam celebrato scriptoribus. Eminet ex ea in mare Germanicū promontoriū qđ Rubrū vulgo dicitur, magnitudine

1 sua conspicuum. Cęterum Taus longissime vltra Grampium montem ex lacu eodem cognomine lõgo viginti quatuor, lato non plus decem milibus passuũ, insulas nõnullas castellaq; cõplectente, ac ob aquę bonitatem pisci abundante ortus, multis irrigatis regionibus
5 tandẽ pręter Deidonum oppidum, quę mihi patria est. Alectũ olim nominatum in mare illabitur. Lanificio ea ciuitas cõprimis clara est, verũ & alię multę in ea tum ciuitates, tum Abbatię reperiũtur. Mõs Rosarum quondã Celurca, Brechenum vbi Episcopalis sedes & pleraq; alia. Castella autem cũ sint infinita supuacaneũ esset dinumera-
10 re. Sed illud silentio haud pretereundũ, Forfaream olim ciuitatẽ frequentem duabusq; arcibus regiis vti ruinæ demonstrãt cõmunitam in vicum iam redactam: passim in ea ingentes reperiuntur lacus fœcunditate pisciũ redũdãtes. Cœnobiũ quoq; in ea est nomine Restẽnoth Canonicorũ Diui Augustini. Duo pręterea alia religione eru-
15 ditioneq; famata Aberbroth & Cuprum, hoc Cistertiensis ordinis illud maiorismonasterii Turonensis. Ferunt in parte quadam Anguliæ cui nomen Vallis Eskæ oues tam mollem, candidam, delicatãq; tãq; subtili villo ferre lanam, vt vix similis in tota inueniatur Albione. Aduersam Tai fluminis ripam Fifa efficit, quondã Otolinię pars
20 melior. In hac pręter omne frumenti genus, quod tota vsq̃ insula reperitur pecorũq; atq; armentorum numerosam multitudinẽ, effoditur ingenti numero lapis niger faciẽdo igni supra modum accõmodus, quales Leodii quoq; effodiuntur, tanti caloris cum accensi sunt, vt ferrum etiam liquefaciant: Fabrisq; ferro ęriq; molliẽdo in primis
25 vsui sint, nec vsq̃ aliubi, nisi inter Taũ & Tinã amnes (quod sciam) quidem in tota Albione illius lapidis genus inuenitur. Sal quoq; in ea ex aqua marina coquitur haud exigua quantitate. In hac insignes plurimę sunt ciuitates, quarũ facile princeps quę vocatur Sancti Andreę gymnasio publico omniũ disciplinarũ, atq; Archiepiscopatu ce-
30 lebris. Nec tamen pretereunda Disertum, Kilcalde, Kilgorn, Cuprũ Doumfermilem: vbi diues Abbatia cõmuni regum sepulchro nobilis. Sunt & aliæ Abbatię sub tutela D. Virginis non minus religione q̃ eruditione pręstantes, nominatiores inter eas Cukois Balmurein, Petmoacum, & Pettinveim. Lacus Fifa cõplures habet, sed præ-
35 cipui sunt Torre ac Leuin. In hoc arx est longe munitissima insulęq; variæ, sed in vna earum Fanum diuo Filano sacrum Fifam a Laudonia (nam ea illi proxima est litus legẽtibus) discriminat Forthia fluuius, ostio latissimo quod Forthmon olim dicebatur mari sese insinuans ęstumq; vicissim longo spatio recipiens, Ostreis, Conchis, Cõ-
40 chilibus, Vitulis marinis, ac saxatilibus omniq; marinorum piscium

ferme genere redundans. In hoc ęstu præter alias insulas nobilis est
Maia diui Hadriani ac eius sodaliū, martyrio pro Christi noīe coro-
natorū reliquiis. Altissimo hic scopulo fons aquę dulcis largissimus
admirando naturę miraculo medio mari scaturit. Omnia exuperans
rerum in se nouitate Bas castellum viribus humanis prope inexpu- 45
gnabile. In hoc quoq; æstuario situs est Scopulus angusto aditu vix
piscariā nauē recipiens, qui non in sese ædificia extructa habet, sed
excauatus non incōmodiora domicilia intus prębet q̄ si magnis ope
ribus extructus esset: cæterum lōge hac re munitiora. Quicquid au-
tem in eo est portentosæ plenum est nouitatis Auium enim quas ver 50
nacula lingua Solandis appellamus haud absimilium iis quas Aqui
las Plinius aquatiles vocat in eo ingens copia inhabitat, nec in vllo
fere alio loco. Eę quum primū adueniunt incipiente vere construen-
dis nidis tantam lignorum vim comportant vt auferentibus qui il-
lic inhabitant (nec enim id ęgre ferunt) satis in annum ea ex parte 55
prospectum sit. Pullos suos piscibus alunt iisq; delicatissimis. Nam
si quempiam ante cœperint auolantesq; meliorem fundo maris nan-
tē conspiciant abiecto illo, magno sese impetu præcipitantes immer
gentesq; prędā ꝓsequūtur illā, vbi vero ad nidum escā pullis adpor-
tarunt auferentibus rursus hominibus haud grauate concedūt, con- 60
tinuo pro aliis auolantes. Pullos quoq; nec repugnantibus deprędan
tur, vnde ingens commodum ad Castelli dominum redit. Nam cu-
tem detrahentes cum pingui, oleum inde magni precii conficiunt: ha
bēt quoq; intestinum quoddam paruum oleo singularis virtutis re-
fertū. Coxēdicē enim artritiūq; & id genus morbos sanare cōsueuit 65
vt appareat hāc auē cū alioq oibus modis hoim vsibus inseruiat, ꝙ
rarior sit hoc solo se esse inferiorē. Nascit etiā in hoc scopulo hęrba
q̄dā hūano esui suauis: cęterū si exportet trāsplātetq;, nec esui apta
est, nec alibi crescere vsq̄ potest. Inuētus fuit olim in eadē rupe la-
pis qdā porosus in formā spōgię, altera ex parte cōcauꝰ: quo si mari 70
na infundat aqua ea ꝑcolata dulcis potuiq; cōmoda effluat. Cęterū
cōicatione amicoꝝ vt ferūt ꝑ multas manꝰ tādē ad Fast castellū vbi
& hodie esse aiūt delatꝰ est. In eodē ęstu isula est Æmonia cœnobio
canonicoꝝ diui Augustini cōscribēdis historiis cōseruādisq; ędificato
insignis. Sūt & alię ibidē insulę multę cuniculorū copia fœcūdę. Ap 75
parēt iterdū in hoc ęstu malo omine ingētiq; hoim metu portēta q̄-
dā facie hūana cuculos ad modū monachoꝝ vt apparet iduta ac vm
bilico tenꝰ aq̄ extātia bassinatis vernacula lingua. Laudonia Pithlā
dia olim appellata nūc Scotoꝝ ditiōis glebę vbertate iter primas ex
cellit. Multas habet abbatias ꝑcelebres munitaq; castella. Insigniora 80

in ea oppida hæc fere numeranda duximus Hadintona, Doumbar, Nortberuicū, Lethā. Omniū aūt præstantissimū Edinburgū vbi castellum est puellarum vocatū excellentium authorū testimoniis celebratū: nunc q̄ olim primaria regis sede haud minus celebre. Ab hoc
5 oppido plus minus duobus passuum milibus, fons cui olei guttę innatant scaturit: ea vi, vt si nihil inde collegeris nihilo plus confluat: quantūuis aūt abstuleris nihilo minus remaneat. Natum esse aiunt effuso illic oleo Diuę Catharinę qđ ad Diuam Margaritam ex mōte Sinai adferebatur. Fidem rei faciunt, fonti nomē diuæ Catharinæ
10 inditum, atq; in eiusdem honorē sacellū, iuxta diuæ Margaritæ iussu ędificatum. Valet hoc oleum cōtra varias cutis scabricies. Est prę terea ad ostia Forthiæ æstus, castellum Doumbar nomine inter munitissima Albionis tum natura, tum operibus humanis semper habitū, Comitū olim Merchiarum domiciliū, in propinquo eiusdē nomi-
15 nis oppidū habens sacerdotū insigne collegio. Laudonię lateri Merchia adiacet, vnde initiū sortita oratio circūlectis littoribus finē ibidem quantum ad littora pertinet habeat. Ad interiora iam transeamus. Sub Merchia Teuidaliaq; Tuedalia est a Tueda sic appellata pars haud cōtemnēda Laudoniæ: sub reliqs Daliis.i.vallibus subia-
20 cent Drisdalia, Valcopdalia, Douglasdalia & Cludisdalia, a Cluda, Douglas, Vauth & Dris amnibus nomina tenentes. Cludisdaliæ oppidum est Glaguense nomine, gymnasio publico non parum florēte, ædeq; augustissima, & diuo Kentigerno sacra, atq; Episcopali cathedra, vna cum Canonicorū erudito collegio celebre. In hac regio-
25 ne aurifodina est auri ad modum vbere copia diues: id vero qđ vulgo Azurum dicitur nullo pœne labore ibi effoditur. Reperiūtur & gemmæ interdum, Cyanenus, Rubinus, & Adamas. Inuenta est hæc aurifodina Iacobo quarto regnante, quem si fata virum nobis seruassent superstitem dubio procul repertas eas opes cum magno regni
30 decore in lucem protulisset, negligentia iam ignauiaq; haud pro merito claras vtilesq;. Adiacet Argadię ac Lēnos in mediterraneis ager Sterlingi & Monteth, inde haud procul eiusdem nominis oppidum Sterlingum cum fortissimo Castello, cui olim nomen fuit Monti doloroso. Hic initia olim fuere Calidoniæ syluę, manentibus videlicet
35 veteribus adhuc nominibus Callendar & Caldar, excurrēs per Monteth & Erneuallem lōgo tractu ad Atholiam & Loquhabriam vsq;. Gignere solet ea sylua boues candidissimos in formā Leonis iubam ferētes, cætera māsuetis simillimos verū adeo feros indomitosq; atq; humanū refugiētes cōsortium, vt quas hęrbas arboresq; aut frutices
40 hūana cōtrectatas manu sēserint plurimos deiceps dies fugiāt: capti

autẽ arte quapiam (quod difficillimũ est) mox paulo prę mœstitia moriant̃. Quũ vero sese peti senserint in obuiũ quęcũq; magno impe tu irruẽtes eũ ꝓsternũt, nõ canes, nõ venabula, nec ferrũ vllũ metuũt. Ferunt itaq; Robertũ Brusium adepto regno pacatisq; rebus solatii causa venantẽ mortis periculo ꝓximũ fuisse. Nã quũ negligentius 45
absq; comitib9 quocũq; animus ferebat ꝑuagaretur, ecce illi obuius huius generis Taurus ictus venabulo, atq; in furorẽ actus præsentẽ secũ perniciẽ afferẽs occurrit: nec quicq̃ erat quo imminẽs discrimẽ subterfugere Rex possit. Verũ ꝓspectantibus vniuersis, ac metu pro pe stupentibus vir quidã pręsenti animo animã ꝓ rege fusurus, arre 50
ptis ferę cornibus quãta potuit maxima vi renitẽs, nõ modo cursum impetẽtis retinuit, sed beluã quoq; illęsus magna virtute in terrã ꝓ-
strauit, qua cõfestim accurrẽtiũ venabulis cõfossa impẽdẽs Regi exi tiũ auertit. Hũc virũ Rex ob seruatã salutẽ magnifice donatũ Turn bub, id qđ Tauri deiectorẽ significat, appellari exinde voluit. Extãt 55
huius nõis familię haud mediocris nobilitatis, quib9 ille initiũ nõis amplitudinisq; dedisse primus fert̃. Hui9 aũt aĩalis carnes esui iucũ dissimę sunt, atq; in primis nobilitati gratę verũ cartilaginosę. Cæ-
terũ quũ tota olim sylua nasci ea soleãt: in vna tñ nũc eius parte re-
periunt̃, q̃ Cũmirnald appellat̃, aliis gula humana ad internicionem 60
redactis. Ad Oriẽtẽ Monteth regioni, Erneuallis adiacet vicissim ex eadẽ cęli parte Fifam obiectã habẽs in ea est Erna modicus amnis in Taum influẽs. Quatuor passuũ milibus ab eo loco quo Tao iungit̃ lapis est haud ita magnę quãtitatis, sed portẽtosę nouitatis. Quo.n. loco situs est cõmoueri qdẽ, moueri aũt inde nulla vi, nullaq; arte põt 65
& quo id magis mirũ sit ęque ab vno cõmouet̃, atq; a cẽtũ. Ex aduer sa Tai fluminis ripa interiecta Gourea Angusiaq; ꝓxima Stermũda est nõ minori frugũ q̃ graminis vbertate. Huic ad Septẽtrionẽ Atho lia obiacet amœnissimis pariter & piscosissimis irrigata fluminibus in quib9 murenarũ luporũq;, ac reliquoꝝ fluuiatiliũ ingẽs copia est. 70
Ager aũt adeo fertilis est, vt pœne illaboratus frugem ꝓducat, opti meq; in ea maturescat. Est ad Lud vicũ, eius ager adeo fertilis, vt si di ligẽter elaboret̃ absq; seminis iactu ordeũ vel optimũ ꝓferat, id qđ referẽte quodã fidei ꝓbatę sacerdote accepim9. Sũt tñ in ea q̃dã con trarię prorsum naturę, q bus cõmissum triticũ in siliginẽ degenerat, 75
cui9 simile de Leodiẽsis agri loco quodã accepim9. Sub Buthquha-
niam Boinãq; ad Occidentẽ Bogęuallis & Sareota, regiones subia-
cent gramine iuxta atq; frugibus fertiles. In hac est mons quidam Doundor aureus ab incolis appellat9, ob id opinor ꝗ oues in eo fla uę sint, habentes dentes quidẽ coloris plane aurei: carnes vero velut 80

1 croco tinctas pauloq; plus q̃ ea est quam ferunt lanā. Est & in eadem regione quodam in loco lapidum ingentium corona admirādum in modum sicut ęs resonantium. Volunt antiquitatis gentis nostrę studiosi eo in loco deorum quondā templum dū dęmonū adhuc cultibus
5 addicti maiores nostri essent stetisse. Multę post has sunt regiones vt Braidalbain, Strathbraun, badzenotha, compluresq; alię: tum lacus, sed re pręclara nouitatem adferēte nulli quod sciam insignes: proinde exactius de eis prolixiusq; sermonem extendere superuacaneum putem. Itaq; enarratis quæ de partialibus regionibus compe-
10 rimus ad ea iam stilum vertamus, quæ in vniuersum de Scotia dici possint. Igitur toto regno nisi qua ꝓhibet humana habitatio, Leporum, Caprearum, Ceruorū, syluestriū equorum (quos ab agrestibus immissis emissariis māsuetis mira quadā arte sub hyemē captos abducunt) luporum & vulpium ingens vbiq; prouentus. Cęterum lu-
15 pi vbiq; atrocissimi sunt gregibus, atq; armentis infensissimi præter q̃ in Valle quadam Angusię nomine Glēmores: vbi domesticis animantibus innoxii ferarum pręda sese pascunt. Vulpes quū nusq̃ non sint infestæ minoribus animalibus alitibusq; domesticis, tū maxime in Montanis, vbi difficilis earū venatio est. Tali itaq; consilio beluæ
20 illius perniciem anteuertere cōsueuerunt. Vicis frequētioribus singulæ ędes singulas vulpeculas nutriunt, easq; earum carnibus contusis coctisq; animalium cibis miscere solent. Quæ autem volucres aut pecudes domesticę eas degustassent duos prope menses innoxię securæq; pascentes oberrant, vulpibus a sui generis esca, tam an-
25 xie abstinentibus: quod ita esse comprobant. Nam si qua non degustarit peruagantibus inter gallinas, anates, anseres, cæterasq; aues innoxiis vulpibus, ea sola illis prædæ est, quam a genere suo abstinuisse sentiunt: vt appareat inferendis iniuriis, nonnunq̃ iniurias propelli. Nec canum quidem naturam præteriero. Sunt &
30 enim præter vulgares domesticosq; tria eorum genera, quæ alibi nusq̃ (vt opinor) terrarum inuenias: vnum genus venaticum est cum celerrimum, tum audacissimum: nec modo in feras, sed in hostes etiam latronesq;: præsertim si dominum ductoremve iniuria affici cernat, aut in eos concitetur. Alterum est Odorisequo-
35 rum feras, aues, immo & pisces quoq; inter saxa latentes odoratu inuestigantium. Tertium genus est haud maius odorisequis: sed vt plurimum ruffum nigris inspersum maculis, aut nigrum ruffis. Tanta vero his sagacitas inest, vt fures furtoq; ablata persequantur & depræhensos cōtinuo inuadunt. Qꝫ si fur quo fallat fluuium
40 traiecerit, quo loco fluuium ingressus est & ipsi sese præcipitant:

& in aduersam deuenientes ripam in gyrum circũquaq; procurrere non cessant donec odoratu vestigia assequuti sunt. Id minus verũ videri possit nisi vulgaris eorum esset vsus Scotis Anglisq; in confinibus vbi ex mutua agrorum prædatione multi sibi victũ quærere consueuerũt. Q; siquis pacis tẽpore dũ sibi ablatũ quispiã cane indagatore ꝓsequtur, vel etiã in secretiora cubicula cani ingressum deneget, is plane pro fure habetur. Auiũ raptu viuentiũ, Aquilæ sunt, Falcones, Accipitres & id genus aliæ. Cæterũ Aquatiliũ tã varius ingensq; est numerus, vt ꝓ miraculo notari haud ridiculũ sit. Sed medii inter eas quædã generis præter cætera reperiũtur aliis regionibus incognita. Vnũ magnitudine coruum paulo superãs Auercalze. i. Siluestres equi appellati, solius pinus arboris extremis flagellis victitãtes. Alterũ illo minus, galli gallinæq; syluestres vocati, frumẽto abstinẽtes cibũ habẽtes enascẽtia minutaq; cytisi folia. Vtrũq; humanæ gulæ admodũ suaue. Tertiũ genus Fasiano carne ac magnitudine simillimũ at nigra pluma rubẽtibus admodũ palpebris: syluestrẽ agri gallũ nostrates dicunt, estq; frumẽto victitans. Præter hæc aues in Merchia nascuntur Gustardes vernaculo sermone dictæ, colore plumæ ac carne perdicibus nõ dissimiles, sed quæ holores corporis mole exuperant. Rara est ea auis atq; humanũ aspectũ plurimũ obhorrẽs: nuda humo oua ponit: quæ si ab homine cõtrectata, aut eius anhelitu & afflatu vel leuiter imbuta senserit (quod facile naturæ beneficio digno scit) extẽplo veluti inidonea ad pullos ꝓcreãdos relinquens, alio ad oua pariẽda se cõfert. Reliqua genera vt aliis in regionib9. Pisciũ vt ex dictis satis manifestũ est, tãta in toto regno vis est ac ꝓcipue Salmonũ, quãtã nullis in regionibus aliis cõperias. Haud itaq; grauabimur, quæ de Salmonũ natura explorata habem9 his chartis illinere. Autũno riuulis plærũq; aut locis vadosis coeũtes idq; iunctis ventribus oua sua sabulo enixa cooperiũt: quo deinceps tẽpore tã graciles sunt ac macilẽti, masculus lactibus exhaustis, fœmella ouis: vt præter cutẽ & spinas totoq; corpore gracilia quædã ossicula nihil pœne reliqui habeãt, ac proinde esui sint prorsum inepti. Ferũt eã tũ illis vim inesse, vt quoscũq; cõtingãt ex suo genere obuios eadẽ macie qua attigerint statim cõficiãt. Capiunt eñ interdũ vno latere bene habiti, altero æque vt alii exhausti. Cæterũ ex ouis illis arena opertis vere ꝓximo pisciculi nascuntur adeo molles atq; tenelli, vt quũ humani digiti magnitudinẽ nõdũ excedãt si manibus tractẽtur velut humor quidã cõcretus paulũ, defluãt. Et mare ꝓtinus petẽtes intra vicesimũ diem in immẽsam magnitudinẽ euadũt. Tum ad loca vnde nati sunt reuertentes aduersis fluminibus subeunt. Hic iam res admiranda

45 50 55 60 65 70 75 80

1 spectātium oculis subiicitur. Flumina enim quædam hinc atq; illinc angustis pressa rupibus ac proinde cursu pernici demissa vbi aspero præruptoq; alueo ferri incipiunt non in subiectum statim canalem delabuntur, sed pendentibus aliquantum aquis ac spatio quodā per
5 aera emenso arcuata incuruaq; in terrā strepitu īgēti cōcidūt. Itaq; ad ea pręcipitia vbi aduenerint impetu facto saltu ea superare contē dunt, nempe violentia maiore latis fluctibus q̄ vt natatu perrumpi possint. Quibus igitur viriū minus additū est, aut referentibus aquis vnde exilierant reiiciūtur aut subsidentes in terrā cadunt subiectam.
10 Vbi accolę extructo in hoc suspensis sub aquis foco nonnūq̄ in excauatis ad pręcipitia illa rupibus lebetibus cū aqua igni superpositis cadentes excipiunt ingenti audacia palati ac ventris seruientes libidini. Qui vero suspensos amnes saltu exuperant ea confestim loca petunt quibus nuper editi fuerant in Autūnū illic (ni prius capiātur)
15 ad pariendi vsq; tempus remansuri: quo vt innoxie fœtui incumbere liceat, capere eos legibus vetitū est. Definitū autē id tēpus est a sexto idus Septembres ad calendas Decembres. Quibus hic piscis rebus vescatur, & an etiam aliquo haud satis constat, nihil enim aperto ventriculo pręter spissum quēdam humorē vnq̄ inuentum est. Atq; hæc
20 quidē de Salmonibus. De Conchis vero intortis ac earū margaritis proximū est nunc disserere. Etenim quū plurima sint apud nos Concharum genera, quędā paruę, ac vulgari vsu recentes palato suauissimę, nōnullę maiores eaq; forma & quantitate, qua sunt quę purpurā habent, sed his illius nihil inest, saporis tamen etiā homini etsi delica
25 to haud spernendi. At eę quę torno fastigiatas a capite testas habent maculisq; aspersas lōgo interuallo reliquas (vt etiam fœtū sileam) superant. Quippe adeo nōnullis in locis sunt delicatę vt non immerito apud veteres gulę primatū obtinuerint, vt viduarū vulgo cupedię sint dictę, q̄q̄ in quibusdā fluminib9 idq; pręsertim Dea Donaq;
30 esui ineptę iudicantur. Hę magno apud nos numero repertę, limpidissimis purissimisq; amnibus ac nullo vnq̄ limo turbidis, qua profundissimi sunt agere gaudent in eisq; solis margaritas concipiunt. Sub Auroram enim cęlo sereno temperatoq; in aerem se, donec capitibus aqua existant subleuantes roridum liquorē oscitatione auide
35 excipiūt, pro concepti seminis multitudine partu aut exili aut grādi futuro. Sensus illis tā acutus inest vt si altiorem in littore astans vocem emiseris, aut lapillum quātūuis minutū in aquam conieceris repente se substrahentes subsidant vniuersę. Ea enim illis thesauri sui custodiendi naturalis indita est solertia, haud ignorantibus videlicet
40 quanti sit precii apud mortales luxus ex fœtu suo comparatus. Itaq;

piſcantes quoq; id maxime obſeruant vt primo attactu teſtas cõuin-
ctas arctiſſime detineant protinus alioquin illis vnionẽ euomituris.
Quaterni aut quini humerorũ tenus flumẽ ingreſſi atq; in orbẽ ſtan
tes contũ alterutra manu quo firmius cõſiſtant fundo fixum tenent.
Inde oculis per aquę limpiditatem prędas colluſtrãtes, pedũ digitis 45
(nã manibus id fieri prohibet altitudo) teſtarũ torturas placide cõ
pręhendũt atq; aſtãtibus vacua manu excipiendas prębẽt. Nec vero
minimi ſunt precii quos noſtra fert regio vniones. Splendeſcentem
enim fere candorem referũt, optime orbiculati lęueſq; ac magnitu-
dine interdũ vnguis minimi manus digiti excedentes, quantũ & nos 50
aliquãdo habuimus. Sũt etiam eiuſdem fere generis Conchę in oris
Hiſpanicis quarũ teſtas qui peregre a Diuo Iacobo redeũt, adferũt
ſed haud fœcundę, propterea q aqua ſalſa viuant. Nã & circũquaq;
in littoribus Scotici maris ingens natat, ſed ſterilis multitudo. Re-
periũtur & paſſim piſces quidam inuſitatę formæ, alii enim ſquamis 55
ſunt rigidiſſimis, alii teſtas ferunt, quidã locuſtarũ ſpeciẽ habent, nõ
nulli rotundi vt globi aculeatam in Herinaceorũ ſpeciem cutem fe-
rentes atq; vno eodẽq; foramine cibũ in ventrem recipientes ac rur-
ſum inde reiicientes excremẽta. De reliquis piſciũ generibus Rum-
bis, Capitonibus, Magaris, Scombris, Pectinibus, Chilonibus, Scat- 60
tibus, Scaris, Sparis, Spondilibus, Oſtreis, Vitulis marinis, Focis,
Cete, & quos piſcium reges Nautæ appellant, Hallecibus, quid fru
ſtra calamũ terere oporteat? quum ſatis cõſtet Gallos, Germanoſq;
ingenti nauium examine in maria noſtra quotannis piſcatum haud
infrugifera opera conuenire: & minorum ad litora piſcium tantus 65
benignitate Dei Optimi Maximi prouentus ſit: & quo maior fru-
menti caritas eſt, eo etiam vberior, vt cum vno quouis die ingentem
vim abſtuleris poſtridie illius dei nõ minor eadem in loco appareat
Per loca inculta & ſterilitate infœcũda ſponte ſua enaſcitur cũ oui-
bus capris & omni pecudum generi vtiliſſima vt Columella inqt, 70
Cytiſus, tum apibus in primis gratiſſima. Florem enim fert menſe
Iulio purpurei coloris mellitiſſimũ: vnde Picti olim potus genus cõ
ficere ſolebãt, vt ex literarũ monimẽtis accepim9, nõ min9 ſalubre q̃
delectabile. Cæterũ quia eius faciendi artẽ (ne ea vulgata aut potus
ipſe minoris fieret, aut materia eius pluris) celauerũt, ipſis poſtea a 75
Scotis deletis, vſus eius potus idẽ q & gẽtis finis extitit. Nulla autẽ
tã ſunt vſq̃ loca ſterilia quin aut ferrũ aut aliud metalli gen9 quop-
piã ferãt q̃q̃ in circũiacentibus Scotiã inſulis lõge ea fœlicius pro-
ueniũt. Sed quoniã earũ cõmodũ mentio incidit, tẽpus eſt ad ea quæ
de illis narranda concepimus ex ordine tranſire. Obiacent Scotię in 80

1 mari Hibernico tres & quadraginta insulę, quarū nonnullę triginta passuū milia longę: alicubi non plus duodecim latæ sunt, alicubi amplius, ab aliis Ebonicę, ab aliis Hebrides dictę. Harum prima ac princeps est Mona vernacula nobis lingua Man appellata, Galloui
5 diā atq; conterminos Anglorū agros respiciens. Fama de ea est q̄ p̄cipua ea olim Druidū sedes esse consueuit. Eius meminere pręter cęteros Romanarū rerū scriptores tū recentes tū veteres, Iulius Cęsar & Cor. Tacitus. Monę ad arctum ascendentibus proxima est Arana alio etiā nomine Botha appellata. Secūdū autē hoc nomen accepisse
10 a diuo Brandano ferūt quū in ea casam quā vernacula lingua Both dicimus ædificasset. Helau inde & Rothesa a Rothesao qui primus Scotos ex Hibernia per hanc insulā in Albionē duxit. Non procul ab his sita est Aliza, iis auibus, quas Solandis nominatas diximus abūdans. Multę inde sequūtur nominibus suis discretę metallo exun
15 dantes. Maxima autē & nominatissima Ila est, vltra Nouantū Chersonesum e conspectu Loquhabrię sita lōgitudine triginta prope miliariorum cū frumenti ferax tū metallorū diues si modo adessent qui diligenter elaborarent, aut sineret lignorū in ea inopia. Mox occurrunt Cumbra Mulaq; nulla in re Ila inferiores. Sed in hac fons est
20 limpidissimus duobus passuū milibus a mari distās ex quo oua quędamexigua margaritarū modo splendentia candidaq; & spissi humoris plena, exili torrēte in fossam littori propinquam in qua aqua marina est deferuntur: vbi ante spatiū horarū duodecim in conchas ingentes euadūt. Iuxta hos Iona est tum viris sanctissimis, tum Re
25 gum cōmuni sepultura post Fergusium secundū qui Scotorū regnū pœne amissum restituit insignis. Post hanc aliquanto tractu in mari Deucallidonico ex aduerso Rossię posita est ingēs insula sexaginta miliū longitudine, latitudine triginta, Leuissa nomine, vnicū habens amnē quē (vt ferunt) si vado transierit mulier, nullus in eo Salmo
30 eo anno videbitur, affluenti alioqui piscis illius multitudine. Occurrit deinde Skia mox Rona in quib9 Vituli marini cū in magno sint numero humanū haudquaq̄ aspectū refugiunt. Omniū autē postrema est quę Hirtha appellatur polarem habens eleuationē sexaginta trium graduū. Quocirca cū Mona nō excedat quinquaginta septem
35 gradus cęlestes, si Astronomis Ptolemęo maxime credendū est vnicuiq; graduū cęlestium sexaginta duo & semis passuū milia in terris respondere, consentaneū erit ab ea quæ prima est, ad Hirtham quæ Hebridū est postrema intercapedinē septuaginta septē ac trecētorū miliū passuū interesse. Nomen huic insulę ab ouibus quas prisca lin
40 gua Hierth vocamus inditū est. Fert enim oues vel maximos hircos

altitudine exsuperãtes,cornua bubulis crassitudine æqua , sed lõgitudine aliquanto etiã superantia. Præterea caudas in terrã vsq; promissas habentes. Cincta est hęc insula vndiq; rupibus altissimis, nisi qua angusto difficiliq; portu vix nauẽ recipit. Olim haud sine discrimine nũc tm̃ Solstitio æstiuo,ad eã accessus patet. Quo tempore sacerdos a Leuisa nauigio ad eos accedit infantes eo ãno natos baptismate sacro tincturus atq; aliquot exinde dies illic remanẽs sacra administrat:quibus peractis,ac receptis ex bona fide omniũ rerũ eo anno natarũ decimis, ad sua reuertitur . Duo in ea Sacella sunt:vnum Diuo Petro Apostolo sacrũ:alterũ Diuo Clementi. Constãs fama est cum forte fortuna ignis in ea defecerit,qui inter eos innocentia præstare omniũ iudicio censetur,fasciculũ in aram alterutrius sacelli deponere eũq; mox fusis abvniuerso populo precibus diuinitus accẽdi. Adiacet huic alia quędã sed inhabitabilis insula. In ea animalia quędã sunt ouibus forma haud dissimilia,cęterũ fera & quę nisi indagine capi nequeãt:pilos medio modo inter oues & capras ferentia neq; molles vt ouiũ lanam,neq; vt caprarum duros. Nec alterius in ea generis vllum pecus visitur. Inter has insulas multę sunt passim Charybdes pręsenti nauigantium discrimine resorpto mari naues quoq; attractas ingurgitãtes aut scopulis illidentes. Sed omnes immanitate superat quæ Corebrecho appellatur: ab altero miliario fluctuum impetu attracta nauigia absorbens . Restat iam de Anseribus quos Clakis appellãt quosq; vulgo perperam in arboribus nasci in his insulis credunt,ea quę huius rei cognoscendę multo iam tempore studiosi re diligẽter explorata perspectaq; cognouimus,disserere. Mari enim illis interiecto mihi magis eorũ procreandi vis quædam inesse videtur q̃ alicui alii rei. Variis enim modis verũ in mari semper prouenire conspeximus. Etenim si lignum in id mare proiicias temporis tractu primũ in eo vermes excauato ligno nascũtur, qui sensim enatis capite pedibusq; atq; alis plumas postremo edunt: demũ Anseribus magnitudine æquales cum ad iustam peruenerint quantitatem cęlum petũt auiũ reliquarum more remigio alarum per aera delati . Id quod luce clarius anno a partu Virgineo millesimo quadringentesimo nonagesimo plurimis spectãtibus in Buthquhania visum est. Nam quum in eam ad Pethslege castellum fluctibus huiuscemodi lignũ quoddam ingens delatum esset,rei nouitatem,qui primi conspexerant admirantibus, ad loci illius dominũ accurrentes rem nouam nũciant. Is aduenìens trabem serra diuidi iubet quo facto ingens cõfestim apparet multitudo partim vermiũ , aliis adhuc rudibus , aliis membra quædã formata habentibus , partim etiã iam formatarum

1 perfecte auiũ:inter quas quędam plumas habebant, aliæ implumes erant. Itaq; rei miraculo stupentes iubente domino in templum diui Andreę Terę (pago cuidam nomen est) lignũ cõportant vbi & hodie manet vndiq;, sicut a vermibus perforatũ. Huius simile duobus
5 subinde annis in Taum æstum appulsum ad Bruthe castellum multis accurrentibus ostensum est. Nec diuersum est qđ exinde duobus rursum annis Lethi portu Edinburgensi vniuersum populũ spectare contigit. Ingens enim nauis cui insigne ac nomen Christophori erat: vbi tres perpetuos annos ad vnam Hebridũ in anchoris constitisset
10 huc reducta atq; in terrã subducta plena omnia exesis trabibus qua mari semper mersa fuerat vermiũ huiuscemodi rudiũ partim aut perfectã nondũ auis formã habentiũ, partim iam absolutorũ, ostendit. Cęterũ cauillari id quispiã possit arborũ trũcis ac ramis illis in insulis natarũ virtutẽ hanc inesse: Christophorũ quoq; illam ex trabibus
15 Hebridianis contextã asserens. Itaq; qđ ipse quoq; abhinc septẽ annis vidi haud grauabor in mediũ adducere. Alexãder Galloudianus Kilkendensis ecclesię pastor vir pręter insignẽ probitatẽ rerũ admirãdarũ studio incõparabili. Is cũ extracta alga marina inter caulẽ & ramos a radice statim pariter & vsq; ad cacumẽ enatos qua cõiũgũ
20 tur Conchas adnatas videret, rei nouitate attonitus mox cognoscẽdi studio eas aperit, vbi magis multo q̃ antea obstupefactus constitit. Nõ eñ piscẽ in testis conclusum cõperit, sed dictu mirabile auem, ac pro illius magnitudine testas quoq; inauctas, quibus enim paruę inerant & ipsę quoq; apertę eas pro quãtitate cõplectebãtur. Itaq; ad
25 me extẽplo quẽ eiusmodi rerũ cognoscẽdarũ iã olim magna cupiditate detentũ nouerat celeriter accurrit, rẽq; oẽm mõstrat non magis rei miraculo obstupefacto quã re tãta ac tã inaudita cõspecta, læto. Hac eñ re satis cõstare arbitror nõ hęc ꝑereãdarũ auiũ semina aut trũcis, aut arborꝝ inesse fructibus sed ipsi Oceano quẽ Maro vt Ho
30 merus patrẽ rerũ haud temere appellauit. Verũ quoniã id fieri videbãt cadẽtibus in aquã arborꝝ ad littus positarũ pomis vt tẽporis tractu ex illis eę apparerẽt volucres alites i eã sententiã adducti sunt vt poma illa i ipsas cõmutari opinarent, sed falso. Nã tpe adnatis ex vi maris primũ vermibus atq; iis sensim excrescentibus vicissimq; po
35 mis illis ex humiditate corruptis disparentibusq;, non satis accurate perspiciẽtibus, ex illis in has trãsmutari formas visę sunt. Hactenus de Hebridibus dicta sufficiant, si illud vnũ addiderimus. Nõ modo nobis ꝓspectũ nõ vnã esse Thulen, sed Romanis quoq; veteribus. Id qđ ex Tacito videre est. Classem eñ Romanã q̃ Agricolę iussu circũ
40 insulam duci iussa erat Thulen cõspexisse ait. Id quod de Thule quã

Ptolemeus inter Scethlandiæ insulas quæ vltra Orchades sunt aut proxime Noruvegiam sitã vult, haudquaq̃ propter immensam inter capedinẽ intelligi potest. Nos aũt Ilam primã, Leuisam Hebridum pręstantissimã secundã Thulen vocamus: quamobrẽ coniectura est ab Romanis tũ visam potius: nisi adeo lincei fuerint vt per trecẽtoꝝ miliũ spatiũ multis interiectis aliis pespexisse credi possint, Islandiã quoq; in mari glaciali iacentem vltimã ad Arcton in quã homini ac cessus est, in qua piscium primus est vsus, contusa exiccatorũ carne pro farina vtentibus ac coniectis in focum ignem extruentibus: nonnulli Thulen appellitãt. Post Hebrides proximę sunt Orchades partim in Oceano Deucallidonico, partim in Germanico sitę: quarũ p̄stantissima Pomonia est sede episcopali ac templo augustissimo insignis: tũ duobus castellis longe munitissimis. Nulla in eis arbor est, nullum triticum exundantibus alioqui cæteris frumentorum generibus. Serpens aut aliud animal venenosum nullum, id quod de Hibernia quoq; verũ est: adeo vt ne quod horridã habet formã aut qđ veneni prę se ferentẽ suspitionem facile admittat. Nulla enim rana, Anguilla in ea rara est. Ac quoniam Hibernię incidit mentio pręter infinita in ea rerum miracula quæ nec huius sunt instituti ac nimis esset prolixũ persequi, haud importunũ fore existimem si vnũ quod ob portentosam nouitatem, fidem omniũ excedere videatur: nos tamen verũ experti sumus adiunxerimus. Lacus in ea est circa quẽ amplissimo circũquaq; spatio nec arbor nec hęrba vlla nascit᷑. In quẽ si lignũ infigas anni circiter vnius curriculo id quod in terra fixũ erit in lapidem cõuertetur, quod deinceps aqua opperietur in ferrũ. Reliquũ aqua extans ligni formam naturamq; seruabit. Ita coniuncta lapis, ferrum & lignũ eodẽ in stipite inaudita nouitate cõspectãtur. Sed ad Orchades reuertamur haud relaturi minora. Nam quũ abũdantia Ordei potentissimum conficiãt potum & omniũ mortalium sint bibacissimi, nullus tamen in ea vnq̃ ebrius aut mente alienatus visus, nullus amens aut stolidus. Omnes ad extremam ætatem prope sanissimi degunt: medicinæ apud illos rarus aut nullus vsus. Corporibus sunt robustissimis candidissimisq;. Oues illic pœne omnes geminos, immo trigeminos pleręq; partus edunt. Auiũ vero tanta est illic copia, tũ siluestriũ, tũ domesticarũ, quãta nusq̃ in tota Albione. Sed equi in ea exiles ac minuti quãtitate haud asinis maiores, verum laboris longe patiẽtissimi. Quid vero attinet referre de piscibus quũ in tanta sint abũdantia quanta vix efferri aut credi posset? Sed est in eis ingens quidam mole sua vel maximũ equum excedens portẽtosa quadam somnosiculositate. Is in cotẽ aliquẽ aqua extãtẽ exiliẽs, den-

1 tibus,quos maximos robustissimosq; habet partē aliquā cotis extan
tem atq; asperam cōprehēdit,ac mox in grauissimū soluitur soporē.
Tum nautæ si qui forte preteruecti pendentē eminus cernūt appel-
lentes,anchorā iaciūt, valentissimo ad eū rudēte religato ac Scapha
5 ad beluam adnauigant circa caudā eius cutē atq; carnē aliquātū ex-
cauantes,quo firmius adligatus rudens mox salientē retineat,quo fa
cto strepitū clamorēq; ingentē continuo nautę omnes extollūt lapi-
dibus in eū plurimis coniectis. Tandē vix somno excitus vt cōsueuit
mare saltu repetit, sed cū se impeditū ac cōprehensum percipit totis
10 viribus ac ingenti impetu vincula rumpere nititur. Verū quū se fru-
stra conari sentit, victum fassus ac velut manus dans cutē ob quā se
peti nouit exuit,ac mox & ipse quoq; moribūdus resupinat. Eū nau-
tę extractū pingui spoliant,oleum inde conficientes. est enim ingēti
quantitate,Cute ad retinacula vtūtur:quippe cū fortissima sit ac rū-
15 pi perdifficilis nec longissimi attritu temporis deteratur. Vltra Or-
chades centū miliū tractu insulę sunt Scethlandicę quarū opes vni-
uersæ in piscibus Sole arefactis ac tergoribus animantiū vt boum,
ouiū,Caprarum Marterilorū,ac reliquorū huiuscemodi cōstant,quę
quotannis ad eos accedentes Hollandi,Zelandi,ac Germani,aliarū
20 rerū vulgariū pmutatione mercantur. Pauca in eis frumēta nisi aliū-
de adferātur.Eadē apud hos quę de Orchadibus retulimus vt nemo
stultus ac mēte alienatus in eis visus ac mēte cōstante extrema sene-
ctute naturę necessitati cōcedāt. Verū minori miraculo,ꝙ potus his
aqua sit ac victus tēperatus.Sunt & vltra Scethlandicas alię quædā
25 insulę pari hoc beneficio vtentes sed apud quas nec frumēti nec car-
nis vllus est vsus.Pisces arefactos ac Sole induratos pistillo contun-
dūt mox admista aqua in pastillos cōponunt atq; ad focum torrent,
qui illis panis est.Ignem quoq; ex ossibus piscium aridorū cōstruūt.
Viuūt tamē q̄ quibus voluptates omnes affluūt fœlicius forteq; sua
30 magis contenti.Nullę apud eos pro opibus contentiones,nulla dis-
sidia aut rixę,quisq; in hyemē sibi ac suis prospicit,idq; piscatu. Am-
bitiones & bella procul inde exulāt. Cæteris autē quę qui apud nos
sapere cēsentur optima existimant bona ac etiam sola, pace videlicet
cōcordia,charitate mutua,placidaq; per omne æuū vita, cū maxima
35 voluptate fruūtur: ac quæ vniuersa hęc perfectiora efficit pura sim-
plicitate,Christi vestigia insequūtur. Semel quotānis ad eos ex Or-
chadib9 cui9 Diœceseos sunt sacerdos accedēs,Sacra vniuersa admi
nistrat ac eo anno natos infantes baptizat:quē post aliquot dies De-
cimis pisciū (eoꝝ em̄ solus prouētus illis est) syncęre donatum ad
40 sua remittunt.Quod si externa quoq; in bonis numerāda sint,& illis

quidem ipſę magis q̃ alię vllę regiones abundant. Forma enim cor-
porũ procera & ingens robur, ac cętera naturæ dona in illis omnia
ſunt vel eximia. Quid vero dicam de ſanitate quã nemo nõ omnibus
huius mũdi bonis pręſertim morbos expertus incõparabiliter præ-
ferat: at hęc illis ad extremã vſq; ſenectã inoffenſa perdurat, eaq; cor 45
poris: nam mentis quidẽ cuius nõ ſunt vllo tẽpore impotes haud vl
lis rebus æſtimari queat. Atqui ſi id vere eſt diuitem eſſe (vt reuera
eſt) rebus ſuis contẽtum nihil cupere, nullo indigere, an in vlla vſq̃
regione inueniri poſſint ditiores? Ad hęc cum veriſſimi illi honores
ſint ac ſyncęri nullaq; adulatione expreſſi quos filii boni, bonis parẽ 50
tibus exhibent, quibuſq; mutuo ſeſe optimi viri reuerentur, cum hęc
omnia habeant, num quippiã illis deeſſe: an nõ potius omnia adeſſe
quę animus humanus vel etiã optare iuſte poſſit, clara voce teſtãdũ
eſt? Ac ne quis me hęc vtpote quę ob longinquitatẽ haud facile ar-
gui poſſent, falſa confingere exiſtimet, author mihi eorũ fuit vir fide 55
digniſſimus Eduardus Orchadum autiſtes non minorẽ probitatẽ q̃
dignitatẽ prę ſe ferens: apud quẽ diuerſatus ex his inſulis vir quidã,
non modo verbis illa aſſeruit, ſed in ſemetipſo optime cõmõſtrauit.
Statura enim vniuerſos mortales ſuperãs, membris erat toto corpo-
re pulcherrime cõpoſitis. De robore non erat qui auſus eſſet cum eo 60
cõtẽdere. Formę palmã illi etiã fœminę ſine cõtrouerſia cõcedebãt.
Haud itaq; imperitis illis atq; arrogantibus ſermonibus lacerandos
exiſtimem quũ auerſos a Sole vt extreme miſeros ac barbaros ludi-
brio habent. Quũ nuſq̃ nec beatius nec melius vitã agere mortales
luce iam clarius demonſtratũ ſit. Naſcitur in his inſulis ad ſcopulos 65
ſuccinũ, gręci Electrũ vocant, id quod Plinius Chryſelectrũ, Dioſco-
rides Pterygophoron cognominauit, quod ſtramẽta, floccos ac fim-
brias attrahat auroſi coloris. Mare etenim aſſiduo pulſu ſcopulis il-
liſum, ſpumã candidã ſed viſcoſam in eos euomit, perpetuoq; motu
incrementa ſuppeditat, donec tandẽ aut fluctu quopiã impetuoſius 70
ingruente aut ipſa rei per ſe natura in mare decidens fluctuet. Aiunt
enim ii quibus id crebro videre contigit, dũ adhuc cotibus adhęret
aut nondũ ſatis diu mari iactatũ eſt: bulloſum nec vllius adhuc eſſe
vigoris aut vires nondũ illi inditas quæ maturato ex diutino maris
cõmercio adueniant. Alga autẽ hinc illi plęrũq; inuoluta cernitur, q; 75
diu cęcis in omnes partes voluentibus fluctibus feratur ac dũ natãs
molle eſt facileq; quod obuiũ eſt cõpręhendat. Allata eſt abhinc duo
bus annis in Buthquhaniam Electri huiuſcemodi maſſa, equi longe
quantitatẽ ſuperans, quã conſpicientes prope gregem ſuũ paſcentes
paſtores, ignari quidnã eſſet, vbi haud inſuauẽ odorẽ coniecti forte 80

1 in ignẽ cognouissent, extẽplo ad Parochũ suũ læti recurrũt. Thuris loco ad sacra vsu haud inutili nec ingrato fore dicẽtes. Verũ is æque imperitus, vbi qđ satis videbatur accepisset, reliquũ haud magni faciẽs in littore pastoribus ludibriũ reliquit. partib9 em̃ abruptis, can-
5 delarũ more incẽsum rẽ auri precio aliqñ habitã inutili lasciuia prope omne pedetẽtim perdiderũt, pri9q̃ ad peritorũ aures res tãta plata fuisset. In quos vere id ꝓuerbiũ cõpetit. Nihil cũ Amaricino Sui, Mihi autẽ vbi ꝓpemodũ fuisset oẽ dissipatũ nũciãtibus amicis portio quędã exigua contigit. Atq; hęc de Hebridibus, Orchadibus, &
10 Scethlandicis insulis Scotorũ imperio subditis dicta sufficiant, quũ multa p̃terea adduci possint: sed pręclarissima quęq; dicẽda sumpsimus rerũ ipsarũ magnitudine nouitateq; inducti: quũ alioqui haud piguit de vicinis quoq; quippiam mutuare regionibus. Itaq; & nunc quoq; his finis imponẽdus esset, nisi vnius rei nouitas properãtẽ re-
15 moraretur calamũ: quam nuper accepimus referentibus probissimis viris ab Iacobo quarto Scotorũ rege ad Galliarũ regem oratoribus missis, quorũ facile princeps Iacobus Ogiluius gymnasii Aberdonensis gratissimus alũnus. Hi ascẽso mari repente exorta procellosa tẽpestate per transuersum in Noruagiam, alii Norvvegiam vocant,
20 pulsi quũ in littus egressi essent nõ ita lõge in montibus homines vt apparebat villosos ac quales vulgo pingũt siluestres appellatos discurrere videntes, portento constitere attoniti. Mox ab incolis edocti sunt beluas eas esse humana effigie mutas, verum homines insigni persequentes odio. Cæterũ per lucem adeo metuentes vt nec in aspe-
25 ctum quidẽ hominis subire audeãt, per noctem autẽ grassantes, villas gregatim inuadere nisi eas absterrentes canes arceant, ad quorũ latratum statim effugiunt. Qꝫ si per noctem canis absit, effractis foribus, ædes irruentes, cũ tenebrę reuerentiam humani oris occultent quicquid in ea est occidere ac deuorare. Sũt em̃ tã immani corporis
30 robore vt mediocris magnitudinis arbores manibus euellant radicitus, quibus auulsis ramis inter sese depugnãt. Qua re exterriti legati factis per noctem ingentibus ignibus ac vigiliis dispositis, vbi nulla accepta noxa illuxisset postridie immania linquentes littora, cursum vnde disiecti erãt lęti repetierũt. Iidem quoq; retulerunt, esse vicinos
35 illis populos qui æstate in mari nantes pisciũ venatu (nã retiũ cõficiẽdorũ, nec ars illis nec materia adest) viuãt. Hyeme autẽ quũ niuibus illic altissimis vniuersa tegerẽtur, feris: quas a niuibus dep̃hẽsas religatis ad asserẽ pedibus (quo illis lapsus ex mõtibus facilis esset nec periculosus hinc atq; illinc sese baculis gubernantibus) perse-
40 quentes telis eminus confossas ad antra sua comportarint.

De Scotorum priscis recentibusq; institutis ac moribus parenesis Hectoris Boethii accommodatissima.



S Efflagitātibus quibusdā primę apud me authoritatis necessariis atq; amicis, vt vetustos gentis nostrę mores passim toto opere sparsos i vnū cogerem ac velut spectādos proponerem, simulq; quantum ab illis nūc desciuimus, ex cōparatione ostēderē. Et si haud ignorabam, eā rem inuidia forsan atq; indignatione nō cariturā, ꝙ nemo vitia sua prodi taxarive non indigne ferat: tamen quoniā nefas duxi, illorū quippiā denegare volūtati, quorū prudentia temerarium ferat nihil, & necessitudo mecū tanta sit, vt cogitare illos, quod non recte fiat, a me quippiā postulare nefas habeā: qua sunt ad persuadendum prędíti facūdia, dictitantes haud inutile fore lecturis, quos nō cęcus sui amor nimis fallat, & qui nō adeo vitiis suis immersi sunt vt reuocari nullo pacto possint, facile persuaserūt: acquieuiq; tandē sic instātibus, vt qui mores maioribus nostris tum domi tum militię fuerint, ad hęc quę vtrobiq; disciplinę tot & tantos aduersarios, primū Britannos, deinde Romanos, postea sępe Danos, sępe Saxones, cū ingētibus in Albionē exercitibus ingruentes, tanto sustinuissent tēpore: subinde vt sensim labascentibus a maiorū institutis vires quoq; illæ virtutesq; diffluere cœperūt: deniq; hoc tempore, quo vicinorum seu clemētia, seu maiore etiam mollitia magis fere q̄ viribus nostris tuti sumus, omni cupiditatis generi immersi pœne omnes volutemur, q̄ possem paucissimis conscriberem. Ita enim fore confidebam vt ii qui seuerioris vitę, maiorū insistētes vestigiis, disciplinā sectantur adhuc auitam, grata cōmemoratione secum gaudeant, ac reliqui hac admonitione apud sese mala sua cum pudore agnoscentes ad meliora corrigantur. Illud autem significatū vniuersis ac eorū memoria retentū velim, quicquid in huius seculi mores inuecti dicemus, non in omnes dictum iri, sed in eos modo, quos immoderata intēperātia adeo trāsuersos agit vt etiā multo maioribus increpationibus digni merito cēseātur. At si vlcus suū quispiā tangi ac velut a medico tētari forte persenserit, nō id alii cuipiā imputet, sed malū suū mediis latēs visceribus nō ingratus agnoscat (quod vnū curationis non modo initiū est, sed etiā plus q̄ dimidiū) nec notū deinceps morbū occultet, atq; in perniciē sui secū ferat, sed idoneis adhibitis eiuscemodi vitiorū medicis apta remedia postulet. ¶ Igitur domi belliq; maiores nostri cū reliquas virtutes tum earū omniū matrē in primis coluere tēperantiā: similes somni, cibi, potusq; etiā ex facile parabilibus obuiisq; cō-

45 50 55 60 65 70 75 80

1 paratorum parcissimis, Panem enim domi faciebant ex iis frumentis in quaq; regione quorũ ager ferax erat, atq; vt ea terra producebat: haud vt nunc cribrationibus nimiũ exactis gustui suauiorem redden tes. Quippe cum multo maxima virium pars hoc pacto deperdatur.
5 Carne vescebantur aut ferina in venatione plurimũ capientes voluptatis, roburq; haud exiguam per eam corporis adiicientes viribus, aut animantium domesticorum, idq; maxime bubula vt & hodie, sed diuerso a reliquis nationibus modo. Vitulos enim masculos tenellos aut mactant aut castrantes ad agriculturã enutriunt. Alterius sexus
10 ad maturam seruant ætatem, nec nisi dũ grauidę sunt (quo fere tẽpore mirũ in modũ pinguescũt) esui idoneas iudicant, piscium autẽ frequens vsus erat, non modo ꝙ abundantem copiam maria fluminaq; suppeditarent, sed ꝙ per cõtinua bella vastatis agris deserta rursum loca occupare protinus (etsi pecora deerant) licebat, victũ mari
15 fluminibusq; abunde satis suppeditantibus. Ex his igitur tenue sumentes ientaculũ in cœnã vsq; sustentabãtur, nec cibis pleno ventre grauatus anim9 ad munia sua obeũda erat ineptus. Cœna vtebãtur largiore vt tamen vnũ non excederet ferculũ. Si quãdo vero animos exhilarare libebat, potus genus, quã aquã viuã vocant, non ex aroma
20 tibus exoticis, sed patriis hęrbis Thymo, mẽta, aniso, similibusq; odo ratis, per distillationẽ, vt nũc quoq; fit, conficiebant. Vulgaris alioq illis quoq; potus in vsu quotidiano fuit quã Cereuisiam appellamus. Sed in castris potum latices prębebant, Panẽ sibi quisq; tãta accepta in diem farina, quãta vni satis erat: eaq; aqua mixta subactaq; atq; in
25 massam compacta, subiectis carbonibus faciebant. Quod & Romanos aliquando & ipsum etiã Antoniũ Caracallã Imperatorem apud Herodianum factitasse legimus. Carniũ illic rarus vsus nisi quas ex pręda accepissent, easq; semicrudas desumebãt, succi ita optimi plurimũ inesse asserentes. Pisciũ vero ad solẽ siccatorũ crebrior, atq; adeo
30 solus vsus, si pecora nulla hostilis prębuisset ager. Semper autẽ massam quãdã ex farina, butyro, caseo, lacte, atq; aceto temperatã, cõtra extremã famẽ domo asportabãt, multos nõnũꝗ dies, vbi extrema cõmeatus inopia premebat, eius suctu appetitũ lactãdo vitã sustinẽtes. Rursum vbi pax & ab hostibus ociũ erat, corpora nõ molli segnitie
35 corrumpebant, sed aut venatu, cui plurimus semper apud nos honor habitus fuit, aut cursibus lõginquis, immo impetu montium iuga superantes rursumq; dicto citius in planum sese pręcipitantes, aut luctis reliquisq; palęstricis certaminibus assiduis exercebant. Nudis semper capitibus idq; tonsis, relicta modo in frõte veteri Hispanoꝝ
40 more tortula capillorum ac cirro quodã nisi ægritudo obstaret in-

cedebant. Hinc nullus propter continuam capitis tonſuram caluus
olim apud nos viſus eſt. Pedibus vero aut nudis, aut in calciamentis
de induſtria humefactis idq; potiſſimū hyeme, vt Caluaria ad Solē
indurata & pedibus ad niues & caloris, & frigoris vbiq; patientes eſ
ſent. Veſtimenta autē non ad luxum, ſed vt maxime vſibus accōmo-
da eſſent ferre gaudebant: Caligas non vltra genua ſurſum ductas
quas ex lino aut lana fecerant: Femoralia plęriq; ex canabe, Chlamy
des æſtate quidē ex lana ſubtiliore, Hyeme vero ex rudiore cōtextas
complicatas & in idoneam figuram conſutas, Cubile pauimentum,
aut ſtrata ſacco ſcamna præbebant. Eam liberis curam parentes ab
ineunte ſtatim ætate adhibebant. Neq; enim accerſebāt lactandis in-
fantibus nutrices, ſed ſuo ipſę ſucco matres proles ſuos educabant,
probri id loco ducentes nec adulterii ſuſpitione carere, ſi qua forte
fortuna lacte deficiēte ad nutricationem haud ſufficeret. Hoc enim
pacto legitimas proles probari aiebant ſi quas vtero fouiſſent eaſdē
in lucem editas enutrire natura non recuſaret, matriſq; munus ſolæ
implentes nullam liberorum partem nutricibus cederent. Degene-
rare item nonnihil prudentiſſimi homines a parentum natura filios
arbitrabantur, familiari matris in vtero alimēto aſſuetos vbi ad alie
na vbera admouerentur. Itaq; ferendis omnibus ex aſſuetudine labo-
ribus pares, cum opus erat non æſtate Solem, non hyeme frigus me
tuere, pedibus plęrūq; iter facere, impedimenta ſua ac ſarcinas inter-
dum onerariis equis interdum humeris ipſimet ſuis ferre, nullum la-
borem recuſare quem duces aut caſtris faciendis, aut itinere præce-
perant. Si quando vero Mars cecidiſſet aduerſus, pernici curſu quo
plęriq; equis haud erant inferiores, montium iuga ſuperantes, incum
bentium manus hoſtium euadere. Acceptam autem contumeliā pa-
riter omnibus æqualem inuſtam exiſtimantes non prius vnq̄ dolere
ceſſabant animūve cura laxabant, q̄ ignominiam ſanguine hoſtium
eluiſſent. Id quod ſingularis efficiebat militiæ diſciplina. Certatim
enim nobiliſſimus quiſq; in prima acie verſari ac dū facinus aliquod
egregium perpetraret conſpici pro magua gloria ducere, beneuolen
tia inuicem primates fideq; ſubditi ſuperare contendere. Hac re vbi
nobilium quiſpiam periculoſe medio prælio verſari conſpectus erat
qui illū ad bellū ſecuti fuerant dominorū diſcrimine cōmoti in me-
dios ſeſe hoſtes immittere & aut pro dn̄o aut cū ipſo animā ꝓfunde-
re ſępe niſi ſunt. Nobiliū ſepulchra obeliſcis decorare mos erat toti-
dē affixis quot ipſorū ductu hoſtiū occidiſſent nobiles. Si qſpiā autē
aut in itinere aut in caſtris igniario nō inſtructū & gladiū non lateri
accinctū nec manu geſtare dep̄heſus eſſet, loris per magnā ignomi-

niam cędebatur. Leuis tum fere armatura erat. Loricam aut ferream aut ex corio, Lançeam aut arcum & gladiũ oblongum indiuidue lateri accinctum, vmbone a zona propendente ferebãt. Ita enim ad inuadendos hostes expeditos, nec quicq̃ vbi succumberent fugę impedimento fore arbitrabantur: Nunc vero grauis armatura militantibus plus placet. Ea autem arma magna cũ cura colebant pręcipuas charissimasq; in illis opes ponentes. Neq; id temere. Nam si quispiã gladiũ oppignorasset exauthoratus mox cõmilitii consortio vt indignus prohibebatur, quę periuro quoq; pœna erat, eaq; lõge maxima ignominiosissimaq;. Qui vero metu aut aciem deseruisset, aut castris quopiam non obtento a duce cõmeatu profugisset, impune a quouis necabatur: omnesq; eius fortunæ fisco ascribebãtur. Nec minor prope tum imbecilliori sexui virtus inerat q̃ ipsis viris. Nã aut virgines aut vna cum maritis vxores si nec grauidę essent & ætate etiãnũ florerent, ad militiam dabant nomina haud paruo rebus gerendis auxilio. Cęterum ad bellum exeuntes, occiso quod primũ obuiũ occurrisset animali, sanguine eius gladii cuspidem tingentes degustabant ea sibi prospera fore auspicia pollicẽtes. At si in pugna propriũ effundi vidissent sanguinẽ non statim prostrato aio concidebãt, sed irritato potius viribus omnibus in hostes velut furentes incurrebant. In bellis autẽ gerendis aut priuatis item inimicitiis, nihil dolo, nihilq; fraude agebant. Aperto Marte decernere ac vincere generosum ducẽtes. Turpe vero arbitrabantur inimicitias blandiloquio occultantes, per dolum postea necopinantibus insultare censentes id esse imbecilliũ, nec suis viribus confidentium. Simplicitatem omnes syncęritatemq; ex æquo semper colebant. Quũ ad bellum esset proficiscendũ vnusquisq; proprio sumptu (excepto conductitio milite, qui mos adhuc a nostris obseruatur) sub rege militabat. Morbo comitiali, amentia, mania aut simili tabe quæ facile in prolem transfunditur, laborantes inter eos ingenti facta indagine inuentos, ne genus fœda contagione ab iis qui ex illis prognati forent læderetur. castrauerũt, mulieres huiusmodi morborũ quauis tabe lepraue ĩfectas, a procul virorũ cõsortio oblegauerũt. Q; si harũ aliqua cõcepisse inueniebat, simul cũ fœtu nondũ edito defodiebatur viua. Voraces mãducones supra q̃ erat humanũ, helluonesq; & perpetuæ ebrietati indulgẽtes aut addictos ne tã fœda monstra in patrię dedecus supessent flumine mergẽtes prius quãtũ libuit & cibi & potus vorare ac ingurgitare eis p̃bẽtes miti supplicio exterminarũt. Iustitia vt belli tp̃ibus pœne exulabat, ita cũ pace reducta primas vbiq; p̃tes agebat: vsq; adeo vt ĩ hãc essent partẽ plus ęquo interdũ seueriores. Nã solutã in bello licẽtiã

seueritate compescendã ducentes nullum interim modũ vindicãdis iniuriis satis imprudenter adhibebant quũ sensim potius essent redu cendi q̃ violente retrahendi. Itaq; facinoris alicuius conscii pro certo habentes vindicis manus sese effugere non posse, seditiones nonnũq̃ ac rebelliones supplicii metu concitarunt. Cum alioqui si moderate tractares nullibi mansuetiores rationiq; obtemperantiores inuenias. At in priuatis contractibus ita suũ vnicuiq; reddunt vt ad definitam mensuram auctariũ semper quoddã accedat: qui mos adeo inualuit hoc tempore vt contractum emptor disrumpat si denegetur. Disci-plinis vtebantur Æegyptiis vnde & oriundi erant: characteribus in rebus secretioribus non vulgaribus sed figuris animantiũ quod mo numenta etiam dũ ostendunt epitaphia depictorũ animalium præ se ferentia. Cęterũ ea ars nescio qua hominũ negligẽtia intercidit. Re-manẽt autẽ peculiares adhuc literę quę tum illis vulgares erant sed apud eos qui prisca vtũtur lingua aspirationes diphthõgosq; omnes & quãtũuis barbaras voces optime exprimentes. Non autẽ eis nunc vulgo vtuntur, sed sunt qui eas ruri profitentur, magnis cerimoniis poetas regia authoritate creantes. Prędter autem varias artes quas in eam linguam aut traductas, aut a maioribus traditas acceperunt in primis Medicinam excolunt, nec mediocriter cęteris pręstant qui ab illis didicerunt hęrbarũ illic natarum naturas viresq; perspectas ha-bẽtes, easq; prope solas curandis morbis adhibentes. Nulla enim re-gio adeo auersa a Sole infœcũditatis sterilitatisq; damnata est, quin ad vsus humanos omnibus abunde per diuinam prouidentiã cuncta suppeditẽtur: si sit modo qui vti sciat. Nos vero q in cõfinio Anglię sedes habemus sicut Saxonũ linguã per multa cõmercia bellaq;, ab illis didicimus nostrãq; deseruimus: ita priscos mores omnes reliqui mus, priscusq; nobis scribẽdi mos vt & sermo incognitus est. At qui Montana incolunt vt linguam ita & cætera prope omnia arctissime tuẽtur. Quale est q nauiculis vimine cõtextis bouis tergore ambiẽte in fluminibus traiiciendis piscandisq; Salmonibus vtuntur, quocũq; opus est humeris suis circũferẽtes. Atq; hęc quidem de antiquitate. Labentibus autem seculis idq; maxime circa Malcolmi Cammoir tẽ pora mutari cuncta cœperunt. Vicinis enim Britannis primũ a Ro-manis subactis ocioq; eneruatis ac postea a Saxonibus expulsis cõ-militii eorum commercio nonnihil, mox Pictis quoq; deletis vbi affi-nitate Anglis coniungi cœpimus, expanso, vt ita dicam, gremio mo-res quoq; eorum amplexi imbibimus. Minus enim prisca patrum virtus in precio esse cœperat, permanente nihilominus vetere glo-rię cupiditate. Verũ haud recta insistẽtes via vmbras Germanę glo-

1 riæ non veram sectabantur, cognomina sibi nobilitatis imponentes
eaq; Anglorum more ostentantes atq; iactantes, quũ antea is habe-
ri esseq; nobilissimus soleret, qui virtute non opibus, qui egregiis a
se factis non maiorũ suorũ clarus erat. Hinc illæ natæ sunt Ducum
5 Comitũ ac reliquorum id genus ad ostentationem confictæ appella
tiones. Quum antea eiusdem potestatis esse solerẽt, qui Thani id est
quęstores regii dicebantur, illis muneribus ob fidem virtutẽq; do-
nati. ¶ At hac iam ætate quantum a maiorũ nostrorum continentia
quantũq; ab eorum virtute desciuerimus, cui tanta est eloquẽtię vis,
10 cui tanta rerum verborumq; copia, qui vt dignum est explicare pos-
sit? vbi pro sobrietate plærũq; ebrietatẽ, pro ciborũ frugalitate con
tinentiaq; epularũ immoderatũ luxũ coplectimur, ac perinde si id ho
nestissimũ sit non modo q̃plurima deuorare, sed infinita & exquisitis
sima ciborũ genera, quæ exaturatam libidinem semper nouitate sua
15 ad plus sumendũ q̃ natura ferat iritent redundare. Itaq; cupediis im
mersi tam per diem q̃ per noctem nosmet implentes non desistimus,
quoad turgido ventre tumentes discedamus, si quidẽ tũ discedamus
ac non diem dies, noctẽ nox continuet. Non ientaculũ cœnaq; ꝑ diẽ
ad ventris cupidinibus vacandum, non etiam prãdium ad maiorum
20 tẽperantiã adiectũ satisfaciunt. Sed merenda secundęq; insuper men
sę ne quid desit adduntur: vt exonerãdo vix quippiam reliqui sit tem
poris, toti explendo ventri deuoti. Ministri adsunt nõ ad necessarios
vitæ vsus, sed ad gulæ ministeria: qui in syluis feras, in aere aues, in
aqua pisces continuo venãtes assiduo, nunq̃ immani huic libidini pa
25 res esse possunt: exquiruntur vina non per Galliam modo quæ pro-
pemodũ iam sordent, sed per Hispaniam, Italiam, Gręciamq;. Sed ne
Africa quidem aliena est atq; expers execrãdæ huius cupiditatis, sed
nec Asia: hinc enim orbem circũeundo aromata illa omniũ iritamen
ta libidinũ comportant, magnis impendiis nec minore vitę discrimi
30 ne hominũ perniciẽ conquirentes. Siquidem non mens satis hoc cor
poris carcere depressa diuinitate sua excidit nisi pinguis insuper ac
obesa tantis saginæ nubibus inuoluatur totaq; excęcetur enecetur q;
mortua semiuiuũ sepulchrũ inhabitans. Corpus vero tam diuersa ci
borum potuũq; congerie, q̃q̃ natura optima pręditum, oppressum,
35 non officium suum præstare, non sese erigere potest, victum succum
bit, morbisq; se laniandum excarnificandumq; prębet. Hinc nostra-
tiũ alii febribus correpti in regione orbis terrarum frigidissima, So-
lis æstum quẽ suo malo longinquis regionibus accerserunt flagran-
tibus mediis corporis visceribus percipiunt, pars corpore nimiũ re-
40 dundante Apoplexia subito attoniti prosternuntur, mortui viuentes

ac rursum viuẽtes mortui: nihil enim vitę prę se ferũt extraq̃ ꝙ exilẽ quendã ducant spiritũ. His itaq; (parentũ virtute præstantes excludo) disciplinis imbuta iuuẽtus plęraq; amoribus sese licẽtiose dedit bonasq; artes omneis vt pestes ac voluptatũ (quas velut summũ sectant bonũ) subuertrices auersant. Quibus rudimẽtis vsi vbi patriã defendere tẽpus expostulat molles atq; languidi in equis vniuersi q̃ pedibus solẽt ad bella gerẽda exeũt, vix quicq̃ simile maiorum virtutis, corporis ineptia spiritũ suapte natura alacrem impediẽte edẽtes. Domi aũt vbi res deficere ad voluptates sufficiendas cœpit nullum cupiditatibus modũ imponẽtes nõnulli vẽtris mãcipia se professi rapinis inseruiũt aut quæsitis causis dissidia inter nobiliores exercẽtes mutuę deprędationis seditionisq; domesticę prębent ansam, quę vniuersa origine ac fonte voluptatũ atq; intemperantia scaturiũt. Quas si refrenare velimus non aliã regionẽ pestibus minus obnoxiam magisq; vitæ humanæ omniũ rerũ exundantia experiemur accõmodã. Neq; vero fore diffidimus vel ꝓpediẽ morũ istorũ emendationem. Non enim ꝑfricta frõte penitus oẽm abiecimus pudorẽ. Siquidem extãt in plęrisq; nõ modo manifestaria priscę virtutis vestigia, sed & nouę vitę insignia ꝑ Christianã religionẽ ornamẽta. Nã (quod cum pace & venia aliarum regionũ dixero) nulla est (quod sciam) natio in fide catholica firmior, nullaq; in cõmerciorũ veritate constantior. Et (quod non tam laudandi q̃ ad ꝑseuerantiã exhortãdi nostratium causa dixero) pręsentis seculi in Scotia proceres sunt priscis in vestitu cultiores in ædificiis & literis elegãtiores, in templorum ædificatione & exornatione magnificentiores. Faxit igitur dominus vt ad pristinam frugalitatem conuertantur q̃ citissime.

¶ De serie Regum ac vicissitudine imperiorum Britannię compendiosa eiusdem Hectoris Boethii recensio.



Vandoquidẽ difficilis est historiarũ Scoticarum ꝓpter crebrã Anglicę Reipu. mentionẽ absoluta cognitio, propterea ꝙ nõ ab eisdem semꝑ occupata, sed variis tẽporibus variasq; vicissitudines rerũ suarum perpessa est: operępretium mihi facturus videor (ne vel hac in parte lectoribus defuisse censear) a Bruto gentis authore eos omneis in quos variante fortuna Britãniæ imperiũ translatũ est compendio enumerare. Britanni itaq; a Bruto denominati (quo duce ex Græcia in hanc insulã delati sunt anno orbis cõditi supra quater millesimũ vicesimo septimo) incõcussum in Albionis parte imperiũ mille centũ sexdecim circiter annos tenuere: quo tẽpore bello a Romanis duce Iulio Cęsare petiti vectigalesq; facti tributum ali-

45 50 55 60 65 70 75 80

1 quãdiu pependerũt. Postea in prouinciæ formã redacta Britãnia. Reges quidẽ suæ gẽtis habuit. Cæterũ nomine tenus dũtaxat, tota a prætoribus Romanis administrata, ad annũ usq; Salutis humanæ quadringẽtesimũ tricesimũ sextũ: Quo tẽpore Scotorũ Pictorũq; armis
5 subacti triginta annis tributũ, agri haud exigua parte adempta illis soluerũt: id quod Pauli Diaconi, Bedæ, Antonii Sabellici, ac multorũ aliorũ tũ veterũ tum Neotericorũ authoritate asserimus. At Barbarorũ mox immanitatis pertesi, assueti iã antea Romanis deliciis Cõstantinum Androgeni Armoricæ regis filiũ subsidio aduersus Scotos
10 Pictosq; accersunt. Is cum ingentibus copiis adueniẽs repulso illorũ iugo Britãnicũ restituit imperium, anno a natali Christi domini quadringẽtesimo sexagesimo quinto. Regnauit is & post eũ filius eius Constantius atq; inde Vortigernus non plus vniuersi duobus & viginti annis. Tum ingruentibus denuo Scotis Pictisq; rursum pœne
15 in pristinam redacti seruitutem. Vortigerno rege authore a Saxonibus auxilium implorãt. Duodecim inde annis Vortigernus auxilio Saxonũ, iniuriam Scotorum Pictorumq; prohibuit. Sed illis fidem non seruãtibus ducibus Hengisto, ac Orsa fratribus in extremã perniciẽ ductus est. Quos enim aduersus aliorum vim subsidio vocaue-
20 rat ab iis magna Britãnorũ parte occidione occisa ipse captus ac in Gualiam exiguã regni partem cũ reliquis relegatus est. Saxonibus reliquum Hengisto rege cõstituto occupãtibus. vnde & Angliæ nomen regio obtinuit populiq; Angli dicti sunt. Nec tamen Britanni hac re prorsus conciderant. Varia enĩ fortuna ad Arthuri regis usq;
25 tempora cum Anglis pugnarũt. Cæterũ eo deleto idem regni qui vitæ eius finis fuit. Accisis enĩ viribus palmã deinceps Saxonibus concessere. Ab Arthuro qui fato cessit anno quingentesimo quadragesimo secundo ad annũ Millesimũ decimũ sextũ Britãniã Angli tenuere: primũ sub vno rege, inde in septẽ regna diuisam, mox rursum ad
30 vnũ redactam eosdẽ ferme quos nunc regni terminos habẽtes. Subinde a Danis Angliam inuadẽtibus subacti Angli quinq; reges Danici sanguinis habuere, Suenonẽ, Heraldũ eius filiũ, Canutũ, Heraldũ cognomẽto Hairfut deniq; & Herdecanutũ. Ab illis leges magistratusq; accepere. Hic nimisq̃ superbe genti insultans, nõ ferenti fœ-
35 dam diutius seruitutẽ, vna nocte per vniuersam regionẽ Danica nobilitate occisa, quum idem sibi imminere exitium cerneret mortem sibi ipse consciuit. Itaq; Eduardum Eldredi (qui postremus ante Danorum aduentum in Anglia regnauerat) filium regem constituũt. Verum eo paulopost defuncto atq; ob singularem vitæ integritatem in
40 diuorum numerum relato, veriti Angli ne ira amissi regni Dani rur

sum infesti arma referrent Heraldum patre quidem Godouino gen
tis Anglicæ, sed matre Canuti regis filia prognatum regẽ sufficiũt
spreto Eduardo D. Eduardi regis pronepote fratre diuę Margaritæ
Scotorũ postea reginę. Ita enim fore arbitrabantur, vt restituto quo
dãmodo Danis regno pace deinceps trãquilla fruerẽtur. Atqui He 45
raldus immani luxu insolẽtiaq; ꝑditus Vvilhelmi Nothi Normãno
rum ducis filiã quã vxorẽ acceperat, nefarie agasonibus prostituẽs
ab eodẽ iusto bello petitus vita regnoq; priuatus est, quinquagesimo
anno postq̃ Anglorum Dani imperiũ primũ inuaserant: qui fuit an-
nus a partu Virgineo supra millesimũ sexagesimus sextus. Vvilhel- 50
mus potitus Anglorũ imperio, Normãnos quo simul cum Anglis
coalescerent imperiũq; id vnũ ad posteros ꝓderetur Danico nomine
obliterato in Anglorũ concedere voluit. Perseuerat autẽ magna cũ
gloria in hanc vsq; diem Vvilhelmi huius in Anglicano imperio po
steritas, regnante hoc tempore quo hęc cõmentabamur Henrico hu 55
ius nominis octauo: cuius laudes ob res egregie multis in locis ge-
stas magna contentione celebrabunt posteri.

FINIS.

REGVM SCOTORVM 60

Qua serie regnauerunt Catalogus.

Fergusius Scotorũ Rex Primus.		Corbredus	rex.xix.
Feritharis	rex secundus.	Dardannus	rex.xx.
Mainus	rex tertius.	Corbredus Galdus	rex.xxi.
Dornadilla	rex quartus.	Lugthacus	rex.xxii. 65
Nothatus	rex quintus.	Mogallus	rex.xxiii.
Reuther	rex sextus.	Conarus	rex.xxiiii.
Reutha	rex septimus.	Ethodius primus	rex.xxv.
Thereus	rex octauus.	Satrahel	rex.xxvi.
Iosinas	rex nonus.	Donaldus primus Christianus 70	
Finnanus	rex decimus.	Regum Scotiæ	rex.xxvii.
Durstus	rex vndecimus.	Ethodius secundus	rex. xxviii.
Euenus	rex duodecimus.	Athirco	rex.xxix.
Gillus per tyrannidem	rex. xii.	Nathalocus	rex.xxx.
Cadallꝰ iterrex seu gubernator		Findocus	rex.xxxi. 75
Euenus secundus	rex.xiiii.	Donaldus secundus	rex.xxxii.
Ederus	rex.xv.	Donaldus tertius	rex.xxxiii.
Euenus tertius	rex.xvi.	Crathlinthus	rex.xxxiiii.
Metellanus	rex.xvii.	Fincormachus	rex.xxxv.
Caratacus	rex.xviii.	Romachus	rex.xxxvi. 80

Anguſianus	Rex.xxxvii.
Fethelmacus	rex. xxxviii.
Eugenius primus	rex.xxxix.
Ferguſius ſecundus	rex.xl.
Eugenius ſecundus	rex.xli.
Dongardus	rex.xlii.
Conſtantinus primus	rex.xliii.
Congallus	rex.xliiii.
Conranus	rex.xlv.
Eugenius tertius	rex.xlvi.
Conuallus	rex.xlvii.
Kinnantillus	rex.xlviii.
Aidanus	rex.xlix.
Kennethus Keir primus	Rex. l.
Eugenius quartus	Rex.li.
Ferquhardus	rex.lii.
Donaldus quartus	rex.liii.
Ferquhardus ſecundus	rex.liiii.
Malduinus	rex.lv.
Eugenius quintus	rex.lvi.
Eugenius ſextus	rex.lvii.
Amberkelethus	rex.lviii.
Eugenius ſeptimus	rex.lix.
Murdacus	rex.lx.
Ethfinus	rex.lxi.
Eugenius octauus	rex.lxii.
Ferguſius tertius	rex.lxiii.
Saluathius	rex.lxiiii.
Achaius	rex.lxv.
Conuallus ſecundus	Rex.lxvi.
Dongallus	rex.lxvii.
Alpinus	rex.lxviii.
Kennethus ſecundus	rex.lxix.
Donaldus quintus	rex.lxx.
Conſtantinus ſecundus	rex.lxxi.
Ethus	rex.lxxii.
Gregorius	rex.lxxiii.
Donaldus ſextus	rex.lxxiiii.
Conſtantinus tertius	rex.lxxv.
Malcolmus primus	rex.lxxvi.
Indulphus	rex.lxxvii.
Duffus	Rex.lxxviii.
Culenus	rex.lxxix.
Kennethus tertius	rex.lxxx.
Conſtantinus quartus	rex.lxxxi.
Grimus	rex.lxxxii.
Malcolmus ſecũdus	rex.lxxxiii.
Duncanus primus	rex.lxxxiiii.
Maccabęus	rex.lxxxv.
Malcolmus tertius Cammor.i. capite magno	rex.lxxxvi.
Donaldus ſeptimus	rex.lxxxvii.
Dũcanus ſecundus	rex.lxxxviii.
Donaldus idem iterum.	
Edgarus	rex.lxxxix.
Alexander primus	rex.xc.
Dauid primus	rex.xci.
Malcolmus quartus	rex.xcii.
Vvilhelmus	rex.xciii.
Alexander ſecundus	rex.xciiii.
Alexander tertius	rex.xcv.
Ioannes	Rex.xcvi.
Robertus primus	rex.xcvii.
Dauid ſecundus	rex.xcviii.
Eduardus intruſus Dauide regnante.	
Robertus ſecundus	rex.xcix.
Robertus tertius	rex.c.
Iacobus primus	rex.ci.
Iacobus ſecundus	rex.cii.
Iacobus tertius	rex.ciii.
Iacobus quartus	rex.ciiii.
Iacobus quintus	rex.cv.

Is nunc regnat qui longos viuat lætoſq; dies. Amen.

FINIS.

ALEXANDER LEO

Morauiensis ecclesiæ Cantor, Scotorum nobilitati Salutem.



ENTIS nostræ historiam in obscuro diutius delitescentem, opus multorum sententia haud vacans eruditione, editam tãdem quæso alacrioribus animis suscipite. Vnde qui nostri fuere maiores, quales & ipsi essemus, si digna eorum progenies haberi cuperemus facile dignoscentes, grato veluti calcari compũcti priscam ad parẽtum virtutem incitabimur. Non enim a Scotorum origine qui egregie ageret (opere hoc indicante) sed qui scriberet defuit. Ergo auitis insignioribus gestis memorię nunc proditis habemus pręter Romanos, Horatios, Scipiones, Fabiosq;, ex nostratibus quos in omne virtutis exemplar facile citabimus. Et nec id solum, sed quo vel cum cæteris orbis regnis de imperii diuturnitate, deq; regibus longissima nepotum serie continuatis facile contendemus. Enimuero ex Scotorum gente post regnum in Albione obtentum quinq; supra centum reges per mille octingentos quinquagintasex annos, quod haud scio an cuiq̃ alteri populo aut genti a condito orbe sit datum, regnauere. Haud ergo parũ meritus de nobis, deq; nostra republica Hector Boethius communis nobis præceptor (ita virum ꝙ leoninam nobilium generositatem, quæ liberius arguentem haud libenter admittit, maiorum exẽplis ad meliora mouere tantopere elaborauerit iure appello) tanti operis auctor censendus est, imprimisq; nobis venerandus. Cæterum opus ipsum ꝙ suam in se contineat laudem non laudare, sed ad assiduam eius lecturam suadere institui quod seposita omni hæsitatione quo nobis notius erit, & quo in manibus frequentius, eo maiorem voluptatẽ est allaturũ. Valete felices. Ex Parrhisiorũ Academia celeberrima Ad Idus Martias. MDXXVII. ad calculũ Romanum.



Æterarum orbis gentium more, Scoti originem sui vetustã ostendere cupientes, Græcorũ Ægyptiorumq; prolem sese asseuerãt. Fuit enim (vt ab iis veterib9 qui Scoticas res memoriæ prodiderunt scriptum est) Græcus quidam Gathelus nomine Cecropis qui Athenas condidit, vel vt alii volunt Argi Neoli quarti Argiuorũ regis filius. Is nimia insolentia per Macedoniam & Achaiam grassando a patre amicisq; frequentius correptus, maiorum impatiens seueritatis: iuuenum valida contracta manu qui ob non dissimilia flagitia increpantium authoritatẽ ægre tulerunt, patriã fugiẽs in Ægyptum deuenit. Regnabat per id tempus in Ægypto Pharao Israelitarum flagellũ. Cuius filius paterni sceleris imitator auctorq;, numinis vltione rubro mari postea obrutus immensis cum copiis interiit. Is aduẽtantẽ lęto suscepit animo, fuitq; regi Gatheli aduentus gratior ꝙ suppetias videbatur allaturus cõtra Æthiopes qui tempestate illa tumultuario bello Ægyptum inuaserant. Memphim vsq; (erat tum ea ciuitas primaria Ægyptiorum regũ sedes) agros & oppida populati: vidissetq; Pharao miserabilem eius regni ruinã si Ægyptiacarũ rerũ statũ industria Mosis cui numinis oraculo (vt author est Iosephus) copiarũ Pharaonis imperiũ est destinatum non mutasset. Bellum enim difficile contra Æthiopes iãdudum susceptum Gatheli auxiliis adiutus modico certamine confecit: vsqueadeo vt eorum regiam in Meroe insula receperit expugnatam. Gathelus post fęlicem belli exitum in Æegyptum reuersus, ꝙ erat multa vi corporis & animi magnitudine, aulicorum primum, regium inde fauorẽ sibi cõciliauit. At pulcherrima ea victoria plus obtrectationis & inuidiæ q̃ gloriæ Mosi apud Ægyptios peperit (oderant enim omnem Israeliticum sanguinem) Nam domum reuersus variis apud regem criminibus accusatus, postq̃ capitalia de se consilia moueri sensit fuga saluti cõsuluit. Gathelus ob res egregie gestas vniuersis regum copiis magno omniũ consensu præficitur: nec multo post tempore ꝙ erat morum probitate omnibus cõspicuus, ingenio longe prudentissimo, regioq; sanguine procreatus: Pharao suam filiam (Scotæ virgini nomẽ erat) ei matrimonio copulauit, Thebe inde Ægytiaca Israelitis adempta Gathelo datur,

Lætari secum interea Græci ducem spectantes, tãti apud regem fo-
re sperantes, vt in Ægypto aliquando rerum potirentur. Aliquot
post annos Pharaone Amonophi extincto, Bochoris Pharao filius a
patre accepto per manꝰ imperio regnat. Is lõge maiori iniuria Israe
litarum progeniem seruili iugo adegit q̃ pater. Nec prius vlla liber 45
tatis spes fuit gẽti, q̃ Moses a Troglodítide, vbi exulauerat in Ægy
ptum reuersus, numinis mandata ad regem Hebraicæ gentis libe-
randæ de tam turpi seruitute retulisset. Tũ Ægyptus inauditis pla
gis concutitur, q Mosis verba, immo numinis mandata regi primo
ribusq; habita, ludibrio sunt. Tremere Ægyptii, & ad diuinas sor- 50
tes (vt in manifesto discrimine mos gentis est) confugere. Ex ora-
culo responsum, Ægyptum multo acrioribus plagis concutiendã.
Territum Gathelum & præsentibus malis & numinis oraculo cœ-
pit libido Ægyptum deserendi & nouas quærendi sedes, potiusq;
experiendi extrema q̃ apertam numinis expectare vltionem. Omni- 55
bus haud multo post tempore quæ ad nauigandum vsui forent cõ-
paratis, cum vxore, liberis & gregaria gente tumultuarie ex Grecis
& Ægyptiis plagam metuentibus venturam cõtracta, e Nili ostiis
soluit. Anno a mundo condito tertio supra quadragesimum sexies
centesimũ & ter millesimum. Post multos per mediterraneum mare 60
errores ad Numidiã appellitur. Vnde ab incolis prohibitus in Hi-
beriç partem: cui postea, sed longa post tempora, Lusitaniæ nomen
est inditum, transmisit. Fuere qui dicerent eam a Gathelo Portam
Gatheli appellatam: aliquot inde post annos Lusitaniam, nunc ad
priscum ferme nomen Portugaliam corrupto paululũ vocabulo re- 65
diisse. Sed quis rem tam vetustam pro certo affirmet? Vbi suis cum
copiis egressus, vt cui longo vastissimi maris tractu ineuitabilibus
prope periculis agitato nihil quod mortalibus vsui esse poterat su-
peresset, quum ad suos reficiendos frumẽtum & armenta per agros
magna cum incolarum trepidatione quęreret: qui ea tenebant loca 70
armati vndiq; ad depopulantium vim arcendam dispalatim, effuseq;
vagando occurrunt, præliumq; ineunt. Fuere eo certamine aduenæ
superiores: quæ res effecit vt animos erigerent, spemq; certam habe-
rent aliqua stabili sede erroris finiendi: & vt Hiberi, nunc Hispani,
dexteris datis futuræ amicitię fidem sancirẽt, inirent secum fœdus, 75
locumq; condendæ vrbi darẽt. Nec multo post oppidum condi est
cœptum, Brachara olim ad Mundi amnis ripam nunc Barsalum di
citur. Incolę facti pœnitẽtes, veritiq; profugos incerta regione, igno
ti generis viros prope se opibus nimiũ conualescere: viribus auctis
vicinarum gentium accessione occupant bellum facere. Armata iu- 80

1 uentus primũ est immissa quæ vrbis turbaret extructionem, reliqua multitudo mox insequuta. Gathelus haud ignorans prælium instãs dilationem multam pati non posse: copias instruit, progrediturq; obuiam vt res acie discerneretur. Suos hortatur ad fortiter pro vi-
5 ta, pro gloria agendũ: spem certam haberent victoriæ, q ipsis victoribus cum victis, & iis quidem agrestibus militaris disciplinæ prorsus ignaris res foret agenda. Incolarũ duces aduenæ gentis animos demirati, q ingẽti alacritate in ignota regione ad pugnam progrederentur, verebãtur ne si ipsi eo prẹlio victi, in hostiũ sint deditionẽ
10 coacti, perpetuam sibi parerent seruitutem, Gathelo propterea ad colloquiũ euocato, ad septentrionale Hiberię latus agros esse ostendunt (nũc vocant Galaciam) Cantabrico mari obiectos raro habitatore, vetusq; esse oraculum exteram gentem illic aliquãdo rerum potituram. Illo sua cũ gente quietus accederet hortantur: pacatosq;
15 suos sibi agros permitteret: auxiliares ad hoc sese iureiurãdo illi futuros spondent si qui mortalium in eũ bellum molirentur. Dextera igitur data Gathelus accipere se cõditionem ait. Inde diis sacris ex more factis, omnibus cum copiis ad Cantabriam proficiscitur. Ibi publico cũ incolis icto fœdere, oppidum Brigãtiam, Nouiũ postea,
20 nũc Compostellam dictũ condidit. Vbi regium nomẽ adeptus, iura gregario dedit populo, quo simul vrbẽ & mœnibus & legibus muniret. Totam gentẽ, ne sub eodem iure solum, sed etiam nomine oẽs essent, Scotos ab vxoris nomine appellauit. Creuit inde populus mirũq; in modũ in vnũ coaluit. Fuere Gathelo duo filii ex Scota cõiu-
25 ge suscepti, Hiber & Himecas, Hiberi vero nouę gentis incremẽto minime læti, ratiq;, non satis tutum accolis rem Scoticam crescere, Gathelum paruo post tempore, consilio gentis aduentitiæ prorsus delendæ bello petunt. Ad cuius belli initium Gathelus in aciem copias educit. Aliquandiu dubio Marte pugnatum est, victoria tandẽ
30 Scotos sequuta: verum neutra acies ex eo certamine læta abiit, fortissimis vtriusq; exercitus ducibus amissis: aduenæ tamen victores euaserunt: pax tandem vtrisq; necessaria inter partes inita. Conditiones pacis fuere, vt vterq; populus ex eo die alterũ bello infestãdi finem faceret. Scoti sicuti & Hispani Hiberi suis viuerent legibus,
35 quos agros ante bellũ occuparant tenerent, alienos non inuaderẽt. Vnde effectum, vt crescente populo alii post alios (sed aliquot post annos) in Hiberniam perinde ac in Coloniam mitterẽtur. Quieta pace inter gẽtes sequuta, Gathelus marmori insidẽs Brigantiæ, vbi Scotorum regiam instituerat, populo iura dixit. Fuit is lapis cathe-
40 dræ instar fatalis vt qui vbicũq; inueniretur, Scotis regnũ porten-

deret. Hinc vsu venit vt de Hispania in Hiberniā vecti & de Hibernia in eā Albionis partē, quę nūc Scotia appellatur, Scotorū reges in eo marmore insidētes vsq; ad Roberti primi Scotorū regis tēpora coronarētur. Suprascriptio lapidi longa post secula (vti res ipsa indicat) hęc est insculpta. Ni fallat fatū Scoti quocūq; locatū. Inueniēt lapidē regnare tenētur ibidē. Sed reuertamur vnde digressi sumus. Gathelus et si satis sciret Brigantianos agros multitudinē capere nō posse, ne violati fœderis insimularetur, in animo habuit regni fines tueri magis q̄ pferre. Prudētūq; cōsilio quosdā exploratū mittit vtrū in Oceano locus forsan aptus esset gēti deducēdę. Constās tū fama erat insulā e regione Hispanię ad Aquilonē esse agrestibus qbusdā sine cultu, sine legibus vitā agētib9, & iis quidē raris habitatā. Qđ vbi cōpertū p exploratores habuit Gathelus, quicqd nauiū habebat Brigantiā in pximū sinū cōuenire iussit. In quas vbi Hemecus cū gētis pte, & cū ea milites & nautici viri cōscēdissent: cibariis impositis Hiberū classi pfecit: iubēs insulam nūc Hiberniā peterēt. Signo igit pficiscēdi illis dato e portu soluūt: nauesq; secūdū vētū nactę quinto die q̄ solutę fuerāt ad Dandalicū sinū appulsę sunt: copięq; oēs in terrā expositę. Castra inde in proximis tumulis metātur. Agrestes autē qui insulā incolebāt primo eorū aduentu timore perculsi pecora prę se agētes in cauernis sese suis abdiderūt. Missi deinde exploratū, qui mortaliū insulā incolerēt, & quibus ritibus degerēt, in fugiētiū turmas inciderūt. Mox agrestes illi pugna tumultuaria exploratores iuadūt: ex qb9 alii sunt cęsi, aliiq; capti, & ad castra sunt deducti. Hiber aūt vbi cōperit nutib9 & signis qbusdā (Nullū eñ erat eis cōmune sermonis cōmerciū) gentē illā lac, hęrbas, quęq; natura spōte creat habere p cibo: iussit subactā, saluā esse. Inde insulā lustrāti, icolę ei9 clemētiā experti iā propinquāti occurrūt, seseq; cū fortunis oib9 tradūt. Nec Hiber minori in eos vsus beneuolētia, benigne acceptos simul sua cū gēte in vnū, populū coalescere, & sub eodē iure & noie esse voluit, fratrēq; Hemecū populo pfecit, vtq; ei audiētes sint iussit. Itaq; reb9 fœliciter gestis, & sacris ex gētili instituto factis, Hemeco maiori cū gētis pte vxorib9 & liberis ibi relicto cū forti psidio in Hispaniā traiecit: vbi primo aduētu q Gatheli morte ad eū venisset res Hiberum regē populus esse iussit. Hic patre lōge ferocior regni fines ptulit, vicinas vrbes recepit expugnatas. Iuuētutē semper habuit in armis, opera illorū ad hostes suis finibus arcēdos repētino incursu tēporis p cōditiōe vsur9: breui tātū terra pollebat, vt vicinis populis terrori & haberetur, & esset maximū in illis locis nomen assequutus: necessitas inde acco-

45 50 55 60 65 70 75 80

1 larum animos ad pacē inclinauit. Icto exinde fœdere Scotorū res in Hiberia ita creuit vt vterq; populus: sed aliquot post tēpora in vnū concederēt. Posthac nullū inter populos discrimen mutua fecere cō nubia, sanguinē & genus miscuere tanta gratia inter eos orta atq;
5 beneuolētia vt priscis oblitis iniuriis vnusqsq; proximū & domi & foris, vt fratrē & parentē ab hoste tueretur. Longa dehinc ab Hibe rio nepotū series descēdit Hiberis imperitantiū, inter quos fama fu ere illustres Metellius, Hermoneus, Ptolemęus, Hibertus, Simon & Brechus, quorū in sequētibus vti res exposcet meminerimus. Dum
10 hęc agūtur in Hispania, Hemecus insulę pręfectus cui9 paulo ante meminimus, eam a fratris nomine, vt posteris celebrius redderetur accepti memor beneficii suę pfecturę initio Hiberniā vocat. Incole- bāt insulā duo populi, Scoti & Agrestes, quidā Aborigines (sic eos quos Hiber illic reperit liceat appellare) hos quidā a gigātibus vi
15 ris immēsę staturę ortos scripserūt. Sed huius rei fides qrēda apud authores. Hemecus vtrūq; populū mira rexit dexteritate. Ius dixit magna habita tēporū & rerū ratione, qꝫ nihil eo cōducibilius ad di- uersos populos in vnū corpus conciliandū fore arbitrabatur: verū vt duo populi in vnū cōcederēt efficere non potuit Hemeco etenim
20 extincto inter eos est certatū. Scoti sui corporis creari ducē volebāt Aborigines profugū & peregrinū aspernabātur: vtriq; tādē sibi du cē sua ex gente creant. Atrox bellū inde sequutū haud sine alterius gētis exitio (vt credebatur) cōficiēdū. Tāta animos vtrinq; summę administrationis cupido versabat. Fuit hoc bellū initio cruentū. fra-
25 ctę subinde partes viribus pacē necessariā inierūt. Rursum labēte tēpore vbi vires recreuerāt vterq; alterū bello persequutus magnis afflixit cladibus. Ita deinceps multos annos nūc bello nūc pace co- habitarūt. Scoti ad postremū legatos in Hispaniam ad Metellium mittūt (is tum Hiberis Scotis imperitabat) qui suas querimonias
30 regi deferrēt, auxiliū ad instans bellū cōtra Aborigines orarēt, eam gētē ferocē alieni imperii impatiētissimā ostēderēt: quippe quæ nec pares nec supiores patiatur, ei9 sine exitio Scotos in Hibernia nūq̄ sedes habitaturos quietas: fore ni celerius occurratur vt ipsi vniuer- si pessimū successum simul atq; rei exitū sortirentur. Fuit Metellio
35 legatorū accessus eo gratior, qꝫ a cognato populo missi quæ cōmu- nis erāt salutis orabāt. Ieccirco postulata haud aspernat9 nihilo mi nus ratus ad Hibericā gloriā q̄ Scotorū salutē attinere si cognatā gētē ab immanibus adeo atq; vicinis hostibus liberauerit: tres filios Hermoneum Ptolemæum & Hibertum delecta cū militum manu
40 in Hiberniam mittit: vbi non sine atroci pugna Aboriginibus attri

tis. Scotorum rebus pacatis Ptolemæus & Hibertus ad populum regendũ nouosq; colendos agros permansere Hermoneo fratre natu maiori in Hiberiam reuerso. Multos inde armos fœlix in rebus populo successus summa ad eum quęcũq; populus iussisset potestate delata vrbes conditæ & munitiones. Iura legesq; vt ea patiebatur 45
ætas ad populum moribus formãdum, sacra publica & priuata instituta, sacerdotes ad sacrificia, thusq; adolendum prisco Ægyptiorum ritu creati: opes exinde populo creuere & vires. Sed vt res sunt humanæ prosperior fortuna deteriorem mentẽ mortalibus frequentius gignit: vt si foris hostem non habeant domi immaniter omni 50
fera crudelius in sese sęuiant: factiones enim duæ per id tempus sunt obortæ. Inter eas certatum de summa rerum administratione: fuitq; res non procul ab iniuria quum Thanaus Brigantinæ gentis secundũ regẽ facile ꝓcipuus qui de Hispania paulo ante legatus in Hiberniã venerat, vt cognatę gentis congratularetur fœlicitati, ma 55
gnæ inter eos authoritatis, neutri infensus concione aduocata populo suasit vt contentiones in comitiis fieri solitæ, cædesq; nõnunq̃ inde sequutæ deinceps vitarentur: regem dicerent penes quem atq; hęredes summa rerum esset potestas: eius arbitrio sese permitterẽt: venerandum regium nomen, regnũ rẽ speciosam, nihilq; melius in hu 60
manis esse viri vnius qui optimus esset imperio. Ad ea verba populi animos tãta cupiditas regis habẽdi incessit, vt contẽtionibus obolitis, Thanaum iuberent suo arbitrio regem creare: quẽcunq; diceret apud eum imperium fore. Tum satis (inquit) scio neutri factionũ alterius corporis creatum regem gratum futurum. Est in Hiberia 65
inclyta, iustitia insignis, regio clarus sanguine Simon Brechus gnarus vestri iuris consuetudinisq;: vobis & illi generis communis origo. Est procul dubio Metellii progenies: Cuius aliquando filii rem vestram pene labentem attritis hostibus in meliorem statum redegerunt, his sedibus consederunt suis cum copiis magna vestri pars 70
Metellii gens huc vti in Coloniam deducta. Haud inutile fore arbitror hunc virum ad publica munera obeunda omnium sententia aptissimuum, cognato ex populo acciri quandoquidem ob simultates partim occultas, partim notas vestrum quempiam regem dicere minime cõueniat. Audito Simonis nomine (erat tũ illud apud 75
eã gentem admodum celebre) ad vnũ omnes lętis acclamationibus Simonem regem declarant: maximus hominũ plausus sequutus faustum fœlicemq; eum dicentium diem: missi ilico legati in Hiberiam Simoni regnũ in Hibernia omniũ suffragiis delatũ significarunt. Id vbi acceperat Simon gratias legatis ad populum egit. Nauium 80

1 inde classem expediuit, prospera nauigatione vsus peruenit in Hiberniam vbi ingenti fauore plębis simul atq; honore exceptus fatali insidens marmori quod secum veluti stabiliendi regni testimoniũ vexerat ab Hiberica pompa, quam ea ætas patiebatur rex ab omni-
5 bus est consalutatus. Regnauit is omniũ primus supra Scotos in Hibernia: fuit annus ille quo illic regnare est cœptum quater millesimus ab orbe condito quingentesimus quartus: a generali diluuio secundus supra sextum & ducentesimum bisq; millesimum. Ab vrbis Romanæ conditione sexagesimus, posteaq̃ Brutus in Albio-
10 ne regium nomen fuerat adeptus quadringentesimus septuagesimus secundus: Ante Christum incarnatum quintus supra nonagesimum & sexcentesimum. Egit is Simon Brechus mira prosperitate summum magistratum auspiciis maxime atq; ductu Thanai, de quo paulo ante significatum: quem modestia & beneuolentia, pru-
15 dentiaq; omnibus comperta breui apud regem Simonem fœliciter munia obeundo in familiaris amicitiæ adduxerunt iura, vt publicis pariter atq; priuatis consiliis, arduissimarumq; rerum consultationibus omniũ primus semper interesset: donatus est & is Thanaus a rege agris, prædiisq; quę in Hibernię meridionali latere sacrũ olim
20 promontorium & Birsum amnem interiacent (Doudaill nũc dicũt incolæ) vbi sua cum gente quæ ab Hiberia eum fuerat sequuta cõsideret his agris Brigantiæ incolis Brigãtibus ab Hiberię ciuitate vnde ipsis origo nomen dedit ad posteros. Progressi sunt ex huius gentis progenie (sed aliquot post ætates) viri bellica virtute cla-
25 rissimi, qui in Albionem traiicientes cũ Fergusio primo Albianorũ Scotorũ rege agros Brigrantiã sic a gente vocitatã (nunc dicunt Gallouidiã) haud ꝓcul a Britonibus tenuerũt: Romanis Britonibusq; (vt suo referetur loco) semꝑ infensissimi. Hoꝝ meminit Claudius Ptolemęus Alexãdrinꝰ, & Cornelius Tacitus Romanarũ rerũ
30 scriptor eruditus. Sed ad Simonẽ redeo. Quadraginta annos imperium illi stetit incolume: Fandufus deinde regnat. Is Ethionem creat Ethion Glacum: Glacus Noitafilum: Noitafilus Rothesaum deduxit. Is Colonias aliquot in Hebrides, sic insulas ad Albionis occiduũ, ab Hiberi nomine nostri probati vocant authores, quã primũ
35 incoluit Rothesaiam a suo nomine appellauit. Extincto haud multo post patre in Hiberniã reuersus, rex omniũ suffragiis creatus fuit: annus quo Scoti ab Hibernia primũ sunt deducti in Albionem ab initio imperii Simonis tertius supra centesimum & tertiũdecimum mundanę originis quater millesimus sexcentesimus decimusseptimus: frequentes inde Scoti cum omni rei pecuarię apparatu (in iis

tum mortalium erant opes) in Hebrides migrare q̄ ibi loca herbida, læta papulo ad armenta accommodata inueniebant. Creuere noui Coloni q̄ p tribus veteri gentis instituto discreti, varias insulas incoluere. Occiduas quoq; tandem Albionis partes eas maxime quæ Aquilonem spectant. Et quem primum inhabitarunt locum Argatheliam (vt nostris annalibus memoriæ est datum) a gentis parente vocauerunt, Argadiam nunc dicunt incolæ. Et ne sine imperio & sine legibus vitā agerent, singulę tribus singulos sibi creauere moderatores (nostra ætas capitaneos vocat) quorum arbitrio & pace & bello sese permiserunt, pericula omnia eorū ductu subituri. Adeo etiam venerabile suę cuiq; tribui ducis nomē extitit vt per illud peierantes haud secus q̄ si per deos peierassent supplicio afficerentur. Inuocarētq; veluti sanctum cui numen inesset aliquod quouis periculo constituti. Mansit deinde in longa secula id genti institutū. Ita multos annos externo sine bello coaluere. Gentē inde haud multo post tempore profugā ex ea maioris Germaniæ parte quæ nūc Dania, olim citerior Scythia dicebatur, sedes quęrentem oris & Gallicis & Britānicis prohibitam ab incolis in Hiberniam venisse memorant. Incolarum inde suasu quæ alienę gentis congressus semper fuere impatientes in Albionem delatam. Alii in Orchadas insulas primū venisse volunt, ibiq; tenuisse sedes. In Cornanam nunc Cathenesiam: postea traiectu breui penetrasse Rossiam, Morauiam, Merniā, & Angusiā (talia tum nomina hæ regiones obtinebant) In agris q nūc Fifa atq; Laudonia appellātur, pulsis īde pastorib9 agrestibusq; Britonū qui rari eas regiones obtinebāt: tenuisse sedes vti hoc nostro ęuo priscę gētis ostēdūt monumēta. Pictos seu a corporū elegātia seu vestiū colore vario, vel potius a pictis Agathyrsis vnde vetus eis erat origo appellarūt indigenę. Addunt in rei fidem Orchadas antiquū Pictorū regnum marisq; strictū qd̄ Cathenesiā ab orchadibus dirimit pictīcū bosphorū vocitatū. Sunt qui scribūt id hoīm genus Hunnorū reliquias qui Cumbria pulsi quærētes sedes in Britāniā venere: vbi Humbro rege amisso a clade qua Locrinus & Camber Bruti illius qui Britannicū condidit regnū filii ꝓfugam gētem afflixerāt, fuga sese eripuere. Horum placeret sententia modo temporū supputatio pateretur. Alii gētem Sarmathicam Agathyrsos fuisse asseuerant. Pictos dictā q̄ oris pingendi eis esset vsus. Agathyrsiaq; olim ꝓfectā post varios per Sarmathiā ac Germaniā errores tandem in citeriori Scythia sedes posuisse, vnde longa post secula soluentes in Albionē, vti significatum est, deuenerūt Horū meminere, Vergili9, Claudian9, Mela, Eutropius, Paulus dia-

1 conus & recētiores, Vadianus, Sabellicusq;. His cōsentit Cornelius
Tacitus in vita Agricolę, vbi Scotos Hispanicę & Pictos Germani
cę originis appellat: verū q̄cūq; ea gens fuerit, quascūq; Albionis te-
nuerit oras, vbi primū posuerit sedes satis cōstat ciuile fuisse & bel-
5 licosam in albione sedes diutissime tenuisse. Sed in hoc discordiam,
vt in aliis fieri solet, authorum vetusta rei memoria effecit. Sed eo
reuertatur stilus vnde defluxit: fuit annus illę quo Picti in Albionē
venere, septimus ab orbe condito & sexagesimus supra octingentesi
mū & quater millesimū. Hi ilico vt illuc erāt delati munitiones ædi
10 ficare, maritima loca incolere, creatoq; rege multitudinē legib9 mu
nire. Iis similibusq; operib9 vbi aliquot annos fuissent intenti q̄ mu
lierum inopia ea multitudo vltra hominis ætatē videbatur minime
duratura: quādo neq; domi spes prolis vlla esset, neq; cum finitimis
haberent connubia: habito consilio, maiorū decreto legatos ad Sco
15 tos mittunt, qui affinitatem nouo populo peterent & societatē: adii-
cerentq; gentis nouitatem non oportere cuiq̄ sordescere: quippe qui
tametsi mari & terra periculis superatis agros tenuissent antea sine
habitatore incultos: spem tū certā habebant (iuuēt modo dii) indu
stria & virtute & pace & bello finitimas mox ęquādi gētes: foreq; si
20 honestis annuerēt postulatis vt vterq; populus amica alterius acces-
sione fortior effectus bella si qua aliq̄n inferrentur facilius propulsa
ret maioreq; vi & alacritate re poscēte inferret hostibus. Ægre pri-
mū legationē Scoti audierūt indignū rati cū gēte profuga, vaga, ex
torri connubia celebrare: tandem concione vocata, q̄ adolescens ad
25 huc res scota non eo creuerat, vt quę britonibus quibus a gentis pri
mordio erant inuisi bello par esse possit: vt auctis viribus: hostiū vi-
res prohiberent: facilius in eam cōuenere sententiam: cum Pictis fie-
rent connubia: Scotę virgines iis matrimonio copularētur dictis cō
ditionibus, vt singuli populi singulos agros, quos tum incolebāt te
30 nerent re & nomine diuisi: socia iungerent arma contra hostium in-
iuriam ad communem libertatem tutandam, qui alterutri populo-
rum bellum inferret vtriq; pro hoste haberetur: vbi Pictorum rei
summæ administrator in dubium veniret de fœminarum progenie
diceretur. Conditionibus vtriq; populo probatis sequuta ilico san-
35 guinis mixtura: Scotis virginib9 Pictis matrimonio cedētibus. Fuit
hæc affinitas Britonibus suspecta: timebant si vterq; populus iam
alteri affinitate iunctus in vnum corpus coalescerent, maiora susci-
perent incrementa q̄ ipsis & posteris tutū crederetur: Eos inde cupi-
do inuasit vtriusq; gentis delendę, placuit rem astu gerere: non ilico
40 inferre bellum: Pictos ad seditionem cū Scotis incitare salubriori si-

mulato consilio suscipiédũ vt altera parte bello attrita: altera refra
cta viribus facilius opprimeretur. Res in trienniũ delata, vt & com
mentũ lateret & tempus vel apparenté belli præberet occasionem.
Interea affinitas rerũ fœcunditaté prolis mutuã beneuolétiã popu-
lis attulit. Picti agris colendis munitionibus condendis & castellis 45
insistebant. In his reipublicę augendę tuendęq; spem locabant oém
Scoti venandiq; aucupandiq; arte sese exercebãt, pascebãtq; greges.
In his eorum opes, arcu, missilib9, leui armarura, loricis, alii ferreis,
alii pelliceis, vulgo Nactones dicunt, vsi non aliter q̃ aperto Marte
spem posuerunt libertatis simul & regni tutãdi. Britones ad Pictos 50
misere legatos q dicerẽt demiratos se Scoticã Britãnicę prelatã so-
cietatem. Britones genté tantis florenté opibus tanta militaris disci
plinę gloria vt iam non terras solũ, sed maria etiam per Galliam &
Germaniam fama sui nominis implesset, opulentũ habere regnũ ter
rã oñis generis mineraliũ, atq; fructuũ natura ad mortalium vsum 55
accõmodatorũ feracem: qui sociis & bello, & pace plurimũ prodesse
possent. Scotos genté ferinis moribus indomitam, procul ab huma-
nitate & mansuetudine plus audacię fidenté, q̃ virtuti: montes quos
dam incolere steriles & intractabiles pœne cæli iniuria: sine vrbani-
tate truculentã hominũ cęde atq; ferarũ gaudere. Adiicerentq; fatidi 60
cũ esse in Britannia Pictos, ni suis rebus sanius consulerẽt, ad vnum
Scotorum perfidia & immanitate delendos. Rogarent idcirco socie
tatem iungerent cũ Britannis, Scotos bello adorirentur, aut Albio-
ne prohiberent, aut quod vtilius longe foret, ducerent in exitiũ: q̃ iis
exterminatis amplas sedes in Albione hostili iniuria, atq; timore le- 65
uati essent habituri quieti. Ad bellum conficiendũ Britannica spon-
derent auxilia nõ defutura. Benignius a Pictis legatio audita, q̃ Sco
ticæ gentis incrementa posteris suis metuebant: neq; id tam eos ad
bellũ suscipiédũ impulit, q̃ vetera atq; recentia deorũ suo sup̲ succes
su oracula. Legatis respõsum sese necessitate potius cũ Scotis iniun- 70
xisse affinitatem q̃ beneuolentia: quorũ ęgre paterent̃ semper mores
& insolentiam: Britonũ societatem, cęterorũ mortaliũ præferre, nec
ipsos deorũ pręterire responsa: fore vt opportuno tépore (si id forte
fortuna daretur) bellum vt postularant mouerent: modo Britonib9
secũ certis legibus placeret inire fœdera ad bellũq; cõficiẽdũ suppe 75
tias ferre: pactisq; quę tũ agéda fuerãt legati sunt dimissi. Nec mul
to post Picti icto cũ Britonibus fœdere bellũ occulte in Scotos pa-
rãt, primũ vt iustã venarent̃ occasioné, iubét suis munitionib9 absti
neãt agrisq;, capitali pœna statuta in nõ obtéperãtes: quos illic post
ea inuenerũt veluti edicti cõtéptores obtruncãt. Eam contumeliam 80

Scoti ęgerrime passi continuo animũ ad vlciscendum adiecere. Pi-
ctos nõnullos trucidant, nec prius a cęde destitere, q̃ necatis suis nu
merũ ęquauerunt. Confestim turbatis vndiq; rebus vtrinq; teterri-
ma fit clades: Vnusquisq; etẽ, vt in alteri9 partis quẽuis icidit nul
la habita temporis locive ratione immaniter occiditur. Proinde diu
tius simulata pace soluta, Picti Scotis bellum indicũt. Crebræ incur
siones vtrinq; factę. Et ne quicq̃ per iram animive immoderationem
ageretur, sed consilio omnia, occulte parant quæ militibus in bello
vsui forent: multisq; consultationibus frequẽtibus maiorũ conciliis
agunt de modo gerendi belli, quibus ducibus, qualibus auspiciis: an
hostes expectandi, an in eos mouendũ. Sub idem tempus Scoti con-
uentum faciunt vbi tribuũ rectores varia de bello censuerunt. Aliis
Pictorũ perfidię infestis succlamãtibus, raptim in eos incursandum
veluti sacrorũ fœderum violatores: tantã esse gentis iniuriã, vt nul-
lam patiatur delationẽ. Aliis bellũ occulte instruendum contenden
tib9 modeste, atq; ordine certo rẽ tantã gerendã. Tũ quidã maxim9
natu, Scio (inquit) cõtribules cõtumeliã hãc vobis animos ira adeo
incendisse, vt ab vltione modo res nostræ paterentur, nec vnum qui
dem diem foret temperandũ. Verũ negocia haud pigre gerũtur, cũ
consilio fiunt & deliberatione: vana est sine viribus ira: bellum hoc
non tam cũ Pictis, q̃ cũ Britonibus venit gerendũ, quorũ suasu (vt
compertũ habemus) nobis infertur. Ab iis (vt optime nouim9) sup
petias sunt accepturi, nõ ea multitudine sumus, nõ iis virib9 & mili
tari disciplina, vt vtriq; genti bello pares ęstimari possimus. Iure igi
tur ad iniuriam, ꝓpulsandam cõsiliũ viribus addatur: ab Hibernię-
sibus Scotis cognata gente, vnde nobis origo, auxilium ad hoc bel
lum conficiendum acciamus. Inde ꝙ ducũ multitudo frequentius se
ditionem pariat, iubebimus vnũ cui9 potestati & arbitrio oĩa per-
mittentur, eo duce copiis rite instructis hostem adoriemur decerta-
turi pro vita, ꝑ libertate: victoriã facilius (modo dii iuuerint) conse
quuturi, ꝙ cũ gente nulla a nobis iniuria lacessita, recepta in affini-
tatẽ, beneficiis aucta, perfida, periura, fœderũ violatrice rẽ gerem9.
Placuit cũctis sentẽtia. Cõtinuo legati in Hiberniã missi: vbi gentis
illius concione publica multũ de Pictorũ perfidia, atq; iniuria questi
a rege cognatęq; gẽtis primoribus, postulata facile impetrarũt. Fer
guhardus (is tum imperitabat Scotis in Hibernia) filium Fergu-
sium ætate viribusq; florẽtem, insignẽ prudentia, simulatq; militari
disciplina delectis cũ copiis, coniugibus, liberis, oĩbus fortunis (vti
gentis erat mos) fatali quoq; marmore, vt regnandi spem iuuenili
animo iniiceret ad periculosum bellum, ab Albianis Scotis cogna-

ta gente propulsandū mittit in Albionē. Scoti Albiani aduētātē eo maiori gaudio accipiunt, quo sua res propior erat periculo. Inde in Arghatelia facto maiorum consessu. Cernitis (inquit Fergusius) viri fortissimi, auxiliares, vestra legatione ab Hibernia accitos ad hostium vim vestris a finibus arcendam, iam præsto adesse. Pictorum etenim iniuriam quā vestri legati rege coram, atq; Hiberniæ patribus questi sunt, nobis perinde atq; vobis habemus illatam. Sunt pii parentes in liberos propensi: adeo vt quicquid iniuriæ his inferatur, in illorum dedecus, & contumeliam cedere arbitrentur. Debemus vobis quod proli genitores: propterea vos liberos agite nos parentes, communis sit vtriq; populo alterius iniuria: quos non tam corporum sanguis, q̄ animorum beneuolentia hactenus tenuit coniunctos. Ad cōmunem libertatem tutandam socia semper & amica iungamus arma: huc venimus (quas cernitis) lectissimę ex Hibernensibus copię, vt nobis paremus gloriā vobis infirmo adhuc nascēti populo decus & libertatem. Verum ad susceptum bellum rite conficiēdum: aliud (quis ignorat) vobis apprime est necessarium summę administrationis forma, sine qua nullus iuris dicendi nullus gerendi belli modus, quauis in gente potest esse tutus. Idcirco an vnius consilio, & ductu contenti regium nomen placet introducere, an optimatibus quibusdam summam rei permittere, vobis fuerit commodius, an potius multitudinis arbitrio, in cōsultationem ducite. Quācunq; regiminis formam elegeritis siue publicum, siue priuatum gessero pro publico commodo, pro singulorum salute, quando deorum benignitate & ductu ad hoc bellum conficiendum huc prospere aduecti sumus: ipse quoad vires supererunt, cum his quas cernitis copiis excubabo: vestrum erit in hoc negocio, quid vtilius ad vestram rem publicam sit discernere: nostrū vestra capessere imperia. Hæc aut similia vbi populus Fergusium audiuerat orantē, ne multos reges sibi viderentur creare summam rerum, aut optimatibus, aut ipsi multitudini permittere aspernabantur. Et ne instantis iam belli motus populum sine capite, exercitum sine duce repente adoriretur, omnes regem volebant. Cæterum quia nulla tribuum alteri in dicēdo rege cessura videbatur: vnusquisq; enī alienę tribus hominem auersabatur, veluti peregrinum: vt omne vel apparens dissidium tolleretur: placuit Fergusium externum spectatæ virtutis hominem regio prognatum sanguine, ob egregias virtutes dignum omnium sententia, qui in ea multitudine imperitaret, regem dicere. Nemo certe aut se, aut tribus suæ alium illi viro præferre, vel iure poterat, vel vi audebat. Inclyta adeo fuit eius iustitia, probata adeo

45 50 55 60 65 70 75 80

omnibus prudentia. Tandem igitur Fergusio regnũ decernunt. Fer
gusius ob delatum sibi regnũ patribus primũ, inde multitudini gra
tias egit, fataliq; lapideę cathedræ, quã secũ deorum oraculo, veluti
omen stabiliendi in Albione regni deportauerat secum ab Hiber-
nia, insidens. Primus omniũ Scotorũ regũ Albianorũ faustis omniũ
acclamationibus rex cõsalutat̃, mundanę originis anno nono supra
sexagesimũ octingentesimũ quater millesimũ: ante Christi aduentũ
in carne, anno trecẽtesimo tricesimo, ab Vrbis Romę cõditione qua
dringentesimo vicesimo. Posteaq̃ Brutus rei summam in Britannia
adeptus fuerat octingentesimo tricesimo septimo. Scotorũ igit̃ re-
gno, his quibus diximus modis in Albione orto, Fergusius regiũ no
men assequutus, ad instantis belli iniuriã propulsandã, totus animũ
adiecit, tribuũ rectores ad se vocatos iussit vt vnusq; sq; quadraginta
dierum cõmeatũ onerariis equis in suorum militum vsum secum ve
heret, militarẽ seruarẽt disciplinã, essent sine certamine, sine lite: qua
nihil exercitui periculosius: nõ effuse vagarent̃, vt quo maxime hosti
fierent in prædã: ducibus obœdirent. Inde viribus promptiorib9 ad
confligendũ recensitis, atq; iis prima cõstitutis in acie, ipse oẽs ante
copias peractis ex more sacris deos precatus est susceptum hoc bel
lum, suęsine gentis culpa felicem ad exitum ducerẽt: oẽs eius ver-
terent clades in eum populũ, qui alteri primũ fuisset iniurius, sacraq;
fœdera violasset. Dum hæc in Arghatelia agunt̃, Picti armis para-
tis, Britannicis accitis auxiliis, turmas instruebãt ad pugnã. Vtrinq;
itaq; bellum summa ope parabatur ciuili simillimũ: Inter socios, affi
nes, soceros, generosq;. Picti, in Scotorum agros copias primum du
cunt, quibus haud minus cupide q̃ strenue Fergusius sublatis signis
cũ suis fit obuius. Erat regi insigne rubẽs leo erect9 aurea descript9
facie, cauda verberans terga, vt fere est mos, quũ sese ad pugnam in
citat, generosam signans iracundiam. Erat Fergusius omnium pri-
mus, qui in Albione id tulit, quod dehinc mansit Scotorum regibus
insigne. Stabant iam acies in prospectu expectabaturq; miserabilis
inter eos dimicatio. Interea inter Pictos ferebat̃, Britones loco haud
multum ab eis diuerso, globatos, occulta consilia agitare: vtriusq;
exercitus per occasionem perdendi: insidiarum tale habere cõmentũ
vbi Scotos cum Pictis acie congressos viderint: alterumq; popu-
lum alteri pugna cedentẽ, p̃lio fessos victores inuaderent, quibusdã
leuis armaturę militibus victos fugiẽtes tetra strage persequerent̃.
Ita victis victoribusq; occidione cæsis, direptis castris totius Albio-
nis rei summa potirẽtur: haud dissimilia de Britonũ perfidia de duo
rum populorum proditione per profugũ quendam Fergusio nun-

ciantur hinc effectum vt vterq; ducū tam hostium q̃ proprio pericu
lo mot9 aliquot dies pugnā detractarit. Inter hęc Fergusius rex mit
tit qui Picto diceret priusq̃ in certamen descenderent opus esse col-
loquio, satis scire se quę nihilo minus ad Pictorū rē, q̃ Scotorū perti
neāt: modo secū cōgredi vellet allaturū. Haud aspernatus Pictus, in
structis stātibus aciebus paucis procerū comitatus, cū Fergusio ad
colloquiū est cōgressus. Tū prior Fergusius ita affat9 dicit. Sępius
ciuitates & populi pro rei summa contendentes aliis imperiū, exitiū
sibi parauere qđ nobis hodie euenturū (si certare perrexerimus) qs
vel cęcus nō viderit? Belli causam qđ nuper nobis intulistis (iure in
iuriave nihil hic refert) acceptas a Scotis frequentius iniurias vlla si
ne reparatione prę se ferre haud ambigim9. Sed si vera magis q̃ spe
ciosa dictu fari libet, iperii cupido simulatq; Britonū vafrę impulsio
nes vos ad arma stimularūt. Nequaq̃. n. in soceros vnq̃ parauissetis
bellum nisi Britonū suasus qui vtriq; nostrū procul dubio cōmunes
sunt hostes, huiusq; belli fraudulenti authores vos ad arma compu-
lissent: subornassentq; q̃tū ꝑ eos fieri potuit, in parricidiū. hęc vera
sint, an falsa rectius ipsi iudicabitis. Neq; mihi, neq; meorū cuiq̃ du-
bium esse potest, quin in nostrum vtrorūq; damnū irreparabile (mo
do in bello ꝑseuerauerimus) arma nūc induimus. Quis negabit q̃so
vbi paribus pugnatur viribus dubiā fore victoriā? At pone victi fue
rimus qđ vestrū cōpluriū sine sanguine & cęde fieri neq̃at: vos vos-
metipsos Britānis dabitis in prędā, gloriā eis & iperiū parabitis: vo
bis ignominiosam seruitutē. Ecq̃d magis ipiū, q̃d detestabili9 cōmit
ti pōt, q̃ parētes a liberis oppugnari? Nos aūt parētes, vos estis libe
ri: vestrę ꝓles, nr̄i sūt nepotes: nos soceri, vos generi. Q̄z si victi fueri
mus siue victores, vos inexpiabili polluetis scelere: propterea deposi
to iniusto odio, de pace sermonē feram9: & socii & affines memores,
quantū hoc bellū nobis incōmodi quātūq; cōmunibus hostibus cō-
modi poterit adferre. Omniū iniuriarū, quas Scot9 populus vestræ
genti intulit reparatio a me rege ꝑficiscetur. Arma quę in nos mu-
tuo (quos cōtracta affinitas sacrum quoq; initum fœdus coniūctos
teneret) parauimus: in cōmunem hostem conuertamus: ne plus in-
uidia apud nos q̃ ratio, plus odiū q̃ æquitas valere videatur. Neq; vl
lam hac via ad nostras sedes in Albione stabiliendas censeo cōmo-
diorē. Hæc Fergusius: ad quæ Pictorū rex, verbis non præcogitatis
respondit (Enimuero iam ad pacem inclinauerat animum) Sum-
ma aūt orationis erat, vt diceret nō esse agētis magistratum in sua
gente, quæ publica sancita fuerant authoritate, priuata dirimere:
bellum hoc publico non priuato consilio indictum. Propterea se

cum suæ gentis maioribus in consultatione͂ deductūrum, an bellum velint, an pacem. Postridie affuturum eodem se loco, allaturu͂q; quęcunq; cum eis constituisset. Soluta ita concione vterq; ducu͂ ad suos concessit. Tum Pictus vocatis in consilium patribus Fergusii postulata recitauit, quo etiam pacto, si eo die cum Scotis manus cōseruissent: non cum eis modo, sed Britonu͂ etia͂ perfidia fuisset dimicandu͂, eoq; periculosius quo minus erat præuisum. In rei fide͂ indices quosdam adduxit exploratores, qui patres de Britonu͂ proditione, atq; pfidia certiores fecerunt. Freque͂tes etiam & inopportunæ Britonum impulsiones ad bellum indicendum effecere, vt res credita sit: inde in curia Pictorum consultatum variatu͂q; non nihil opinionibus. Aliis contendentibus Scotorum amicitiam penitus aspernandam: qui tot cædibus, tot rapinis suos fuissent persequuti, tanta͂q; intulissent contumeliam: vt ne digne quidem eam queant reparare. Contemnenda omnia cum eis fœdera: contemnendas pacis conditiones, q nec firmæ, nec diuturnæ esse possint, vbi plus valet rapina q̃ sancta fides plus iniuria q̃ ius: & vbi inuidia vincit ratione͂, libido oe͂m supat pudorem. Alii asseuerant Scotorum amicitiam honestam iuxta ac necessariam q beneficiis variis sese affecissent, nec nisi iniuria lacessiti vim intulissent vlla͂: vtrunq; populum communem habere hostem (vt compertum habuerunt) Britones. Idcirco aut nouas quęrendas sedes magna cum contumelia, aut cum gente initum fœdus repara͂dum: accedere ad hoc contractam affinitatem, qua vix aliud maius in humanis inexpiabileq; scelus esse infandu͂q; vel a diis immortalibus vlciscendum in eos quibuscum paulo ante genus & sanguinem miscuissent sancta contestatis numinibus iniissent fœdera, arma mouere: propterea amicitiam cum Scotis renouandam, nisi potius odium pro amore, pro beneficiis malefacta, pro fide dolum placeat referre. Huic sententiæ vbi plures fauissent, apparebatq; multorum iam animos flecti ad pacem, maiorum qda͂ Scotis infensus plurimu͂ ob cęsum germanu͂ primis belli incursionibus: vnde (inquit) fortissimi hęc ta͂ cęca inter vos cōte͂tio? Satis ne nobis nota Scotorum pfidia? Satis ne experti sumus ge͂tis immanitate͂? Delectat ne vlterius experiri fœdus populo infido serua͂du͂? Fero adeo ingenio, imani, immāsueto & in nostri nato exitiu͂ me͂te tenemus opinor, nisi nimiu͂ simus incogita͂tes, cōsultos deos respondisse impia͂ hanc gente͂ nos aliqua͂do exterminatura͂: habe͂da ne nobis veluti vana numinis oracula? Prouehemus ergo tantam in nostrum caput regnu͂q; pernicie͂? tale fouebimus nobis excidiu͂? Ge͂s hęc pcul dubio pfida, immanis, trucule͂ta, aliqn͂ si dii vera cecinerunt incendium inge͂s & inextinguibile nobis

exuſcitabit, Ad hęc alter. nõ vos moueant (inquit) deorum oracula
quia ſi vera ſunt, quis mortaliũ euitabit? Sin falſa vnde quęſo nobis
timendũ? Eapropter procul ſit oĩs contumelia, procul dolus, fraus,
perfidia, probrum: conſulemus honeſtati, abſit iureiurandum ſanctũ
fœdus noſtra culpa violetur: q̃ enim impiũ ſit fidem maculare, deos 45
non vereri, qui tam infenſi ſunt ſacra fœdera rũpentibus non deſunt
plurium virorũ vel illuſtriũ exempla. Fœdus ergo vel neceſſariũ qđ
cũ Scotis percuſſimus noſtra ſiue ignominia, deorũ ſiue iniuria, ne-
mo mortaliũ nobis authoribus dixerit ſoluendũ: In eo viuamus fœ-
dere, in eo perſtemus, neq; diis immortalibus, neq; parentibus morta 50
liũ oĩm nobis chariſſimis iniurii Soceros iubente natura optima re
rũ parẽte ex animo amemus, quãdo ꝓcul falſo noſtros liberos nepo
tes ſuos propẽſe ament adeo atq; peramarint. Nulla igitur vi opus
eſt, nullo certamine, ſed debita potius in parẽtes charitate, ne officiũ
deſerẽtes hoſtib⁹ habeamur ludibrio. Hęc vbi loquut⁹ fuerat Picto 55
rũ coniuges quæ tũ ad exercitũ maritorũ deſiderio cõuenerant ſuis
cũ liberis aſſiſtẽtes in ꝑces & lachrymas erũpere, viros orare ne ſeſe
infando parricidio violarẽt, ne cõib⁹ cũ parẽtibus deſcẽderẽt in cer
tamẽ. Satius (inquiũt) eſt nobis miſeris cũ liberis quodcũq; mortis
genus oppetere q̃ hinc patres inde viros mutuis ſe vulneribus confi 60
cientes intueri. His & haud diſſimilibus verbis lachrymãs mulierũ
turba vtebatur manus ad viros tendẽtes, cũ pueris quos eadem face
re & precari (quãtũ patiebatur ętas) docebãt. moti Pictorũ primo-
res coniugũ atq; liberorum amore debitaq; in deũ & ſoceros pieta-
te hanc iniere ſententiã: pax cũ Scotis nouo renouaretur fœdere, mu 65
tuę iniurię mutua expiarentur reparatione. Britones pręſentis belli
authores ꝙ conſiliũ iniiſſent vtriuſq; gentis per occaſionem delẽdæ
vtriq; genti deinceps pro hoſtibus haberentur. Cętera omniũ ſuffra
giis regis arbitrio permiſſa, quibus legibus pax renouanda, an pla-
cerent veteres conditiones, an nouę adiiciendę quo gratior fieret fir 70
mior, ac diuturnior. Poſtridie vbi ãbo duces fuerant cõgreſſi. Pictus
prior: Ferguſi (inquit) heſterna concione multa diſſerendo non tam
ad noſtrę q̃ ad veſtrę gẽtis rem attinẽtia grauiter ſatis attuliſti; quæ
relata ad primores vehemẽter omnibus ſunt ꝓbata, in eam ſentẽtiã
omniũ ſuffragiis eſt itũ vt tuis ꝙ ęquiſſima omnibus viſa ſint reſpõ 75
deatur optatis: pręſenti bello finis imponatur: expiẽtur more patrio
ſacris in deum offenſę: in homines vero ad hoc ex vtraq; gente dele-
ctorum & eorũ qui optimi eſſent arbitrio, Britones (pace inter nos
conuenienti) ꝙ rẽ neq; iuſtam, neq; honeſtã machinati ſint, vt vtriq;
populo hoſtes ſemper habeantur ſuſpecti. Hęc ferme ea quę cũ meę 80

1 gentis primoribus cōstitui. A moueatꝰ ꝓpterea q̄ñ hoc bellū, nec diis nec hominibus sit ꝓbatū oīs veteris odii recordatio. Nec satis est p̄sens finire certamen: Sed quęrendū quonā modo omnis futuri belli in posterū materia tollatur. Nā qđ ad futurā cōcordiā attinet, satis
5 firmā pacē habituri sumus, si nostrum quisq; suis finibus contentus alterius fortunę successibusq; non fuerit inuisus: sed glorię dederit, & ornamēto quicquid alter ęgregie & fortiter perpetrauerit: adiutorq; fuerit in rebus magnis difficilibusq; gerēdis, vbi hostis pręsertim vrgebit cōmunis. Q; si in icto fœdere appositæ cōditiones non
10 placent, dicantꝰ alię nostro arbitrio, haud dubito patribus populoq; gratū fore: quicquid hac in re egerimus. hāc viā potissimā arbitror ad stabilē mansuramq; inter nos pacē: hæc Fergusius eo magis ꝓbauit, q̄ Pictum in suam sententiā traxisse videbatur. Inde duces diem condicūt veteris pacis nouo fœdere renouādę, agendi quoq; quæ in
15 eo negocio necessaria viderentꝰ. Sub id tēpus Britones qui Pictis venerant auxiliares domū cōcesserant: veriti ne ea cōcordia nōnihil sibi pareret incōmodi. Condicto die vbi duces cū vtriusq; gentis primoribꝰ cōuenerāt: primū sopitis extinctisq; veteris odii causis, ita vt nullū dissidii incendiū in futurū viderentꝰ resumpturæ: veteri fœde-
20 ri nouę leges sunt additę, vt extremū bellū alteri populorum illatū vtriq; haberetur cōmune: vbi cū Britonibus præliandū foret vterq; cum altero descenderet in certamen: fœdera alia aliis facta sunt legibus. Secūdū hęc vtrinq; domū est cōcessum, hęc vbi Coilo Britonū regi nūciata (Is Eboraci vbi tū Britonū erat regia se cōtinebat) an-
25 xius repressit cogitata. Timebat sibi vehemēter inuisę gentis vicina nimiū incremēta: neq; satis sciebat quibus artibus exterminandi forent: fefellerat eñ hominē paulo ante excogitatū consiliū, propterea animo statuit experiri, an populi illi vagi, extorres, ignotę originis, fortes in ferarū cędem bellica cū sua gente manus auderent consere-
30 re: bienniū ferme rem distulit, vt si forsitan vtriusq; populi in alterū superba aliqua insultatione aptū Britonibus pugnandi ostenderet fortuna locū. Eñuero persuasum fuit ab initio oībus Britannici noīs nunq̄ sese Scotis & Pictis concordi pace coalescentibus in Albione qetas sedes habituros. Inde belli causam inter populos suscitare cu-
35 pientes, occultis latrociniis Pictorū fines infestant. Cęterū cū res repeterentur negabant se furti cōscios. In Scotos latrocinium furtūq; reiiciebāt, hos non Britones aliena armenta abigere consuesse. Quæ res effecit vt vterq; populus in Britonum odium vehementer concitaretꝰ. Eorūq; agris populatis cęsis popularibus p̄da, inde vi asporta-
40 retur aperta. Cōtumeliam hanc Coilus iniquo ferens aīo qđ occulto

consilio nequiuerat parat aperto Marte, omnibus paruo post tẽpore
ad bellum necessariis cõparatis cõfluentibus vndiq; copiis in Scoto
rum agros, qui Vergiuio ac Hibernico alluunt oceano mouit: vbi
multa depopulati post plura ferro & igni ꝓstrata ad Dunę amnis ri
pã cũ exercitu cõsedit. Missis ꝑ agros qui quoscũq; Scotici Picticive 45
nõis inuenirent, traherẽt ad suppliciũ. Sub id tẽporis Fergusius cũ
primũ bellũ moueri audiuerat, priusq̃ inferret: vt armẽta oĩi cũ re
pecuaria, procul a villis altissimos in montes agerent, vxores cũ li-
beris, rupes locaq; natura pœne inuia adirent: ipsi vero loco dedita
opera munito cõsiderent cũ copiis suis simul, atq; Pictis author fuit: 50
vtq; Britones tẽporis ꝓductione & rerum fatigarentur inopia mili-
tibus edixit, corpora curarẽt, pręsto forent cũ tẽpus posceret, gladio
ducis iussu vterent. Scotus aũt quidã transfuga Coilo regi suorũ cõ
silia patefecit. Ad quẽ nunciũ quinq; milia Britonũ ꝑ loca aspera in
cedere cõsueta ad pręedam e montanis agendã transmisit. Ipse totis 55
cum copiis prima luce instituit ducere in hostẽ. Hac Britonũ circũ-
uentione Scotis, Pictisq; patefacta ꝑ exploratores, nõnihil in castris
est trepidatum. Tum Fergusius ad consiliũ retulit, quid suꝑ eo cen-
serent agendũ. Nõnulli pugnã dissuasere, territi Britonũ multitudi
ne & alacritate. Alii regẽ ad pręlium hortabant: satis eũ militibus 60
abundare dictitãtes, seq; ꝓ coniugibus, pro liberis, ꝓ patria, ꝓ liber
tate fortiter acturos, ipso q̃dẽ ꝑsente, & se periculis obiectãte. Neq;
minus necessarium q̃ honorificũ belli experiri fortunã, victoriã non
tam multitudine q̃ virtute & audacia frequẽtius parari. Sic vbiq; va
rie erat consultatum: demũ placuit vt Fergusius cũ suis Britonũ sta 65
tionarios prima noctis vigilia pugna adoriretur. Pictorum rex sua
cũ gente Dunã amnem ostenso vado traducta, ꝑ loca quędã petrosa
inuia ferme & ob hoc sine custode relicta ad Scotorũ clamorẽ a ter
go aggrederentur hostes. Cętera ꝓmitterent fortunę. Paulopost Fer
gusius noctu hostium castra repente inuasit: stationariisq; cęsis val- 70
lũ irrupit priusq̃ ad Coilũ peruenisset tumultus: mox terribili subla
to clamore, quum Britones ad Scotorum vim arcendam sese obie-
cissent, eos nihil tale suspicantes Picti a tergo inuasere. Tum Brito-
nes vix somno experrecti, sine signis, sine imperio, alii nocturna fuga
saluati, alii locorũ ignari in anfractus & abruptas crepidines præci 75
pitati fugientiũ simul & persequentium turbis opprimuntur. Inter
quos Coilus ipse dum incautius a suis seruaretur oppressus occu-
buit, loco nomen Coilum (nunc Coill mutato paulum vocabulo di
cunt) perpetuo ad posteros relinquens. Scoti & Picti, secundũ hanc
pugnam mane in editiorẽ locum sese receperunt ad signa: Britones 80

1 qui ex nocturna trepidatiõe euaserãt in vnũ coacti, audito regis in-
teritu, exercituq; magna ex parte amisso, Caduciatorẽ ad hostiũ du-
ces ad petendũ pacẽ mittunt. Scoti vero & Picti recenti victoria so
lito insolentiores effecti, Britannis superbe insultantes pacem nega
5 re statuerunt. At reges quibus Britannica virtus haud erat incogni
ta parce vtendũ fortuna inter suos prędicantes, pacis fœderisq; ineũ
dorum cũ Britonibus fuere authores. Secundũ hęc, Pictis parte spo
liorũ militari pro instituto adeptis, domũ concedentibus, Fergusius
copiis dimissis Argatheliam petiit, vbi maiorũ regni facto cõsessu:
10 Q̃z manifesto (inquit) deorũ fauore, viri fortissimi, hostes viceritis,
perq̃ exquisita prudentia rem in aperto discrimine reddideritis paca
tam, nemo est vestrum reor qui penitus ignoret. Eram9 dum manus
fuerant conserendę hostibus & numero & viribus lõge impares. At
dexteri dii volentes nostris votis affuere. Clade concussimus gentẽ
15 nobis antehac cæteris præ mortalibus timendam. Calcauimus infe
stissimũ hostem quem omni cum exercitu obrutum vidistis: opulen-
ta hostium spolia vobis cessere: qui tetram cladem euaserũt pacem
a vobis petiere supplices, necessariam magis q̃ honestam. Et qui pau
lo ante, vos veluti imbelles, profugos, inopes, & inermes superbe in-
20 sultando tantopere contempserant, ad vestros pedes humi procũbẽ
tes veniam & misericordiã petierũt. Exẽplum ꝓfecto dantes q̃ sit in
firmũ humanis viribus confidere. Neq; inscii sumus aut esse possu-
mus, quãtis opibus, viribus, quãtaq; virtute Britonũ gens mari ter-
raq; polleat. Idcirco nobis ad maiorẽ gloriã, illisq; ad cõtumeliã ac-
25 cedet ꝙ a gẽte imbelli (vt eorũ verbis vtar) gregaria, extorri, victi
fusi atq; ꝓfligati sunt. Pacẽ suppliciter eã petẽtibus cõcessimus, nul
la post cõfectũ prælĩũ vsi in victos violẽtia, nostrã vicimus iram in-
natãq; ferociam. Ne nosipsos vno hoc felici successu tumẽtes in tan
tũ hostẽ, instabilis fortuna, aut potius dii qui hanc pulcherrimã de-
30 dere victoriã, irritati aliqñ hostibus tradãt ludibrio. Quibus gladi9
nocturno cõgressu pepercit, eos liberos cũ armis & fortunis omni-
bus abire permisimus: fœdus cũ victis in nostrã totiusq; posteritatis
salutẽ (vt par est credere) iniuimus. Hęc eo tẽdũt vt hoc solũ coniu
ges, liberos, fortunas, & quicquid rerũ nobis in vita est simul cum li
35 bertate quã nobis auferre hostis impie destinauerat, deorũ munere,
qui hac in pugna nobis hauddubie fuere p̃sentes, seruata intelligen
tes, ne denuo in tãtũ veniant discrimẽ prudẽter cõsultaremus. Quod
facilius, mea quidẽ sentẽtia assequemur, si deos habuerimus venera-
tiõi, sancitũq; cũ Pictis & Britonib9 seruauerim9 fœdus. Si publici
40 regiminis formã quã vltro iniistis simul atq; fidei sacramẽtũ dehinc

coluerimus, Intestinis amotis seditionibus, pniciosis colloquiis, auaris cōmerciis, cęterisq; malis, suapte natura dissidia excitātibus: Regiones, agros, nemora & loca hęrbida maiorib9 eoꝝ cū pplis gētibus & tribubus cōmuni cōsensu fuerimus partiti. Et si nostrū quisq; suis cōtentus, proximi iniuria discat abstinere: omnesq; cōcordia pace e gerim9 vitā. Quæ res nobis quidē opes, vires, & cōstās gaudiū: hostibus aūt timorē ꝓcul oī hęsitatione parabūt. Hęc vtinā priusq̄ vita egrediar, in vobis populo mihi vita chariore, quippe cuius authoritate regno, cuius opera de hostibus triūpho, ꝓspiciā: vt certam spem de vestra posteritatisq; salute ꝑpetua, & habeā viuēs & moriēs ad maiorū manes deferā. Cū hęc ille ita perorasset, cōfestim ex tota cōcione redditus est clamor, populum nō modo ea quę optasset, sed quæcūq; imperasset subiturū. Icta fœdera inuiolata ꝑmansura, regis nomē & administrationē vehemēter placere: Agros quos ipsi tenerent eius arbitrio quibuslibet partiēdos. Rege inde id haud petente ad vnum oēs in eius fidē nomēq; denuo iurarūt: addētes se nūq̄ aliā publici regiminis formā q̄ regiam admissuros, passurosve in Albione supra Scotos, nisi Fergusiani sanguinis quenq̄ regnare. Si fallerent, Tum oīa mala illa quæ sui maiores, & in Ægypto & in Hispania ab auita lege piaq; deorum religione pręuaricantibus consueuerant imprecari, sibi suęq; posteritati inciderent. Recentem hāc religiosam populi affirmationē, sic iureiurādo vltro roboratā literarū monumētis, marmoreisq; tabulis incisam animātiū quorūdā effigiebus, vt tū populo arcana, & quę in longū æuū seruari vellēt scribendi mos erat, sacerdotibus traditā inferendā sacrario ibiq; seruandam Fergusius curauit. Aliquot deinde diebus lapsis vbi venatibus, honestisq; iocis corpora & aīos recreassent: facto denuo primorū senatu. Iā tēpus est (inquit Fergusius) quādo regno nobis nostręq; posteritati stabiliēdo satis cautū video: agros in quib9 gregatim absq; ordine indiscrete, & ob hoc haud sine frequētib9 iurgiis cōsedistis nobilibus pplis & tribub9, & q ab Hibernia mecū huc traiecere, & q ātea has tenuere sedes admetiēdos duxi: & ad id negociū cōficiēdū cēseo viros septē oī ex multitudine creādos prudentia & fide insignes: qui regiones, habita soli ratione finib9 diuidāt: vbi videlicet sterile ꝓspexerint solū ibi fines latius extēdāt: vbi fœcūdū ac lętū, cōtrahāt: cōstituantq; sortes, per quas quisq; agros recipiat possidendos. Placuit vehementer omnibus regis sententia, delecti haud multo post septē viri prudentia singulari: q omnes Scotorū agros lustrando contemplati, ęquis eos terminis q̄maxime fieri potuit diuiserūt. Quarto exinde mēse ad Argatheliā sūt reuersi, vbi rex erat Fergusi9: eo ꝓsidēte

nobiliorũ maiorũq; nomina sunt in sortẽ cõiecta. Cornach viro insi-
gni cũ sua tribu, quę copiosissima erat, agri qui Dũmæ ꝓmontoriũ
(nũc Dũmisbe) Orchadas spectãs isulas, & Thanam amnẽ (nomẽ
adhuc retinet) interiacẽt sorte euenerũt. ab hoc Cornach Cornana
regio (nũc Cathemisia) populi vero Catanos hac ętate, Cornanios
nomẽ sunt sortiti. Lutorth viro insignis nobilitatis secunda excidit
sors. Venerat is ab Hibernia cũ Fergusio delecta cũ militũ manu: q
buscũ agros qui a Thana ad Nessam sunt fluuiũ, nullo rigore, nullo
gelu vllo tẽpore vsq̃ licet stagnantibus altioribus etiã admodũ aqs
concretũ, obtinuit. Tenuit exinde diutissime regio Lugiã ab eo viro
nomẽ, Lossiam maiorẽ eius partẽ nostra vocat ætas. latitudo in ea a
ripa alta (Cromarte nostra ętate) ad Lochteę fluminis ostia decur-
rit. In hac castrũ olim Alatũ ad Nessæ ripã magni nois & a multis
authoribus celebratũ pręconiis Vrquhartea nũc noie. Cuius monu-
menta, atq; ruinę priscę artis ędificiiq; altitudinis magnã spectãtib⁹
præstant admirationẽ. Vares a Varacht suo duce ita vocitati, terrã
a Nessa ad Speam fluuiũ ab oceano Germanico ad Hibernicũ, quã
Vararũ appellauere, sunt sortiti. Laborabat is populus ꝑpetua sedi-
tione intestina: Vnde frequentes & fœdissimę cędes sequebant̃. Effe
ctum inde sed aliquot post secula vt regũ authoritate Varari expul
si Morauis Germaniæ populo (vti suo referet̃ loco) regionẽ linque
rẽt, habitandam. Dedere tum & ii loco nomen ad posteros Morauiã
Thaalis quibus a Thaalo populi duce id erat nomẽ Speę amni pro
xima cessit regio, nũc cõplures in regiones partita Boynam Ainan,
Bogeuallem, Gariotam, Formartinã, & Buquhaniã. Ab his qui nu-
merosissimi erãt multis ex veterib⁹ Scotorũ tribubus gregarie cõ-
flatis Thaalię nomẽ regiõi inditũ. Marthani oẽm terrã, q̃ a Thaalia
ad mare Hibernicũ ꝓtẽdit̃, hoc ęuo Marreã Badzenotham, & Lo-
quhabriã cõplectentẽ habuere. Martach ppl'i illius dux regioni vbi
tenuere sedes Marthaę nomẽ ad posteritatẽ dedit. Obtinnere Nouã
tę ppl'i (a q̃b⁹ agri vbi sedes posuerãt Nouantiã nomẽ acceperũt)
terrã oẽm quę ad Marthaam & Hibernicũ mare vergit cũ Cherro-
neso pręeminẽteq; monte ducto lõgissimo tractu in mare: a quo pœ
ne vndiq; cingitur ꝓmõtorio Canter, id est caput terrę vulgo appel
lato, Cõtinet nũc ea regio Lornem & Cãter loca mõtuosa, hęrbida,
& pabulo lętissima. Atholus aũt ex Scotis Hispanis prognat⁹ vir,
multis egregie gestis, & domi, & militię insignis (venerat autẽ ab
Hispania in Hiberniã, & hinc cũ multis egregiis militib⁹ sub Fer-
gusio in Albionẽ) agris q̃ ad eũ sorte deuenerãt nomẽ dedit Atho-
liã, quod exinde regioni permansit. Fuerunt eius termini Nouantia

Marthaa & Calidonia sylua, ea ex parte vbi Calidonię castrũ nunc Dounkeldin ad Taum amnẽ sitũ erat Croones & Epydii a Croath & Epydyth populorũ rectoribus trahẽtes nomẽ Calidonię occidentalẽ partẽ sorte occupauerũt. Trãsierũt aũt hi populi lõga ꝑ tẽpora noib⁹ nouis adhibitis, veteribusq; obsoletis i Strathbraũ Bradalbain 45 nõnullasq; alias eis adiunctas natiões. Argatheli aũt ꝙ Scotoꝝ oĩm primi in Albionẽ venerãt, regionẽ & nomẽ a Gathelo gẽtis parẽte diu retinuerũt. Sed & ipsi hac tempestate vocitant Argadi, & regio eoꝝ Argadia, vocabulis paulũ imutatis: Lelgoth partẽ sorte adeptã Lelgon gentẽ cui ꝑerat Lelgonas (Elgonas vocat Ptolemęus) nũc 50 Lennos dicũt, appellauit. Cessit & eisdẽ Cludeuallis ager, a Gluda, Cludave fluuio, quẽ Tacitus Cornelius Glottã vocat, ꝙ eã ꝓfundat ita appellatus. Silures inde suo cũ duce Silurth gẽs atroci semꝑ ingenio, & ad bella exercenda oĩm prõptissima, agros q Gludã amnẽ & Brigantiã interiacẽt, quibus cõsederũt sunt adepti. Partita est hęc 55 regio haud multo post tẽpore domesticis vrgẽtib⁹ dissidiis in Cunnyngam, Coyll & Carrictam. Durauere & regioni & populo ea nomina in hãc nostrã vsq; ętatẽ priore, vt in rebus fit vetustiorib⁹ obsoleto. Brigantibus populo oĩm Scotorũ fortissimo, ea regio (quã ipsi Brigantiã dixere, Posterior ętas Galdiam a Galdo rege, vt op- 60 portuniori referet loco: hæc vero nostra mutato paulum vocabulo Gallouidiã) habitãda nõ sorte, sed publico decreto est tributa: vt cęteris bellica virtute pręstãtes, Britonibus, quibuscũ innata pœne inimicitia, cõtinenter bellum foret gerendũ ꝓximis agris cõsiderẽt. Ex his Brigantibus quidã ob fœdã seditionẽ regione prohibiti exulan- 65 tes, Pictici sanguinis sceleratis quibusdã, quos haud dissimilis furia agitabat admixti, proximã vallem (nũc Auandiã vocãt) tenuere Britonibus, qui tũ ea tenebãt loca inde expulsis. Quorũ posteritas eo feritatis euasit, vt oẽm in vicinos exercerent truculẽtiã, fœminę cũ viris mixtim & his illę longe inclementiores decertaturę proficiscerẽ- 70 tur ad bellũ, victis nunq̃ parcerent, vivos capi in pręlio nephas arbitrarent: mori pulcherrimũ ducerẽt. Valetudinarios aũt domesticos vel parẽtes ne cõficerent ęgritudine, qđ inhumanũ arbitrabant, mactare, ex paterno cõsueuerãt instituto. Estq; hęc vallis vbi in eã adit⁹ est arctis faucib⁹: alioq omĩ ex parte aut mari, aut cœno ĩfirmo viæ 75 & intractabili sabulo cincta. Effecit is difficilis ad eã accessus vt incolę Scotoꝝ, Pictorũ, & Britonũ aspernarent imperiũ. Cauernis habitabãt & antris: latrociniis & ꝓdationibus plurimũ victitãtes. Aditus noctu vocalissimi obseruabãt vigiles, interdiu excubię. Ad vni⁹ clamorẽ arma rapiebãt, q armis abstinuit, occuluitve sese, cũ ad bel- 80

lũ ꝓficiſcendũ fuerat, vel initũ iã ꝑliũ declinauit ab vxore necabat͛. Qui vero viuus in hoſtiũ veniſſet manus, liberatus, vxoribus (quod apud Dacos cõſuetũ legimus) ſeruiebat: donec ſatis pœnę ꝓ ea contumelia exhauſtũ videret͛, aut egregio mox facinore cõtractã deleuiſſet ignominiã. Cõmunibus fere vtebant͛ vxoribus: cõcepti aũt ꝙ patrẽ demõſtrare nõ poterãt oĩm habebant͛ filii. Hanc olim immanem gentem Ordouides Cornelius Tacitus appellat: veteres noſtri annales Ordacos: ꝙ Dacorum forſan longiſſime ſuperabant immanitatem. Locorũ & gentium: de quibus iam ſignificatum nõ tam noſtri q̃ exteri, & ii quidẽ ꝓbatiſſimi meminere ſcriptores. Ptolemæus Alexãdrinus, Mathematic9 & Coſmograph9 ſua tẽpeſtate inſignis. Corneli9 itẽ Tacit9 hiſtoriarũ ſcriptor, q Cęſarũ geſta ab Auguſto ad Domitiani pœne exitũ altius repetẽdo deſcripſit, eorũ pplorũ & regionũ frequẽtius meminit. Veremundus vero Hiſpani ſanguinis vir dedit memorię & lepide, & vere Scotorũ Hiſpanienſiũ, Hibernicorũ, atq; Albianorũ antiquitates. Permãſere noĩa locis, & gẽtib9 de qb9 iã memoratũ, maiori ex parte ad Ferguſii ſecũdi regis vſq; tẽpora, qñ Scotorum regno quinq; ſupra quadraginta annos interrupto eiuſdẽ regis opera, reſtituto eiſdẽ nouis a cultoribus noua adhibita ſunt noĩa. Cęteras etẽ regiones, quę Scotico iã parẽt nomini, Picti eo temporis tenuerũt, Merniã, Anguſiam, Stermũdiã. Gouvvream, Erueuallem, Perthiã, Fiſam magnã Calidonię partẽ Sternelingum, Landoniã, Marciã, Deerã, Ordoluciã, Dahalas, omnes quę picta lingua partes porcioneſve (vti author eſt Beda) deſignãt. Quę his regionibus priſca fuere noĩa, vt cõperire poterimus opportunioribus locis oſtẽdemus. Huius vero loci expectationi ꝓ regionũ atq; populorũ nominũ quoq; diſcrimine magna in parte ſatiſfactum reor. Propterea ad Ferguſiũ regẽ redeundũ. His partitis vti eſt dictum regionibus, ducibus, populis, & tribubus pacatiſq; oĩbus: iã inde ad ſuos inſtitutis melioribus9 formãdos animũ adiecit: vtq; cętera auſpicatius proſequeret͛, initium ſumpſit a iuſtitia, fidiſſima humanæ vitæ preſide: ſine qua coaleſcere, immo ne ſtare quidẽ poſſe humanã ſocietatẽ haud ignorabat. Leges quaſdã edidit quibus vetuit latrociniũ, homicidium, depopulationẽ, maximeq; omniũ furta: ꝙ oĩa tum ſub dio aſſeruarentur. Caſtellum condidit Berogomũ, vbi ius dici voluit in Louquhabria ad Albionis plagam occidentalem in Hebridum inſularum proſpectu: vt illuc & Inſulani, & Albiani Scoti facilius ad iuriſdictionem iuſtitiæq; adminiſtratorem coirent. Reliquum vitæ magna in tranquillitate cum Pictis egit, & Britonibus: ſumma ope ad id annitens, vt ſuorum animi mutuo inter ſe ſtudio & beneuo-

lentia coalescerent. Accitus tandē arbiter ab Hibernensium primoribus ad dissidia cōmitiis delegendo regi oborta, sua authoritate & consilio submouenda: ea non modo oppressit, sed etiam extinxit penitus. Id ei mortalium operum fuit vltimū. Maris enim traiectu q̄d Albionem ab Hibernia dirimit vi tempestatis aduerso flatu naui ad 45 scopulum illisa interiisse ferunt: quum quinq; supra viginti regnasset annos: loco nomen Fergusii scopulo ad posteros datum. Potiebatur tum rerū inter Britones Esdadus, inter Pictos Cruthneus Camelonus. Is ciuitatem condidit in Pithlandia (nunc Landonia) ad Caronæ amnis ripam Cameloduno a se vrbi nomē indidit: vbi prima- 50 riam regiamq; sedem voluit esse Pictorum. Ibi portus olim saluberrimus omnium aptissimus hyemandis nauibus, nunc cœno hærbarumq; radicibus limo concrescentibus oppletus, vdis exhaustis paludibus longa ætate, & hominum infrequentia in amœnissima prata euasit. Durauit ea ciuitas longa secula multis incōmodis & Roma 55 norum, & Britonum armis afflicta: quā tandem Kennethus Scotorum rex, qui Pictorum regnum & gentem deleuit habitatore exhaustam (suo vt referetur loco) solo equauit. Cōdidit & Cruthneus rex Agnedam oppidum, & arcem loci natura munitissimā. Id posterior ætas ab Etho Pictorum rege Ethinburgum: arcem, puellarū castrū 60 q̄ illic regię Pictorūq; virgines insigniores, manuariis artibus discēdis ad nubilē vsq; ętatē (vt tū fiebat) addictę arcta custodia seruabantur. Quo igitur modo Scotorum gens exordium sumpserit & regnum. Fergusiusq; qui regnum cōdidit, reiq; summam administrauit: suum obierit diem: hoc volumine vtcunq; est demonstratum. 65 Nunc de reliquis qui subsequentes, id gessere imperium nobis est prosequendum.

Scotorum Historiæ Liber. II.



Ergusio rege quo diximus modo fatali necessitate sublato, condictis cōmitiis vbi aderant 70 primores regis deligendi causa diu certatum est, multumq; variatum sentētiis. Nam super fuerunt Fergusio liberi duo impuberes. Existimabātq; nōnulli in deos impium, in homines iniuriū, Fergusii liberos paterna priuatos ope 75 parentis recentibus meritis præsidio omni ꝓtegendos, regno frustrari, aut in alios transferre imperium. Fergusianam domū de Scotorum republica optime meritam iniurię obiicere & contumelię. Alii contendebāt puerilem ætatem ad publicam administrationem ineptam: oportere regem vi 80

1 rum esse prudentẽ, maximarum rerũ gerendarũ haud expertem, ad hostiũ iniuriam externaq; bella propulsanda, suorũ quoq; deliquia re poscente iustitia & authoritate grauiter compescenda. Alioqui parum tutũ firmũq; fore imperiũ. Gloriam ex rebus bene gestis, &
5 famã viri qui optim9 esset surgentia regna firmare. Tũ Sembathes Argathelus gentis illius præcipuus magna apud populum semper authoritate ita ad eum verba fecit. Nemo est nostrum (cõtribules) quem multiplex & varia necessitudo non hortatur ad Fergusii liberos simul cũ omni domo omniũ officio & pietate tuendos. Ille incre
10 dibili in hanc gẽtem beneuolentia & charitate ductus cũ magna & delecta militum manu turbulentissimo tempore ad nos venit: afflictis consuluit rebus, periculosissimo nos liberauit bello: ex hostibus amicos & socios effecit: regnũ hoc condidit, legibus ornauit, Britones opulentam gentẽ & bellicosam qui nostrũ nomen tantũ oderãt
15 ab initio, bello domuit, nostris atq; Pictorum finibus procul abegit. Ita nos demum bonis formauit institutis, vt has nostras sedes haud aliter q̃ cæteræ gentes & populi suas hostili leuati pauore sine lite (modo nulla fuerit interna) tenere possimus quieti. Ecquis nos viros (contribules) cuiusuis beneficio aut vita potius dignos dein-
20 ceps existimabit, si Fergusianã domũ vnde tot accepimus beneficia, cui tantas debemus gratias, debito fraudabimus officio? Si in hos pueros inimico fuerimus animo, quali in reipublicæ turbatores & hostem posthac erimus? Sentiant igitur regii manes (vt æquũ est) nos viros bonos, virtutis amantes gratos, acceptiq; memores bene-
25 ficii, quales ab initio Fergusius nos in se suãq; posteritatẽ eẽ voluit. Et hũc regium filiũ impuberem (natu maiorem ostendit) lętis acclamationib9 ad paternũ imperiũ traducite, regnareq; iubete. Id vos (contribules) per regios manes, per vestrã fidem, per quicquid officii & gratitudinis Fergusianę domui debemus oro & obtestor. Et
30 ne hos pueros deserentes vestro auxilio destitutos paterno simul imperio vitaq; periclitari sinatis, bonorũq; virorum officio longissime egressi, vos iure & hominibus exosos & diis immortalibus reddatis inuisos. Hæc Sembathis verba applaudentis vulgi sequutũ est murmur. Tum Franchtaus Brigantinę gentis rector ita ad populũ
35 infit. Inter vos certatum video (contribules) expediat ne Fergusii regis filiũ puerũ per ætatem imperio minus adhuc aptum regẽ dicere: An virũ potius ætate maturũ, consilio pollentẽ & authoritate. Super quo Sembathis sententia satis laudanda foret si in deligẽdo rege sola gratitudo foret inspicienda. Neminẽ nostrũ præterire po-
40 test (contribules) q̃ ingratũ, q̃ probrosum, q̃ deniq; foret impium

Fergusianam domũ, vnde tantam accepimus gratiam, nostra opera paterno frustrari imperio. Neqꝫ vnq̃ infandũ adeo scelus, nostrũ cui q̃ vt fidem hactenus inuiolatã & iusiurãdũ quod iã dudũ vltro prę-stitimus, contra optime de nobis meritũ falleremus in mẽtẽ venisse arbitror. Quocirca nequaq̃ an paternũ puero debeatur, sed quo pa-cto ad maturã vsqꝫ ætatẽ ipsi maneat incolume, in consultationẽ est nobis deducendũ. Quot etenim nostrũ mala singulis & Fergusianę domui, nostrę surgenti reipublicæ, regnoqꝫ allaturi simus, si puero iuxta Sembathis sententiã rei summã permiserimus, videritis cõtri-bules. Ingens siquidẽ discordiarũ incendium nobis vltro exitaueri-mus. Enimuero plures inter nos sunt authoritate atqꝫ opibus pœne pares. Cura aũt regis vni nõ oĩbus est cõmittẽda. Ille quisqs erit Pę-donomus regis, rex noster iudicabitur: cuius fidei rex ipse cõmittet. Ecquis nostrũ eo pro honore, eo ꝓ munere fortunis ac gratiis, ac vi-ribus oĩbus nõ certauerit? At ponite in vnũ cõuenerimus, is suã dita-bit familiã. Is quoties aut aliq̃d reipublicę fuerit reformandũ, aut in hostes ducẽdę copię, aut legati mittẽdi ad exteros, ad nostras opes recurret: nos illi p̃stare sumptus, illũ illiusqꝫ familiam, inexplebilesqꝫ satellites alere oportebit: nos illi nõ reipublicę, nõ regi, opes diuitias qꝫ parabimus. Nec erit q̃d quispiã iure mirari poterit, si bona in nos mẽte priuatꝰ, publica obiens munera animũ mutauerit: q̄ bona for tuna simul cũ bono animo raro det̃ mortalibus. Exinde vbi rex ado leuerit & maturã regno ætatẽ iniuerit, instigãtibus fortassis aulicis dicet sese ipso puero errata in melius reparaturũ, de reipublicę tur-batoribus sumpturũ supplicia. Acturũ rite q̃ publici fuerint magi-stratus: quorũ rex ipẽ p̃stare poterit nihil, q̄ quũ maxime rectore illi opus fuerit, vtpote q̃ ĩ prima sit pubertate, moderatorẽ cõtẽnet oẽm pręter eũ q̃ cũctis in flagitiis eidẽ fauebit. Hinc scelestã turbã ꝓ re-ge salutabimus, fouebimusqꝫ. Hinc regis ministros nefarios ne dicã humanę vitę corruptores viros vt plurimũ effrenata libidine auari tiaqꝫ inexplebili, vbilibet omni sublato pudore grassantes (ingratũ profecto spectaculũ) cõtẽplari oportebit, salutare, colere, venerari. Quibus authoritate obstante regia, summaqꝫ potestate, q̃ se vindicẽ opponet inueniet̃ nemo. Et vt tãdẽ in vniuersum dicamꝰ, puerũ im-peritantẽ spectare perinde erit, atqꝫ rẽpublicã intueri nutantẽ (labã tem fortassis) grassatores per vicos & agros, latrocinia publica si-ne supplicio, ciuiũ cędes multas, regnũ turbę plenũ, gentẽ effrenem sine moderamine, sine lege: vbi vix quispiã fidẽ rectũve coluerit. Pro pterea Fergusianos hos liberos tenẽdos sub legibꝰ, bonis ĩstituẽdos moribus, sub p̃ceptoribꝰ tenẽdos, disciplinis rege dignis imbuẽdos,

1 ad maturam vsq; ætatem censeo: rei autem summę administrationẽ Ferithari illorũ patruo viroq; optimo, aut si quem imperio aptiorẽ iudicaueritis permittendam. Cuius tutela Fergusianę domui regnũ hoc manebit incolume: quo superstite hic puer omnibus vt regni ve
5 nerabitur hæres: quo fatis cędenti (modo imperio maturus fuerit) vlla sine controuersia summũ inibit magistratum. In hoc Fergusio videbitur satisfactum: qui a nobis gratias cum reipublicę (quã ipse instituit) incõmodo nũq̃ exigere voluisset. Hanc creandi regis formam & rationem hac nostra in gente perpetuo posthac duraturam
10 velim. Si dissidii fomitem, si complura incõmoda euadere, si regnũ hoc tueri & augere, si deniq; patrię chari, si nobis vtiles viuere decreuim9. Hæc atq; his haud dissimilia vbi Frachtaus grauiter orasset, miro omniũ consensu in eius sententiam est itum, Sancitũq; publica authoritate vt decedente rege, filio relicto impubere, regiæ familiæ
15 ad publica munera obeunda, maxime idoneus summa rerum potiretur: eo vita functo regiæ proli, iam tum per ætatem maturę ad imperium sine quęstione deferretur regnũ. Eadẽq; lege vetitũ, ne in discrimen publica aliquando libertas duceretur, pueros regnare. Hãc regis dicendi rationem nostri aliquot secula sunt sequuti: experti ta
20 men frequẽtius patruos nepotibus, nepotes patruis patruelesq; mutuo regnandi cupiditate capitalia parasse: multorum inde & regum & principum cædes, non sine magna reipublicæ iactura sequutas. Secundum hæc Feritharem Fergusii regis germanũ virum ingenio liberali atq; mansueto, nec tamen minus q̃ Fergusius erat bellicoso
25 faustis populi acclamationibus regnare iusserunt. Is regiũ nomen adeptus, ad maiores consessu facto est concionatus. Summaq; eius orationis fuit vt diceret se imperium accipere, non vt opes & dignitatem sibi pararet: sed vt Fergusii filiis esset præsidio, illis seruaret regnũ: atq; q tutor a patre fuisset destinatus, acturũ & bello & pa
30 ce pro reipublicę fœlici successu: eoq; semper futurũ animo & in pupillos ea charitate qua pater sit in filios. Hortatus inde patres communi auxilio & fauore essent in pueros vt non ipse sed primores & totus populus tutoris officium agere viderẽtur: meminerint patris beneficia nũq̃ sibi mente excessura. Si quid meriti publico regimine
35 consequeretur, id omne in Fergusianã sobolẽ referre velint. Seq; intelligerent ipsum, haud ob aliud reipublicæ admotũ regimini, q̃ vt pupillis regnoq; eis debito perpetuo foret pręsidio: proinde probos probatosq; legerent pędenomos, custodesq; corporũ vt simul moribus atq; bonis disciplinis imbuerentur, insidiisq; si quę pararẽtur li
40 beri forent, incolumesq; permanerent: nec se prius q̃ hęc fieret regia

insignia recepturũ, demũ est contestatus. Hæc Feritharis verba po-
puli applausus ingens est sequutus: persuasumq; omnibus dignũ eũ
qui rei summam gereret, perseueraretq; in administratione. Proinde
pędagogi pueris delecti, custodes patrum sententia adhibiti, quorũ
cura omni ab incõmodo asseruarentur. Inde Feritharis lapideæ ca- 45
thedræ regibus, regniq; gubernatoribus fato destinatę admotus, re
gia accepit insignia. Erant ea ensis nudus acie ancipiti: virga recta
(sceptrũ hęc ætas appellat) aurea cũ corona militaris valli forma,
patrię, libertatisq; tutandę, sontium feriendorũ, æquitatis iustitiæq;
administrationis simul atq; summæ potestatis summa omniũ debi- 50
ta cum veneratione iudicia. Mansere dehinc eadẽ regalia Scotorum
principibus insignia in nullo variata ad Achaii regis vsq; tempora:
qui cũ Carolo Magno Francorum rege itidem & Romanorum im
peratore, omniũ Scotorum regũ primus perpetuũ fœdus & socie-
tatẽ sanxit. Addidit is coronę circo quatuor lilia aurea, quatuor cũ 55
salutiferę crucis aureis signis paribus interuallis discretis liliis pau
lo eminentioribus. Vnde Scoticę gẽtis Christianę religionis inuio-
latęq; fidei obseruatio omnibus dinosceretur. Nec multo post tẽpo
re loco ad id condicto cũ Pictorũ rege cõgressus est Feritharis: vbi
multũ de vtriusq; populi cõmodis est consultum: pax firmata, sup- 60
pliciũ sumptũ de sontibus, & quietis pacisve turbatoribus. Vtrinq;
de inuiolato fœdere gratulatũ: hortatũq; ad perseuerãtiã, peractisq;
sacris, quę ea ætate in regũ cõgressu ad fœdera firmãda fieri cõsue-
uerãt, vterq; regũ domũ cũ suis concessit. Aliquot inde post annos
in regẽ Feritharem vbi magna dexteritate populũ rexisset, egissetq; 65
ad Scotorũ cõmodũ cõplura haud memoratu indigna: omniaq; ob
fidei & æqui culturã gẽti ex sentẽtia successissent, Ferlegus liberoꝝ
Fergusii maior natu aulicorũ stimulis simul atq; aliorũ quibꝰ regis
imperiũ ob æqui & iusti administrationẽ erat inuisum cõcitatus, oc
culta cœpit consilia agitare. Et iã plęrisq;, iis ꝑsertim qui iustitiam 70
oderãt, in suã sententiã adductis patruo capitalia parauit occulte, q
bus vbi se frustratũ intellexerat (Feritharem etenim latere nõ pote-
rãt q cũ Ferlego erãt qui omnia eius cœpta ipsi indicarent) aperte
a Ferithare regnũ repetebat. Veritus autẽ rex si petẽtẽ fuisset asper
natus omnia militari discordia opplenda (nã ad apertã vim res vi- 75
debatur spectare) hilari vultu respondit sese regio munere publica
concione vti acceperat libenter abdicaturũ. Nec velle in administra
tione perdurare. Fergusianorũ enim filiorũ: altero ad imperiũ matu-
ro, nihil magis se cupere viuentẽ q̃ Fergusio prognatũ rei summam
rite administrantẽ prospicere: quo spem certã futurę salutis Fergu- 80

1 fianę domus ad germani manes moriens posset deferre. Idcirco secũ
in curiam irent. Ibi depositurũ regalia insignia, magistratu summo
se abdicaturũ, facturũq; quęcunq; ad Fergusianarum prolium com-
modum & splẽdorem attinere possent. Mouere tempestiua Feritha-
5 ris verba adolescenti animũ ne quid mali moliretur in patruũ, depo
sitoq; odio cum eo in primorũ concionẽ processit. Vbi rex, Ferlego
nepote ex fratre ad dextram locato: ita fari est orsus. Neminẽ vestrũ
latere potest (optimi patres) quũ in quęstionẽ verteretur, expediret
ne huic Fergusiano tum puero summã rerum permittere, Imperium
10 hoc (quo me nemo est indignior) vos mihi vltro detulisse: nõ tam
vt id æqua administratione excolerẽ, q̃ vt tutela mea Fergusianis ad
maturam vsq; ætatem maneret incolume. Quos labores, quæ discri
mina pro publica salute, pro huius adulescentis regni fœlicitate ob-
iuerim ipsi nostis: mihi autẽ silentio trãsmittere placet, ne meæ ipsi9
15 gloriæ nimiũ indulgens fauorem a vobis immeritum viderer men-
dicare. Inhumanus essem nec iure dicẽdus homo, si nullis liberis fœ
lix meos ex fratre nepotes omni officio non protegerem : & regnũ
hoc ad alios quoscunq; transferrẽ, quod eis patrio, immo meo iure
(si quod habeo) debetur, eoq; eos fraudare conarer. Haud igitur
20 iniuria Ferlegus iam pubes regnũ a me repetiit. Ipse enim est iuue-
nis speciosus, robusto corpore, ingenio viuaci, inuicto animo, laboris
patientissimo, indiesq; ad publica muner a obeunda magis idoneus:
mea iam ingrauescẽs ætas emeritam exposcit missionẽ. Ergo liceat
obsecro publicum hoc munus quod vestra authoritate cõsequutus
25 sum nũc eadẽ deponere, eiq; Ferlegum admouere: quãdoquidẽ sene-
ctutis imbecillitate (quã morbũ rectissime dicũt quidã) id mihi mi
nime cõueniat ministrare. Hoc vero adolescẽte (cui iure debetur)
nec ad illud aptior est quispiam, nec (mea sentẽtia) idoneus magis
Ego aũt statui vitã agere priuatã : satis enĩ in ciuilibus muneribus
30 vixi. Recipite patres regalia insignia alacriori lõge aĩo q̃ ea accepe-
rim, libẽs depono magistratũ. Sub hãc vocẽ coort9 est popularis cla
mor indiscret9 (vt fit) quẽ authoritate sedatũ maiorũ, sequutę p̃ces
rogãtiũ vt ĩ administratiõe morareť, nec vereretť qcq̃ ob ętatis incõ
moda, ꝙ munera publica cõsilio poti9 & authoritate (q̃ in senib9 vi
35 gẽt frequẽtius) q̃ corp̃is virib9 geranť. Id est oĩb9 visum, nec regis
creãdi legẽ quã tũ paucis annis tulerãt obliterãdã. Indignatiq; sunt
maiores aduersus Ferlegũ. Tãetsi enĩ eũ primũ in cõcionẽ veniẽtẽ p̃
sente multitudine multis accepissent honoribus: postea tamen seiũ-
ctum a cæteris ita obiurgarunt ꝙ iniussu patrum petiisset regnũ,
40 excessitq; e custodibus: vt sentiret regius adulescẽs primoꝝ decretis

publicisqꝫ sanctionibus penitus sibi parendũ. Itaqꝫ Ferlegus lachry-
mans & consilii inops quũ e consilio cum nonnullis sibi hęrentibus
excedere tentasset, a maioribus vi est detentus, captis atqꝫ in vincula
coniectis qui eius partes tutari nitebantur. Tum Ferlegianę factio-
nis quidam supplicium euadere cupiens, insidias regi paratas pręci- 45
puis cũ authoribus multitudine coram patefecit. Ad eius verba po-
pulus ita in furorem est actus vt Ferlegum (nisi regia obstitisset au
thoritas) pro concione decerpsissent. Eoqꝫ factũ est vt rege tametsi
inimicũ Ferlegi in se animũ satis intelligeret, ne seuerum, sed pium
patrem in nepotem agere videretur ab adulescente suppliciũ depre- 50
cante ad tumultũ populiqꝫ fremitũ sedãdũ maiorũ sẽtẽtia Ferlego
sunt noui custodes adhibiti. Illico de cõiurationis authoribꝰ sumpto
supplicio, Cõcioneqꝫ exinde soluta rex ad publici regiminis negocia
(vt antea) adiecit animũ. Sese aliquãdiu tenuit in publico, vt vni-
cuiqꝫ ex bono & æquo ius tribueret. Hęc ferme Feritharis opera. ter 55
tio etenim q̃ hęc acta sunt mẽse, rex noctu incertũ ãn fato an Ferle-
gianę factionis insidiis quũ quindecim[?] gubernasset annis subito est
extinctus. Insidiarũ tñ auxit suspicionẽ Ferlegi quibusdã cũ facino-
rosis fuga prius ad Pictos: deinde ꝙ capitalia sibi parari acceperat,
Pictorũ execratus perfidiã, in Britãniã: vbi vitę reliquũ ignominiose 60
cõsumpsit. Post Feritharẽ regẽ extinctũ, Cõuẽtus maioribus vniuer-
seqꝫ genti ad Euonium (Castello nomẽ est in Argathelia olim cele-
bratissimo) est indictus: vbi dicerẽt libero suffragio quẽ vellẽt re-
gnũ obtinere. Cõdicto die moti patris beneficiis recẽti adhuc memo
ria omnes Mainũ Fergusianorũ minorẽ natu magno cõsensu dixe- 65
rũt regẽ. Egit Mainus quartũ annũ supra vicesimũ quũ rex est de-
claratus. Is diuersus a fratris instituto modestusqꝫ animo factionũ
authores, cõtumaces ingenio, grassatores, depopulatores agrorum,
effœminatos & quoquo modo flagitiosos: oẽs deniqꝫ vt pestilentes
detestatus magno moderamine æquaqꝫ lance summã exercuit pote 70
statẽ: dedit & cuiqꝫ facultatẽ suo in vico peculiari ve cõuẽtu, de qbꝰ
esset cõtrouersia inuicẽ disceptãdi. Horũ siqua erant q̃ facile ꝑ ali-
os cõponi non possent, ipse per totius populi vicos & oppida de his
semel quotannis iudicabat: quãdo etiã sontes pro capitali crimine
damnatos trahebat ad suppliciũ. Ea iudicãdi ratio dũ vixit ab eo ser 75
uata. Inde aliquot post annos in aliũ trãslata magistratũ Iustitiariũ
ad quem summa iudiciorum publicorum cognitio pertinet nostra
vocat ætas: annũ vero eiꝰ iudiciũ vulgo iustitiarii iter. Per id tẽpus
Chrinus Pictorũ rex legatos ad Mainũ misit qui nouo regi gratula
rẽtur. Cum eo veterẽ pacẽ nouo fœdere renouarent, vtqꝫ in paterno 80

1 studio perstaret: quę res ad vtriusq; populi quietem, ocium & tran-
quillitatē, haud dubie pertineret hortarētur. Mainus autē gētis suæ
a primorib9 quos secretiori cōsilio admouerat, edoctus: comiter qui
ad se venerant legatos cōplexus, eorū postulatis respondit ex sentē-
5 tia. Post aliquot subinde dies pace inter populos nouo fœdere reno
uata legati sunt dimissi. Itaq; Scotorū regnū in Albione florere in-
cœpit securo ocio firmaq; pace. At rex persuasum habens haud sine
iustitia, pietate, & religione humanas res crescere, regna & quicquid
in terris est in deorum esse potestate qui nisi propitii sint omnes hu-
10 manos conatus consiliaq; vana, nullūq; regnis præsidiū tutius esse
deorum beneuolentia: vt populū ad religionē moueret priscis sacris
nouas quasdā solēnesq; ceremonias superaddidit diis immortalibus
pagēdas, vt imēsis saxis variis in regionū locis (vt res poscebat)
in coronā admotis eorūq; maximo ad meridiē porrecto: cui9 p ara
15 foret vsus: victimę ibi diis immortalib9 sacrificiū cremarētur. Extāt
in rei fidē, vel hoc nostro ęuo ingentia ea saxa ducta in circos prisca
deorū Phana vulgus appellat. Mirabitur profecto quisquis ea spe-
ctauerit qua arte, quibus corporis viribus lapides tāta mole in vnū
locū fuerint congesti. Erat ea ætate gentis victima rei frumentariæ
20 pecuarię ve diis immortalibus gentili debitæ instituto portio quæ
sacerdotū (hi tū rarissimi erāt) victui supfuerat. Instituit & Dianę
menstruū sacrū quā nemorū & venatorū tum populus deam habe-
bat tutelarem. Eo fiebat vt Lunam postea q̄ cū Sole coiuerat primū
a se prospectam quisq; precariis quibusdam verbis venerando salu-
25 tarit. Inoleuitq; profana consuetudo diutissime inter posteros. Sa-
cerdotes inde ad sacra exequenda a rege dicti quorū potestati sacro
rū iura subiiciebātur. Salariūq; illis ex diis oblatis cōstitutū. Multa
alia sacra solēnesq; ceremonię prout antiquis Ægyptiorū codicib9
fuerāt institutę gētili more vt peragerētur author erat. His sacris
30 ciuilibusq; institutis vbi populū instituisset Mainus, quū nouē & vi
ginti regnasset annos Doruadillę filio regno p manus tradito vita
decessit. Elgano Britonū, Thaara Pictorū rem tenēte Doruadilla re
cepto impio nouū fœdus cū Britonibus sanxit p legatos. Cū Pictis
renouauit: pacis amās, bellum oēq; dissidii genus perosus, iis quę ad
35 quietā tranquillāq; vitā attinebāt plurimū delectabatꝰ. Venatū, vena
toriosq; canes, ipsos ferarū indagatores habuit in deliciis: venatico-
rū canū suis cū genitricibus vetuit admixturā, q eo coitu procreati
(vti hoc nostro creditur æuo) ad rem venaticam penitus essent in-
epti, vt quisq; regium ad venatum, duos odorisequos, vnum venato
40 rium canem aleret, edixit. Si quis venaticorū inter venandū oculum

aliudve membrũ casu amisisset, quo minus venatui foret vtilis, pu-
blice aleretur. Qui lupum occidisset, bouẽ acciperet ex publico. Ve-
tus fuit nostræ gẽtis institutũ hanc belluam auidius insequi, quippe
quæ rei pecuariç maxime sit infesta. Per id tẽpus Scoti Albiani quũ
sic venationi prorsus sese dederent: omnia quæ vel ingeniũ humanũ 45
exercerent (non tam intestino odio q̃ externis pacatis bellis) igno-
bili ocio longe prçstare cẽsentes, institutis etiã qmibusdã venaticis
vulgo vti cœperũt. In primis vt cuius venatoris canis ceruũ primũ
inuasisset feram ad necem sequutus is tergus acciperet animalis: ca
put cũ cornibus cuius canis huic proximior: corpus exenteratũ du 50
cis partiretur arbitrio. Inter canes (vti res exposceret) rite exta &
intestina distribuerẽtur. Si horũ aliquod in dubiũ veniret, iudicẽ cõ-
muni assensu dicerent, qui Diana violati iuris venatici vltrice inuo-
cata de controuersia ferret iudiciũ. Has leges siue vt nõnulli memo
rant a rege quo publicas cautius instrueret voluptates, omnẽq; dis- 55
cordię & simultatis cõmunis gaudii comitũ fomitem vnde nonnũq̃
perq̃ magnæ proficiscuntur iniuriæ radicitus tolleret, dedita opera
latas, siue tacito populi consensu inoleuisse nõ satis cõstat: vim tamẽ
vtcũq; legis vniuersas per Scotorũ regiones obtinuisse compertum
habemus. Nostra etiã ætate inter venatores inuiolatas passim ser- 60
uatas animaduertimus. Adhæc quas Fergusius tulit leges ab oĩb9
seruari voluit, pœna in trãsgrediẽtes statuta aliquot adiecit nouas:
variosq; suppliciorũ modos variis ꝑ flagitiis quẽadmodũ maiorũ
sententia antea fuerant vindicata in tabulas redactos leges appella
uit. Has viri vnius qui optimus esset simul atq; literatissimus cõmi 65
sit custodiæ: hunc dixit iuris interpretẽ vt occurrenti delicto debitũ
ex tabulis suppliciũ, & reo & iudici ostenderet: Iudicẽq; populus in
emendandis erroribus dinosceret ab ęquo minime digressum. Neq;
ea ætate magistratus quoduis flagitiũ nisi prius ostensis tabulis po
pulo ac publice sanctione prçlecta quẽq̃ vel nocentissimũ supplicio 70
damnauit. Inoleuit tãtũ ea iudicandi ratio inter posteros vt sontes
crimine damnati pœnã ex tabulis errori debitã quantũlibet atrocẽ,
libentes subirent: quæ vero tabulis non esset exarata vel leuissimam
veluti iniuste illatã quererentur. Mansit dehinc is iudicandi modus
Hebridianis neq; quouismodo poterat abrogari. Habẽt enim legũ 75
interpretes (iuridicos viros appellat vulgus) quoꝝ sine decreto ex
tabulis sumpto nullius rectũ habẽt iudiciũ. Hęc ferme Dornodillę
gesta. Nam octauo anno supra vicesimũ posteaq̃ summũ inierat ma
gistratũ Berigonii fato decessit Reuthere filio ob ętatẽ ad imperiũ
haud satis maturo relicto. Quã ob rem ad Nothatum Dornodillæ 80

germanũ virum eleganti forma, ingenio (vti videbatur) ad publica munera accommodato, res lege cuius meminimus, Scotica deuenit. Is vix annos duos imperauerat quum populum turpi adeo seruitio adegit vt tyrannus ab omnibus iure prędicaretur. Ius sustulit, iniuria regnabat, populum rapinis, regni maiores exiliis persequebatur & cæde: quæ illius ingratum omnibus nomen infirmũq; fecere imperium. A suis frequentius monitus vt a turpibus nefariisq; adeo sceleribus abstineret, minime destitit. Sed cum ætate crescẽtibus flagitiis, pudore sublato in immanem cruentamq; euasit beluam. Nec tanta scelera (vt fit) diu permãsere inulta. Enimuero Doualus Brigantinæ gentis princeps, vir vehementi semper ingenio, & quem ꝙ eius potentiam & probitatem suspectam habebat rex per insidias obtruncare tentauerat: compluribus cum nobilibus quibus superbum adeo imperiũ erat exosum, coniurauit, factionis ducem ne populum redderent infensum Reutherem adulescentem regem fecere. Nactus paulo post Doualus occasionem præcogitati sceleris perpetrandi, vbi regem paucis cum comitibus occulta quædam consilia agitare per exploratores acceperat: Reutherem adulescentem multis suæ factionis armatis stipatum in regiam repente introduxit: vbi iam tum multi eius ordinis steterant ex composito vt ei ad facinus perpetrandum adessent pręsto. Oratione primum acerba in Nothatum regem vsus Doualus, impudentiam viri atq; perfidiam vehemẽter incusabat, ꝙ Reutherem paterno regno spoliasset: Neq; illi mortalium omniũ scelestissimo id satis fuisset: sed etiam imperasset nimis ambitiose & infense, neq; id vno tyrannidis genere, vt populi primores quibus reipublicæ salus innitebatur, occultis odiis prosequutus, per insidias occidi fecerit. Inuidiosæ Douali orationi Nothatus rex deliranti similis respondit se iure regnum occupare. Neq; expectandam indulgentiorem q̃ experti fuerant administrationem. Exposcere stultam temeritatem in futurum etiam acerbius tentata scelera debito puniri supplicio: quæ in se excogitauerant in authores ex templo cudenda. His Doualus irritatus impetu in regem ferebatur: eiusq; fautores iniussi, quæ inbente Doualo facere statuerant, perpetrarunt. Nothatum obtruncant multis cum nobilibus maxime quibus Douali factionem arbitrabãtur inuisam. Reutherem inde regio solio subnixum summæ potestatis adhibitis insignibus regem consalutauere. Fuit ea res regni maioribus admodum inuisa: iniquissimo enim tulere animo regem capitalibus petitum insidiis: creandi regis plębiscitum iam inde multos annos patribus, populoq; probatum, priuati hominis nefario obrogatum cõ-

filio. Adulescentem ineptum qui rerum potiretur contra veneran-
dam legis authoritatem regem appellatum. Ea propter concione fa-
cta, Ferquhardus gener Nothati gentis Nouantæ princeps: homo
callido ingenio, dominandiq; cupidissimus, tempus magna molien-
di adesse ratus, siquidem ad summam administrationem quam iam 45
dudum animo conceperat, commodiorem sibi gradum facere nõ po
tuisset, perinde ac si patriæ causam suscepisset tutãdam in medium
processit: multaq; questus q Nothatum regem Doualus per insi-
dias necasset, puellũq; in reipublicę perniciem quo facilius ipse exer
cere in populum possit tyrannidem summo adhibuisset magistra- 50
tui. Proinde de multitudinis commodo cogitarent admonuit: fore
nisi Douali suborientem tyrannidem opprimerent, qui pro Reu-
there puero haud dubie fuerat regnaturus vt inter primores subor-
tis factionibus ciuilia bella, immo propediem regni fortassis senti-
rent ruinam. Hæc Ferquhardo dicenti superuenit Doualus grega- 55
riis quibusdam cum militibus, per exploratores certior factus quid
in se pararetur: fit continuo a Ferquhardo cæterisq; qui pro concio
ne aderant fuga. In ea nonnulli rectores tribuũ cæsi. Ipse Ferquhar-
dus multis vulneribus affectus vix Douali manus euasit: ęgreq; fu-
giens in Hebrides suis cum fautoribus traiecit. Aliquot inde post 60
dies, Hebridiani Ilæ ad Ferquhardum frequentes conuenere. Est Ila
insularum Hebridum vt antea est significatum omniũ maxima. Vn
de in Albionem breuissimus traiectus: venere & illuc tribuum ma-
iores quibus Doualiana factio ab initio erat inuisa, sacrilegi (vt aie-
bant) tyranni iram fugientes. Tum Ferquhardus, vt populi animos 65
in suam traheret sententiam, ita multitudinem dicitur affatus. Si
creandi regis legem publica latam authoritate obseruassemus (vi-
ri fortissimi) superuacaneum fuisset me hodie ex hoc loco ad vos
verba facere, quando pace & ocio absq; intestina seditione Nothato
regnante viro authoritate pollente & consilio nobis frui licuisset. 70
Sed quum optimum regem scelestissimi Douali insidiis nobis in rei
publicæ indicibile incommodum sublatum, puerum regnãtem om
nis expertem administrationis per violata iura perspicimus, nefa-
rium prodirorem indies nobis magis infensum nostris capitibus pu
blicoq; commodo insidiantem non video quid minus nos deceat q̃ 75
nobis simul atq; reipublicæ diffidentes nullam fortunæ sortem in
bello expertos victis, hostis iram declinantibus, simillimos: mulie-
briter his locis delitescere: quãdo nulla alia via hostibus augendi vi
res nobis diminuendi mea sentẽtia fuerit accommodatior. Immanis
etenim hostis, non solum optimorum huius gentis, sed sacri quoq; 80

sanguinis manus cæde polluit. Sed vt nihil reliquũ supersit in quo spei quicq̃ repositum habeamus, omnem militarem ætatem quæ nobis fauerat in Albione dolo absumpsit. Senes quos nobis consilio profuturos rebatur, impie prehẽsos ita publica custodia tenet in vinculis vt pro defunctis iure nobis habeantur, vt Reuther adulescens, quẽ ipse regem appellauit, Gethi Pictorum regis filiæ matrimonio copularetur author extitit, quo ea affinitate fretus domestico hoc bello nos facilius opprimat. Statuit & crudelissimus tyrannus (vti quorũdã quos ipse suis admouit consiliis secretioribus literis admoniti sumus) nos vbi victos attriuerit (quod dii deęq; omnes prohibeant) erutis oculis auribusq; & naribus quin & virilibus exectis perpetuo seruare ludibrio. At sperate (viri fortissimi) hæc omnia deorum benignitate, euitanda & pœnas insuper a sacrilego hoste, iustitiæ fideiq; violatore, vlciscentibus numinibus exigẽdas: quas in nos ob æqui & iusti culturam parturiuit. Neq; diffidendum quin si pro fide, pro libertate, pro iusto, proq; religione certare decreuerimus, diis ipsis iuuantibus omnia sint nobis prospere fœliciterq; euẽtura. Ita siquidem deos paucorũ viribus perfidiam multorũ frequẽtius vltos cũ exteris tum maiorũ exemplis didicimus. Eamus igitur suadeo, si viri sumus, si digni qui maiorũ qui pro libertate, iusto & æquo tutando, tot pericula adierunt vera progenies credi volumus: si deniq; ii quibus dexteri dii has cõtulere sedes, ab infensissimis eas hostibus tutati sunt: illisq; datũ in tantã gentẽ coalescere: nos libertatem, vitã iustũ & æquũ cõiugesq; cũ liberis (quibus nihil homini videri debet charius, pulchrius, honestius) contra superbissimũ hostem defendamus: honestius longe ducentes belli fortunæ rem oẽm committere q̃ ignominiose amissis luminibus, membrisq; truncatis superesse ad ludibrium. Nam quod ad victoriã pertinet nihil arbitror facilius euenturum, q̃ vt eos vincamus, quos ob violatum ius atq; innocentum necem deorum fauor haud dubie destituit. Eamus inquam totis corporum viribus, totisq; animorum conatibus in hostem: & si quid habent ponderis apud nos, libertas, coniuges, liberi, vita, honestum, certam nobis proponamus aut mortem aut victoriam: nec tam Nothati regis necessariorumq; eius nefandam cædem ac violatum ius, q̃ destinatam impiissimi tyranni in nos simul atq; liberos & coniuges iniuriam, immo mortem (si diis ita visum fuerit) vlciscamur. Eo enim pacto, aut alio nullo imminentem cõtumeliam euademus. Mouit Ferquhardi oratio primores tribuum simul cum tota multitudine. Sed nihil æque ac destinata ab immanissimo hoste ignominiosa in eos pœna ad arma perpulit.

Timore deinde quo paulo ante perculsi fuerant in iram verso, ma-
nus humano sanguine (vt gentis erat mos) intinctas iungentes cõ
muni voce iurauerunt sese ferro, igni, & quacunq; vi possent in-
noxium Nothati regis cæterorumq; qui perfidi Douali insidiis oc-
ciderant interitum vindicaturos. Deos quoq; iurisiurandi testes fe- 45
cerunt. Nec multo post contractis copiis ex Hibernia, Argathelia,
Nouantia, cæterisq; gentibus quæ proximas sedes tenuere Hebri-
dibus, soluens Ferquhardus in Albionem multis triremibus bire-
mibusq; transmisit. Eo vbi deuentum, omnes sese in Douali fauto-
res ingenti armant alacritate: sacramẽtoq; astricti sunt: vt nõ prius 50
prælio excederent, q̃ aut tuerentur libertatẽ, Nothati regis atrocem
cædem necessariorumq; eius vlciscentes: aut pugna ad vnum occũ-
berent omnes. Doualus eorum quæ fiebant haud ignarus cum suis
ad arma decurrit. Bis eodem die haud procul a Berigonio est con-
flictum, totiesq; non sine strage, Doualianæ fugatæ sunt copiæ: quũ 55
decem duntaxat hominũ milia Ferquhardus in armis haberet. Ce-
ciderant eodem die ad octo Doualianorum prope milia: superue-
niente autem nocte vndiq; a prælio est cessatum: inde vbi primum
illuxit, partim ira acceptæ cladis, partim pudore accensi Douliani
prælium magna ferocia redintegrare instituunt. Fuere in Douali 60
exercitu Gethus Pictorum rex cum magnis suę gentis copiis, Reu-
ther adulescens Gethi gener. Complures quoq; Scotorum primo-
res qui Douali partes tutari conabantur. Ferquhardum sequeban-
tur nonnulli etiam Pictici sanguinis viri haud paruæ inter suos au-
thoritatis veteris amicitiæ, hospitiiq; iure aut muneribus potius (vt 65
fit) pellecti: Lugi, Cornani, Marthani, Argathelii, Nouantæ, Hibri-
diani, & qui ad Hibernicum mare sedes tenuerant: hi omnes feroci-
ter in pugnã aduersus hostes descendẽtes magna vi præliũ sustinẽt.
Atrocissima vtrinq; editur pugna, ancepsq; victoria sequuta. Nam
vbi aliquãdiu prælium traxissent & instanti cæde & amittendæ vi- 70
ctoriæ metu degrauati vtraq; partiũ alteri cessit. Eo congressu Ge-
thus Pictorum rex cum plurimis suæ gentis & primoribus & plæ-
beis, Doualus, Ferquhardus, Scoticarũq; tribuũ duces pœne omnes
cæsi sunt. Atq; intãtũ cędes eo die in omnes est euagata, vt ex omni
multitudine eorum qui ad certamen conuenerant octingenti dũta- 75
xat viri remanserint incolumes, cæteris ad vnum obtruncatis. Po-
stero die illucescẽte vbi Ferquhardiani qui prælio superfuerant reli-
quias Douali exercitus puguæ locum deseruisse cognouissent ma-
gnis conatibus fugientes persequũtur: pręhensosq; tandem in fuga
passim abiectis armis maxima strage profligant: ad Caledoniæ ca- 80

strum vsq; cædes est protracta. Hic captus Reuther adulescens rex, atq; Berigonium reductus: parsumq; est illi tum Dornodillæ patris recentia ob merita, tum q; sciebant omnem ab adulescente culpam abesse. Hac miserabili clade effectum, vt nec Scotici sanguinis, nec Pictici superessent viri, qui patriam aut regere, aut tutari aduersus hostem possint. Fama tantæ cladis Scotis simul atq; Pictis communis, ad Britones veteres vtriusq; populi hostes perlata, effecit vt hi tempus adesse rati, quo ad totius Albionis imperium commodissimũ sibi gradum facere possent, maiorum decreto ingenti contracto exercitu in Pictorum agros ducerent, hostiliter omnia prosternentes. Id Pictorum nobilioribus qui tetram cladem euaserant vniuersæq; genti haud minorem attulit mœrorem luctumq; q̃ fortissimorum gentis domestica prope pugna recens interitus. Idcirco ne bello fracti inuisis hostibus subitaria fierent præda, vbi omnia grassatorum direptionibus & rapinis plena perspexerat, agros, villas atq; oppida re pecuaria omniq; supellectili exhausta relinquẽtes cum vxoribus & liberis, clam abeuntes magnis & difficilibus itineribus partim terra, partim mari in Orchadas insulas concedũt: ibiq; regem nouum sibi constituunt, Gethum superioris Gethi germanum. Manseruntq; illic aliquot inde annos concordi pace veteribus cum incolis neutra gentium in alteram vlla vsa iniuria. Hinc arbitror Orchades insulas antiquum Pictorum regnum a quibusdam nostrarum rerum scriptoribus vocitatas. Interea Britones per Deeram & Pithlandiam (nunc Landouiam) euagati ciuitates cum castellis sine certamine receptas in deditionem, muniuere præsidiis: Pepercerunt autem sexu & ætate imbecillibus, vbiq; cæde temperantes, eoq; cupidius q; imbellem populum multiplici clade attritum dinouerant. Forti inde in Pithlandia relicto præsidio, in Scotorum agros copias duxere. Sub quorum accessum, primum Scoti (quos paulo ante necessitas ad concordiam impulerat) vehementer trepidarunt, deinde furore vires atq; animũ administrante concurrerunt ad arma. Ad Caledoniamq; vbi est dimicatum, desiderata sunt ea acie ad duo Scotorum milia. Cæteri trepida fuga varias in regiones sunt delapsi. Fama huius aduersæ pugnæ imbelli plæbi haud minorem attulit mœrorem q̃ si eo ipso prælio omne Scotorum nomen interiisset. Vulgo etenim prædicare, venisse tempus quo Fergusii regno amisso, omnis Scotorum progenies in Albione simul cum ipso nomine extinguueretur. Britones autem secundis successibus alacriores effecti, vbi per exploratores didicerant Scotorum procerum, qui hostium manus euaserant,

alios Berigonium ad regem Reutherem tutandum concessisse,ꝙ is
cum paucis admodum Fergusianæ stirpis tum superesset. Alios cũ
coniugibus & liberis traiecisse in Hebrides Oeni regis iussu (is tũ
Britonibus imperitabat) ordinatis aciebus Berigonium illico con-
tendunt eo quidẽ consilio vt Reutherẽ ac nobiles qui illic erant ca- 45
perẽt. Perspecto autẽ castro eo situ eoq; munimine vt nisi obsidione
expugnari non posset,ipsum illico circũuallarunt. Tolerauere diu-
tissime Scoti obsidionem:consumpto tandem omni frumẽto, nimia
commeatus inopia degrauati, ne in hostium venirent potestatem eo
rum corporibus quos sors dederat vitam aliquãdiu tolerauere.Dis- 50
plicuit tandem ea viuendi ratio,ꝙ ad bellum magis vtiles nonnũq̃,
nonnũq̃ etiam prudentiores quibus rei summa innitebatur sorte ve
nerant edendi.De exitu idcirco suarum fortunarũ variis habitis cõ-
sultationibus,omnes tandem eruptionem censebant dum vires sup-
peterent attentandam.Primus omniũ Colanus Nouantę gentis prę 55
cipuus cum centum delectis suæ tribus militibus erupit, atq; in tu-
mulum proximũ se contulit:vbi cum eo illico hostes conseruere ma
nus: fortiter egere Nouantæ qui ob id tãtũ erupere vt pro cõmuni
salute morerentur:donec Colanus & eius contribules hostium vi &
multitudine oppressi ad vnum occumberent. Dum ita Britones cũ 60
Scotis decertarent Reuther rex adulescens per posticum egressus
cum omnib9 qui Berigonii fuerant ad naues proximo sinu ad id de-
dita opera nauiculariis & armamentis instructas deuenit : vnde in
Hebrides primum, inde in Hiberniam fœlici traiectu a suis est de-
latus. Nouantæ mulieres quæ e proximis monticulis accuratius rẽ 65
omnem quo fiebat ordine contemplabantur , confectos vulneribus
occumbentes viros ante oculos intuentes , ne in turpem deuenirent
seruitutem muliebri furore aut mutuis vulneribus sese interemerũt
laqueo vitam finientes mortem sibi conciuere . Britones ægerrime
ferentes Reutherem regem ita euasisse iniuriam in plębeios vlciscẽ 70
tes complures trucidarunt & ad munitiones arcesq; Scotorum ver
si,nonnullas vltro sese dedentes recepere: alias non sine longa obsi-
dione expugnarunt.Scoti dispalatim in regionibus agentes quos in
dudum cõmissa pugna fuga seruauerat:ꝙ Britonum viribus longe
erant inferiores,neq; satis multi vt cũ eis ex æquo possent cõfligere, 75
in montiũ iuga cõcedẽtes locorũ asperitate sese cõtra hostẽ defende
bãt:vbi parce & duriter victitãtes lacte,hęrbarũ radicibus, nigrisq;
quibusdã baccis (bacciferis enim fruticibus montanę illic regiones
plęrũq; abũdãt) æstate vitã tolerauere : hyeme aũt ferarũ carnibus
& nonnũq̃ prædis & regionibus monti subiectis vi abactis. Quũ in 80

Britones qui seruienti plębi præficiebantur cruentas facerent incursiones: duodecim prope annos hoc bellũ durauit Scotis Pictisq; pœne omnibus qui in Albione remanserant sub Britonum ignobili degentibus seruitute. Dum hæc in Albione aguntur Reuther rex in Hibernia filium ex vxore suscepit Thereum, Aliquãtoq; post Gethi Pictorum regis (erat is tum in Poinonia omniũ Orchadum insularum maxima) simul atq; Scotorum qui erant in Albione epistolis pellectus animo statuit in Albionẽ traiicere. Proximaq; æstate accitis vndiq; auxiliaribus triremibus q̃ plurimis, ab Hibernia soluens in Hebrides traiecit. Inde auctis copiis in Albionẽ ad Velaum sinũ (Lacus nomen est ad Lugię regionis occiduũ Loucht Bruum vulgo dicunt) deuenit: vbi postea q̃ copiæ in terram erãt expositæ quẽ primum hominũ obuium habuere trucidarunt eius: ex sanguine (vt veteris gentis erat institutum quũ ad bellum progrediebantur) nõ nihil mucronis cuspide acceptum oriq; admotũ vnusquisq; gustauit deos precatus ense tenso in cęlum vt maiorũ sanguinem fœlici pręlio digne vlciscerentur. Hinc ad austrum ducere instituerant. Sed accepto Gethi Pictorum regis aduentu in Albionem cum exercitu a Germanis amica gente accito, nec plus triginta passuum milibus abesse in Lugia venientem operiebantur: tertio exinde die vterq; regum mutuis gratulationibus cum altero Lugiualle (dignam vallem nunc vocant) sunt congressi. Postero die eo progressi cum copiis austrum versus contendunt. Venere ad reges quicunq; Scotici, Picticive nominis erant in Albione: vnde numerosissimus exercitus celerius omniũ opinione est cõflatus. Hęc vbi Sisillio Britonũ regi (Oenus enim paulo ante fatis concesserat) nunciata sunt: contracto ilico ex suis exercitu obuiam hostibus progreditur. Scoti & Picti relictis plæbeis, posthabitisq; munitionibus quæ Britonũ præsidiis tenebantur, Britanniam hostiliter ingressi omnia fœdissime depopulati sunt. Sisillius rex iniuriæ vindicandæ consilio Scotos Pictosq; ilico pugna aggreditur: prælio vtrinq; aliquandiu extracto Britones tandem hostibus cessere. Eo congressu præclara Reutheris gesta omnium sententia victoriam parauerunt. Ea propter locus vbi conflictum Redirdaill, hoc est Reutheris vallis a victore rege nomen apud posteros retinuit. Fuit ea victoria & victoribus, & victis cruenta: adeo vt vtrinq; multis hominum milibus amissis, reparandiq; exercitus omni spe deposita domum sit concessum. Pax paulo post per legatos inter reges inita Scotis Pictisq; suis castellis, cęterisq; arcibus & munitionibus restitutis, Britonũq; præsidiis libere dimissis. Multos dehinc annos ea pax firma inuiolataq;

permansit. Fuit annus ille quo Reuther in regnum restitutus est, mundanæ originis quintus supra nonagesimũ noningentesimũ qua ter millesimũ. Ante Christi aduentum quartus supra ducẽtesimum. Ab vrbis Romæ conditione sextus supra quadragesimũ quingente simum. Hunc Reutherem Beda, libello cui historiæ ecclesiasticę gẽ tis Anglorum titulum indidit vbi eius in Albionem reditus (tam etsi ipse aduentum vocet) meminit, Reudam vocat: At nos scripto res qui res nostras memoriæ cõmendarunt sequuti, nomen quo ipsi vsi sunt retinuimus immutatum. Nulla exinde Reutheri cum exte ris bella fuere, nullæ intestinæ seditiones, defunctusq; est vita Beri gonii quo loco plurimum sese continebat. Anno sui imperii sexto & vicesimo q ab mundi exordio quater millesimus fuit nongẽtesimus, & nonagesimusseptimus. Eo extincto Reutham Reutheris patrue lem, virum alacri semper ingenio ne ad Thereum Reutheris filium, de quo paulo ante mentio facta est, vixdũ decennem res Scotica de ueniret, eoq; laboraret periculo, suffragante populo patres regnare iusserunt. Iussit is omniũ primus, vt fortium & qui pro patria egre gia fecerant gesta, semper haberi memoriam. Eos qui aduersus Britones confligendo occubuerant, celebribus decorari monumen tis. Obeliscos sepulchris tot adhiberi quot ex hostibus occiderant. Horum q̃plurimi montanis in locis nostris conspiciuntur seculis. Obtinuit post illa vsus vt clarissimorum & eorum qui optimi fuis sent, sepulchra veluti sacra quædam omnibus venerationi haberen tur, adiectis lapidum aceruis: eorũq; qui immẽsa erant mole quibus dam erectis quibus aquatilium serpentum volatiliũq; effigies insculptæ (his enim pro characteribus in arcanis scribendis ea vtebatur ætas) vt qui fuerint, quid viuentes egerint egregie, viatores admo nerentur. Tum agriculturę ac rei pecuariæ venãdiq; studium & vo luptas quibus vulgo indulgebatur, effecerunt, vt omnis fere medi cinæ ac artium (quas mechanicas appellitant) cura intermittere tur oblittereturq;. Ergo ob id singulis artificib9 aliũde etiã accitis, quos per singulas prouincias vbi iudices (nũc comites vocant) ius dicerẽt, salaria partim ex publico, partim ex priuatorũ opibus vnde tũ minime grauarentur prębenda Reutha decreuit. Nam boue quo cũq; prouinciæ loco mactato, cuiuscunq; priuati esset, caput fabro, collum saltuario, lingua iurisconsulto, scapularum altera furum in dagatori (is derach prisca lingua dicitur) renes duabus cum co stulis carpentario, cæteræ chirurgo: ex singulis lateribus, binæ co stæ medico: certæ etiam singulis auenarum & hordei mensuræ (quum nullus ad ea vsq; tempora pecuniæ signatæ apud nostrates

45 50 55 60 65 70 75 80

1 adhuc esset vsus) iure huius decreti annui census loco cesserũt: Nõ-
nullis etiam aliis ex eodem boue quædam alia frusta sibi vendicãti-
bus. Quã partiendi bouis rationem, apud eos qui in Hebridibus se-
des habent nostra adhuc ętas videt obseruatam. Erat & Reuthæ re
5 gis maioribus suffragantibus decretum, ꝙ complures aut vulnere
sautios, aut morbo correptos medicorũ inscitia periisse dinouerat,
ne quispiam si non arte peritissimus, & quẽ iã dudum longa proba-
uerat experientia medici nomẽ deinceps assumeret, capitis pœna ꝓ-
posita in non obtemperantes. Antea etenim certis medicis nõ vtebã
10 tur nostrates, quolibet sese medicum simulante: sed veteri Ægyptio
rum more languentes in forum efferebant, aut in strata publica: vt
qui eos adirent consulerent, adhortarenturq; ad ea quę ipsi faciendo
effugissent similem morbũ, aut aliũ nouerant effugisse. nephas erat
quempiã ęgrotum silentio pręterire. Dũ his similibusq; negociis ci
15 uilibus intenderet Reutha, Ptolemæi Philadelphi Ægyptii regis
oratores in Albionem venere: quis insulę situs, quę figura, qui inco-
larum mores, exploratum. Hos Reutha multiiugo honoris genere
humanissime complexus excepit. Eoq; libentius ꝙ erant ex gente vn
de sui maiores aliquando progressi erant. Ducti inde regiis comitã
20 tibus ministris, per Scotorum Pictorumq; regiones: qui quę de pro-
montoriis, ęstuariis, vicinis insulis, ciuitatibus, castellis celebratis, la
cubus, montibusq;, dierum atq; noctium varietate didicerant, vti ius
serat Ptholemęus rex literis mandauere. Erat tum animo, Ægyptio
regi totius orbis, insularũ omnium, ad quas hoibus erat accessus,
25 æstuariorum, ciuitatum, promontoriorum, situs, lõgitudines, latitu-
dinesq; per astronomica instrumẽta exploratas describere. Extat vo-
lumen ingens ab eo inchoatũ a Ptolemęo viro Alexãdrino & mathe
matico sua tempestate insigni Adriani Romani Imperatoris tempo
re postea absolutum: opus ꝓculdubio & vtile & laboratum, cui Pto
30 lemęi Cosmographia nomẽ inditũ ad posteros. Legati vbi inter ex-
plorãdũ Scotorum regiones, ritus, cerimonias, in sacris loquẽdi scri
bendiq; modũ, linguam, tonsa capita sine caluitie, aut nullo, aut leui
operimento ad solem obdurata, cætera quoq; gentis instituta haud
longe Ægyptiis diuersa diligẽter notarũt, sibi gauisi nostratibusq;
35 gratulati, & a Reutha rege variis donariis regia pro magnificentia
ornati, in Ægyptum ad Ptolemæum rediere. Regnauit exinde Reu
tha ęqua administratione, omnibus pacatis vllo sine bello annos ꝓ-
pe quatuordecim: metuensq; tandem ne fortuna nimium secunda tri
stem exitum pareret: Thereum Reutheris filium, egregium adule-
40 scentem, multaq; probitate conspicuum, ad curiam accitum populo

coram pro concione laudauit:eum esse constanter asseuerãs, qui rei
summã scite probeq; posset administrare:regnum ei paterno iure de
bitum:sese iam senio pœne confectum valetudinariumq;, & ob hoc
magistratui ineptum:nec debere nec velle in administratione perdu
rare. Inde patribus authoribus,populoq; suffragante,regno Thereo 45
per manus tradito,summo magistratu sese abdicans, abiit in vitam
priuatam,posteaq̃ septendecim regnauerat annos. Thereus regium
adeptus nomen sex primis annis prȩstantissimos reges æquauit vir
tute. Exinde lõge diuersus a patris instituto effectus,nec pietati stu-
duit nec iustitiȩ:spurcitia inuolutus,religionis irrisor, publicaq; la- 50
trocinia minime vltus. Syluescebatq; sub eo insolens populus regis
(qui popularium speculũ esse solet) corruptus moribus. Vnde no-
bilium,& eorum qui optimi essent in populo sequutȩ cȩdes & gras
satores,depopulatoresq; prædiorum & agrorũ,pro ducibus magna
omnium plebȩis fortunis exhaustis veneratione salutati. Eo tandem 55
deuentum,vt nemo omnium esset,qui meliorẽ publici regiminis for
mam Thereo rege expectaret. Tribuũ duces rei indignitate permo-
ti,ratiq; indignũ viros probitate pollentes, monstro adeo corrupto
parere,facto maiorũ consessu supplicium de Thereo sumendũ, abdi
candũq; eũ regno nõ erat tota in multitudine qui non sentiret. The- 60
reus audita conspiratione capiti timens,suos contribulesq; execrat⁹
& ad Britones concedens,vltro exulauit. Ab his vbi frequenti⁹ fru-
stra petiuisset suppetias,vt in regnum restitueretur spe omni in Sco
tiam redeundi sublata,turpissime Eboraci consenuit,ibidem tandem
ignominiosa senectute extinctus. Regnauit is annos duodecim. Dũ 65
Thereus Eboraci exularet extorris,Scotorum maiores,ne respubli-
ca summi magistratus defectu aliquod pateretur incõmodum,Inter
regem(nunc gubernatorẽ dicũt)cõmuni suffragio creauere,Cona-
nũ Brigãtinæ gentis ducem, virum inter eos præcipua semper au-
thoritate. Is vt simultates Therei segnitie inter regni primores obor 70
tas sedarentur,magnis obtinuit laboribus, pacis amans, seditiosos
perosus,multis suppliciis grassantium tumultus compescuit: fures
latronesq; vbilibet persequebatur:inuentosq; laqueo vitam coegit fi
nire. Eo rei summã tenente omnia sub dio asseruabantur: nulli furũ
aut latronum timor erat. Audita tandem Therei regis morte vt res 75
Scotica ad hȩredem deueniret cõuentu publico Berigonii Conanus
deposito magistratu iubente multitudine Iosinam Therei germanũ
regem salutauit,Thereo enim nulli fuere liberi. Iosina rex dictus, an
tiqua fœdera cum Pictis atq; Britonibus per legatos renouauit,me-
dicos excoluit, atq; chirurgos,q; cum illius generis viris in Hiber- 80

1 nia puer fuerat nutritus, atq; in virũ educatus, neq; Physices expers: quippe qui hęrbarũ vires, quibus solis eo temporis nostrates in morbis vulneribusq; medendis vtebant̃, probe admodũ calleret. Ignota fuere nostris maiorib9 tot morborũ genera, quot nostra ętate cõspi
5 ciuntur: vix quispiam tum elanguebat, nisi aut calculo, aut exundante pituita simili ve morbo frigido, aqueo ve humanũ vincente temperamẽtũ causam prębẽte: probe eñ degebãt, parsimonia corpora ab aduersa valetudine tutabatur, vitamq; nostratibus in longũ æuũ ꝑtraxit. At vbi patrio victu posthabito omniũ deliciarum genere de-
10 fluxere, simul cum peregrinis deliciis peregrini & eatenus incogniti erupere morbi: quibus ꝙ patria medicamenta minime tulere opem, noua sunt excogitata, & quidẽ innumera aliunde accita. Sed & hæc quoq; subinde nouitatibus victa. hęc ꝑfunctorie hoc in loco sint dicta de Prisca Scotorum parsimonia, morbis, medendiq; ritu, de qui-
15 bus exactior explanatio cõmodioribus locis reseruatur. Regnante Iosina duo viri aspectu venerabiles tametsi naufragi & pœne nudi quibusdam comitati insulanis Berigoniũ ad regẽ venere. Scribunt eos Hispanos fuisse sacerdotes: qui naui Lusitana, dũ Athenas traiicere instituissent vi tẽpestatis leuis, insulę in littus deiecti sęuitia ma
20 ris naui fluctibus absorpta, cum paucis aliis præter spem periculo erãt seruati. Sed vndecunq; venerint philosophos fuisse constat. hos vbi ad suum venissent cõspectũ rex multa veneratione prosequutus iubet secum epularẽtur, in arce haberent hospitia vtq; singulis præ pararẽtur, quę illis forent vsui. Postea vero q̃ quatuordecim excesse
25 rant dies corporibus vigiliis atq; laboribus defessis, requie recentibusq; alimentis recreatis, rex ad se accersitos, quid de soli natura, gẽtis moribus & institutis quantum ipsi fuissent explorati iussit edicerent. Illi haud cunctanter respondere, se nondũ ea habere comperta, neq; aduersam fortunam, neq; temporis pœnuriam id tulisse: sed vt
30 coniectura quadã coniicere poterant, id solũ metallis mineralibusq; q̃ frugibus magis accõmodatum, plus diuitiarum, ac fertilitatis intra venas q̃ in facie continere. Id cœli influxu cæloq; se dicunt dinoscere. Quod ad gentis attinet institutum docebant eam haud recte sentire de religione quę pecudum imagines Ægyptio more diis im
35 mortalibus tribuerẽt eos ve quibuslibet insignirent figuris. Et ꝙ id solum deus esset quod homines, terram ac mare contineret, quod cęlum & mundũ, & rerũ omnium naturam appellauere. Cuius imaginem animantis alicuius similem nemo est qui possit aut debeat effingere. Oportere itaq; relictis simulachris viuentem cæli deum igne
40 precariisq; verbis phano, ac templo ad id constituto sine forma co-

lere, ei soli adolere thura, vota soluere, semper bonum aliquod ab eo expectare: eos præsertim qui caste, integre, & cum iustitia viuerent. Cæteros vero nequaq̃. Illi frequentius hæc atq; similia de religione repetentes, hominibus non paucis persuasere, tandemq; eo adduxere, vt posthabitis Apidis, Isidisq; simulachris (hos etenim vt numina Ægyptio more, tum colebant nostri) permulti pie & religiose deo cæli litarent. Alii quibus viuentis dei cultus persuaderi non poterat, ad vetera deorum delubra proficiscebantur, vbi ex prisco patriæ instituto deos consulentes & oracula expetentes, ferarum pecudũq; staturas pro diis venerabãtur. Verum nemo omniũ ad id quauis ratione induci poterat vt Solem, Lunam, stellas & alia cæli lumina, quæ cum ipso aguntur sine numine confiterentur: veteri siquidem errore decepti, tanta illis pertinacia adhæsere, vt quum non cernerent toto mundo quicq̃ pulchrius, sublimius, mirabilius Sole, Luna cæterisq; sideribus, ea veluti diuinitati consecrata (Solem videlicet Phœbi nomine, Lunam Dianæ quam venatorum tutelarem deam iam tum ab initio fuerant arbitrati) adorarent. Hæc quæ de Scotorum regibus ad hunc vsq; locum recitauimus: ex Veremũdo, Ioãne Campobello & Cornelio Hibernico collegimus: quos vti ab initio significauimus tanq̃ authores maxime probatos inter cęteros qui res nostras memorię tradiderũt decreuimus insequẽdos. Regnauit Iosina quatuor supra viginti ãnos, Decessitq; Berigonii senex ad modũ Fynnano filio iubẽte populo paulo ante mortẽ eius, rege declarato. Fuit Fynnani ĩperiũ mite, moderatũq; & pp̃lo oĩm gratissimũ, Tribuum primores, quos publicę salutis fautores arbitrabat̃ agris pręd iisq; donauit. In nobiliũ charitate spem oẽm ponebat tutã di regni. Nihil absq; maiorũ decreto exercebat: regiorũ cõsiliariorũ auxit numerũ: vt multitudine ipsa, rei summã ministrandi ordo iustior gratiorq; haberet̃. Sanxit (ne rex domestico consilio rempublicam videret̃ administrare) vt regia publicaq; negocia haud sine patrũ cõsultatione, ac ductu tractarent̃. Ne bellũ, pacẽ, fœdera aut societates rex ꝑ se patrũ tribuũve rectorum iniussu faceret demeretve. Scotici nois gentem partim beneuolentia partim beneficiis sibi cõciliauit. Eoq; pacto tutus inter suos, nullis externis bellis petit9, opibusq; exundans: ad labefactatam a patre religionẽ (vt rebatur) instaurandam augendamq; adiecit animum. Primũ oĩm deorũ simulachra restituit oĩbus venerãda. Haud tñ viuẽtis dei cæli cultũ patris authoritate institutũ obolendũ decreuit. Cuiq; faciens potestatẽ deo quem elegerit litandi. Primus oĩm ecclesię duces, Durcergliis prisca Scotorum lingua appellatos, qui minoribus sacerdotibus præ-

45 50 55 60 65 70 75 80

essent variis ex Scotorũ regionibus collectos, vt alicubi primariam haberent sedem in Albione instituit publica atq; priuata sacrificia procurarent: inuitarentq; mortales ad religionem, hos Romani
5 scriptores Druides vt peregrinum vocabulum inflexionem caperet latinam, appellant. Horum erat regis primorumq; decreto publicis sacrificiis interesse, religiones interpretari, sacras solennesq; instituere ceremonias, nobilium liberos melioribus disciplinis & moribus formare: vti ipsi Athenis didicerant. vt omnibus Druidibus vnus præesset eadem lege sancitum est, summam inter eos habens
10 authoritatem: ante quem ignis dignitatis honorisq; insigne deferretur: huic mortuo succederet, aut qui reliquos dignitate excellat aut suffragiis victor. Data est his Druidibus Mona insula (quæ Britanniã & Hiberniã eminus: Brigantiã vero cui & continenti tũ pœne iuncta, cominus respiciebat: nũc aũt magno maris tractu qua
15 tuor supra viginti milibus passuũ ab illis disiuncta. Vt illic loco sacrato, & Druidũ oĩm sede primaria sacer magistratus cõsideret. Reliqui ꝑ regiones dispersi sacris intẽderẽt ministeriis. Certo vero anni tẽpore Monam cuncti conuenirent summi sui magistratus arbitrio: vt si quid forsitan minus rite ad religionẽ attinens dudũ factũ
20 fuisset cõmuni cõsilio repararet̃. Profecerũt exĩde (sed aliquot post tẽpora) tantũ & in naturaliũ causarũ studiis & in morali disciplina quibus erãt deditissimi, vt omniũ sentẽtia iustissimi & essent & haberent̃. Hinc legales libri, priuataq; & publica cõplura iudicia eoꝝ fidei demãdata, pœnas in sõtes, pręmia in benemerẽtes cõstituebãt.
25 Interdicebant sacris qui eorum non stetit decreto: quæ pœna apud nostros semper erat grauissima. quibus ita erat interdictũ ii numero impiorũ aut sceleratorũ habebant̃. Ab his omnes discedebant fugiebantq; eorũ aditũ & colloquiũ, ne quid ex cõtagione in deos offensę cõtraherent: neq; iis petẽtibus ius reddebat̃ nullusq; cõcomitaba
30 tur honos. Habebãt & Druides militię vacationẽ oĩmq; rerũ immunitatẽ. Horũ cõplures probati scriptores Plinius ꝓsertim, Tacitus Strabo & Caius Iulius Cęsar, q Druidũ religionẽ asseuerãt ortam in Britannia, Albionẽ totã Romanorũ scriptorũ more Britannię nomine nũcupãtes: inde in Galliã trãslatã meminere. Laudatus Fynna
35 nus rex nõ tam ob religiosa q̃ ob vrbana opera, quibus miro modo regnũ decorauit. Auxitq; ei gloriã ꝙ suo filio Dursto Britonũ rex filiã Agasiam matrimonio copularat. Per eas nuptias multos ex Britonũ gente sibi amicos conciliauit. Mortuus est tandẽ Camelodunj quo forte paulo ante, Pictorũ regẽ grauissimo tũ laborantẽ morbo
40 consolandi gratia cõcesserat posteaq̃ triginta annos Scotorũ tenue

rat imperium. Delatum hinc eius funus Berigonium in regum se-
pulchro est conditũ. In eius locũ Durstus filius suffectus, vir effręna
ta libidine crapulę & ebrietati deditus, diuersus idcirco a patris in-
stituto: quos em̃ coluit pater vicerat beneficiis: eos qui meliora, cha-
ritate paterna & recenti patris memoria ducti, sibi persuadere cona 45
bantur infensissime odit: maiorũ consulendorũ in publicis negociis
morem soluit. Scelestissimorũ qui corruptis eius moribus fauerant,
nouaq; inuenerãt voluptatum genera in arduissimis rebus dissere n
dis consilio vtebatur. Optimorũ quos pater secretiori admouerat cõ
silio quosdam occidit, nõnullos egit in exilium, alios simulata causa 50
fortunis spoliauit. Eoq; tandem peruentũ est, vt non modo quos ode
rat, sed a quibus prædam poterat sperare clementia sublata fecerit
trucidari. Repudiauit & Agasiam Britonũ regis filiã prius nebulo-
nũ turbę fœdissimę prostitutam. Meretricũ grege supinducto. Dũ
his similibusq; nephariis rex addiceretur Hebridiani, Nouantę, Ar 55
gatheli, Lugi, cum diuersis aliis regionũ populis missis inuicem le-
gatis per quos in societatis fœdera alligarentur in bellũ cõtra Dur
stum prorũpũt. Adeo enim tyrannidẽ infense oderant, vt diutius nõ
possent in eius fide persistere. Et ne publicę fidei regibus debitę vio
latores viderentur, non regem, sed pestilentes consiliarios sese bello 60
petere asseuerarunt, Causas prætendentes q̃ res Scotica si non cele
rius occurratur haud dubie propediẽ maximam pateretur iacturã.
Parantibus confœderatis exercitum, auxilium vicini populi vndiq;
tulerunt, cupidi tam infensæ tyrannidis extinguendæ: quidam tamẽ
suppetias negauerunt rati confœderatos dominationem regiumq; 65
nomen, non publicum quęrere cõmodum. Durstus itaq; domestico
metu agitatus infandorum cõscius scelerum primũ fuga suis rebus
consulere parauit. Mox vbi fugę nullum superesse locũ intellexerat.
Agasiam vxorem iniuste a se abiectam confessus a Britonibus cum
auxiliariis repetiit. Id cũ impetrare nequiuisset facinorosum animũ 70
vertit ad dolum meditans per insidias perdere coniuratos: ratus vi-
delicet haud alio modo imminẽs sese effugiturũ periculũ. Primus ei
dolus fuit simulata pœnitudine admissa scelera velle ex aĩo repara-
re, publici regiminis formã in meliorẽ: vt simulata pace factiosos fa
cilius opprimeret, mutare. Itaq; coniurationis pręcipuis mandat sese 75
dehinc eorum arbitrio rei summam velle administrare: punire son-
tes, quibus suadentibus iamdudum reipublicę impius atq; iniustus
fuisset administrator. Nefariũ regi cũ suis armorũ vi cõtẽdere, qui-
bus animo non erat ei regnũ eripiendi, sed reducendi in eũ statum,
a quo iam omnium sententia defluxerat. In hoc arbitrum mitterent 80

1 iurisiurandi quo presente coram Diana ceterisq; diis patriis quibus vellent diris & imprecationibus sese astringeret. Si hec minime pla cerent depositis copiis regalibusq; insignibus priuati more ad eos vltro cōcessurū. Proinde de eo quodcūq; statuissent deplerēt. His vt 5 fides certa haberetur aulicorum quosdam, quorum suasu permulta sinistre peregerat publice deputauit custodiæ, perinde atq; ꝓpe diē ad supplicium depromendos. Alios sordidi generis nullius apud eū mométi ornatos cultiori veste in cathenis misit ad cōiuratos ad sup pliciū eorum libidine subeundū. Coniurati regis blanditiis nimium 10 creduli Doronē Nouātę gētis precipuū mittunt ad Durstum, quo perducto ad Dianę aram sumpto a sacerdote deę simulacro rex vlti mis execrationibus adiurat se sincera fide cōiuratorū amicitiam pe tere, oēm iis remittere noxā, ex animo se eos habiturū deinceps prę cipuos inter amicos: neq; alio q̄ eorū arbitrio rei summā administra 15 turū. Hęc vbi cōiuratis cōfœderatisq; sunt nūciata, illi inani opple ti spe ira, atq; odio depositis ad regē cōcessere: quibuscū rex placide colloq̄tur, vt verba vultus & oculi fidē ꝓmittere viderētur. Concor dia inde celebrat̄ cōmuni omniū cū lętitia inauditis vltimisq; seruā dę fidei sacramētis vtrinq; pręstitis. His in lętitiam (vt videbatur) 20 effusus rex confœderatorū primores ad regium inuitat cōuiuium. Mox vbi Berigoniū intrauerant, & rex sese recepisset in arcē, prosi liere e latebris ad id data opera instructi armati. Atq; cōiuratos in ermes circūstantes ad vnū oēs q castellū fuerāt ingressi trucidarūt. Coniuges vero regis iussu ad funestum conuiuiū viros sequutæ vbi 25 frequentius pro maritis percussoribus sese frustra obtulissent, ami ctu & cęsarie scissis dispersisq; deos violati iureiurādi vindices ma gnis clamoribus inuocantes, Berigonio profectę ad sua concessere: miseriores sua sententia ꝙ sibi cum maritis mori nō licuit. Nec cruē ta scelera tātaq; ꝑfidia Dursto diu fuere inulta. Qui nāq; superfuere 30 confœderatorū illico exercitū reparant accitis vndiq; viris & fœmi nis aptis per ętatē ad pugnam: Berigoniū vbi Durstus omnibus ob infandam nobilium cędem inuisus erat citius omniū opinione mul ta hominum milia circūsedere, accessereq; ad mœnia nonnulli Dur stum ad supplicium deposcentes: fore vociferantes (an bella, an 35 scelera perpetrarentur difficilius, breui experiretur Durstus furiis agitatus incertus, cōsilii in desperatione omnem & spem reponens cum paucis & illis incompositis, hostibus occurrit. Vix præliū in cœptum, quum Durstus citius dicto victus regno simul cum vita est spoliatus. Incidit eius interitus in regni ipsius annū nonū: neq; re 40 gia prohibitus est sepultura, censentibus primoribus nulla prorsus

iniuria extincti regis cadauer afficiendum. Sepulto Dursto eiusq; li
beris in Hiberniam declinantibus coniuratorum iram, per amicos
delatis dictis comitiis cœptum est inter primores de regno ambigi.
Auersabātur enim omnem Dursti familiæ virū: veriti ne si ea ex gē
te diceretur rex, Dursti necē aliquando in ipsos vlcisceretur. Idcirco 45
inter eos quis & qua potissimum ex gente imperii dignus esset ma-
iestate, agitatum est. Erant qui Ragaoni Brigātinæ gentis duci re-
gnum deferendum cēserent. Alii Cornalo insulano, qui primus oīm
in Durstum coniurauerat. Sed is veluti omniū regno ineptissimus,
qui ob intemperantiam nihil non licentiæ si rerum potiretur grassa 50
toribus præbiturus videbatur, multorum acclamationib9 facillime
est repulsus. Quidam ad Corimanum Nouantarum ducem admini
strationem relegabant: ita cum variis voluntatibus regem vellent
post multas altercationes vbi res ad seditionem videbatur spectare,
Caronus Argathelus magna inter suos habitus authoritate pacis 55
cultor amatorq;, ad regni maiores ita verba fecit. Q̄z sit populo in-
gratum, atq; regno periculosum, Tyrannum malo dolo imperitan-
tem habere, q̄q; reipublicę periculosa intestina seditio iā dudū Dur
sti imperium, atq; tyrannidē experti, ciuili quoq; ex bello quod no-
stri maiores Doualus & Ferquhardus gessere, ipsi facile cognoscere 60
potestis. Eo sane bello ad huius imperii tot parti sudoribus, tot labo
ribus cōtinuati ad exitium pœne est laboratum. In eo optimi nostræ
gentis ferro absumpti plebei, vilissimam redacti in seruitutē: actūq;
ꝓculdubio fuisset de Scotico nomine si ea in seditione funesta adeo
diutius fuisset perseueratum, Berogonii humana carne vltima cogē 65
te inedia vitam aliquādiu tolerasse Britonū armis obsessos nostra-
tes quos necessitas post funestum prælium ad concordiam pepulit,
atq; pro patria & libertate ad vltimū regia fide perstare regē Reu-
therem periculosa eruptione, amisso pœne regno hostiū manus eua
sisse: Colanū Scotorum omnium fortissimū lectis cum militibus, re 70
gis ac patrię pro salute certando vltima honestime obiisse. Nobiles
fœminas muliebri insania morte (quā ipsę sibi intulere) vltimis co-
gentibus mysteriis ignominiosam euasisse seruitutem: patrum me
moria audiuimus. Ecquid eo miseriarum nostros perduxit, vt profli
gati hostibus cedētes extorres ab exteris regionibus opē quęrerent 75
& salutem nisi seditio intestina? Neq; vnq̄ Britones quantumuis sint
bellica præditi virtute in nostros agros & prædia depopulando de
sęuissent si non intestino bello in nostri perniciem strauissemus iter.
Ergo summopere cauendum viri fortissimi, ne intestina hæc exur-
gens seditio (qua nihil nostri imperii vires magis valet infirmare) 80

1 in publicam perniciem accrescat. Patriam nuper tyranni crudelissi-
mi metu leuastis, nobilium vlti sanguinem qui Dursti insidiis male
perierunt. Rebus nostris iam maxime consulendum. Absit (contri-
bules) multis laboribus partam victoriã domesticis dissidiis amit-
5 tatis. Absit quos leui vicistis prælio, vos (quod maxime cupiũt) mu
tuis vulneribus viderint sese afficientes. Cernitis plębem Dursti in-
teritu lętam, cupidam principis vestro arbitrio deligendi. Dum hęc
libido manet de rei summa consultate, regem dicite, qui vestras tue-
bitur partes. Alioqui haud aliud q̃ intestina bella, publica atq; priua
10 ta incõmoda, nobilium cædes, depopulationes agrorum deinceps
futura vobis proculdubio fuerint expectãda. Inuenietisq; qui vos
insimulantes maiestatis criminis capitalia parabunt. Talia loquen-
tem Caronum optimates simul cum populo admirati, tanti negocii
potestatem in eum relegant. Ipse habita consultatione cum populi
15 ducibus breui momẽto Euneum Dursti patruelem in Pithlandia tũ
exulantem, ꝙ corruptissimis regis moribus semper erat infensus: vt
in regia stirpe imperii fastigium maneret, cunctis suffragantibus re
gem declarauit. Accitum inde paruo post tempore e Pithlandia re-
gio ornatu amictum regalibus pręcedentibus insignibus, Berigo-
20 nium lætis populi acclamationibus deducunt. Qui Berigonii e-
rant in præsidio, primum regi ingressum denegare instituerunt. Sed
vbi circũiectam tantam hominum multitudinem totis mœnibus vi-
derunt, ac sese omnium destitutos subsidio diu sustinere non posse,
arcem dedentes in Eueni potestatem vltro venere. Eueno itaq; Beri-
25 gonium ingresso sella regia sedenti regni maiores eo iubente tacta
regia dextra iureiurando sese astringũt syncęram ei fidem deinceps
seruaturos. Erat Euenus omnium Scotorum regum primus qui fi-
dei seruandæ iuramentum a suis exegit. Mansit institutum multa ꝑ
secula posteris. Qui etiam tribubus præerant consuetudinem sequu
30 ti contribules manu aut pede tacto, dum crearentur iureiurando da
re fidem coegerunt. Neq; is ritus hoc nostro æuo abolitus. Qui in
montibus agunt simul cum Hebridianis in rectore deligendo (quẽ
tribus vocant Capitaneum) easdẽ pœne cerimonias obseruãt. Qui-
bus suo more peractis proximo Emporio per vocalissimum vetant
35 pręconẽ (capitis pœna in edicti transgressores proposita) ne quis
ex ea tribu nouum ducem alio q̃ trito vetustoq; tribus rectoris no-
mine deinceps appellitet. Atq; vbicunq; id audiuerit recitatum amo
to capitis velamine, flexoq; poplite eodẽ iussum est decreto vt omni
reuerentia veluti sacris interesset prosequeret. Hinc coniectura du-
40 cor nostrates, qui montanis in locis Hebridibusq; sedes habent per

manum, pedem, nomenve sui ducis quoddam veluti sacrum, & cui numen inesset commerciis, reliquisq; negociis obeundis iurare assuetos: Inexpiabile crimen id peierare existimantes. Sed de Eueno prosequamur. Is vt imperium sibi stabilitum virtute firmaretur, decreuit adulescentes parce & duriter a pueritia educarentur, noctu duro super assere vllo sine puluino quiescerent, arcu missilibusq; palęstra & cursu exercitarentur, assuescerentq; ferre arma: ab omni autem exercitamento quod ad effœminandos animos attinet, abstinerent: vt siquando pro patria foret certandum, essent milites haud mollitie aut luxu diffluentes, sed virtute imperium tutarentur. Lustrauit etiam pœne Scotorum regiones omnes iustitiæ causa administrandę, Sontium & eorum qui omniũ essent pessimi alios flagris alios vltimo affecit supplicio. Dum his intenderet Euenus, Pictorũ legati ad eum venerunt orantes auxilium ad hostes, ex fœdere suis finibus arcendos. Britones enim depopulatis Deerę agris in Pithlandiam venerant. Imminebat iam haud dubiæ Camelodunii oppugnatio. Annuit placide rex Euenus legatorum postulatis. Coactisq; subito magnis copiis mouit in Britones. Scotarũ virium accessione Pictis creuere animi. Progressi deinde sunt Scoti & Picti confœderati, veluti ad iam partam victoriam in Britones. Tanta fuit animorum cupiditas iniuriæ quam acceperant annis superioribus vlciscendæ. Nec segnius Britones obuiam contendere, acerrima inde pugna sequuta diuq; varia victoria præliatum. Nox cõgressum vtriq; partium admodum tristem dubio adhuc marte tandem diremit. Eadem nocte confœderati reges vbi intellexerant vires sibi vehementer fractas multis suis ex copiis pugna cæsis. In Pithlandiæ montes trepide abiere. Britones haud impari clade afflicti reparandi exercitus omnium deposita spe vbi illuxerat fugientibus simillimi discesserunt, præda quæ copiosissima erat in Pithlandia relicta. Porro cõfœderati populi Scoti atq; Picti e montibus conspicati campos milite nudos vbi per exploratores certiores facti fuerant Britonum discessum minime ad insidias spectare descendentes in vallem prædam quam Britones abigere instituerant potiti, quæ suis surrepta fuerunt primum restituere. Reliquam inde prædam armenta & opes quas diffugientes Britones campis reliquerant inter se milites sunt partiti. Secundum hęc Berigonium reuersus Euenus rex suos est cõsolatus muneribus eosq; publicis partim, priuatis alios affecit, quos necessariorum in bello casus tristiores effecerat. Statuit & dehinc tranquilla pace imperium moderari delectis iudicibus in singulas regiones, qui populis iura dicerent, iustitiam colerent & leges. Sin-

1 gulis quoq; regionibus vt singuli crearentur emissarii atq; obserua
tores, q fures, raptores viarũq; obsessores ꝑquirerẽt, author: agris ad
inhabitandum illis, & ad victum frumento ex publico collatis. Extat
nostra memoria id hoĩm gen9 multis in Scotię regni locis: qui fuit
5 tametsi huius officii cura exoleuit, quod publicitus sibi collatum fu
erat adhuc tamẽ retinent. Arcẽ haud procul a Lerigonio loco natu
ra inuictissimo ædificauit Euonium dixit a suo noĩe nunc Douvvsta
fage vulgo, id est castrum Stephani appellatum. Permultos exinde
annos maximo omnium commodo rei summam administrauit. Tã
10 dem vita posteaq̃ principatum nouemdecim tenuisset annos defun
ctus est. Huius funus Gillus eius nothus, homo vafro ingenio, atq;
imperii cupidissimo falsis prosequutus lachrymis, regio more (vti
tum fiebat) curauit celebrari: ipsumq; cõdidit monumento Euonii
in vicinia pluribus ibidem obeliscis in Eueni memoriam erectis.
15 Affuere funerali pompæ vt celebrior esset duo Dursti regis (quo
rum paulo ante memoriam fecimus) filii Dothanus & Dorgallus
Seditiones etiam tum pro regno agitantes. Reuocauerat hos Eue
nus rex ab exilio paulũ anteq̃ vita excederet, multoq; honore (vt re
gios decuit liberos) affecerat. Erãt eñ gemini vno partu editi & ob
20 hoc ætas vter imperaret facile discrimen facere nõ potuit. vnde fœ
dum inter fratres certamen exortum, vtroq; imperii cupidine alteri
insidias parante. Auxit Gillus fraternum odium multis simulatis &
exquisitis occasionibus, vt vtrũq; in alterius exitium armaret. Glisce
bat indies simultas, adeo vt nihil insidiarum omitteretur. Conuene
25 re tandem Gilli suasu vt dissidium fraternum cui imperium iure de
beretur necessariorum iudicium finiret, sed pluris quisq; suum studi
um q̃ ęquum faciens nulli obtemperantes, iactis in alterutrum con
uiciis re infecta discesserunt. Sed a Gillo reuocati ductiq; in secre
tius adytum paucis cum proceribus, reconciliationis causa, habita
30 consultatione: nunc de regno diuidundo, nunc de adiudicando al
teri, iuuenibus animos magis accendit q̃ mitigauit. Tum simulata
seditione Gilli milites (vt iussi fuerant) ipso fraudulenter recla
mante vtrunq; obtruncant. Id vbi peractum est, exilit statim Gillus
per campos currens, ac clamitans magnum periculum se effugisse
35 vixq; euasisse incolumem: vbi regii adulescentes paratis in ipsum
gladiis occiderant. Simul imperat suis, qui in campo stabant, ali
quo se abducerent vbi tutius asseruaretur periturum illico ni
si fuga sibi foret consultum. Illi pro veris quæ dicebantur ac
cipientes, currentem in Euonium concomitabantur: Euonium in
40 gressus sequẽtibus nobilioribus multis cum militibus, arceq; occu

pata milites variis in locis constituit qui ipsius postulatis aduersan
tes (si qui forent) interficerent. Ipse edito in loco vt omnibus fa-
cile conspicaretur constitutus regiorum adulescētum qui nuper oc
ciderant, simultates pro regno, libidinem auaritiam insolentiam, pa
ternam immanitatem omne deniq; scelus longa oratione detestatus 45
Imperio eos inutiles multis suasionibus ostendit, diis gratias agens
suis ipsos insidiis (vt simulabat) quas contra ipsum struebant per-
iisse: patriamq; auaritia inexplebili, sanguinaria tyrannide, deorum
benignitate leuatam: sese pro reipublicæ salute, pro fratrum con-
cordia, in concione plurimum decertasse, vbi in nullo proficere po 50
tuisset insidiis petitum vix euasisse saluum Dursti regis filiis incer-
ta manu extinctis. Addidit sese Eueni regis testamento regni mode-
ratorem institutum eodemq; sibi commissum, vt regia armenta om̄i
cum supellectile pro Eueni familiæ salute nobilibus militibusq; qui
illum viuum syncęra coluerant fide partiretur. Idq; sese illico polli- 55
cebatur exequuturum. Proinde ne respublica iacturam quouismo-
do intestina seditione iam tum haud dubie imminente pateretur, do
nec notum foret cui iure regnum debeatur sibi rei summam defer-
rent multis verbis est precatus, acturum spondens fortiter graui-
terq; ea quæ in negocio agenda forent. Talia memorantem qui ade 60
rāt insidiarum haud ignari, ne tn̄ durius quid paterent̄ simulato cō-
sensu iubent regnare. Gillus regium nomen adeptus vt regnum si-
bi firmaret ab omnibus qui concioni affuerant fidei sacramentum
exegit. Euestigio regia omnia armenta, his qui eius sententiam fue-
rant sequuti libere est partitus, vnde complurium sibi conciliauit fa 65
uorem. Sed eadem ambitio simul atq; habendi scelestissimus amor,
qui ad petendum regnum Gillum impulerat sequutus est regnan-
tem. Multum etenim secum animo volutabat, qua arte Dursti stir-
pem atq; amicos exutos fortunis ad vnum exterminaret, vt solus
absq; æmulis regno potiretur. Superfuere Dothano Dursti olim re 70
gis filio liberi tres Monę, Druidum tutela educati, Lysmorus duo-
decim annos natus, Cormacus decem & Ederus tantum triennio
minor. Gillus rex Euonio profectus q̄ maximis itineribus potest
Monam contendit vt regios pueros in continentem, simulans cum
æqualibus & coæuis eos nobilibus Berigonii ad maturam vsq; ęta 75
tem educari velle) perduceret: Lysmorus & Cormacus (Ederus em̄
forte fortuna graui laborabat ęgritudine) decenti apparatu aduētā
ti obuiam multa vrbanitate (vti a Druidibus instituti fuerant) re-
gem consalutātes obuiam processere. hos Gillus ad celandam frau-
dem vltra modum verę affectionis amplexus multis osculis recepit 80

1 Eam noctem nimium blandiendo pueris vt fraudem subesse Druidum princeps vehementer suspicaretur, consumit. Postero die cum principe cæterisq; Druidibus, de religione, de ritu sacrificādi, de cōtrouersiarum constitutione, de Finium & hęreditatum controuersiis
5 discernēdis sędādisq; de vlciscēdis cædibus, atq; maioribus sceleribus (si quando admitterentur) multa est loquutus. Tertio die medius inter Druides principi adiunctus & stolam sacerdotalem (vt tum fiebat) indutus, multis solennibus cerimoniis diis patriis sacrificauit: regiosq; pueros sacrificio adesse curauit. Peractis inde quę ad
10 religionem attinebant, ab insula soluens cum Lysmoro atq; Cormaco patre & fratribus nutriciis in continentem facile transmisit. Fuit ea ætate puerorum in patres, matres, atq; fratres nutricios (vti hac nostra inter montanos obseruatur) tanta necessitudo vt eos haud secus ac genitores germanosq; adamarent veros Euonium aliquot
15 post dies deuenit Monę relictis militibus qui Ederum puerum statuto die extinguerent. Ederi nutrix cui res ab initio erat suspecta, Druidum monitu puerum adhuc valetudinarium nocte clam omnibus naui impositum detulit in Argatheliam: expositumq; in terram humeris sublatum in altissimi montis iugum, locum frigore pœne in-
20 tractabilem deportauit: vbi in antro quodam hærbarum radicibus aliquot menses durissime tolerauit vitam. Gilli vero iussu qua nocte Euonium peruenerat vterq; puer in parentum nutriciorum amplexu, quorum patrocinium aduersum furentis percussoris sęuitiam frustra implorabat, trucidatur. Interea rex de Ederi fuga certior fa-
25 ctus ęgerrime rem ferens, militibus, quos ad nefandam pueri cædem Monę reliquerat prius cæsis fugientem perquiri fecit ad necem. Quem cum fama retulisset in Hiberniam abductum, inquirere tandem inuitus cessauit. Neq; multo post tempore facto primorum consessu Berigonii multa de reipublicę administratione, de iu-
30 stitia, de religione & pietate, de tutando regno loquutus: Suus tandem vt principatus omnibus probaretur longa petiit oratione. Sæpius commemorans quo studio fuerit in Scotorum regnum extollendū, qui ne illud intestino bello publicā in perniciē laberentur, ne immaturi principis temeritate pateretur iacturam. sublatis factio-
35 nis authoribus plurimnm elaborauit. Neq; sibi tribuendum q̄ regii iuuenes casu aliquo interiissent, q̄ diis ita fuerat visum: qui sicuti imperia statuerunt, ita ea non imbecillibus, aut sexu, aut ætate, sed spectata virtute viris moderanda adiudicarunt: oportere viros pestilentes factionumq; cultores e medio tolli vtpote quorum
40 opera dissidia in multorum hominum exitium facile oriantur. Hæc

aut similia loquutus Gillus in aciem Euonium cum primoribus qui
aderant sese recepit. Cõtinuo Dursti familiæ pręcipui & amici quo-
rum multos Gillus coegerat in Euonium : ipso iubente cœpti sunt
occidi: debacchataq; est ea strages adeo vt nec ætas nec sexus alicui
profuerit, Tremebãt igit̃ pallebãtq; q̃plurimi nobiliũ qui regi asta- 45
bant ad morientiũ clamorẽ: veriti ne & ipsi paterẽtur extrema. Hos
solatus rex obsecrabat bono essent in se animo fore vt si in sua fide
perstarent meliora elapsis experirentur. Secundũ hęc malis facino-
ribus sceleratũ animũ stimulãtibus semper ad peiora, statuit Gillus
regni prouincias inuisere vt fautores Durstianę familię a stirpe de- 50
leret. Euonio idcirco profectus, Argatheliam peruenit vbi nõnullos
Dothani familiares inuentos nullã ob causam nisi q̃ Dothano faue
rant occidi fecit. Per alias inde prouincias debacchatus homo trucu
lentus nihil non crudelitatis exercuit. Hęc atq; alia innumera pror
sus indigna principe, referente fama vbi fuissent diuulgata, Brigan- 55
tes, Silures, Argatheli, Nouantę insulares, cæteriq; pœne om̃es Sco
torũ populi bello peritiores, cruenti principatus impatiẽtes: In Gil
lum maximis coactis copiis bellũ mouere, tãta prudentia, tãtaq; cau
tela, vt non prius populi motus q̃ bellum sibi inferri senserit tyran-
nus. Interiectis aũt paucis diebus comparato & ipse cum exercitu 60
Euonio est profectus. At cũ necessario pugnandum esset: (Stabant
em̃ iam hostes cõpositis aciebus in prospectu) Gillus amicorũ auxi
lio destitutus, quos largitione sola cõparauerat, metuq; seruauerat
in fide, relicto exercitu in quo pauci admodũ erant, & hi incomposi-
ti, clam aufugit piscaria naue vectus in Hiberniã. Id vbi milites sen- 65
serũt Cadallo Brigantum principi (is tum aduersæ factionis copiis
pręfuit) vltro sese dederũt Cadallus receptis copiis in fidem. Euoni
um illico aggressus munitionẽ simul cũ Berigonio pœne vltro de-
dito sine certamine recepit: vbi Interrex (hęc ętas gubernatorẽ vo-
cat) cũctis applaudẽtibus est declaratus. Omnibus inde aliis post- 70
habitis negociis & publicis & priuatis, castellisq; forti pręsidio mu-
nitis ꝓsequendũ sibi Gillũ existimauit quocũq; se recepisset: ne coa-
ctis copiis ex his qui nec fidẽ colebãt nec rectũ (quales plæriq; in
Hebridibus ab initio fuere) bellum renouaret, in Ilam insulã traie-
cit cũ exercitu: vbi ad eũ Ederus regius adulescẽs cuius paulo ante 75
meminimꝰ, veluti ad certũ vnicũq; refugiũ ꝑ Dursti amicos q tũ su
perfuerant est delatus. Cadallus receptũ puerũ misit in Brigantiam
vt Epiaci (id maximæ Brigantum ciuitati nomen est) ad maturam
vsq; ætatem ad imperium asseruaretur. Sub id tẽpus Gillus in Hi-
berniam haud sine magno incolarũ fauore receptus, facto maiorum 80

1 conuentu multis verbis Albaniorum Scotorum iniurias est conque stus: seq; magna contumelia regno exutum Cadalli maxime operâ: & nusq̄ locum in Albione sibi tutum: omniaq; sibi coniuratorum in sidiis mortem intentare, propterea auxilium orare ad regnum recu-
5 perandum. Hebrides Hiberniæ regno sua authoritate adiuncturū si in regnum restitueretur frequenti iureiurando pollicitus. Hiberi Hebridum insulanorum potiundorum spe allecti viri fortunam mi nime despicientes suppetias daturos promittūt. Comparato autem mox exercitu in Albionem ad Gillum in regnum restituendum ma
10 gnis parant viribus traiicere. Hæc vbi Cadallo sunt nunciata, reli- ctis Hebridibus exercitum deportauit in continentem Berigonii fa ctis ilico regis deligēdi comitiis: nam sine auspiciis regis resisti Gil lo posse sperabat minime. Coeuntes maiores regni Euenum clarissi mū virum Fynnani regis ex fratre Douallo nepotē cōmuni suffra-
15 gio regem creant. Venerat Euenus cum Cadallo recenter in Albio- nem e Gauera insula vbi aliquot annos Gilli sæuitiam incognitus deuitarat. Is accepto imperio maritima loca, quibus Gillum cum co piis venturum rebatur pręsidiis munit accedentē prohibiturus. His cognitis Gillus deposito adeundæ Albionis consilio cū exercitu in
20 Ilam transmisit vnde ingentem prędam abegit cęsis loci incolis nec sexui parcens nec ætati, direptis satis quæ in campis stabāt, aut quæ auferri non poterant incensis. Ea iniuria Euenus rex & qui cum eo erāt regni primores plurimū irritati in vltionem ilico sese armarūt. Accitis vndiq; militibus magnum parauere exercitum, vt in Hiber
25 niam traiicientes Gillum consequerentur. Negocii summa Cadallo Brigantum duci probatam ob virtutem publico decreto permissa. Biremes atq; triremes quæ ad exercitum vehendum sufficere vide- bantur in Berigonii portum regis edicto conuenere: vnde breui Ca dallus suis cum copiis in Hiberniam est delatus. Copias ibi in ter-
30 ram expositas magna transfugarum vis quotidie sese aggregans ita adauxit vt non modo ad Gillum, sed ad Hiberniam omnē debellan dam satis videbantur futurę. Gillus re cognita ordinatis copiis du- cit in hostē. Cadallus vero militib9 cōgressum expectātibus copias omnes in campum proximum educit: datoq; pugnandi signo con-
35 currerunt inter se acies. Maxima vtrinq; vi aliquandiu est dimicatū. Milites tandem Gilli languidius remissiusq; pręliū sustinebant: prę sertim qui iniuriam patriæ sibi videbantur facere: eorumq; tandem permulti ad Cadallum transfugere. Quo animaduerso Gillus me- tu ne viuens in Cadalli potestatem deueniens nihil non contume-
40 liæ pateretur, priusq̄ acies ex toto inclinaret, regio ornamento

vltro abiecto cũ paucis fugam occupat. Inde in opacissimo nemore pugnę loco proximo sese abdidit. Interea Cadalli acie fortiter stante, Gilliani ducis fuga animo deiecti certamẽ ꝓ homine pauido atq; fugitiuo vltra subire nolentes, qui pro se certare renuerat: in Cadalli vltro venerũt potestatem. Quibus in fidem receptis, vbi veniã atq; 45
iniuriarum omniũ obliuionem iureiurando promisisset, Illico mittit qui Gillum perquirerent. Aliquot ille dies inueniri non potuit: Reperto tandem in antro nemoroso vmbrosoq; saltu circũfuso latitanti & inedia pœne confecto, caput abscissum, ad Cadallum ingenti omniũ lętitia est allatũ. Hunc finẽ Gillus viribus nimiũ confidens 50
& ingenio est sortitus, postq̃ Scotorũ regnũ in Albione duos occupauerat annos. Cadallus autem bello ita fœliciter confecto, victorẽ exercitum in Albionem reducens multis cum belli ornamentis spoliisq; vento infœlicis sideris mari concitato maximã eius partẽ amisit. Vnde maiori longe mœrore, q̃ ob secundum pręlium lætitia to- 55
tus populus est affectus. Nam ad egredientes paucos, qui cladi superfuerant miserę matres coniugesq; eorum quos iratum obsorbuit mare de suis percunctantur: mox vt funesta suorum clades illuxit omnia vlulatibus fletibusq; querulis impleuerunt. Inter cætera e sua naui procedit dux Cadallus vestem seruilem indutus, manus ad 60
cælum tendens, publicam fortunã & deos incusans q tot viros fortissimos, tantam victorię gloriam, quã ipsi dederant in publicã vertissent calamitatẽ. Huius aspectus lachrymas omnibus qui aderãt magno cum ploratu excussit. Publico huic luctui Euenus rex nobiliorum cum caterua superuenit, Cadallum virum omnium amicissi- 65
mũ ęgerrime ferens tanto mœrore confectum solari aggressus. Detulisti inquit mihi vniuersęq; Scotorum genti (fortissime Cadalle) haud parum solatii, qui victorem exercitum, sine quauis ab hoste illata iniuria in Albionem deuexisti, hostes vicisti alieno in regno, terrestri prælio signis collatis pulcherrime pro patria & reipublicæ 70
quiete dimicando: victus est tyrannus Gillus, tot malorum sentina. Cui ne turpissima quidem fuga, diis (vt ęquum erat) aduersantibus saluti esse potuit. Caput cuius ignominiose desectum in Albionem est delatum, ne vel mortuus infensam ob tyrannidem quam viuus exercuit ludibrio careret & contumelia. Spolia hostibus detracta 75
nostri generis complures, quos facti ceperat pœnitudo (vt clementiæ in secundis rebus locus daretur) in fidẽ recepti. Noster tua opera & industria medios inter hostes procul a patria seruat9 vllo sine damno exercitus: nihil deniq; omissum hac tua in profectione quod ad strenuum prudentemq; ducem attineat. Hæc belli huius deco- 80

1 ra, hæc victoriarum ornamenta tibi auferri non poterunt. Nihil ergo est quod cælo aut fortunæ succenseas: quæ tametsi magna exercitus pars maris cęliq; inclementia sit absumpta, te vnū huius gētis gloriam crudelissimo hoste deuicto tāta a clade seruauerit, patrięq;
5 reddiderit incolumem. Q₂ enim fœliciter in Hiberniam fueris profectus, ꝙ viceris hostes, ꝙ fusos profligaueris, spoliisq; eoꝝ potitus, milites ab omni hostili iniuria seruaueris incolumes, deoꝝ est donū. Sua repetierūt dii, tuo tibi seruato decore. Habes tua virtute quod gloriari potes, hostes nihil de malis qbus tuꝰ exercitus fato est affe-
10 ctus gaudere possunt, gloriari autem minime. Quippe qui neq; eos quos mare absumpsit a se occisos: neq; qui huc rediere a se fugatos iactare queant. Si qua nostrarū facultatū seu prędę quā strenue hostibus detraxisti fragmenta naufragiū seruauit, & in eorū fines potestatēq; aduersa maris procella perpulerit reddideritve, neminē latet
15 ea non certaminis illoꝝ virtute parta esse spolia, sed instabilis fortunę reliquias. Vñ laudis nihil illis, sed totū fortunę temeritati tribuēdum constat. Habet certe has vices rerū mortaliū conditio vt ex secūdis idētidē aduersa, & ex aduersis secunda nascantur. Hęc procul dubio fatorū pręmia sunt: quę sicut moueri nō possunt, sic mortali-
20 bus minime lugenda. Age idcirco (inuictissime Cadalle) fortunā istam aduersam, vt sapientē decet, egregie feras, secundiori sorti tete serues: exercitū a diis afflictū non ab hoste cognoscas. Tandem cladem reparare & tā sæuo vulneri mederi nō hominū sed deorū esse, qui mortaliū imperia non hominū sed suo nutu atq; arbitrio mode-
25 rantur: hilarem nobiscū ostende vultū vt & amici vt hostes cognoscāt nulla te sorte ab animi æquanimitate potuisse dimoueri. Et vti bello inuictū corpore, ita animo ꝑpetuo ꝑmāsurū. Hæc vbi Euenus rex fuerat loquutus: qui aderāt viri pręstantiores similia adhortātes Cadallum plurimū consolabantur. Cadallus presso paululū dolore
30 solatium quantū fieri potuit in clade tanta, lętiore simulabat vultu. Nihil tamē grauius ferens q̄ ꝙ nefaria lues quæ tot fortissimos absumpserat viros sibi pepercerit, seq; seruauerit ad tantum suorum calamitatē visendā. Et vbi Euonii consolationis causa aliquot mansisset dies, dimissis copiarū reliquiis cū suis qui cladi superfuerant,
35 ad Epiacum abiit in Brigātiam. Huius cladis qua incolę in Hibernia Albionensium Scotorum armis sunt afflicti Claudianus poeta, diuersiq; alii scriptores meminerūt. Euenus rex extincto Gillo Hibernicisq; qui Gilli partes fuerant sequuti cæteris cū æmulis bello deuictis hostili leuatus timore, Scotorum imperiū iustitia moderari
40 cupiens, regiones omnes lustrauit, sontesq; sustulit. Epiacū inde Ca-

dalli reuisendi consilio petiit : quem ob fidissimũ animũ in se simul atq; rempublicã ipo Epiaco , aliisq; castellis prędiis & agris in Brigantia regia pro magnificẽtia donauit. Statuitq; vt omnis iudicãdi ratio in Brigantia deinceps Cadalli permitteretur arbitrio. Secũdũ hæc Euenus celebri primorũ comitatu cũ Pictorũ rege in Brigantię finibus est congressus: vbi post multas de vtili atq; honesta rerũ administratione cõsultationes pax inter populos nouo fœdere est firmata. Reddidit amicitiã clariorem sequutũ matrimoniũ, Siiora virgine speciosissima Gethi tertii regis filia Eueno matrimonio cedẽte. Nuptiæ inde Epiaci sacris celebritatibus (vti ea fiebat ætate) peractę . Affuit nuptiis Druidũ princeps e Mona insula accitus vt tãti viri præsentia honoratiores & essent & haberentur. Euonium haud multo post tempore reuersus cũ coniuge, Lugorum præfecti literis accepit Orchades Pictico Bosphoro traiecto Ternidunę (Catanesię promõtorio nomẽ est) multis cũ triremibus applicuisse. Egressosq; in terrã Cornanam Lugięq; magnã partẽ fœde populatos, Incolarũ quibusdã cęsis: aliis cõpluribus affectis contumeliis. Ea iniuria irritatus Euenus contracto exercitu illico in Orchades mouit (hi tũ in Lugia grassando effuse vagabãtur) diem noctẽq; accelerans famã sui motus pręuenit, trepidare Orchades inexpectato Eueni regis aduentu, fugaq; se seruare instituere. At eo conatu frustrati necessario cũ Scotis ꝑlio sunt cõgressi. A qb9 leui pugna victi atq; profligati in iuga mõtiũ, quibus ea regio maxime abũdat ꝑcipiti fuga sese cõtulerũt . Scoti fugiẽtes insectati nõ prius finem sequẽdi fecere q̃ ad mare pulerãt vbi nõnulli euasere scaphis. Prohibuit eñ vrgentiũ vis triremes in altũ duci. Reliqui autẽ mari aut ferro sunt absumpti Balus aũt Orchadũ rex fractus animo desperata salute ne in hostiũ potestatẽ veniret manũ sibi intulit. Euen9 ea victoria populi fauorẽ vehemẽter assequutus, dimissis copiis eã Albionis oram quã Hybericus alluit Oceanus circuire parat. Ea profectione, cõdendę vrbi locũ opportunissimũ nactus ad Lochteæ amnis ostia ciuitatẽ cõdidit quam Enuerlochteam a flumine nominauit: vbi & asylũ esse voluit diis immortalibus sacrum edicto proposito vt esset capitale siquis vel nocentissimũ ad id confugientem quauis afficeret iniuria: longa deinde ꝑ secula frequẽs erat negociatorũ & ex Gallia & ex Hispania ad eam ciuitatem conuentus: ꝙ illic æstuaria salmonibus, allecibus, chilonibus, marinis vitulis, porcis ac reliquorum piscium generibus (quos is Oceanus fert) incredibili copia referciantur . Extant huius ciuitatis ruinæ qualis ipsa aliquando fuerit spectantibus indicia. Condidit etiã in Albionis parte quæ orientem spectat loco

1 haud multum, a Neſſa lacu diuerſo (de quo affatim ſupra) ciuita-
tem aliam, & Enuerneſſam a lacus atq; fluminis inde defluentis no-
mine vocitatam. Ad hanc olim magnus ex Germania mercatorum
fiebat concurſus, merces quarum regio eſt indiga ad indigenarum
5 vſum quotannis aduehentium: vnde Marterellorũ, vt vocãt Caſtlut,
fibrorum atq; ſimilium ferarum tergora, quorum nobiliorum veſti-
bus eſt vſus, compluribus cum aliis rebus ad mercatum accommo-
datis ſecum deportarunt domum. Extat vrbs eadem multis & opi-
mis mercibus vt olim abũdans, accolarum iniuriis qui cędibus, de-
10 populationibus, & rapinis ſunt addicti, frequentius afflicta: priſcum
nomen adhuc retinens, Vrbanis itaq; hellicíſq; rebus clarus Euenus
rex fœlici ſucceſſu reliquum vitæ peregit ſine domeſtico aut extero
hoſte. Inteſtinam vero ſeditionem qua in Hebridibus aliquantiſper
laborabat, mira arte atq; manſuetudine compoſuit: publicus enim
15 & priuatus ciuile bellũ ſupra q̃ dici poteſt deteſtabatur. Paulo ante
vitæ exitum Epiacum conceſſit Cadalli familiæ ſaluti conſulendæ
cauſa. Cadallus etenim iam vita exceſſerat. Eius inter liberos pater-
næ opes quæ ampliſſimę erant diſſidia excitabãt. Eam litem primo
aduentu diremit Euenus, vtriq; impertitus vti patris ſupremũ erat
20 mandatum: parentalia ritu gentili Epiaci pro Cadallo exoluit. Erãt
tum noſtri errore ſtultę gentilitatis decepti, ſicuti cęteri fere morta
les in malorum dæmonũ cultu. Statuam Cadallo ſimillimis linia-
mentis loco edito Epiatico foro locauit: huic iuſſit thura adolere, li-
bare merũ. Tãti apud eum Cadalli fuit memoria. Nec poſt multos
25 dies iugi mœrore ex Cadalli deſiderio confectus, graui morbo lan-
guere cœpit. Mox ſpe melioris valetudinis ſublata Ederum regium
adoleſcentem (huius loco haud multum ab hoc diuerſo memini-
mus) cui regnũ poſt ipſius exitum iure debebatur ad ſe accerſitum
monet ſuos ab omni iniuria tutaretur. Nemini foret iniurius. Iuſti-
30 tiæ hoſti nunq̃ deferret magiſtratum. Magna curaret, exigua aliis
permitteret. Se talem pręſtaret vt omnibus mereatur anteponi. Bel
lum in extremis malis vrgentibus nunq̃ cieret, ꝗ ſi bellandum foret
nullum ipſi ſorderet munus caſtrenſe: nunq̃ exueret clementiam ꝗ
ea virtus in primis deceat principem: religioni cõſuleret deos vene-
35 raretur, quorum beneuolentia tutiſſimũ regnis præſidiũ. Hęc atq;
ſimilia pie vbi monuiſſet Euenus, Edero regno per manus tradito fa
tis conceſſit, quum ſeptendecim annos & a Ferguſio qui Scotorum
regnum condidit in Albione quartuſdecimus rex imperaſſet. Eſt in
Eueni honorem Epiaci erecta ſtatua quam multos dehinc annos ſa-
40 cris celebritatibus ſtulta gentilitas eſt venerata. Hæc de Eueno re-

ge & Cadallo Brigantum duce ex Ioanne Campobello, Veremūdo atq; Cornelio Hibernico, reliquorum deinceps regū gesta his atq; aliis scriptoribus excerpta vtcunq; explicabuntur.

¶Scotorum Historiæ Liber Tertius. 45



Derus quo dictum est modo, summā Scoticarum rerū adeptus administrationē, regiones suæ ditioni subiectas illico inuisit. Fuit eius accessus nobilium plęrisq; eo gratior q̄ 50 venatu cuius illi studiosissimi erant, delectabatur. Eo nāq; voluptatis genere in eū pœne diē exercitatus fuerat. Nec delectabilius qcq̄ pulchriusve apud eū fuit q̄ odorisequis canibus atq; venaticis feras indagare, lupos maxime qui pecuarię rei in- 55 sidiantur (gignit terra nostra eam feram, ob frigiditatē, asperā trucēq;) atq; cætera truculenti generis animantia. Tum secura atq; trāquilla videbantur omnia: siquidē neq; domi, neq; foris apparebat hostis vllus. Secura pace lętus gaudebat populus. Qui grassaretur inueniebat nemo. Si quispiā alterū iniuria affecerit, rege vindice illico 60 pœnas dedit: domestica hæc ocia turbare cœpit Bredus insularis, Gilli qui Cadalli ductu in Hibernia perierat cognatus. Is collectis latrūculis ex Hibernia Hebridibusq; Gilli & eorū qui cū eo occiderāt mortis vlciscēdę cōsilio in Argatheliā multis triremib9 traiecit vbi agros abacta pręda copiosa populabatur. Sub hāc turbā agre- 65 stes fuga ad Ederū regē qui tū forte in nemore haud inde procul venabatur multis cū proceribus & plębeis sunt delati. Magna trepidatione nūciātes Argatheliā latrūculis occupatā, re omni pecuaria cū supellectili exhaustā, cęsis infantibus, mulieribus & quicūq; aut ætate, aut sexu fuerāt imbecilliores. Ad eū nūciū Ederus turbatus ve 70 natu mox destitit: habito inde delectu in Bredū nocte profectus, latrūculos suspēso gradu p̄teriens Oceani littora quibus terminatur Argathelia, primū occupat hostiū triremes: ac cęsis custodibus incēdit ne fugę superesset locus in Hiberniā. Mane vbi primū illuxerat Bredū cū prædonibus prælio aggressus ea ex parte vnde mali nihil 75 suspicabantur cōplures cęde deleuit, reliquos in fugā versos hostiliter est persequutus. Hi vbi vrgentiū manus euadere nequiuerant capti laqueo iubente rege vitā finiuere: idq; prędę quod rapuerūt incolarū cuiq; restitutū. Secundum hęc Ederus Argathelia profectus in Hebrides trāsmisit: vbi eorū qui Gilli atq; Bredi partis fuissent se- 80

1 quuti motus cōpescuit: aliis vltimo affectis supplicio, aliis re pecuaria (vt tum fiebat) multatis. Ita rebus in Hebridibus pacatis Euoniū vix est reuersus, quū ad eum Cassibilani Britonum regis legati venere auxiliū orantes contra Caium Iulium Cæsarem Romanorū
5 ducem (quē e Gallia in Britanniā Romano cū exercitu vti ex Gallis & Romanis exploratoribus captis & in vincula coniectis cognouerant) prope diem vlla sine dubitatione traiecturū. Ederus rex legatos omni humanitate acceptos iussit vt postridie i maiorū cōsessu (qui tum aderant) quæ Cassibilani populiq; Britannici nomine ve
10 nerant postulaturi patribus coram proponerent. Tum Androgeus summo in Britannia natus loco & magna semper habitus authoritate, data potestate in concilio ad regem populiq; maiores ita infit. Nihil dicturus sum hodie in hoc celeberrimo cœtu pro Cassibilani regis Britannicæq; gentis vtilitate (rex Edere) prætereq̄ quod ad
15 tuam Scotorumq; regni salutem attinere vlla sine controuersia dinosces. Natura optima rerum parens tres bellicosissimas gētes hac in insula Albione (vt æquum est credere) collocauit: nō vt mutuis laborarent seditionibus & in sese arma vertentes ferarum (quibus immansuetū est ingeniū) more desęuirent. Sed vt simul coalescen
20 tes absq; iniuria illatum ab exteris bellum (si quod aliquando inferretur) facilius iunctis viribus propulsarent. Quis, quæso dicere potest aut iure excogitare (rex optime) Britonum gente deleta tuum hoc regnum tutum aut stabile futurum? Nisi forte spem hāc friuolam falso sibi persuaserit, fore, vt vicinis sublatis gētibus, hostes eos
25 (Romanos dico qui sceptra regibus adimūt) mitioribus animis in te tuāq; hanc gentem fueris habiturus. Is vanus cogitatus q̄ omnibus sit fugiēdus, alieno pīculo (absit vt tuo) facile cognosces. Romani etenim sese orbis dominos supbissime appellitantes totius orbis imperium deorum sibi munere gloriantes delatum, Britonū suæ
30 ditioni subiiciendorum consilio in hanc insulam Albionem (vt pro comperto habemus) propediem traiicere statuerunt. Qui suum nomen ob tyrannidem quā in deuictas gentes indies exercēt maiorem omni populo & gēti iam reddiderūt exosum. Ecquid aliud per deos immortales Romanos victis Britannis & seruituti addictis acturos
35 existimabim9, nisi eos pari auaritia, pariq; iniuste dominādi libidine quibus in Britonibus subigendis, iura, leges, agros, & libertatem eis adimendo grassati fuerint: in Scotos Pictosq; bellū mox esse moturos? Nam q̄ nō aliud cupitā: q̄ nostris omniū agris castellis & ciuitatibus cōsidere ac incubare: nosq; perpetua seruitute premere ac tā
40 dē in exiliū abducere quos p̄ cęteris nobilitate pstātes & magis flo-

rentes audierint?res ipsa documento est. Hęc enim oĩa Carthaginis
vrbis olim potẽtissimę ruina nos facile docere poterit: quã Romani
expugnatã receptãq; in fidẽ & in ea ꝑsistẽtẽ, pacis videlicet cõditio-
nibus quas receperãt seruatis, inuidia stimulãte penit9 deleuere. Qꝫ
si q̃ in tã lõginquis facta sunt regionib9 vos ꝑtereãt, Respicite Gal- 45
los gẽtẽ nobis finitimã: qbus Romanorũ violẽtia deuictis munitio-
nibus, oĩbusq; armorũ generibus ademptis perpetua seruitus est in-
cussa. Neq; sperãdũ, Romanos in nos (toti9 Albionis incolas dico)
si bello victi in eorũ potestatẽ (qđ dii oẽs auertãt) venerimus, beni-
gniorib9 animis futuros: qui subactã gẽtẽ eo duriore semꝑ premũt 50
seruitute quo ipi lati9 dominãtur. Cõmũe iccirco hoc malũ, cõmuni
bus armis ꝓpulsandũ. Romanorũ vis initio arcẽda, ne auctis virib9
eo veniat incremẽti vt prorsus arceri nõ possit. Tua ergo te accinge
virtute (rex semꝑ inuicte) induere arma, hac cũ bellicosa gente: ve-
stra accessione Britonũ vires augete. Cõtra cõmunes hostes in aciẽ 55
descẽdite, priscãq; tutamini libertatẽ: de hoste q reliquo terrarũ non
cõtẽtus orbe i hãc penit9 semotã insulã, nulla ab incolis lacessit9 in
iuria, solaq; dominãdi stimulat9 libidine hostiliter vẽturus est, certã
diis patriis iuuãtibus, habituri victoriã. Quũ deorũ bñficio cõsecuti
ꝑter cõmoda plurima, libertatẽ simul atq; immortalẽ vobis patrięq; 60
parabitis gloriã. Hęc sunt Cassibilani regis nihilo min9 ꝓ vestra q̃
ꝓ sua salute postulata: Hęc Britãnica gẽs votis oĩbus exoptat. An-
derogęus vbi dicẽdi finẽ fecerat, iussi sunt legati paulũ e cõsessu se-
cedere vt qđ postulatis respõdẽdũ foret liberius cõsultaret: his itaq;
semotis req; i cõsultationẽ ducta, oĩm erat sentẽtia Cassibilano regi 65
Britãnisq; amico populo ad cõmune periculũ ꝓpulsandũ cõtra Ro
manos suppetias esse ferẽdas, delectũ habendũ, copiasq; q̃ primũ ad
Cassibilanũ mittẽdas. Impẽsis ꝑtim ex publico, ꝑtim ex priuato cen
su depromptis. Accitis inde legatis, rex Ederus. Pulchrũ (inqt) opus
atq; laudabile lõgeq; vtilissimũ nostrę reipublicæ Cassibilani regis 70
noie petitis (viri Britãnici) vt hoc regnũ a maiorib9 cõditũ, nobisq;
relictũ incolume ab haud dubie imminẽte iã extremo periculo oib9
qui in Albione sedes habẽt tutemur. Qꝫ eñ alienorũ cupidi sint Ro
mani: q̃ domi opulenti, militięq; potẽtes, q̃ superbe subactis gẽtibus
dominentur, multis referentibus qui eorũ experti sunt imperium ac 75
cepimus. Nec quicq̃ magis habemus compertum q̃ si deuictos Bri-
tones suæ subegerint ditioni in nos arma sumpturos, vt vel Albione
prohibeant, vel libertate adempta in seruitutem pręcipitent. Gallo-
rum siquidẽ Hispanorũq; vnde nostri maiores progressi sunt, mala
& qb9 Romanis seruiẽtes quotidie affligũtur incõmoda nõ possunt 80

1 non persuadere. His etenim (nostra quidē sententia) satius lōge fuisset pro libertate mortē pulcherrime decertādo oppetisse q̄ viuētes tam ignominiosę sese seruituti reseruasse. Cæterum Britonibus non sine acri dimicatione regnū, libertatem, leges, iura, adimenda certo
5 scimus, pro quibus & ipsi iure pugnare tenemur, ꝙ ipsis saluis nostra respublica nequeat periclitari. Quocirca decreuimus vna cum Cassibilano populoq; Britannico arma capessere, & in certamen spe certa iniqui hostis vincēdi descēdere: honestius ibi (si diis ita visum fuerit) vel mortem obituri q̄ si domi manētes amico populo regnū
10 cū libertate adimi sinēdo, patriā, liberos, penates deos, hostibus pro diderimus. Exercitū igitur conscribemus ad bellum eūq; sine mora Trinouantū in Cassibilani auxiliū mittemus: hortabimurq; enixius per legatos nostros Gethum Pictorum regē cū gentis primoribus ad similia vel ex fœdere pręstāda. Quos speramus omniū qui in Al-
15 bione consident, communi salute permotos nos benigne audituros. Hoc patriæ debemus omnes: hocq; nostra spe inuictis præstabimus pectorib9, Huiusmodi regis oratione Cassibilani legati in spem erecti meliorē, Ederoq; primū, & patribus deinde habitis gratiis abeuntes ad Gethum Pictorum regem, Scotorum cum legatis concesse-
20 runt. Ille postq̄ Cassibilani, gentisq; Britannicæ postulata audiuerat discusseratq; cum Pictorum primoribus maturius suadentibus Ederi legatis vti optauerat Cassibilanus benigne & ex sententia respondit. Legatis exinde domum cōcedentibus Ederus ex omni Scotorum gente decem milia delegit. Quibus Cadallanum Brigantinę
25 gentis præcipuum Cadalli cuius antea meminimus filiū & Doualdum Argathelorum ducem præfecit, Trinouantumq; misit ad Cassibilanum. Fuit Cassibilano horum aduētus eo gratior quo cū hoste potentissimo cui magna pars orbis parebat periculosior expectabatur dimicatio. Acceperat etenim iam tū rex Cassibilanus per explo-
30 ratores Cæsarem magna cum classe Britannica tenuisse littora: exposuisseq; in terrā copias ingentes. Summotis a littore qui ad Cæsaris descensum in insulam prohibendum fuerant destinati, cæsis qui acrius in pugna contra Romanos perdurauerant: aquilam a signifero Romano in Btitannicū littus expositam: vndiq; incolas vim
35 Romanorū declinantes aufugisse. Ad eū nūciū est inter Britones ad modū trepidatū. At Cassibilanus dulci affatu eos cōsolatus ad pugnam vehementer accendit pro patria, pro libertate & iis quę mortalibus sunt charissima cōiugib9, liberis, diisq; penatib9: qbus sublatis hoīm vita neq; tuta neq; honesta esse possit. Certā de hoste ꝓmit-
40 tens victoriā ꝙ non ob iustū honestūve, sed aliena rapiendi scelerata

cupiditate, in Britannos Cæſar impie bellum acceperit. Auxit victo
riæ ſpem Scotorum Pictorumq; militum, quibus plurimū confide
bāt Britanni, aduentus. Neq; diutius immoratus Caſſibilanus omni
bus cū copiis magnis itineribus mouet in hoſtes. Præmiſſis equiti-
bus & eſſedariis qui Romanorū turbarent ordines. Bis primū leui 45
incurſione cū hoſtibus dubio ſub Marte eſt pugnatū. Sūmis deinde
congreſſum copiis. Sequutū dubiū certamen pugna vtrinq; acerri-
me perdurante quoad Tenantii Cambrorū Corneorūq; ducis cum
nouo agmine aduentu, rotarū tintinabulorū ab ęquorꝫ armis qui in
Eſſedis erant, pendentiū ſtrepitu hoſtiū acies perculſę tergaq; dan- 50
tes verſę ſint in fugam. Hos Britanni & qui cū eis erant auxiliares
Scoti Pictiq; ſequuti effuſim tanto ſudore parta victoria abutentes,
haud maiorē cladem intulerūt hoſtibus, q̄ ab eis receperūt. Romani
fugientes ordines obſeruabant, inſiſtebāt firmiter ſequētes ſigna, nō
nūq̄ pugnā redintegrare, q̄ hoſtē viribus eo longe inferiores conſe- 55
qui nō poterant, conati. Britones diſpalati haud ſine ſtrage eos ſunt
perſequuti: nec ante noctē a prælio & perſequutione eſt ceſſatum.
Cęſar ilico vbi hoſtes a pugna abſtinuerāt, Romanos milites multa
opera congregauit, ſautios ad naues iuſſit deferri. Ipſe prima luce
bellum redintegrare acriq; pugna acceptam vlciſci contumeliā ſta- 60
tuit. Sed vbi acceperat Romanas naues vi tempeſtatis ita afflictas
vt earū plurimę nullū ſui vſum amplius pręſtare poſſint, veritus ne
claſſis ſuæ calamitas hoſtibus animū augeret, ſuis vero paululū de-
traheret, vindictā in aliud tempus, quo cōmodius inferri poſſet dif-
ferendū, ſuaſq; naues q̄ primū reficiendas cenſens, ſuo ſe loco conti- 65
nuit. Et breui tēpore intermiſſo in caſtra quæ in Oceani littore loco
& arte & natura munitiſſimo cōſtituerat exercitū reduxit.. Relictis
inde nauibus quę grauiſſime erant afflictę vt ad nauigādū ineptis,
reliquis ad nauigationē reparatis idoneam tēpeſtatē nactus noctu
eas conſcendit, præda ingenti in caſtris dimiſſa quā nauiū pœnuria 70
tranſportare non poterat. E portuq; ſoluens incolumis ſuis cum le-
gionibus in continētē deuenit. Fuit annus ille quo Cæſar primū in
Britāniā cū Romano exercitu traiecit Ederi regis quartus ab orbis
conditione nonus ſupra triceſimū centeſimū & quinquies milleſimū
Ante incarnatū Chriſtum dominū, ſexageſimus. Britones & qui cū 75
ipſis erant auxiliares. Albiani caſtris occupatis Romanorū prędam
inter ſe militari inſtituto ſunt partiti, Peperit ea victoria Cæſariſq;
diſceſſus quē pro turpi fuga ipſi habuerūt, Albianis omnibus ingē
tem lętitiā. Qua de re ſacris celebritatibus (vt ea fiebat ætate) gē-
tili more diis immortalibus immenſas gratias habuere. Confidētes 80

1 sese perpetuo a Romanorũ iniuria liberatos. Nullũq; deinceps externorũ belli inferẽdi causa in Britãniã traiecturũ. Cadallanus vero cũ Scotorũ exercitu paucis amissis militibus amplis muneribus donatus a Cassibilano rege in Scotiã reuersus, regi Edero oĩa quę ge-
5 sta sunt ordine pandit. Victũ Cęsarẽ ad mare pulsum inde traiecisse in Galliã magna Romani exercitus parte amissa, victores Albianos ingẽti pręda potitos. Fore ꝓpterea (vt cõstans erat omniũ opinio) vt Romana arma iis q̄ in Albione cõsiderẽt deinceps minime timerentur. Scotos milites regi Cassibilano Britannicęq; genti plurimũ
10 fuisse acceptos. Cassibilanũ ac Britonũ maiores vniuersa cũ gente Scotis plurimas egisse grãs, ꝗ eorũ ope atq; accessione ab extremo prope periculo hoste adeo opulẽto deuicto, honesto sint certamine liberati. Nihilq; eos deinceps Scotico noĩe charius vnq̄ amplexuros. Ederus rex de victoria in tãtũ hostẽ vehemẽter gauisus diis gratias
15 habere iussit, triduoq; publicas fieri supplicationes: victimasq; deorũ aris adhiberi. Sequutus populi plausus ingensq; lętitia. Ex his natus est triũ gentiũ, Scotorũ, Pictorũ, & Britonũ tãta amicitia, tanta cõgratulatio, & necessitudo, vt firma pace perpetuo viderẽtur côuicturi. Peractis sacris, rex publicis regni negociis, hyemem quæ hoc
20 bellũ est subsequuta, æstatẽ vero, vt adolescẽs cõsueuerat, venatu cõsumpsit. Nec quicq̄ vel senex re venatica libẽtius est amplexus. Emẽso hinc anno a Gallis mercatoribus q̄ Enuernessam mercatus causa aduenerãt didicit Cæsarẽ omni pacata Gallia immẽsam parasse nauiũ classem: cũ qua & plurimis Romanorũ legionib⁹ in Britãniã vl
25 ciscẽdę iniuriæ quã superiori anno acceperat ac insulę Romanę ditioni subigẽdę gratia haud dubie traiecturum. Cuius rei frequẽtes Gallorũ literę quibus Cęsaris imperiũ erat exosum Britãnis firmiorẽ fecere fidẽ. Hęc vt acceperat Ederus, extẽplo legatos in Britãniã ad Cassibilanũ mittit, qui si vera apparerẽt quæ fama de Cæsare re-
30 ferebãtur ne amicus populus tãta Romanorũ opprimeretur vi, decẽ armatorũ milia suo nomine regi Cassibilano, populoq; Britãnico in auxiliũ offerrent. Venere legati Trinouantũ regis Ederi mãdata ad Cassibilanũ ꝑferẽtes. Renuere Britonũ primores (Cassibilano multũ aduersante) Scotorũ oblata: penes se esse asseuerãtes qui Roma-
35 nũ iam paucis diebus profligarant exercitũ. His & victoria & quotidianis in re militari exercitationibus auctã alacritatẽ actũ de Britannis si ad omnẽ hostiũ incursum exteris egeant auxiliaribus. Nefas esse victoribus Britannis cũ Romanis a se victis conflicturis de victoria dubitare. Renunciata legatione Edero Scotorũq; primori-
40 bus: omnes ad vnũ demirati sunt Britonũ amentiã: ꝗ auxiliares ad

bellum quod in Romanos orbis pœne dominos necessario fuerant gesturi, recusassent. Breui futurum præsagientes, vt inclytum illud Britonũ regnũ nobilium quorũdã vno fœlici successu tumentiũ temeritate, grauem pateretur iacturam. Idq; rei exitus mox paulo cõprobauit. Enimuero Cæsar paucos post dies Britãniam repetiit: sub cuius accessum qui littus seruauerãt nauiũ multitudine territi retro abierunt: ipse itaq; Cæsar exercitu in terram exposito, ter a Cassibilano pugna infœlici est petitus. Nouissimo conatu fusi sunt Britanni, multis militibus cæsis. Captis tribus ducibus omniũ prẽstãtissimis, Anderogeo Cisentorige & Tenantio. Ea clade Britonũ copiis solutis domum concedentibus Cassibilanus tot incommodis aliis super alia attritus, desperatisq; rebus Cæsari se dedit: datisq; obsidibus pactus est vt Britannia populo Romano vectigalis esset. Cæsar acceptis obsidibus Cassibilanum recepit in fidem: imperauitq; vt vectigalis tria milia argenti pondo populo Romano Britãnia in annos pẽderet. Ingressus Trinouãtũ in arcẽ quæ fortissima erat, cũ magna ciuiũ honoratione est receptus, vbi haud diu cõmoratus militibus defessis labore recreatis, bellum in Scotos Pictosq; mouere parat. Belli prætextus illi fuit q̃ Britannis eo bello quod nuper gesserat contra se miserint auxiliares, Placuit tamen prius q̃ bellum inferret Scotorum Pictorũq; animos tẽtare per legatos pacem velint an bellum. Pacem si senatui populoq; Romano sese vltro dederẽt ex indeq; forent audientes, bellum si Romanũ pertinaciter cõtẽpserint imperium. Missi sunt igitur legati ad vtriusq; populi reges, qui dicerent Romanis iam cessisse pœne omnia regna deorum (vt par erat credere) munere: qui diuersis populis per vices summũ dederũt imperiũ Assyriis, Medis, Persis, Græcis, nũc Romanis quibuscũ petseuerant: vix in orbe locum ad quem Romana non peruenerint arma vbiq; Romanos deorum beneuolentia vincere, omnia sibi subigere Afros, Ægyptios, Arabes, Syrios, Palestinos, Parthos, Tyrios, Galathas, Asiaticos, Macedones, & cunctos Græci nominis, Hispanos ad hoc Gallos, Britones, vniuersumq; fere orbẽ quẽ Oceanus cingit Romanis legibus tũ parere. Nulli deniq; gẽti aut populo Romanũ incognitũ imperiũ, nisi forsitan sint quas cęterę omnes gẽtes ignorant: nullibi mortalibus vitã tutã, nullibi honestã si nõ vbi leges dominãtur Romanæ. Senatũ populũq; Romanũ omniũ gentiũ patrociniũ esse portũ atq; refugiũ. In hoc laudẽ eius esse vt socios & amicos fide & æquitate defendat, Propterea plurimũ afferre splendoris Scotorum Pictorũq; genti cum Romanis inire societatem, amicos & socios pupuli Romani & haberi & esse: quibus tot ciuitates, tot

regna in prouincias redacta, tot reges subacti bello, deseruiant. Id Cæsaris populiq; Romani pro vtriusq; populi cõmodo mandatum, illis summopere expetẽdũ, nisi diis forte qui iã omnia Romano imperio subiicere decreuerũt plane voluerint aduersari. Hęc vbi Ederus rex, Scotorũq; primores recitata audiuerãt: fraudẽ blãditiis subesse vehemẽter suspicati liberos, cõiuges, patriã, libertatẽ omni qua possent vi ad extremũ se defensuros responderunt: omnẽq; mortem seruituti præferendã: Romanorum nomen eis solum eo cognitũ ꝙ fama referente supra cõmune hominũ ingenium cupidissimi prędones aliena rapuerint. Sceptra confictis causis ademerint regibus, Liberos plęrosq; populos impio bello subactos turpi presserint seruitute, fascibus securibusq; subdiderint. Qz si bello se petere instituissent Romani nulla irritati iniuria vt sibi regnũ, iura, libertatẽq; adimerent: se contestatis numinibus penes quę & regum & iniuriarum vlciscendarum potestas, ad vnũ decertando pro patria pulcherrimã mortem oppetituros. Haud dissimilia Romani legati respõsa a Pictorum rege gentisq; maioribus acceperunt. Cæsar Scotorũ Pictorũq; responsis legatis recitantibus auditis: secũdam legationem ad eos decreuit quæ asperiora longe perferret. Et vbi in Ederi cõspectũ est deuentum dato Scotorum consessu, eorũ qui ea legatione fungebãtur maximus natu, Suadet (inquit) Cæsar Romanus Consul, rex Edere viriq; Scoti, Albiani, vt totius orbis potẽtissimis cedatis ne libertatem, regnũ, vitã, cũ Romanis dominis orbis temerariẽ decertãdo in exitiale trahatis discrimen. Moueãt vos cæterarum rebellium gentium incommoda, Romani populi maiestas, nominisq; magnitudo: placet ne experiri belli fortunã Britonũ more qui nuper dum libertatẽ cupide nimiũ (ne dicam stolide) tutari conarẽtur nobilissimis qbusq; pertinaci pugna, aut captis, aut ferro absumptis perpetuã sibi parauere seruitutem. Quid vobis cũ orbis victoribus Scoti Albiani. Tãtũ ne vestris viribus confiditis imprudentes, vt falso putetis Romanos omniũ gentium domitores a vobis vltima orbis gẽte posse vinci, orbemq; ab Romanorũ seruitute liberari? Vires ne vestrę quę pœne nullę sunt ad Romanas collatę deleta imperia restituent? Reparabunt ne regna? An ignoratis multos Romanorũ duces animi vigore cum fortitudine tum rei militaris industria Cæsari pares: quorum etiam rerum gestarum fulgore eędem regiones illustrãtur quibus solis cursus terminatur. Verũ vnicũ vincere Cæsarẽ plus ꝙ̃ orbis est opus, vñ hęc cęca adeo vobis temeritas? Cõtẽnitis ne deos quos quia omnia Romanis subiiciũt necesse est ab eis stare, eorũq; pręsides & tutelares esse. Qz si vobis persuasum habetis aspe

ris montibus,paludosis locis,& ob hoc exercitui inuiis quibus hę re
giones plenę sunt,reiq; frumentarię inopia Romanũ exercitum fati
tigandum , vos ea in loca confugientes vestris cũ opibus securos &
incolumes permãsuros, Cæsarẽ istinc necessario discessurũ: Discite
qui vobis vestrisq; hisce rebus inconsulte adeo confiditis hæc nihilo 45
magis Romanos posse mouere ab instituto , q̃ si hæc vestra loca ad
gerendũ bellũ omniũ essent aptissima atq; omnibus, ad humanum
vsum accõmodatis refecta. Sunt Romani militari disciplina omniũ
mortaliũ peritissimi,corpore agiles ad inaccessa loca superanda, ad
cursum,ad omne gen9 certaminis:somni cibiq; parcissimi,nulli peri 50
culo quod in bello excogitari potest nõ assueti.Frumentũ ad exerci-
tus vsum ex Britãnia,Gallia,& Germania dũ opus fuerit senatui po
puloq; Romano iam vectigalibus cõportabitur . Ipse Cęsar ad oẽs
casus iam cõparauit cõsilia.Idcirco si res Scotica vobis sit curę,si sa
pitis,vt sapiatis potius cauete ne magis pertinaciter q̃ prudẽter de- 55
certando inextricabile malum vestris assuatis capitibus,atq; exitiale
damnũ nimia vestra temeritate vobis vestrisq; coniugibus & liberis
paretis : ad hosti ignominiosam deditionẽ faciendam vi pugnando
compulsi,quã iam amico populo pręstare vllo sine certamine hone-
ste potestis.Neq; aliter euenire poterit fatis aduersantibus,si contu- 60
macia tãta resistere perrexeritis quin exuti libertate magnisq; affecti
cladibus in bello necessariam cõtumeliosamq; seruitutẽ suscipiatis :
quã contumaces animi vobis parabunt : quã & ipsi nolentes hostis
arbitrio illatã subibitis in ea perpetuo sine libertatis spe vlla victu-
ri. Sub hanc vocem tantus populi furor & fremitus est subortus vt 65
pœne legati Romani pro concione sint discerpti,adeo seruitutis no
mini fuerant infensi. Verũ ius gentiũ quod nostri semper haud par-
uo in honore habuerunt eos ab iniuria tutabatur. Responsum inde
per Cadallanũ Brigãtum ducem iubente Edero rege Scoticum po-
pulum et si multorum opinione hebeti ingenio & incogitanti , nec 70
tamen fraudulentis Cæsaris blanditiis motum , nec etiam territum
minis impelli ad sese amissa sine certamine libertate vltro deden-
dum seruituti : solitum regibus parere respublicas iure moderanti-
bus haud regnorum pręddonibus.Propterea Romanorum amicitias
nolle ꝙ vti ex blanditiis liquet fraude nõ careant . Iniustas vero ini- 75
micitias simul atq; bellum imminens impie diis arbitris indicen-
dum prorsus contemnere . Hæc pauca dimissi legati ad Cæsarem
Scotorum , Pictorumq; responsa pertulerunt . Quibus auditis
Cæsar grauiter offensus , summo studio bellum in rebelles Sco-
tos Pictosq; parans , mouere in eorum regiones hostiliter instituit . 80

Verũ Labieni literis quẽ in continẽti vt portũ tutaretur & rei prouideret frumentarię reliquerat, certior factus Morinos Neustriosq; quos in Britãniã proficiscẽs pacatos dimiserat rebellionẽ struxisse. Carnutes quoq; magnũ in Galliam cõcitasse motũ. Transgerio quẽ pro sua virtute atq; in se populũq; Romanũ beneuolentia, eis regem pręfecerat interfecto, proposito destitit: cęterũ q̃ cõmeatus militib9 iam deesse cœperat, & Britãnica annona vix suppetebat incolis, neq; e Gallia rebellione prohibente spes vlla erat transportandi: suberat pręterea æquinoctiũ, quãdo maximę ꝓcellę excludere solent a nauigatione mortales. Cõparatis ad casus cõsiliis copias oẽs in Galliam q̃ ibi ad hyemandũ esset prouisum, trãsmittere decreuit. Paucis inde post diebus Britãnia (vt iam diximus) vectigali effecta: Scotis Pictisq; vix territis, Cæsar ab Albione discessit. Hęc de Cæsaris aduẽtu in Britanniã, eiusq; aduersus Cassibilanũ memorabili victoria ac Britonũ deditione haud multũ dissona iis quæ in cõmẽtariis ipse de suis gestis scripserit, ex Veremundo Ioanneq; Campobello maxime sunt deprompta. Vulgaribus autẽ nostris annalibus memoriæ est traditũ Cæsarẽ ad Caledoniam syluam arma perduxisse Romana, Ibi Camelodunũ, Pictorũ regiã expugnatũ diripuisse, reliquisse ibidem e regione vrbis expugnatę haud procul a Carrona amne lapideam domũ quadratis politisq; ex saxis ingẽti mole substructã quatuor supra viginti prope cubitos altã, latam amplius cubitis duodecim vt posteris seculis monimentũ esset illo Romanas copias peruenisse. Addunt & Cæsarem ea domo in expeditionibus vsum pro prætoriana: particulatimq; secũ circũtulisse, hancq; Iulis Hoff, id est Iulii aulam seu curiam, quod nomẽ ad nos deuenit ab incolis exinde appellatam. Verũ quia Cæsarem bellum gessisse in Scotos Pictosq; eruditorum qui Romanas res accuratissime scripserũt nullus prorsus meminerit, immo contra potius cum Cæsarianis commentariis sentire videantur omnes. Huiusmodi expeditionem & quæ in ea gesta vulgo feruntur in hoc qualicuq; opere silentio consulto præteriuimus, nihil hic ingerentes quod iure possit refelli. Quod autem ad ædem lapideam attinet est ea vti nostra hac ætate videre licet forma rotunda, nullas nisi superne per impluuium fenestras habens, veterum delubrorum instar quæ Romæ visuntur, lapideis subselliis intus vti vestigia ostendunt in coronam ductis, pauimenta eius tessellata, olim sectiliaq;, id lecta fragmenta demonstrant. Aquilæ quibusdam insculptæ lapidibus, nunc vetustate pœne attritæ: ingens in ea saxum ad meridiem fuit, eo pro ara ethnici vsi putantur. Quare propius vero existimãdũ, quod Veremũdus de eadẽ æde scri-

ptũ reliquit Suetonio ac Cornelio Tacito ꝓbatissimis Romanæ rei
scriptorib9 cõsentiẽs: id esse tẽplũ a Vespasiano in Claudii Cęsaris,
ac deæ Victoriæ honorẽ polito lapide haud procul a Camelodunо
aliquãdo structũ. Quod titulũ lapidi supra foces insculptũ aliquãdo
admonuisse, cõstans perseuerat fama, Eundẽq; lapidẽ Eduardi primi 45
Anglorũ regis iussu, dũ Scotorũ regnũ fœde popularetur vt moni
menti aboleretur phama effractũ. Extat locus vti est videre vnde la-
pidẽ extrctaũ asseuerãt. Sed de hac re postea latius dicem9. Iã Ederi
acta prosequamur. Is dũ cõtractis ex Hebridibus cũctisq; Scotorũ
regionibus copiis Romana arma in se mouẽda expectaret plurimũ 50
in insulis est tumultuatũ. Murketus quidã homo illaudat9 Gilli de
quo supra affatim dictũ, nepos, collecta sceleratorũ manu ex Hiber
nia, multis biremibus in Hebrides latrocinatũ venit. Nouerat vete-
rator insulanos pœne oẽs ad bellũ quod cõtra Romanos tũ paraba
tur Ederi regis edicto domo ꝓfectos: & ob id licẽtiosius in insulis si 55
bi debacchari datũ, Murketi aduentu mulierũ atq; virorũ, qui corpo
ris ob imbecillitatẽ domi remãserant, cõplures sunt oppressi, pręda
ingens collecta. biremibus imposita. Aduersum hũc Cadallanus cũ
exercitu missus nocturno incursu biremes aggressus pœne sine pu-
gna cepit. Ab alto inde reductas in Govveram vnã Hebridũ insu- 60
larũ armẽta & quos captiuos ducebãt expositos vt domũ proficisce
rẽtur permisit. prędones vero quoꝶ magna vis spe quęstus illuc cõ
fluxerat in littore, ipm vero Murketũ veluti latronũ principẽ, edi-
tiori loco furca suspẽdi iussit. Eo pacto hic motus, oppressis authori
bus, est pacatus. Reliquũ Ederi principatus tranquillũ fuit, bellis & 65
ciuilib9 & externis sedatis. Demũ quũ octo supra quadragita impe
rasset annos fact9 admodũ senex cũ graui diutius elãguisset morbo
Euonii vita decessit. Peruenit eius impiũ ad Augusti Cęsaris Roma
ni principis annũ sextũ supra vicesimũ: cõditi orbis quinquies mille
simũ, centesimũ, octogesimũ tertiũ. Elatus regia põpa (vti ea fiebat 70
ætate) celebri monumẽto in cãpo Euonii est sepult9: obeliscis mul-
tis vt iã tũ ab initio gẽtis erat institutũ eo in loco erectis. Potuisset
Ederus viuẽs atq; mortuus fœlix dici ob pstãtissimas virtutes, hono
res quoq; ab vtroq; sexu oiq; ordine & ætate ipsi in Albione exhibi-
tos, nisi pessimũ omniũ filiũ Euenũ q tertius eo noie imperitauit, re- 75
liquisset regni hęredẽ. De quo deinceps dicẽdũ est. Is a paterno fu-
nere reuersus omniũ suffragiis rex declaratur, quum nemo omnium
esset cui non erat persuasum regem optimi patris & principis Ederi
vestigia imitaturũ. Sed rex declaratus, longe aliũ viuẽdi modũ ag-
gressus, vniuersa vitia est cõplexus primis imperii annis voluptati- 80

bus immersus supra omnẽ petulantiã adolescentũ, vel maxime mulierosorũ, libidine insaniuit. Centũ concubinis, ex nobilioribus matronis virginibusq; exquisitissime delectis vtebatur, tãto numero si forte aliquãdo lassus, satiatus tamẽ nũq̃, semp aũt infamis. Scurrarũ ac nebulonũ quos lenociniũ ab exili ad opulẽtã prouexerat fortunã impulsu, maiorũ regni quosdã proscripsit, quo liberius vacaret libidini. Alios insidiis petitos p impuros fecit occidi. Habuit & animo (vt passim ferebatur) optimos quosq; quibus sua flagitia erãt inuisa, simulatis causis, fortunis exhaustos, variis cruciatib9 interficere.

His flagitiis deditus omnia luxu & libidine fœdando nõ minus turpiter q̃ infœliciter sex ãnos obtinuit imperiũ: Scelestis multis, quos nec probri nec infamię vllus retinuit pudor, spe quęstus principis p bãtibus libidinẽ. Inde versus ad auaritiã: ingenio illiberali ac prope modũ sordido est effectus. Et ob id suis aulicis qui spe solũ muneris obsequebãtur ingratus. Multos sine vlla deorũ hominũq; reuerẽtia quęsitis occasionibus, prędiis, agris, supellectili, omniq; re pecuaria spoliauit. Tãta demũ insania est aspersus, vt latrones publicitus foueret, defenderet oẽm i plębeios noxã atq; rapinã prędę adẽptæ particeps effectus. Fecit ad hęc plura relatu indigna, leges tulit improbas oẽm olentes spurcitiã. vt liceret singulis suæ gẽtis plures vxores aliis sex aliis decẽ p opibus ducere. Nobilibus plębeiorum vxores cõmunes essent, ac virginis nouę nuptę, loci dominus primã libãdi pudicitiã potestatẽ haberet. Hęc lex tãetsi reliquę duę regũ authoritate haud multo post penitus sublatę fuerunt, nullo labore longa post secula potuit abrogari. Adeo ea pestis magnatũ adolescẽtũ animos infecerat. Eã tãdẽ Malcolmus Cammor rex, diua Magareta regina suadẽte (vt opportuniori referetur loco) veluti in deũ & homines iniuriã prorsus submouit sanciens nũmũ aureum (Marchetam nostra vocat ætas) in nuptiis sponsę pudoris redimendi causa loci domino pendendum. Idq; populares nostri vel hoc æuo obseruant, Sed ad Euenũ redeo. Huius scelera vbi omniũ auribus referente fama fuerãt incussa, Regni primores, tãtorũ tãq; pniciosorũ in rẽpublicã flagitiorũ in principe toti9 gẽtis moderatore ptęsi, indignatiq; effœminatũ mõstrũ, illiberalitati, latrocinio, rapinisq; addictum, adeo vt prædonem se potius q̃ moderatorem exhiberet, sibi p̃ esse ęquum ac iustum colentibus: in ipsum extemplo cõiurant. Euenus cognita coniuratione incompositis quibusdã paucis copiis progressus ad pręliũ primo congressu omnibus destitutus sine pugna viuus in hostiũ potestatẽ deuenit, publiceq; deputatus est custodię. Patrũ inde facto consessu placuit oĩm suffragiis vt Cadalano regni

moderatore dicto, Euen9 magistratu abdicat9 perpetuo seruaretur in vinculis. Id quod factum est, oibus ob eius scelera acclamātibus. Nocte autē quę eū diē est sequuta ad Euenū ingressus audax quidā adolescēs eū in carcere strangulauit. Id Cadalano summopere placere arbitratus: Sed sua falsus opinione, iubente Cadalano ob nefariū 45 crimen admissum, multis conspiciētibus furca postea est suspensus. Eueni itaq; talis fuit exitus: qui septimo āno q̄ imperare cœperat in carcere est extinctus. Augusti vero Cęsaris Romanorū principū fœlicissimi anno tricesimosecundo Metellanus Ederi nepos ex fratre Carrano (Eueno etenim nulli fuere liberi) cōtinuo successit, omniū 50 Scotorū regū q ad id tēpus fuerāt modestissimus. Nulla sub illius principatu aut intestina aut externa vrgebāt bella. Fœlicibus auspiciis omnia domi forisq; gerebātur. Multa regi in homines clemētia, in deos deorūq; sacerdotes (vt tū stultę fuit gētilitatis) obseruātia permulta. Spurcas Eueni leges quarū loco haud multū ab hoc di- 55 uerso est facta mētio, abrogare plurimū est annixus. Sed magnatū qui Veneris & omniū voluptatū remissas habere gaudent habenas, importunitate victus ne forte tumultum sentiret, proposito destitit. Venere eo fere tēporis Romani legati ad Kymbalinū Britonū regē qui ei gratularētur q̄ post adeptū regnū senatus populiq; Romani 60 amicissimus, officio & pietate perstiterit ostēderēt. Iā totū orbē pacatissimū esse, mortales vbilibet inter se pacē agere, qualē nūq̄ antea omniū ætatū memoria: hortarētur vt cęterarū gētium humanarum exemplo cū vicinis principibus & populis pacē seruarent, extinguerentq; omnē intestinā litem & externā. Id ad Augusti qui iam toto 65 pœne orbe bella sopiuerat, populiq; Romani, immo totius orbis fœlicitatē q̄ maxime attinere. Adiere & Octauii imperatoris iussu legati Metellanū Scotorum regē haud dissimilia ostēdentes, orantesq;. Audiēs autē Metallanus Romanis ex legatis pacē & ociū humanis gētibus vndiq; data, vltimos oriētis populos Senatus populiq; Ro 70 mani amicitiam petiuisse, misisse Cęsari Augusto coronas aureas cū opimis donariis, Octauii imperatoris populiq; Romani maiestatem nominisq; magnitudinem veritus, legationibusq; & obseruātiis Romanorū beneuolentiā, cōparare volens: Augusto Cæsari diisq; pena- tibus in Capitolio, donaria quędā misit, suo Scotorūq; gētis nomi- 75 ne offerenda. Vnde firmā senatus populiq; Romani assequutus est amicitiā: quę illi regnoq; multos deinceps annos perdurauit. Harū legationū Strabo scriptor celeberrimus eo libro quem de situ orbis inscripsit, quo loco differit de Britanniæ situ, figura, incolarum moribus, duplicíq; Cæsaris in insulam traiectu, scite meminit & ele- 80

ganter: Romanorũ scriptorũ more Britannię nomine totam signifi
cans Albionẽ. A gentibus itaq; omnibus populis pacẽ & ociũ Chri-
stus dominus pacis dator & author, omniũq; rex, natus est ex alma
virgine Maria Annæ & Ioachim filia in Bethleẽ Iudęę ciuitate: quo
pastores angelica voce, tres magi ab oriente, cælesti signo admoni-
ti, ad locum puerperii festinantes concurrerunt. Multa quoq; inaudi
ta miracula vt sacris refertur literis in Seruatoris ortu euenerunt. In
cidit sacratissimus ille partus in eum annum qui fuit decimus Me-
tellano regi: Cęsari vero Augusto, secundus supra quadragesimum.
Fuit idẽ annus ter centesimus, tricesimus a Scotorum regni condi-
tione: mundanæ originis nonagesimusnonꝰ, supra cẽtesimũ ac quin
quies millesimũ. Imperauit exinde Metellanus aliquot annos, sum-
ma pace, nulli iniurius, omnibus gratus, vbiq; in Albione fama no-
tus & fœlicitate. Extinctus est tandẽ princeps omni vita pacificus,
anno sui principatus nono & tricesimo: partꝰ Virginei vicesimo no
no, qui fuit Tyberii imperatoris Romani quartus & decimus. Cla-
ruere ab initio Ederi principatus ad hæc tempora: Romę, Virgilius
Maro poetarum omniũ qui latine scripserũt facile princeps. Hora-
tius Flaccus, Ouidius Naso poesi insignes. Cicero orator (vt Pliniꝰ
de eo scribit) extra omnem ingenii aleam positus. Marcus Varro to
gatorũ iudicio omniũ doctissimus Strabo accuratissimus orbis de-
scriptor. Titus Liuius, & Sallustiꝰ historię scriptores clarissimi: qui
multa & eruditione & sermonis venustate supra cõmunem hominũ
facultatem Romanas res memoriæ dederunt ad posteros. Multiq;
alii, & philosophi, & oratores virtutibꝰ clari, & disciplinis insignes.
Id profecto tempus illud exegisse videtur quando primũ virtutũ &
scientiarum dominus in humana carne visus est in terris, atq; (vt
ait propheta) cum hominibus conuersatus. Sed cœptam de nostris
prosequamur historiã. Nulli Metellano superfuere liberi, extulerat
eñ oẽs viuẽs, princeps alioqui felix. Propterea ad Caratacũ Brigan
tum principem illustris Cadallani (de quo viro eiusq; fide in rem-
publicam supra illustris est habita mentio) filiũ regis Metellani ne
potẽ ex sorore Europeia res Scotica deuenit. Is multis prosperis re-
bus atq; opibus florens, quas dum Scotorum rei summam sub Me-
tellano, graui senio confecto administraret collegerat, cæteros Al-
bianæ gẽtis superabat proceres: adeptoq; principatu oĩbus ad per-
fectionẽ peractis, nullã Scotorũ regionẽ nõ adiuit. In Hebrides ma
gno exercitu transmisit, q̃ regium prefectum illic turbidas res audi
uerat cœpisse. Insulanorũ motus nõ sine magno labore compescuit,
cõiurationis authoribus vltimo supplicio affectis. Pacatisq; ita rebꝰ

Hebridianis, in Albionē reuersus rex Caractoniū concessit. Erat ea ciuitas Silurū tum maxima, a qua Caractani regio Brigantibus ꝓxima videtur nomen sortita. In ea Caratacus natus, nutritus, educatus: vbi loci captus amore, postea plurimū sese continuit, auxitq; ita vt earū regionū haberetur amplissima. Huius meminit Ptolemæus Alexandrinus, Veremundus, nōnulliq; alii probati scriptores. Dum hæc in Scotia aguntur. Extincto Kimbelino Britonū rege, quo adulescente Cæsar Augustus Romæ familiarissime fuerat vsus, & per hoc in Romanorū fide & amicitia semper persliterat: Guiderius populi suffragiis in demortui locū sufficitur. Is ferox adulescens stabilito imperio indigne ferens Britannicā gentē, suapte natura liberam sic Romanis subactam vt non pareant modo, sed etiam seruiāt: spe libertatis erectus indicto publico primorū consessu coram eis multas Romanorū iniurias, atq; ignominiosam suæ gentis seruitutē, lōga questus est oratione: quippe ꝙ illi Britannicas munitiones præsidiis tenerent, transfugas reciperent, pręmiis & honoribus in Britonū reipublicę incōmodum afficerent, obsides ex pacto non restituerent. Sed Romæ cogerent, haud sine ignominia consenescere, multaq; alia & prope infinita agerent in Britānici nominis, regni, ac gētis perniciem. Rebellandū ergo tandem censuit, seruileq; iugū haud diutius ferēdum. Hęc rege in tanto memorante cœtu, nobilium popularriumq; ardor in vultu eminebat fineq; dicendi ingens alacritas est subsequuta. Ilicoq; ad arma concursum haud multo post vbiq; tumultuantes insulani in Romanos omni crudelitate sęuierunt, perierre eo tumultu quicunq; Romani nominis illic erant, quos fuga aut munitio aliqua nō tutabatur. Coegit inde Guiderius rex, copiosum exercitum consilio Romana præsidia priusq̄ Romę coniuratio nunciaretur vbiq;, in Britannia exterminandi. Claudius imperator (is tū rem tenebat Romanā) eorum quæ in insula gerebantur accepto nūcio, tametsi ipse Britannicā expeditionē suscipere habuerat in animo Aulū Plāctiū & Cnęū, Sēsiū viros cōsulares, vt eminēti periculo citissime occurrent ad motus comprimendos cū copiis misit in Britanniā. Planctius & Cnęus in Britānię partem quæ Gallis est proxima deuenientes copiis expositis in insulam, arces Romanis audientes primū valide pręsidiis miniuere. Ipsi ne obsideri viderētur legionarias cohortes in loca educunt campestria, castraq; ibidem locant vt si cum hoste foret congrediendū parati essent ad omnia pericula subeunda. Guiderius rex expeditis suorum cohortibus haud multo post, Romanos acri accepit prælio. Aliquādiu vtriusq; partis robore ęquata pugna: Britannis magna ferocia pro libertate, hostib9 mi-

45 50 55 60 65 70 75 80

litari peritia,pro imperio & vita concertantibus tandem ad Roma-
nos inclinata victoria.Effugere Britones exiguo damno, inclinante
iam die:crebra dehinc prælia sequuta haud sine tum Britonum,tum
Romanorum strage.his ea ęstas consumpta,sequuta hyeme, Roma
næ copię,castris:præsidia munitionibus se continuerunt.Sub id tē-
pus missi legati a Guiderio ac Britonū maioribus ad Caratacum re
gem:vbi vero in eius deuenere conspectum eorū quidam cui res mā
data fuerat. Æquum(inquit)censeo(Catarace rex illustris) vt qui
exteras adeunt gentes aliena imploraturi(vti nunc ipsi facimus)au
xilia si nec meritum,nec societas cum iis a quibus auxilia imploratu
ri venerant intercedat,doceant primū ea quæ ab ipsis iis vnde petū-
tur esse conducibilia, & honesta paremq; gratiam officio non defu-
turam.Quod cum ita sit nos Guiderii regis Britanniciq; populi le-
gati,ea singula probaturi,vestrumq; auxiliū imploraturi ad vos sup
plices venimus, graui bello p̄ssi. & omnis amicitiæ, omnisq; auxilii
pręterq̄ vestri Pictorumq; gētis inopes,Romanum populū qui nos
indies magis exitiali iniuria lacessit, hostem & opibus & militari di
sciplina humanā supra existimationē potentē fateri est necesse:haud
tamen,vti nobis spes inconcussa est,inuincibilē.Pulsus em̄ est Cęsar
Romanoꝝ ductor insignis e nostris vestrisq; regionibus,vestrorum
maioꝝ auxilio & virtute:Cui Gallia tota,Germania,Hispania,Gręcia,
Asia,Ægypt⁹ & Aphrica bello cesserat.At ii q̄ nūc has nostras
sedes prædari nituntur vix Cęsarianoꝝ vltimę sunt reliquię.Vestro
procul dubio eo ampliori cum decore(modo ita dii sanxerint)vin-
cendi ꝙ sese orbis dominos vos vltimā orbis gentem superbissime
insultantes appellitant.Ad hos Albionis finibus arcendos quādo id
nostris viribus fieri nequeat,vestram rex proceresq; optimi implora
mus opem.Quā si vti confidimus, veteris amicitię memores, nobis
bello pœne periclitantibus præstabitis,procul dubio rei honestę vti
lisq; consulentes vobis nomen decusq; parabitis æternum. Primum
ꝙ propulsantibus iniuriā,non inferentibus opitulamini,veteres ami
cos amici præcipui tanto imminente periculo,hostili leuantes metu:
pro libertate, pro diis patriis gerentes bellum : quibus studiis ani-
misq; nihil in humanis,aut esse,aut cogitari potest honestius. Dein-
de ꝙ vos vestrumq; regnum magno liberabitis periculo,vbi Roma
ni vobis iam ex professo inimici nos subigere conantes, vt viam ad
vestram rēpublicam inuadendam muniāt, vestra fuerint ope ab hac
insula,cōmuni nobis nunc patria prohibiti.Quæ quum ita sint (vi-
ri fortissimi)vestrarum erit partium si huius vestri imperii saluti, si
vestris capitibus consulere cupitis,hoc regnum omni munimine,cō

tra Romana arma firmare. Quod facile consequi poteritis, si vna no
biscum Pictorum cũ gente, quæ se ope summa ad bellum parat, ad-
uersus cõmunes hostes descenderitis. Quã rem nihilo minus ad ve-
stram q̃ ad nostram salutem pertinere audacter affirmamus: ꝙ Ro
mani vbi nos vicerint prelio, spoliauerint opibus, subegerint in po-
testatem & Britanniam (vti haud dubio conceperunt animo) in pro
uinciæ formã redegerint ad vos suę ditioni subigendos multo potẽ
tiores sint futuri. Petẽdi igitur sunt hostes prelio, dum nobis assunt
vires, dum vtraq; gens alterius opis accessione fortior, prudentior,
aptiorq;, ad hostium iniuriam propulsandam censenda est. Enimue-
ro si vires cuncti coniunxerint Albiani, tantũ proculdubio Roma-
nis viribus detraxerint, quantũ ex quorũlibet populorũ comparaue
rint ope. Coeãt igitur Scotorũ, Pictorum, Britonũq; vires in vnum,
suademus, hortamur, & si patimini, precamur: sociaq; vt amicos po-
pulos, & pro cõmuni libertate contendentes decet, induamur arma,
ad imminentẽ iniuriam arcendam. Quãdoquidẽ si (qđ dii boni auer
tant omen) victi forsan fuerimus nobis cõtumelię nequaq̃ dari pos-
sit, ꝙ non vnius gentis aut populi, sed totius orbis viribus opibusq;
vincamur. Sin victores fuerimus, quod iusta nobis causa sperare sua
det: quę nõ tam nostra, q̃ vestra fuerit victoria, fiet vt non modo Ro
manis, sed omnibus gentibus dehinc simul oẽs formidolosi simus.
Hęc vbi dicta, Caratacus rex huiusmodi verbis respondit. Si nostra
auxilia vltro vobis oblata, quum Iulius Cæsar Romanorum consul
vobis iniuste bellum intulit non abnuissetis viri Britones, iam nec
vobis opus esset, externa implorare auxilia, nec nobis contra poten-
tes adeo hostes arma sumere ꝙ iunctis viribus, hostibusq; facile pro
pulsatis, nos omni timore hostili leuati, sedes in Albione teneremus
quietas: verũ satius est (vt aiunt) aliquando licet tarde q̃ nunq̃ sape
re. Cæterum non quomodo Romanorũ iniuriam olim propulsare
potuissetis: sed quo pacto nunc illam imminentẽ vitare, cõmuniq;
mederi possem⁹ periculo necessario venit cõsulendũ. Bellũ cõqueri-
mini (viri Britones) iniuria vobis illatũ ab opulẽtissima orbis gen-
te: aliena rapiẽdi, oĩbusq; dominãdi cupidissima. Cui vestrapte culpa
subacti multos abhinc annos deseruistis: vos intestina cõturbat sedi
tio: qua vna ꝑdurãte vestra respublica nunq̃ erit libera: vestras .n. ar
ces, vestrasq; munitiones, Londinũ, Eboracũ, ac cęteras Britãnię pr̨ę
stãtissimas ciuitates Romana occupant præsidia. cãpestria oĩa Ro-
manis copiis & castris sunt referta: Legiões Romanas multosq; mi
lites auxiliares, cũ Claudio Cęsare & Vespasiano viro cõsulari, quẽ
in rerũ partẽ ab Claudio audiuimus assumptũ vestra rebellione au-

dita propediẽ in vestrũ regnũ traiecturos accepimus:tot aũt & tantos hostes superare tantãq; vestris finibus arcere vim,vos & prelíis, & calamitatibus fracti,vbi etiã ceterarũ gentiũ, quę in Albione sedes habẽt vires vestris accederẽt,nisi dii Romanis fuerint aduersi,ꝑcul oĩni hęsitatione nõ valebitis.Ea propter cẽseo extinguẽdã primũ internã seditionẽ,detrectãda ꝑlia,& quãtopere fieri potest adnitẽdũ ad bellũ iã nobis & vobis vt audimus iminẽs in Galliã trãsferendũ. Qđ quo cõmodius fiat,magna arte habemus sollicitãdos Treuiros, Cimbros, Ma duos, Morinos, Neustrios, Lexouios,Armoricos, & quoscũq; Gallos aut gallis vicinos Romana degrauãt dominia.defectionẽ ab Romanis q̃primũ faciendã:bellũq; in eos facta coniuratione,cõmunibus auspiciis mouendũ: Spondedũq; sic coniuratis naues,milites,pecuniã,aliaq; oĩa quę in eo bello cõficiẽdo hũano vsui forent necessaria a nobis suppeditatũ iri.Cũ his gentibus quę superbissimę Romanorũ tyrannidi non possunt nõ esse infensę ineũdum nobis fœdus.Hoc si consequi poterimus, oẽm belli vim quã in Albianos iã parauerũt Romani,in Gallos sunt conuersuri.Sicq; rebus & vestris & nostris respirantibus,nos hostili incursu (hunc saltem annũ) leuati cõmuni omniũ Albianorũ saluti facilius consulere poterimus:atq; oĩa ad opportuniora reseruare tempora.Sin necessario alia sors nobis subeũda, bellũ tam periculosum nullo pacto euadẽtibus:vniuersos singulosq; Albianos existimo coniungendos,honesto prælio ad mortẽ vsq; dimicaturos:quippe in quo de vita nihil prorsus cogitandum,de honore autem & gloria plurimũ.Cum nullis.n. honestius q̃ cum Romanis mundi dominis nobis pro libertate & diis penatibus manus conferentibus fuerit oppetendum. Sic sentimus & in hac perstabimus sententia, mortem potius q̃ seruitutem subire parati.Huiusmodi oratione Britonũ oratores in spem melioris fortunę erecti animis,Carataco regi & Scotorũ primoribus gratias egerunt q; accensi adeo inueniebantur ad omne belli discrimen publica pro salute subeundum,deos precati,vt penes eos foret victoria,qui honeste adeo,pro libertate,pro diis patriis iam tũ mori decreuerãt. Abeuntes inde,mox vt ad Guideriũ regem peruenere Carataci, ac Scoticæ gentis procerũ expectata retulere responsa. Quibus oib9 ꝓbatis legatiões sunt decretę ad Cimbros,Morinos,Neustrios Armoricos,ceterasq; Galliæ gẽtes maritimas, q̃ bellũ cõtra Romanos suadẽdo,dicerẽt nihil liberis gẽtibus indignius seruitute,iure & legib9 cõmutatis,subiici securibus fascibusq;.Romanos superbe & crudeliter nimiũ imperare,oẽm cruciatũ in subactarũ gẽtiũ obsides edẽtes quotidie nouas iportabilis seruitutis cõditiones excogitare:

easq; ignominiosas adeo, vt q̃cũq; mors ꝑferẽda esset ad libertatem
asserendã,sine qua viuere,modo id viuere sit,expeteret nemini.Cõiu
randũ igit̃ in Romanos,mouẽdũ om̃i conatu bellũ,totã ꝑ Galliam
Romanoꝝ cędẽda ꝑsidia:Albianoꝝ reges illis auxiliares naues,pe
cuniã,milites,arma ad bellũ abunde administraturos.Qui Romani 45
noĩs Plãctio sub p̃tore militabãt multis certaminib⁹ ab incolis peti
tos oẽm nobilitatẽ,oẽmq; eqtatũ amisisse & magna calamitate acce
pta,vel ad mare vsq; pulsos, vel ad arces fugatos: arcesq; paucas iã
tenere,& eas m̃lta obsideri vi,pacisq; cõditiões ab obsidẽtib⁹ petere
obsessos:foreq; ꝓcul dubio vt oẽs ꝓpediẽ in Britãnorũ potestatẽ de 50
ueniãt:spem ꝓpterea certã haberẽt,mõ se ad bellũ armauerint,& ad
idẽ vicinas gẽtes icitarint Romanos e Britãnia simulatq; Gallia sũ
ma cũ eoꝝ contumelia pellẽdos. Morini ad quos primũ Britãnici le
gati ꝓuenerũt,libertatis,cupidi haud respuere oblata.Sed in re tã ar
dua qd respõdẽdũ foret priusq̃ vicinarũ gẽtiũ aĩos fuissent exꝑti nõ 55
satis sciebãt:propterea rogare,ne quę impetrata vellẽt diuulgarent̃.
Quę si essent diuulgata obsides, qui penes Romanos erant in sum-
mũ cruciatum venturos.Iciũ concederent (portus est inter Belgas,
nunc Calesium dicunt traiectui in Britanniã cõmodissimus) illic se
continerent,ne suo ad eos accessu, moraq;, Galliæ populos Roma- 60
nis redderent suspectos,donec secretioribus dinoscerent nũciis vtrũ
Bellouacibus,Neruiis (nunc Tornacensibus)Ambianis,Neustriis
(Normanos dicunt recentiores) ac cęteris Gallici nominis genti-
bus,placerent oblata . Postridie Britannici legati Morinorum pro-
gressi ciuitate Iciũ sunt ꝓfecti,vbi aliquãdiu Galloꝝ expectarũt re- 65
spõsum.Interim dũ sępe vltro citroq; legati inter Galliæ pp̃los mit
terent̃ Guiderio regi nũciatur Aulũ Planctiũ,Romanas copias e ca
stris eduxisse, q̃ i regis fide ꝑmãserãt iuuasisse regiões,ferro & igne
oĩa ꝓsternẽdo.Guiderius re cognita,Romanis necessario obuiã cõ
tẽdit,facto pri⁹ delectu iter pp̃los q ei⁹ parebãt ditioni.Hos vbi in 70
hostiũ venere ꝓspectũ generatim cõstituit, ꝑ turmas paribus inter-
uallis Corineos,Damonios, populos Britãnię e regione Armoricæ
Cherroneso spectãte occidẽtẽ Cãbros,Guallios hac ętate Tegonos
Icenos,Labunos(tenuere hi pp̃li regiones,quas Derbiã,Loncastriã,
& Eboracũ hac ętate appellamus)Cãdalos a Cãdalia(manet regio 75
ni nomẽ,& si paulũ mutatũ)ita appellatos.Oẽmq; aciem rhedis,ac
carris vndiq; p̃terq̃ a fronte circundare iussit,ne cuiq̃ spes in fuga re
linqueret̃.Illisq; mulieres imponi,quæ fortiter ꝓliãtes plausibus ani
marent:cedentes autem & fugientes execrarentur diris & contume
liis. Planctius,triplici acie ad Britannos accessit signoq; pugnandi 80

militibus dato,adeo repẽte celeriterq; in hostẽ ꝑcurrere, vt missilia in Romanos mittẽdi nõ daretur spatiũ. Reiectis itaq; arcubus Britones gladiis pugnabãt,fœminis magnis clamorib9 exhortãtib9 viros,cũ qbus earũ quędã mixtim pugnabãt, vt fortiter agẽdo sese & liberos a Romana seruitute liberarẽt. Pręliũ ĩde acre cõmissum: Romani tãdẽ & multitudine,& arte pugnãdi Britones ꝑmebãt. Guiderio aũt rege q in prima acie pugnabat interẽpto: oẽs dederũt terga, mulieribus in rhedis & carris fugiẽtiũ turba oppressis. Neq; prius fugere destiterũt,q̃ ad Gariemiũ fluuiũ milia passuũ ferme sex ab eo loco vbi ꝑliatũ est distantẽ ꝑuenerint. Ibi alii viribus cõfisi tranãtes, alii scaphis inuẽtis & lintribus traiiciẽtes sunt seruati. Fuit hæc victoria Romanis parũ lęta Cnęo Sensio, viro cõsulari cũ magno Romanorũ nobiliũ numero amisso. Hoc infœlici ꝑlio in Galliã nũciato. Galli libertatis vindicandę spem oẽm deposũerunt: legati qui ad Icium Gallorũ sentẽtias ꝑstolabãtur,re infecta illinc in Britanniam traiecere. Hęc de Guiderio rege, Cnęo Sensio & Planctio viris cõsularibus, ex Godofrido Britonũ,historiarũ scriptore,e Veremũdo, Ioanne Cãpobello, Cornelio Tacito & Eutropio decerpsimus. Haud lõgo post tẽpore, Claudius Cęsar cũ Vespasiano viro ꝑcipua virtute insigni, quẽ in partẽ rerũ acceperat Gesoriaco ex portu, nũc Clusam oppidũ in Flandria dicũt, vt scribit Hermolaus cognomẽto Barbarus, soluẽs: Multis cũ legionib9 auxiliisq; facili traiectu venit in Britanniã. Huius aduentu audito in ciuitatibus villis & munitionibus Britonũ qui Aulũ Planctiũ Cnæũq; Sensiũ bello petiuerant, plurimũ est trepidatũ. Mox cõsessu facto, decreto publico legatos ad Cæsarẽ mittunt, qui doceant quę in Romanos acta sint sinistro acta cõsilio: sese paratos oĩbus rationibus de iniuriis satisfacere, Romanis legibus parere velle, atq; imperio. Percepta Claudius oratione ilico obsides imperat. Nobiliores quoq; Britannorũ ad certũ diẽ aduenire iubet. Q đ si nõ fecerint se bello Britannicã gentẽ ad internecionem vsq; ꝑsequuturũ minatur. Datis inde obsidib9 vbi ĩperauerat Claudius, cõdicto die Britonũ maiores armis depositis Londinũ (ita tum Trinouãtũ veteri noĩe abolito a Ludo rege appellitabãt) ad ipsum cõuenerũt. Cũq; ꝑcũctaretur Claudius ab eis quid sibi pretenderint qui non solum fidẽ contestatis numinibus præstitam violassent, sed & vltro intulissent bellũ: Britonũ primores sese oẽs obortis lachrymis ĩperatori ad pedes ꝓiiciẽtes peccasse, atq; ĩsaniuisse fatebant, furorisq; pœnã, funesto ꝑlio, iustoq; deorũ dedisse iudicio. Rogare ꝓpterea miseris, quos dii adeo afflixerãt parceret, denuoq; reciperet in fidem: & quas vellet seruitutis conditiones diceret: deos contestati

qui violatã paulo ante fidẽ tanta strage vindicassent) vt si quid ma-
li ipsi soluto fœdere in Romanã gentẽ ex illo molirentur, id oĩe in
sua capita suumq; regnũ verterẽt. Fuere Romanorũ nõnulli qui sua
derent Cęsari vt se gentis perfidæ exhiberet vindicem. Coniuratio-
nisq; authores (cæteris cernentibus) extremo afficeret supplicio. 45
Neq; enim aliter in Romana fide Britones continendos. Cæterum
Vespasianus multis rationibus Cæsarem ad clementiam est horta-
tus. Pręsertim q̃ sine clementia princeps metui quidem posset, ama-
ri non posset. Addiditq; ad populi Romani attinere maiestatem sub
actis gẽtibus parcere easq; leuare, nõ afficere incõmodis: subiectosq; 50
& in fidem receptos contra omnes tutari hostes. His artibus roma-
nũ partũ imperium, eisdem nec aliis in longa secula conseruandum.
Tempestiua Vespasiani pędicatio adeo Imperatoris animum ab vl
ciscendi proposito auertit, vt pro iniuriarum vindice pius princeps
dici maluerit. Cœpitq; de summa administratione cum Britonũ ma 55
ioribus agere: prius tamen arctis conditionibus denuo receptis in fi
dem Aruiragum Guiderii regis in superiori prælio desiderati ger-
manũ Tegenę Cambręq; gentis principem, ne Britannici sanguinis
duce fraudarentur, eis regem pręfecit. Aulum vero Planctium in ꝓ
pętura voluit permanere. Marcum autem Terebellium publici cẽ- 60
sus creauit procuratorem. His iussit arces oppidiq; valido præsidio
muniret. Ius ex ęquo bonoq; dicerent. Britones in pace & ocio (q̃ fie
ri posset, seruarent. tutarenturq; omni vi & conatu vicinarum gẽtiũ,
Scotorum & Pictorum, quas bellicosas & seruitutis impatientes au
diuerat, iniuria. His bellum vltro non inferrent. Quod si foret bellã 65
dum, publicis & priuatis cõsiliis, militię domiq; pro Romanę reipu
blicę fœlicitate excubarent, Memores non magis Britannię, in Ro-
manorũ fide seruandę, q̃ imperii augendi. Accitos inde ad se & Ve-
spasianũ, Britãnicę principes, benignius est hortatus, in Romana fi
de ꝑstarent: acceptæ memores calamitatis, qua Romanis armis, aut 70
potius deorum ob violiatam fidem vltione, dudum fuerant afflicti:
suis consulerent fortunis, & liberorũ ac coniugum saluti: Romanos
eis pios dños futuros imo patres & protectores, modo ipsi sese ipe-
rio audientes pęstiterint. Nec aliud se senatum populũq; Romanũ
optare. His peractis, libera cuiq; facultas domũ concedendi est con- 75
cessa. Abeuntes Britonũ primores Vespasiano multas egerunt gra-
tias, q̃ eius ductu & consilio non modo sua, sed multarum prætera
gentium salus, fuerit seruata. Quod ei futuri mox successus, atq; in-
clytę victoriæ initum fuisse multi asseuerarũt. Secundum hęc Clau
dius Cęsar, ne sine hostium sanguine cęde, captiuisq; Romã rediret, 80

1 eoq; minus splendidus quem expectabat foret triumphus, Orcades vltimas oceani maris insulas, sola vincendi cupiditate ingenti cum exercitu statuit inuisere. Causatus eam gentem, quã leui certamine, vinci posse habuerat persuasum, Albianis contra Romanos in an-
5 teacto bello fauisse. Paucis exinde diebus, comparatis quæ ad eam expeditionem necessaria videbantur rebus, in Britannia rite constitutis, acceptisq; obsidibus ventum nactus secundum, idoneamq; ad nauigandum tempestatem, e Britannia soluit, in orcadas traiecturus. Eo ferme quum peruenisset, vehementi æstu, qui Pictorum Bos-
10 phoro, inter Orcadas insulas & Dunũ promontorium rapido nimiũ cursu labitur, pœne est demersus. Orcadas tandem multis laboribus haud sine vitæ discrimine est adeptus. Nemo in insula ad quam primũ applicuerant est visus. Nam sub Romanorum accessum, qui ad mare conuenerant, multitudine nauiũ territi discesserãt a littore:
15 ac sese in cauernis, inter marinos abdiderant scopulos. Relicta idcirco ea insula veluti habitatore vacua in Pomoniã insulam (Kyrkualiam hęc ætas vocat) cum exercitu transmisit. vbi expositis copiis, ac loco castris idoneo lecto, cum Vespasiano, editũ locum quendam conscendit: insularum locorumq; naturas exploraturus. Quumq; di-
20 dicisset per exploratores, ouibus, bobus, hœdis, equis, cuniculis, holoribus, gruib9, ardeis, pluuiariis, gallis, anseribus, columbis, multisq; aliis diuersorum generũ animantibus ad humanum vsum accõmodatis omnem supra æstimationem insulam abundare, carere lupis, vulpibus, bufonibus, anguibus, reptilibusq; noxiis, frumenta vero di-
25 uersorum generum, quibus tũ campi vndiq; erant referti gignere, vicino mari piscium incredibilẽ esse copiam qui vel nullo negocio prẽduntur. Incolas in longam abire senectam, perpetuaq; bona corporis valetudine degere, & ob id incognitum pœne medicorũ vsum in admirationẽ ductus: Orcadas aliis multis regionibus, ob fertilita-
30 tem & cæli clementiam probatorum authorum testimonio laudatis longe anteponendas iudicauit. Postridie eius diei, vt Cęsar ex agrestibus quibusdam captiuis didicit, Duodecim milia passuum, ex eo loco vbi Romana erant castra, arcem esse, egregie & arte & natura munitam, in eaq; Ganum regem cum cõiuge & liberis: milites dele-
35 ctos misit ad eam obsidendam. Hi aliquantulum itineris progressi, ad duo milia Orcadicorum qui illo ex vicinis confluxerant insulis, cauernis antrisq;, vbi noctem eam delituerant progressos in tumulo quodam sunt conspicati. Orcadici ad insolitum Romanorum aspectum, multum trepidare. At vrgẽtibus hostibus, vbi fugę locum
40 non esse viderant: deposito timore in Romanos magnis clamori-

bus irruentes,prælium committere cœperunt, fit pugna acris. Re-
pulsi tandem ac victi insulani, aut capti aut cæsi sunt pœne omnes:
pauci enim ad vicinā fugerūt arcem. Hac victoria Romani alacrio-
res facti, ad arcem profecti arctissima eā cingūt obsidione, acriterq;
oppugnant: obsessi autem dies aliquot arcē multa tuentur vi. demū
vbi neq; suis viribus resistere poterāt, neq; auxilii a vicinis insulis vl-
la superat spes, vltro sese dedūt Romanis. In qua arce captus est Ga
nus rex, cum liberis & coniuge, coniectusq; in vincula, ad naues est
perductus. Moratus ibi aliquot dies Cęsar, alias reuisit insulas. Na-
ctus paulo post vno tēpore & fluxum & ventum secundū, suis cum
copiis inde est progressus, octauoq; die Icium attigit: vbi egressi na
uibus Romani, ꝙ pręliis, vigiliis, nauigationibus defessi erunt, per-
mittente Cæsare paucorum dierum sumpserunt requiem. Hoc bel-
lo ita confecto, leui pręlio & sine multo sanguine, Claudius Romā
rediit: vbi maximo triumphauit apparatu: Gano Orcadum Rege
cum liberis aliisq; captiuis, Britonūq; obsidibus in triumphum du-
ctis. Huius Claudianæ expeditionis in Britanniam prius, & deinde
in Orcadas insulas authores sunt Trāquillus, Eutropius, & Beda. In
ter recentiores autem Ioannes Cāpusbellus & Cornelius Hiber. In
cidit in hoc tempus, Petri apostoli ex Antiochia, plurimis in Asia cō
stitutis ecclesiis, in Italiam profectio: vbi Romæ Christi prædicans
euangelium, primordia nouæ fundauit ecclesię. Inciditq; Marię sem
per virginis Christi seruatoris nostri matris inclyta in cælū assum-
ptio: q̄nto videlicet Impii Claudii pricipis: septimo aūt & quadrage
simo humanæ salutis anno. Sed ad nostra reuertendum. Aruiragus
vt iam dictum est. Cęsaris authoritate, Britonū rerum potitus, Voa
dam iustam suam coniugē, Carataci Scotorum regis sororē, ex qua
filium vnū & duas filias susceperat: in vincula coniectam a se exclu
sit: & Genissam nobilē Romanā sibi incesto iunxit cōnubio. Id Plan
ctii Proprętoris Romani, cuius ductu & sententia, omnia in Britan-
nia gerebantur consilio & astu factum, nemo erat omniū qui igno-
raret: videlicet vt sublata affinitate inter Aruiragum, & Caratacum
Britonibus si quando cōiurare vellēt in Romanos, auxiliariū cīedo
rū a Scotis nulla prorsus spes esset reliqua. Cābrorū itaq; Tegeno-
rūq; proceres, quibus Aruiragi regis simul & Britonū reipublicę sa
lus curę erat, cognito Reginę repudio, ęgreferentes ꝓbę mulieri &
de Britonū republica optime semꝑ meritę tātā illatā contumeliam:
ipsumq; Aruiragū incōsultis regni primoribus, suū sanguinē & ge-
nus Romano cōmiscuisse: Regē adeunt multis ei nitentes rationi-
bus persuadere, vt Voadā reginā & coniugem, quę multos iā annos

cum ipso iusto vixerat matrimonio, exclusa Romana pellice denuo reciperet: regaléq; fœminã regali tractaret more: Memor liberorũ ex ea susceptorũ: qbus inter mortales cuiq̃ charius esse potest nihil: animoq; versaret quãtũ cõmodi vicinarũ gentiũ affinitas, si qñ vrgerent hostes publicę saluti afferre valeat: caueretq; ne Romanis blanditiis in suã pniciem cõflagrãs, a veteribus sociis & amicis, nouo & pestilenti, mulieris amore corruptus, sese Britannicãq; gentẽ alienaret. Quũq; his, aliisq; multis diutius Aruiragi animũ frustra tẽtassent, vbi haud aliud ex Regis verbis & gestu, poterant intelligere, q̃ ipsum recentiũ nuptiarũ deliciis sublato pudore & probitate, furere: nocte quę eã diem est sequuta, effracto carcere, Voadã eductã in Cambriam cum liberis acceperũt deducendã. Aruiragus re cognita, ad maiores Britonũ gẽtis scripsit, Tegenos Cãbrosq; gentem in qua maxime semper sperauerat, vnde & sibi origo esset in se immaniter sęuire q coiugem Romanam nobilem Voadę reginę supduxisset: tanq̃ sibi nõ liceret, plures si ita lubitum esset ducere vxores: præsertim quum nec leges, nec mores Britonum hoc prohiberent. Idq; fecisset non amoris insania, sed vt Britones cum Romanis, quib9 iã necessario parebãt facilius in vnã coalescerent gentem. Rogare propterea, vt si Cambri cum Tegenis, a sua fide Romanorũq; deficerẽt, partes suas, rẽ Britannicã publicamq; fidẽ Romanis pstitã tuerent. Respõsum a Britonũ maioribus Aruirago haud licuisse, neq; cõsultis, neq; expectatis patribus, recẽtẽ cõiugẽ, veteri supduxisse: displicereq; multis etiã nobilibus, illatã Voadę iniuriam. Eadẽ ferme quę Cambrorum, Tegenorumq; maiores, causantibus. Aruiragus cognito quo animo essent in se Britones, recentes ob nuptias, rem minime differendam ratus Planctio suadente, aut iubente potius, ex suis ilico contracto exercitu in Tegenos, Cambrosq; mouet. Neq; minus alacriter Cambri ac Tegeni copias collegerunt. Vtrinq; igitur iusto comparato exercitu, Aruiragus, & Romani Planctio duce cum hostibus confligunt. Fuit ea pugna, Cambris Tegenisq; funesta. Cæsis aliis, aliis fuga seruatis. Postera die, Aruirago regi & Planctio Proprætori nunciatur, Icenos Lobunosq;: hi (tum populi Derbiam, Lancestriam, Eboracum vicinis cum agris vti antea significatum est, tenuerunt) in eum atq; Romanos coniurasse. Eo nuncio accepto Aruiragus & Planctius veriti, ne hostes Cantium, orientalem quoq; Britanniæ plagam inuaderent, Londinum reuertere parauerũt: ad suas opes quę illic erant tuẽdas. Eo vbi deuenerãt Planctius, q parũ Britãnis cõfideret: pro duabus auxiliariũ legionibus mittit ĩ Galliã: ipse vero arcib9 psidiis valide munitis, Romanis

cũ copiis in caſtris ſeſe cõtinuit. Dũ hæc ageret Plãctius Proprętor ad Coriminũ(oppido nomẽ eſt nũc Schroſberie totius gentis Cambrię) Teognorũ, Icenorũq; maiores frequentes cõuenere-vt quid in re adeo turbulẽta, optimũ factu eſſet optimus & prudẽtiſſimus qſq; iudicaret. Conſeſſu itaq; facto oĩm ſuffragiis, in eam ſententiã eſt itũ vt accitis omnibus Icenę, Cambrię, Tegenęq; gentis, qui arma ferre poſſent, ſumma vi cõtenderent in Romanos: eos aut Britannia prohibituri aut ad vnũ fortiter oppetituri mortẽ, Legationeſq; ſunt eo conſeſſu decretę, ad ſolicitandos, Damonios Cornubios & Cãdalos (vetus ea gens, olim Kendalię Carlerſlii & Duuelmi agris ad vallẽ vſq; Annandię cõſederunt) ad eandem cum eis ſortem ſubeundam. Sequuto autũno, Cornubię Damonęq; principes, mari quod Cornubiam a Cambria diuidit, traiecto, Coriminũ venere: quo & Candalorum maiores, eodem fere tempore conuenerant: factaq; cõcione, multum diuq; Romanorum queſti ſunt iniurias. Aruiragi quoq; ſecordiam & leuitatem increpantes, qui propria ſpreta gente Romanorũ ſe maluerit & eſſe & haberi ſeruũ, q̃ Britonũ regem: om̃es & animo & opibus, in bellum contra Romanos, incumbere decreuerunt. Tanta fuit eorum conſenſio vindicãdę libertatis, & priſtinę in bello laudis recuperandę auiditas. Certatum eſt inde paulum inter maiores, cui ad id bellũ conficiendũ ſumma imperii foret tradenda, magnatũ vix quoq̃ alteri cedẽte. Tũ Comus ſummo inter Cãbrios loco natus cogere (iqt) facile poterim⁹ (viri fortiſſimi) exercitũ ãpliorẽ ex noſtris gẽtibus, viciniſq; amicis, q̃ cui obſiſtere, vlla vis poſſet: mõ diſciplina militari gerant̃ oĩa. In cui⁹ vnius ſinu atq; auſpicio p̄cipuũ in bello decus, & victoria reponit̃. Huic factiones, rixę, cõtẽtiones ducũ, imp̱atorũq; ãbitio adeo ſunt inimicę. vt vbi earũ q̃uis delituerit, nullus ordo, nullũq; amoris viculũ (q̃ militaris diſciplinę p̱tes ſunt nõ iſimę, qppe ſine qbus nuſq̃ de hoſte parat̃ victoria) inter milites vnq̃ eſſe poſſint. Propterea ſũmouẽda oĩs eſt ãbitio: extinguẽdę cõtẽtiones: vnus neceſſario dicẽdus cõmuni oĩm ſentẽtia: cui ſit ab oĩbus obtẽperãdũ. Huius ductu (qſqs fuerit) hoc iſtãs bellũ gerẽdũ: ſi de hoſtibus victoriã & honeſta trophęa cõſeq voluerimus. Verũ qa noſtrũ neminẽ in eo munere obeũdo, alteri facile ceſſurũ video: ꝗ ex nobis cõplures habent̃ & ſũt reuera, & genere & opulẽtia pœne pares: cẽſeo (mõ veſtrũ affuerit ad hoc iudiciũ) legationẽ illico mittẽdũ ad Caratacũ Brigãtũ pricipẽ, Scotorũq; regẽ, virũ ſup̱bo Ro. noĩ ſemp̱ infenſiſſimũ: oratũ, Voadę ſorori, imo ſibi ſuęq; gẽti, illatã iniuriã, in Aruiragũ nobiſcũ vindicet. Nepotiſq; ſui ex ſorore, quem Aruiragus, Romanis ĩpellẽtibus, debito regno fraudare decreuerat, partes

armis tueri vellet. Id ad eum naturæ iure plurimũ attinere ob quod pœne om̃es Britonum populi in Aruiragũ coniurarãt belli imperiũ nobis id poscentibus acciperent, rei summã in nepotis maturã vsq; ętatẽ, penes ipsum futurã, omnesq; nos ipsos in hoc bello gerẽdo ob temperaturos. Hęc apud Caratacum regem eo facilius nos impetra turos opinor (modo in hanc sententiã iueritis, quo in sororẽ suam, suũq; nopotẽ charitate & necessitudine semp fuerit propẽsior. Hãc Comi sentẽtiã cunctis probatam, Britones sequuti: oratores ilico ad Caratacum mittunt: ea quę dixerat Comus oraturos. Caratacus ad se venientes, benigne amplexus vbi audiuerat, Respondit sese non tam Aruiragi contumeliam, in sororem atq; nepotes ægre ferre, q̃ ꝙ Romanam fœminã, iniusto connubio, in sui regni capitisq; perniciem sibi iunxerit Romanos suo more tardo atq; suspenso gradu, simulata amicitia, variis fraudibus & cõmẽtis, aliena inuadere cõsuetos regna, adẽptis sceptris incautos reges sibi subdere. Ad prima veris signa expeditionẽ in Romanos sese cum Britonibus paraturum: quocũq; iusserint sua cum gente affuturum. Acturum suis pro viribus, pro sua, Voadę sororis, nepotũ, cõmuniq; Albionensium omniũ salute. Id incunctanter ex se suaq; gente expectarent. Dimissi inde legati haud multo post tempore, Coriminũ sunt reuersi, regis Carataci responsum perferẽtes. Hyeme sequuta, vndiq; prælio est cessatum Ad prima æstatis signa Cambrorum, Tegenorum, Damoniorũ, Coryneorum, cæterarumq; gentium quæ in Romanos coniurauerant, maiores indicto concilio omnes qui per ætatem arma ferre possent conuocandos decernunt. Capitis pœnã his qui nõ paruerint constituentes, diem conuentioni locumq; dicunt, quo Scotorũ auxilia atq; Pictorum, quos per legatos ad cõmunẽ libertatem tutãdã oratos fecerant affore magna spe expectantes condicto die cãpestribus, haud procul ab Eboraco, ex Britonum regionibus, quę Cambrorum, Tegenorumq; partibus fauebant, amplius octoginta milia conuenere. Venerũt & eo Pictorũ maiores suo cum rege Conkisto & Caratacus Scotorum rex magnis cum copiis, ad cõmunẽ libertatem asserendam. Horum aduentus Britonibus animos erexit, adeo, vt nõ tã ad pugnam, q̃ ad victum iam hostem capiendum profecturi sibi viderent. Immẽsas inde gratias Britonũ maiores ꝓceresq; veniẽtibus amicis regibus, ob ꝓstitã Britonibus tãto laborãtib9 periculo beneuolẽtiã & beneficẽtiã habuere. Carataco vero regi imperii summã, ad id bellum conficiendum, omnium vnanimis (vt prius erat conuentum) tradidit consensus. Is summa iam accepta potestate in eo bello prudẽter fortiterq; gerendo, primũ copiis præfectos consti-

tuit, quibus omnes iussit audientes forent in eius belli administratione: obtestatus vt vnusquisque suę cõmunisque salutis rationem haberet: ne posthabita libertate se hostibus in cruciatum dedat: maiorum virtutis memor, qui Cæsarem præstantissimũ Romanorum ducem, Albione expulerant. Opportunis Carataci verbis moti coeuntes Albiani omnes alacres & fiduciæ pleni ad certamen aduersus libertatis publicę hostem proficiscuntur. Hæc vbi Aruirago regi ac Planctio proprętori per exploratores transfugasque sunt nunciata, haud segniter & ipsi exercitum contraxerunt. Verum non illico cum tantis hostium copiis, manus conserendas censuit Planctius, haud ignarus q̃ crudeles, & q̃ parum monendi forent bellicis periculis, ex plebe gregarii milites, quibus Albianorum cateruę exundabant, quanta rursum rei militaris imperitia forent: fatigandos propterea temporis productione laboribus vigiliis insuetis, & rerum inopia (sicque vt ęquum erat credere) hostes cruento sine certamine in deditionem recipiendos. Placuit sententia Aruirago, & qui cum eo erant Britonum primoribus. Eoque factum est vt illi bellum multos per dies detractarent, congressum cum hostibus, qui ipsi quotidie fore simulabant deuitantes: donec confusa defessaque Albianorum multitudo: nec moderari poterat, nec frumentationẽ facere permittebatur: plurimique idcirco vrgente inedia, relicto exercitu noctu domũ dilabebãtur. Quorum nõnulli in Romanos incidentes capti & ad Planctium ducti, exercitum fame laborare fessumque ostendunt vigiliis & laboribus insuetis. Planctius postridie vbi illuxerat, in hostes ducit instructis aciebus, imperans sine mora, pręlium ineant. Caratacus vero cognito quid pararent Romani signum dat suis, vt locum pridie illius diei destinatum, ad pugnam vnusquisque capesseret. Acre certamen sequutum: multis vtrinque vulneribus acceptis, Romani telis plus hostibus proficiebant: contra hostes missilibus & fundis. ab his sinistrum cornu (præerat illi Aruiragus) premi videbatur. Affuit autem cito auxilio periculo laborantibus Planctius pugnam redintegrans. Certatumque ita est dubio Marte, donec prospectus tenebris fuerat adeptus: quando pręlium (eo q qui certabant suos ab hostibus discernere non poterant) necessario est direptum. Mane apparente luce, vbi fuerat congressum præter cæsorum cadauera conspectũ nihil. Cesserat em̃ vterque exercitus alteri ꝓfligatus: pugnęque loco relicto, in montes dispalati, sese contulerant. Planctius vero redintegrare exercitum conatus, non potuit: tanta cuique, terga danti, fugiendi erat libido: quocirca Londinum multo amisso equitatu concessit. Caratacus rex pari clade affectus, reliquiis copiarum collectis,

1 consilium capit exercitum a se dimittendi. Discedentibus mandat, vt suam quisq; ciuitatẽ, vicumve repetat: illic mãsurus, ad om̃e edictum, quando ad bellum progrediendum foret, paratus. Ipse Eboracum adiit: indeq; postq̃ ibidem recreandi animi causa aliquot mãsis
5 set dies, Caractoniũ. Reliquũ illius ãni qui quintus erat post cœptũ bellũ Britannicũ per Romanos, a prȩliis vndiq; est cessatũ. Inter hȩc misit Planctius legatos ad Caratacum regem, qui dicerent se plurimũ demiratũ, ꝙ Romanos nulla iniuria ab illis lacessitus bello petiuerit: hostes iuuerit, non modo copiis, sed etiam belli gerẽdo impe
10 rium: prouinciãq; Romanã hostili manu inuaserit, immemor beneuolentiæ, qua diuus Claudius Cæsar in eum eiusq; regnum ductus, subacta Britannia, quum eum regno priuare facile potuisset, ab eius Scoticeq; gẽtis abstinuerat iniuria: omnem belli vim in Orcadicam gentem Albioni semper infensam conuertens. Reparandas igitur il
15 li Romanis copiis, ac amicis populis & confœderatis nuper illatas iniurias, temperandũq; a nouis. Alioquin Cȩsarem, senatũ populũq; Romanum Caratacum eiusq; gentem vniuersam, hostes deinceps habituros. Ad ea Caratacus rex, nihil esse respõdit, quod Romanus legatus, admirari debeat: si Britonibus ne Guiderius suus ex sorore
20 nepos regno iure ei debito, fraudaretur, suppetias omni vi tulerit & conatu. Admirationi potius esse locum quur Aulus Planctius, Aruiragum regem ad Voadam reginam, spectatȩ virtutis fœminã, ignominiose in vincula coniectam, superducta Romana pellice iniuste abiiciendam, puerumq; Guiderium de nullo mortalium, adhuc per
25 ætatem male meritum, debito regno priuandum impulerit? nisi (vt constans est fama) Romanorũ more (qui scelerata cupiditate ducti aliena nihil ad se attinentia inuadũt) nimiũ dominandi cupidus primũ Britonum regnum: deinde reliquum Albionis instituerit deprædari. Romanam se non inuasisse prouinciam, sed nepotis sororisq;
30 (vt æquum erat) tutatum parteis: quibus illatas iam iniurias, vbi mortaliũ omnium contemnerentur arma, deos seposita omni hȩsitatione sperabat vindicaturos. Neq; Claudium Romanorum imperatorem, beneuolẽtia ductũ, a Scotis & Pictis bellum auertisse: quum Britonum regnum fuerat deprȩdatus: sed haud ignarum eas gentes
35 non sine cruentis prælíis, si vincendæ forent superandas. Rudẽ agrestem & inermẽ orcadum gentem adiisse. vt his facile subactis sumpta inde prȩda Romamq; perducta, fortis imperator in imbecilles, imbellibusq; deuictis & in triumphum abductis tali tãtoq; bello cõfecto emẽtita gloria præclarius, splendidiusq; triũpharet. Reparan
40 das ediuerso & nouas & veteres Romanoꝝ ĩ Scotos Pictosq; iĩurias

illiſq; Albione tota excedendũ,ea cũ incolis oibus relicta libera:alio
quin illis aliud nihil deinceps ſperãdũ,q̃ Scotos, Pictos & Britones
vltimas orbis gẽtes,quas ſemꝑ tãtopere cõtẽpſerint,libertatis amo
re & in patriã,ac deos penates charitate, hoſtes eis ꝑpetuo futuros.
Abeũtes legati,vbi q̃ audiuerãt Romanoꝝ maiorib9 retuliſſent,Plã 45
ctii animũ illico ingẽs ſubiit indignatio gentẽ nec potẽtẽ bello,nec
fortunis opulentã, Romanas adeo cõtẽnere opes.Stultęq; temerita
ti tantũ dare,vt plus ſuis viribus,reliquis orbis gẽtibus cõfidentes,
Romano ſubigi iperio nõ poſſe arbitrarẽt.Proide ſeſe iniurię vindi
cẽ,numinibus cõteſtatis,futurũ in tanto virorũ ordine minatᷣ.Multi 50
Planctii exẽplũ ſequuti,parciti ſuꝑbis & cõtumelioſis Carataci ver
bis in Cęſaris populiq; Romani maieſtatẽ,ac fidẽ cõiurarunt . Sub
idẽ tẽpus Aruiragus rex ꝑſuaſum habẽs,vbi ſuę vires cęteris Albia
norũ viribus,forẽt adiũctę,Romanos vinci poſſe, inſulaq; ꝓhiberi,
aſſerẽdę libertatis & priſtini nois inſtaurãdi cupidus,cũ gẽtis Britã 55
nicę primorib9,q eius partibus adhęſerãt,Aulo Plãctio relicto:Co
riminũ in Cãbriã ad Cõmũ (cuius antea meminim9) cõceſſit.Erat
eius aduẽtus Cõmo reliquiſq; Cãbrę Tegenęq; gẽtis,qui tum forte
Coriminũ ad cõſeſſum publicũ cõuenerãt,admodũ gratus, firmãq;
ſpem iniecit amiſſę libertatis vindicãdę:huius rei nũcio accepto,Ge 60
niſſa Romana mulier,quã Aruiragus rex, loco iuſtę cõiugis habue
rat,ſentiẽs ſe illuſam,ac fraudatã matrimonio,ſubita animi cõſterna
tione,quũ vterũ ferret abortũ fecit:ac mors cõtinuo eſt ſubſequuta.
Tũ Aulus Planctius minus indies,Britonibus fidẽdũ iudicans,q to
ties fidẽ Romanis diis etiã cõteſtatis præſtitã violaſſent:arces,mu 65
nitiones,vrbes,oppida & caſtra,quę Romanæ ditioni parebãt mu
nit ꝑ̃ſidiis validioribus,& frumẽto : nũciũq; illico cũ eplĩs Romam
mittit ad Claudiũ Cæſarẽ: Britonum plurimũ queſtũ ꝑfidiã:ꝙ neq;
Romanis beneficiis,neq; amicitię memoria, neq; iureiurãdo aſtricti
moueri poterãt ad fidẽ cõſeruãdã.Iã oẽs aio virib9 & opibus,in bel 70
lũ cõtra Romanos incũbere.Accitis ad id bellũ Scotis,Pictiſq; gẽ
tibus immãſuetis,immanibus,truculẽtis. A qbus recenti cõgreſſu,
nõ minorẽ cladẽ q̃ intuliſſent acceperãt Romani.Iãq; bellũ nõ cum
Britonib9 modo,ſed cũ toti9 Albionis pplĩs,ipſis authoribus gerẽ
dũ.Cõſulẽdũ ꝓpterea rei Romanę i Britãnia ꝓpinquę adeo ꝑiculo, 75
ne barbaroꝝ multitudine,& ꝑſeuerãti audacia , inter quos nec fidei,
nec honeſto,nec hoim deorũve reuerẽtię,locus vllus eſſet: magna cũ
Romani iperii cõtumelia,ꝓpediẽ haud exiguã patiatᷣ iacturã.Hæc
vbi Claudio Cęſari nũciata,Aulo Planctio atq; Romanis q in Britã
nia erãt, celerrime ſuccurrẽdũ iudicat,Veſpaſian9 igitᷣ ſenatuſcõſul 80

to, delectus est dux ad Barbarorꝫ mot⁹ cõpescẽdos, rẽqꝫ Romanã in Britãnia tutãdã. Haud multo post Vespasianus contracto exercitu Roma proficiscitur, multisqꝫ laboribus contendit in Galliam. Vbi habito delectu, auctum exercitũ in Britanniã deportauit. Aduentãtẽ Vespasianũ nõ vno honoris genere recepere Romani prouincialesqꝫ in Britãnia: quẽ fatis (vt rebantur) ostendẽtibus, ob raram & egregiam animi virtutẽ ad summos aliquãdo honores prouehẽdũ, nemo omniũ fuit qui nõ crederet, & affirmaret. Quo in statu res esset Romana in Britãnia cognito, Vespasianus, in meli⁹ eã redigere, summa vi & opa conatus: Aulũ Plãctiũ primũ cõuenit: vt an ea clades, qua Romani fuerant recenti cum Albionis congressu, affecti eius culpa (vt fama erat) soluta militię disciplina, euenerit dignosceret. Plãctius res nõ verba ad sui purgationem ostendit, Arces vbi Romana erãt pręsidia, aggeribus, fossis & vallis, Romano more egregie munitas præsidia instructa, tãq̃ illico hostibus forent obsidẽda, milites in castris incredibili ordine, semotis quæ ad animos effœminandos attinẽt, vniuersos & singulos, belli apparatus, ita ordinatos vt ducẽ Vespasianũ & qui cũ eo venerãt, in magnã traheret admirationem. Laudatus iccirco, Aulus Planctius a Vespasiano, creditũqꝫ eo duce, vbi nulla Romanorũ auxilia, venissent in Britãniam, Albianos oẽs facile vincendos. Non multo inde post tẽpore, expeditionem parare iussit Vespasianus in Aruiragum regẽ, Britonesqꝫ qui violata fide a Romanis defecerãt. Aruiragus cognito, q̄d Vespasianus in se suãqꝫ gentẽ moliretur: principũ cõgressum Eboracum indixit: quo Caratacum regẽ per epistolas, cũ Scotorum gentis maioribus, veturum acceperat. Vbi facto consessu, cõdicto die, cõmuni omniũ suffragio, statuũt, nõ omnes, vt superiori anno, qui arma ferre possent, conuocandos, ad Romanorũ vim ab Albione arcendã, Sed certũ numerũ quauis ex regione imperandũ. Ne cõfusa multitudine nec suos discernere, nec copiam possent habere frumenti. Imperant igitur Corineis & Damoniis, milia sex. Cambris & Tygenis adiunctis vicinis gentibus duodecim milia. Candalis atqꝫ eorũ clientibus parẽ numerum. Icenis ac reliquis Britonũ gẽtibus qui Aruirago parebãt, milia triginta quinqꝫ, duorũ mensiũ cõmeatũ, vnũquẽqꝫ domo efferre iubent. Hi omnes suũ cõplentes numerum, conuenere haud procul ab Eboraco, quo & Caratacus rex (vt prius conuenerat) venit cũ Scotorum milibus triginta, venit & Illythara rex Pictorum cũ totidem ferme hominũ milibus. Facto inde exercitu ex omnibus singularum regionũ militibus singuli pręfecti sunt cõstituti, quorũ ductu, instãs administraretur bellũ. Vespasian⁹ Britonibus quibusdã, qui Roma

nis fideles atq; vtiles permanserant, vsus ducibus per loca Romanis minus cognita, ad hostes est profectus. Vniuersam poene Albionis gentē debellaturus. sequuta inde cruentissima pugna, Albianis, q eos Romani citius opinione inuasissent, paludosis locis duodecim ꝓpe passuū milibus ab Eboraco ingentibus lapidibus refertis, & ob hoc ad cōgrediendū iniquis, pugnā ferociter cientibus. Premi videbantur Romani, qui in dextra ala pugnabāt. quod vbi animaduertit Vespasianus, legionē auxiliarē, eis subsidio misit: quorum aduētu ita pugnātibus animi sunt erecti, vt etiā vulnerati prȩliū ea in parte redintegrarent. Animabāt Albiani duces, milites ad pugnam, ne fugerēt. fugȩq; dedecus virtute delerēt: clamitātes aut in eo conflictu vincendū, aut perpetuā subeūdam seruitutē. Vespasianus cōtra suos incitabat vt Romanæ virtutis memores fortiter agerent, meminerintq; hostes Barbaros inermes pœne, incōpositos, confuseq; & sine ordine decertātes, facile vincēdos. Durauerūt adeo acriter Albiani i pugna, vt quū primi eorū in acie occubuissent, ꝓximi, iacentibus cadaueribus insistentes, pugnarent. Alii telis transfossi eisdem dimicarent innitentes. Alii quibus manus cū gladiis adēptȩ, dētibus hostes supra quos ipsi aut q supra ipsos ceciderāt fœde lacerarēt: vt nō tā viribꝰ q̄ odio eo die certatū planissime appareret. Sed fatalis necessitas, nec multitudine, nec ꝑseuerātia, nec vllis viribus, ne virtute qdē superari potuit: diis aduersantibus, qui tum omnia (vt constās erat opinio) Romanis subdere decreuerant. Albiani tametsi nihil qđ ad fortissimos duces atq; milites attinere diceres prætermiserint, tñ ad internecionem prope dimicantes, tandē victi sunt: cæsis fere omnibꝰ copiis, prȩter paucos qui teterrimā cȩdem fuga euaserūt. Aruiragus nimio mœrore consternatus, tot fortissimis eo prȩlio amissis, de conscisceda sibi morte cogitauit, ne tātȩ superesset calamitati: sed a suis reseruatus ad res secūdiores (si quæ a diis immortalibus aliquando darentur) Eboracū est perductus, Caratacus vero paucissimis comitantibus in Brigantiam. Tharā Pictorū rex tantæ nolens suorū suꝑesse cladi, abiectis armis, signisq; regalibus, saxo ȩger insidēs a persequentibus incognitus est occisus. Aruiragus hoc prȩlio infœliciter confecto, maioresq; Britonum qui tantæ cladi superfuerant, nihil impedimenti victoribus futurum, victis nihil tutum existimātes omniū consensu caduceatorē ad Vespasianū mittūt: petentes pacem seseq; dedentes, vt qui in Britonū tā miserabili calamitate, ex quinq; supra sexaginta millibus hominū qui arma ferre possent, ad quingētos essent redacti: maioriq; affecti clade, q̄ vel crudelissimus cuperet hostis, scilicet manifestū esse deorū erga Romanos fauorē, ac contra

1 se totus iam expertã iram: eo itaq; iam miseriarũ, eo calamitatis de-
uenisse: vt dehinc nec sibi sufficientes ad patriã tuendã sint futuri:
nec qui victoribus seruirent, nisi imbellẽ pœne multitudinem: vt vi-
ctor clemẽtię, quæ maxime aduersus tales deceat, victi fidei violatę,
5 cunctis populis & gẽtibus perpetuũ præstarent documẽtũ. Hæc &
alia complura his similia, vbi Vespasianus fęcialem cõmemorãtem
audiuerat, iussit Aruiragum depositis regalibus insignibus, accepto
cõmeatu, ad se venire spondens nihil sinistri in eũ acturũ se, nec prius
quicq̃ de pace agere velle, q̃ Aruiragum coram intueretur. Aruira-
10 gus necessario parẽdũ existimãs, animi paulũ repressa magnitudine
ad victorẽ Vespasianũ vti iusserat, accessit: mouit Vespasianũ Arui-
ragi fortuna, ꝙ is quem pridie illius diei tantis copiis & fortunis vi
derat superbũ, tum omnibus amissis destitutus amicis & necessariis
misericordiã & fidẽ implorans in hostium venisset potestatem: ob-
15 ortisq; lachrymis. Quid, inquit, te mouere potuit Aruirage vt a Ro
manorũ fide qui te vel regia dignitate ornauerãt deficeres? Tecum
enim iam genus & sanguinẽ miscuerant vt tua progenies Romano
sanguine ornata oĩbus haberetur serenior, honestior, atq; illustrior.
Aruiragus ad Vespasiani pedes procumbens, flensq; admissum sce-
20 lus multis suspiriis est confessus: idq; in se suãq; gẽtem deos acriter
adeo vltos: vt nullã ab homine maiorẽ vltionẽ phas esset expectare.
Neq; aliud est causatus: q̃ violatam fidem: secũdiores res, & diutur-
niorẽ impunitatẽ a diis sibi cõcessam. Precari propterea vt ea clemẽ
tia, nõ quã meruissent: sed qua Romani in subactas gentes esse con-
25 sueuerant, in suam gentẽ vteretur: sese quando tantis calamitatibus
affectũ superesse minime cõueniat, supplicio, quodcũq; statuisset, suo
deputaret extinguendũ arbitrio. Id eñ suũ esse meritũ: parceret tãtũ
liberis & coniugi: quos paulo ante iniuste, maximo suo regniq; cum
incõmodo, a se alienauerat. Vespasiano hęc audienti non solũ cõmi-
30 seratio subiit animũ, sed & lachrymę denuo sunt obortę: cõsultatio
neq; facta, quid de Aruirago, captiuisq; Britonibus, statuendũ foret,
interrogat. Censuere quidã, Aruiragum cũ coniuge & liberis, oppi-
da, agros, quiq; eos incolebant homines, & quicquid Aruiragi erat
belli iure Romanorũ fieri prędã, ipsum Romã mittendũ: ibiq; Cęsa
35 ris, senatus, populiq; Romani iudiciũ ac arbitriũ subiturũ: vt eo exẽ-
plo cęterę orbis gentes dignoscerent q̃ sit temerariũ & impium, pu
blica violata fide Romanis bellum inferre. Alii quos præsens regis
fortuna pristinę collata, & veteris amicitiæ recordatio mouerat, Ar-
uirago parcendũ cõtenderunt: ꝙ manifesta deorũ ira pœnas dignas
40 satis iam dedisset: permittendũ in regno, nec ducendũ Romã: ꝙ si

victus non tamē captus, accepto cōmeatu, vocatus, vltro ad ducem venisset Romanū: fidem ne hosti quidē Romanis violandā: quorum amplissimū imperium, nō dolus, superbia, aut ambitio sed clemētia in subactas gentes, semper auxit & firmauit. Hanc sententiā postha-bita priore, Vespasianus insita clementia in supplices & afflictos se- 45
quutus, Aruirago pepercit, regnūq; ꝑmisit. Ciuitates omnes quæ a Romanis defecerāt iussit esse immunes. Imperatis acceptisq; nouis obsidibus, vt Romana in fide deinceps perseueraret. Horū princeps erat Guiderius Aruiragi regis fili9. Is Romā postea cū Vespasiano tēdēs, medio itinere graui febre corrept9 fatis cōcessit: Iura & pater 50
nas leges postea Britonibus ademit Vespasian9: Romanas introdu xit. Iussit vt penes solū Aulū Plactiū propṛtorē & quos ipe ad hoc deligeret sanguinis foret potestas. Singulis prouinciis Britāniȩ, sin-gulos prȩfecit prȩsides, qui Romano more ius dicerent: populūq; in Romana fide continerent. Harum rerū fama effecit: vt quicūq; Bri- 55
tannici erant nominis, suis viribus ad Romanos deinceps expugnā dos, diffisi, in Vespasiani fidem cōcederent, amplissimaq; ei deinceps transmitterent munera. Iam hyems appropinquabat & victor exer-citus in castra est dimissus. Vespasianus ipse cū Aruirago rege, Ebo racum petiit: vbi multis cū Romanis nobilibus hyemauit. Sequuta 60
æstate eductis copiis ex hibernis, expeditionem parauit in Pictos & Scotos: factoq; ingēti exercitu: in Ordolucos & Deirios ducit. Erāt eæ gentes Pictorum omniū pugnacissimȩ, Britonibus maxime vici-næ: sed opibus simul atq; viribus recenti aduersa cum Romanis pu-gna attritȩ, ꝙ nullū a sociis Pictis sperarent auxiliū: vltro in Vespa- 65
siani fidem concessere. Horum exempla reliquæ Pictorum gentes se quutȩ sese sine pugna Romanis dediderunt. Permultiq; Pictorū no-biles in Camelodunum (ne in Romanorum venientes potestatem, Romam præda ducerentur) quo Vespasianū, itineris ob difficulta-tem, rati sunt minime venturum effugere. Id vbi Vespasiano nuncia 70
tum, cito gradu cum exercitu Camelodunum petiit, arctissimaq; cin xit obsidione. Sub eius accessum qui in oppido fuere plurimum sibi fortunisq; metuentes, Romani nominis maiestatem reueriti: mox ta men ira vires ministrante, mœnia tuenda susceperūt. Tenuit obsidio longius obsidentium opinione. Inde effectum, vt quum eorum nu- 75
mero, frumenti copia non suppeteret: fame in oppido sit laboratum. Camelodunī ciues tandem, rerum omniū inopia fracti, inedia confe-cti & siti, sese vltro dedentes, portas Romanis patefaciunt. Vespasia nus nec prædā oppido asportari, nec quicꝙ̄ hostiliter peragi est pas-sus. In eo oppido Pictorum regū insignia reperta, corona aurea gē- 80

marum varietate distincta. Ensis capulo aureo, purpurea vagina, mira arte fabricatus. Eo Vespasianus gladio, nescio quid ominis futuræ fortunæ ex eo capiens exinde in expeditionibus est vsus. Nobiles qui illo fugerant: imperatis obsidibus, nulla affectos iniuria, in suas arces & prædia, abire permisit. Ipse Cameloduni moratus, primum illo ex veteranis Coloniam ducit: vt ibi forent qui perpetuo colerēt populum Romanum. Iura haberent, & instituta Romana: ciues minus cultos, minusve vrbanos, officiis legum imbuerent. Templum inde, Claudio Cęsari, e regione oppidi ad Caronam fluuiū condidit. Duoq; ibi simulachra, alterū Claudii, alterum deę Victoriæ, omnibus locauit adoranda: quorum dedicationem multis precationibus, gentili ritu peregit. Dum ita Vespasianus vrbanis gentilitatisq; religiosis rebus Cameloduni insisteret, per exploratores certior factus est, Caratacum regem, exercitu reparato, e Brigantia soluisse, animo a Romanis acceptę cladis vindicandę. Ad eum nūciū Aulus Planctius proprętor, iussu Vespasiani, valido cū exercitu, in Caratacum est profectus. Haud exigua copiarū parte, cū Vespasiano, qui ei pręsidio forent relicta: & iā non procul erat Planctius a Brigantia: quū ei a perfugis nūciabatur. Caratacum cum exercitu, vix quatuor milia passuum abesse, secūq; validam Scotorum. Pictorum, Britonūq; manū ducere. Tum Planctius, campo qui proximus erat, castra ponit simulans sicuti timore correptus Vespasianum cum reliquis copiis eo se loco expectaturum. At secunda vigilia summotis castris, exploratoribꝰ & perfugis locorum gnaris ducibus, in Caratacum, nihil minus ob itinerum difficultatem q̄ hostem expectantem instructa acie contendit. Aduentantes Romanos excubię percepere: sublatoq; clamore, qui in statione erant hostium sustinuerunt vim quoad exercitus arma induerent. Primo congressu stationarii ad vnum cæsi sunt. Pugna inde acerrima sequuta multis vulneribus vtrinq; acceptis. Demum vbi a diluculo, ad medium vsq; diei conflixissent: ad Romanos tandem victoria cū maxima eorum clade, inclinauit: perstetere Romani vbi pugnatum. Scoti, Picti, & Britones, qui bello superfuere: alii in asperos & intractabiles montes trepide abiere: alii traiecere in Monam insulam biremibus ad id inuētis Caratacus graui accepto vulnere cū militibus quibusdā, qui ei fuere præsidio, magno labore in Argatheliam, inde ad Euonium arcem contendit. Fama huius aduersæ pugnæ effecit, vt nonnullarum gentium, Britonum Pictorumq;, quæ nondum in Vespasiani fidem concesserant, Romanis magnę fierent accessiones: qui vero Brigantiam incolebant, viribus & munitionibus diffisi, cum coniugibus, liberis,

omniq; re pecuaria (in his autem Brigātum diuitiæ sitæ tum erāt) in deserta inaccessaq; loca abiere. Quarto dehinc die Aulus Plan-
ctius, recreatis militibus ad Caractonium oppidum mouet exerci-
tum, ꝙ illic Carataci regis sedem præcipuam, regiaq; ornamen-
ta & gazam audiuerat: eoq; oppido celerius omniū opinione poti- 45
tus prædam partitus est militibus. Vespasiano interim significat
per fæcialem, partam victoriam: Brigantiam cum vicinis regioni-
bus in manibus esse: incolas spopondisse deditionem: honorificum
ipsius nomini futurum, si ad id tempus gentis inuictæ deditio-
ni præesset. Vnde egregia victoriæ laus illi sit quærenda. Proba- 50
uit Vespasianus Planctii in se studium. Caractoniumq; continuo
adequitauit: sub cuius accessum, qui in Brigantia remanserant ho-
mines, sese omnibus cum fortunis, Romanis veluti orbis dominis
dediderunt. Postera die Vespasianus Carataci regis fortuna per-
motus, ꝙ pro libertate, aduersantibus (vt videbatur) diis, ad sui, 55
gentisq; suę internecionem pœne, decertauerit: ad eum legatos mit-
tit qui dicerent: Diis immortalibus, diutius haud repugnandum:
quorum arbitrio, omnis victoria, omnis regnandi potestas, omne
deniq; imperium necessario sit subiectum. Hos rerum exitu oracu-
la firmante, gentes omnes & populos Romanis subiiciendos decre- 60
uisse. Concedendum propterea ei eiusq; genti, tot cladibus, manife-
sta deorum ira affectis vltro in Romanorum fidem, Regnum illi,
modo petitis acquiesceret incolume permāsurum. Amicum senatus
populiq; Romani deinceps appellandum. Sin bello imprudenter in
propriā perniciē perseuerauerit: regno priuandū, cū gente cito in ex- 65
tremā ducendū perniciem, Ad ea Caratacus rex: Fatorum scientiam
mortales sibi ascribere, veluti diis familiares, temerariū esse & prope
extremæ demētiæ respondit. Sedes sibi suęq; genti, in Albione deo-
rum benignitate concessas: Romanos ambitione & scelesta cupidi-
tate omnia occupandi ductos, nulla iniuria lacessitos, sibi bellum in- 70
tulisse: se iniuriā propulsare, non inferre: deos (sua opinione) non
adeo iniustos, vt iniuriam inferentibus, fœlicem belli exitum vellent
concedere. Haud satis se scire posse, Romanos regnū sibi incolume
seruaturos, quem regno spoliare tantopere fuissent conati, totq; re-
gna regibus iniuste ademissent. Amicitiam populi Romani appetē- 75
dam, modo sibi ornamento foret & pręsidio. Nūc vero recusandam,
ꝙ adepta, maximum sibi suoq; regno minitetur detrimentum. Sco-
torum regnum suum esse: perinde atq; Romana regna Cæsaris, se-
natus populiq; Romani. Haud minus iniquos qui sua non defen-
derint q̃ qui inuaserint aliena: proinde sua pro gente, pro regno, 80

1 libertate, diis penatibus, sepulchris patriis, ad quæ veluti vltimum omniũ refugium, patrios inuocando manes, confugerat: sese ad vitæ exitum contra Romanos bello perseueraturum. Haud aliud Romanis a se expectandum. Hęc vbi acceperat Vespasianus, Demiratus
5 Caratací animi magnitudinẽ qui cęteris Albionis principibus, Romanis armis cedentibus ipse pertinaciter adeo bello decreuerit obsistere: primũ ipsum exercitu pesequẽdũ cõstituit. Sed edoctus locis paludosis inuiisq; & mõtibus intractabilibus, inopia frumẽti illis locis per quæ mouẽdũ foret intersurgẽtib9: Id sine Romani exercitus
10 iactura fieri nõ posse: mutato consilio, arcibus Brigantinis pręsidiis firmatis, ad mare quod Hiberniã insulam spectat suis cũ copiis est profectus, in Monã insulam nõ multis passuũ millibus a cõtinẽti secretam traiecturus. Perfugas quosdã ex Britonibus Pictisq;, contaminata fide, illo præmiserat ad eã inuadendã. Est ea insula vti supra
15 dictũ est, inter Hiberniã & Albionẽ sita. Ad id naues nõnullę cito fabricatę & biremes quæ eo in littore inueniri poterãt, quibus milites in Monã veherentur in vnũ adductę. Inter hęc Vespasiano nũciatur Cantii Vectęq; insulę populos, cęsis variis in locis Romanis psidiis, magnã cõcitasse defectionẽ, & totã pœne eã Britãnię partẽ quę
20 Galliæ obiicit in Romanos duces, dubiũ, an ne Gallorum impulsu, rebellionem fecisse. Huic vulneri apparẽti plurimũ sęuo q̃citissime occurrendũ, cẽsens Vespasianus: traditis copiis Aulo Planctio proprętori, qui eã partẽ Albionis, in Romanorũ fide contineret: omissa Monę expugnatione, Cantiũ magnis itineribus cõtendit. Eo vbi per
25 uenerat, incolarũ motus leuibus est incursionibus repressus. Supplicio inde de pręcipuis cõiuratorib9 sumpto, Romã a Claudio Cęsare accitus, paucos post dies, reb9 in Albione prospere gestis ingẽti gloria Romã adiuit. Caratacus rex, vt Vespasianũ, Romã adiuisse acceperat, ad Brigantiã, Pithlandiãq; recuperãdã, adiecit animũ. Pictorũ
30 maioribus qui in Monã insulã fugerãt, ad id impellẽtib9. Cõuenere itaq; mox ad eũ q̃plurimi mortales, ex omni Albionis gente: quos aut publica libertas, aut Romanorũ iniuria mouebat. Ex quibus illico coacto exercitu, in Romanos, magna spe fortunæ melioris, est profectus. Nec Romani segnius, aciem parauerunt. Maximo inde ar
35 dore est dimicatũ. Scotis vt amissam regni ptẽ recuperarẽt, Romanis ne magnis sudoribus partã amitterẽt, extremis viribus cõtendẽtibus. Marte dubio aliquãdiu est plicatum. Cęterum prudentia, magnaq; militaris rei peritia Romanis parauit victoriam. Fusi profligatiq; Scoti, in paludosa loca, vti gentis erat mos, pcipites abiere.
40 Ea etenim pugna adeo infœliciter conflixerant: vt belli instaurandi

cõtra Romanos, deinceps nulla spes prorsus videretur reliqua, Ro-
mani autẽ milites locorũ ignari, fugientes haud longius sunt perse-
cuti. Caratacus rex vbi res perditas viderat, exercitus reliquiis, vtut
potuit, collectis, Euoniũ concessit. Vbi paulo post facto maiorũ con
sessu, consultari est cœptũ de regno contra Romanos tutando, petẽ 45
te rege, vt ex cunctis Scotorum prouinciis, Hebridibusq; qui arma
ferre possent cogerẽtur omnes. Auxiliaribus etiã ex Hibernia vnde
Scotorum genti origo, accitis: fore vt illis, cõpositis copiis, ad inter-
nicionem dimicantibus, aut vincerentur Romani, aut Scoti ad vnũ
interirent: eo haud alio pacto, diuturnũ bellũ finẽ sortiretur. Rogati 50
alii sententias, quia reipublicę periculum (si omnis imperii fortuna,
vnico prelio, inter Scotos toties victos, & toties victores Romanos,
cõmitteretur) sciebãt: regis Carataci sententiam, tempori (cuius in
primis ratio erat habenda) non satis censuerũt congruere. Quin po
tius vt populũ multos iam annos bello fractum, aliquantisper vires 55
rẽsumere sinerent. Non totis copiis, sed crebris incursionibus cohi-
berentur Romani ne vltra Brigantiam, protenderent imperii fines.
Incitarent indies, Britones, gentẽ noui principatus semper cupidam
ad in Romanos coniurandũ: fore hinc fortassis, vt hostes, frumenta-
tione prohibiti & cõmeatu, fame cõfecti aut Brigantia excedãt, aut 60
ad inhonestam deditionẽ cõpellantur. Et die quę illã est subsequuta
facto militum delectu, missi sunt probatis sub ducib9 qui Siluriam
(erat ea regio tum Romanis proxima) ab hostibus tutarentur: ita
duos inde sequutos annos, frequẽtibus vtrinq; incursionib9, magna
sine cęde, id bellũ est prorogatũ. Sub id tempus, vẽtris profluuio, 65
diutissime laborans Planctius, vehemẽter cruciabatur. Quumq; nec
medica arte, nec naturæ viribus fideret: scripsit ad Claudiũ Cæsarẽ,
sese iam morbo inualescente, corpore confectũ: pro Romanæ reipu-
blicę salute, imperiiq; augmento, dũ superfuere vires excubasse: nũc
omni auxilio & medicorũ & naturę destitutũ, certissimã mortẽ expe 70
ctare. Rogare iccirco ne in prouinciis tantis periculis & labore par
tis, legati defectu, tumultuetur: vt vir consularis, militarẽ artẽ do-
ctus, grauis ætate & moribus, in Albionem mittatur legatus, cuius
ductu qui in Romanã cõcesserant fidẽ in eadẽ cõseruarentur. Clau-
dius accepto nũcio Ostorium Scapulam consularẽ virum multis & 75
domi & militię egregie gestis insignẽ, qui Romanis rebus pręessit
misit in Britanniã. Sub cuius aduẽtũ vel haud multo post, Planctius
Camelodũni, fato est absumptus. Eius corpus Romano more cre-
matum. Vrnam cũ reliquiis in templo, Claudio Cęsari Victorięq; a
Vespasiano dedicato (de quo affatim supra) magna cũ pompa Ro- 80

1 mani cõposuerũt: exinde, vt quosdam scripsisse accepimus inoleuit modus, apud Pictos & Scotos, humana cadauera cremandi. Cuius nostra ætate complura reperta indicia. Anno etenim salutis vicesimo primo supra millesimum quingentesimum, Findour, vico nomẽ
5 est Merniæ prouinciæ, quinq; millibus passuum ab Abirdonia, vetus repertum est sepulchrum: in quo vrnæ duæ inusitatę artis, cinere refertæ vtręq; Romanis literis inscriptæ: quæ in apertum prolatæ, continuo abiere in puluerem. Reperta & in agro de Kenbactẽ, is vicus est Marriæ decimo ab Abirdonia miliari, per agri cultores,
10 eodem prope tempore duo sepulchra sectis, quadratisq; structa lapidibus. In illis quatuor vrnæ, pulueribus semiplenæ, pari arte magnitudine & inscriptionibus vti de duabus est memoratum. Conspecta sunt & complura similia eiusdem rei monumenta, Albionis q̃ plurimis in locis quemadmodum maiores nostri memoriæ prodi-
15 derunt. Sed redeundum eo vnde degressum. Cognito Ostorii Scapulæ in Britanniam aduentu, Cambri, Tegeni, Damonii, Corinei, Iceni, cæteriq; occidui Britanniæ populi, rem Romanam vehementer turbauere. Nouo sub duce Ostorio, Romano exercitui ignoto, morum ignaro Britannorum, rati libertatem facile vindicãdã. Id vt
20 promptius exequerentur, vicinas gentes ad defectionem solicitarũt Candalos, Silures Ordouices omnemq; Pictorum gentem simul & Scotos Brigantes. Carataco regi per literas mandant, communem rem vt curet, ademptæ iam libertatis recuperandę tempus adesse: sese quæcunq; iusserit, exequuturos. Hæc vbi resciuit Ostorius,
25 Gnarus noui ducis virtutem, haud principio occultandam, in hostes prius q̃ conglobari poterant, ducit: primo congressu Cambros Tegenosq; fundit: fusos non sine strage consectatur. Inde in Icenos validam gentem mouet, totius coniurationis authores. Hi vbi necessario congrediendũ videbant, pugnæ locum delegere, septum agresti
30 aggere, aditu angusto, ne peruius equiti foret Romano. Ea munimenta, Romani illico perfringunt, suisq; claustris impeditos Britãnos perturbant. Iceni vbi nullum locum fugæ superesse videbant, pertinaci pugna durantes, ad vnũ pœne occubuerũt oẽs. Pauci viui in victorũ venere potestatem. Cæterum clade Icenorum, territi Can-
35 dali cum circũuicinis gentibus, vltro Romanis sunt dediti. ducit inde Carleislum Ostorius: oppido nomen est in Candalia ea in parte quæ nunc Cumbria vocatur Brigantibus Ordouicibusq; proximũ: id breui captum direptũq;: vicini agri vastati. prædæ passim actę. Sed & Brigantum qui Candalis proximi erant motus compescuit:
40 paucis qui arma ceperant interfectis. Itum inde totis copiis in Pith-

landiã, Siluresq; gentem atrocem: supra propriam ferocitatem Ca-
rataci sui regis (quem contra Romanos in aciem exiturum si sibi
inferretur bellum certo cognouerant) viribus confisam magnis &
inauditis affecerũt calamitatibus: frugũ quas in horrea contulerant
incendio ac cæde vetularũ senũ & impuberũ: eos aũt quibus viridis 45
erat ætas nulla sexus habita ratione, quos prȩhendere poterant vi-
lissimæ addixerunt seruituti & si qua homine indigniora poterant
excogitare. Caratacus recentem Romanorum contumeliam ægre
tulit, adeo vt iniuriæ vindictam omni vitæ præferret. Armatus itaq;
in vltionem, nouissimum casum experiri cõstituit. Cõuenere ad eum 50
frequentes vbi in Pithlandiam venisset: ex omni pœne Albione, qui
bus persuasum erat: aut vlciscendam Romanorum iniuriam, aut
moriendo simul & contumeliam & seruitutẽ finiẽdam. Continebat
Carataci exercitus quem ex suis & auxiliaribus cotraxerat, hominũ
pœne milia quadraginta: quem ad prælium ita instruxit: vt præter 55
fluentẽ amnẽ sine vado, a tergo haberet ob id (vt credere par est)
ne suorum, quispiã, fuga salutẽ speraret. Mulieres natu grandiores
(quarum magnus numerus illuc cõfluxerat) vt totius belli exitum
viderent, in vtroq; exercitus latere, locauit: quæ ad pugnam, magnis
sublatis clamoribus excitarent: lapides iacerent in hostes: iugula- 60
rent illico deiectos: quæ autem viribus & ætate præstabant iussit
mixtas viris armatasq; pugnare. Ad hæc copiarum duces, circũeun-
tes generatim hortari ad pugnam, firmare animos, metum minuere,
spem accendere. Huc illucq; cum rege volitantes, illum diem, illam
aciem testabantur, aut recuperandæ libertatis, aut seruitutis æter- 65
næ initiũ fore: inuocabantq; nomina maiorum, qui Cæsarem dicta-
torem pepulissent: quorum virtute liberi, & a securibus, & a tribu-
tis intemerata, liberaq; corpora retinerent. Hæc atq; talia memoran
tes, sequutus cum strepitu, ingens populi, fauor: nec erat qui sese nõ
astringeret, pro patria, pro libertate, non telis, non armis cessurum. 70
Obstupefecit ea alacritas ducem Romanum: simul copiarum nume
rus, vis & pugnandi insolitus ardor: horrere & multi belli exitum,
haud ignari q̃ foret periculosum cum in extrema constitutis despe-
ratione confligere. Caratacus qui rei summam eo in bello egit, prius
q̃ pugnandi daret signum: libertatem perpetuam præmium in me- 75
dio statuit. Neq; Ostorius in acie multa instructa prudentia vt Ro-
mani duces consueuere adhortanda impiger fuit: quin vehementi
vsus oratione memorat qui ipsi essent Romani, principum populo-
rum gentiumq; domitores: at ii in quos pugnandum erat q̃ essent
temerarii, inculti Barbari procul ab humanitate omni & ob id a na- 80

tura sagaci rerum parente vltimo in orbis recessu constitutos scite admonet. Hinc manus conserere vtrinq; iussum. Tanto autem illico ardore est dimicatum, vt nūq̄ inter gentes populosve antea maiori. Inter spem & metum dubiis aliquandiu conflictum. Cæterum longus bellandi vsus, Romanis gradum ad victoriam fecit. Albiani in montium iuga fugerunt persequentibus Romanis. Clara ea victoria fuit. Capta est vxor & filia Caratact, fratres quoq; eius in deditionem accepti. Ipse (vt ferme nulli tuta sunt aduersa) quum fidem Cartumanduæ Scotorum reginæ, suæq; nouercæ, quæ post extinctum Cadauallum patrem, Venusio viro illustri ac vafro in publicam perniciem ingenio, nupserat, petiuisset: vinctus victoribus traditus est: nono anno, postea q̄ bellum per Romanos in Albione est cœptum. Quumq; duceretur ab illis in quorum manus deuenerat, ad Ostorium consurgens ei legatus, vtpote viro ex alto dignitatis gradu prolapso: primum ad illius aspectum est illachrymatus. Dextera inde regem præhendens. Hæc sors, inquit, tibi Caratace, æquo animo ferenda: qui licet a fortunæ fauore: non tamen a virtute destitutus, in nostram venisti potestatem. Ne te pudeat esse Romanorum prædam, qui tot opulentos reges & duces captos, ademptis sceptris & regnis, in triumphum ducere consueuerint. Ad ea Caratacus suspirans: hanc sortem, inquit, mihi fateor vel nolenti ferendam. Neq; eam tam ægre fero, q̄ fortunam, nostris rebus adeo inimicam: vt me suæ instabilitatis vestros ante oculos prostituerit exemplum. Captiuum habes plus dolo victum, q̄ vi: dum superfuere vires cum Romanis contendi. Cartumanduæ iniustissimæ nouercæ fraude (cui exercitu profligato animam credidi) in vestram deueni potestatem. Cæterum meum erit obtemperare victori, hostisq; quum ita visum sit diis, subire arbitrium. Tuum victoris vti sorte. Ita tamen vt clementiam præstantissimum omniū in principe affectuum, non exuas: in qua captiui, vel in extremam sortem deiecti, non possunt non aliquid sperare. Hæc vbi dixerat Caratacus, in castra perlatus, Ostorio iubente, omnibus habitus venerabilis: non nisi regali more tractatur. Aliquot inde post dies cum coniuge filia & fratribus, Romam ad Cæsarem est peductus, fama per insulas per proximas prouincias: per Italiam celebris. Effusi etenim mortales, auebant visere regem illum qui per tot annos Romanas spreuisset opes. Ne Romæ quidem, ignobile Carataci nomen erat: vocatus quippe vt ad insigne spectaculum populus, Stetere in armis prætoriæ cohortes, Campo qui castris adiacet. Tunc incedentibus

regiis clientibus, faleræ torquesq; quas hoc bello cœperant præteruectæ: mox fratres coniunx & filia, postremo ipse Caratacus ostentatus. Cæterorum preces degeneres fuere ex metu: Caratacus vero ne in tali quidem fortuna abiectus, neq; aut vultu dimisso aut verbis misericordiam requirens, vbi Cæsaris tribunali astitit, in hunc modum loquutus fertur. Si quanta nobilitas & fortuna mihi fuit, tanta rerum posperarum moderatio fuisset: Amicus potius in hanc vrbem, q̃ captiuus venissem: neq; dedignatus essem, claris maioribus ortus, pluribus gentibus imperitans, fœdere pacem accipere. Præsens autẽ sors mea, vt mihi informis sic tibi Cæsar perq̃ est magnifica. Habui equos, viros, arma, opes: quid mirum si hæc inuitus amisi? Nam si vos omnibus imperitare vultis, sequitur vt omnes seruitutem accipiant. Si statim vbi in Albionem Romana venerunt arma me dedidissem neq; gloria tua Cæsar, neq; calamitas mea sic inclaruisset mortalibus. Et si nunc de me capto vltimum sumpseris supplicium, statim mei cum morte ipsa adfuerit obliuio: at si incolumem abire iusseris Cæsariæ Romanæq; clementiæ perpetuum exemplũ fuerit. Ad ea Cæsar veniã ipsi, coniugi, & fratribus tribuit, Atq; illi vinculis statim sunt soluti. Vocati posthac patres, multa & magnifica super captiuitate Carataci disseruere. Neq; minus id esse clarum, q̃ quũ Siphacem Scipio, Persen Lucius Paulus, et q̃cũq; alii victos reges, populo Romano ostẽderũt: decernũtq; Ostorio triumphi insignia. Caratacus vero magno futuræ amicitiæ atq; fidei Cæsari, senatui populoq; Romano, præstito iureiurando. Relictis Romæ fratrũ natu maiore & filia obsidibus, permittente Cæsare in Scotiam est reuersus. Multa prodigia eo anno, paulo ante q̃ Caratacus vltimis viribus cum Romanis confligeret in Scotorum agris visa memorantur. Equestris enim pugna mediis in cãpis acerrime fieri visa, magnaq; vtrinq; cæde decertari apparebat: eaq; mox omnia adeo euanuere vt ne vestigium quidem vllum commissæ extaret vbi concursum fuerat, pugnæ. cõplures item lupos ferunt cõglobatos, vigiles, qui in statione excubabãt, pridie q̃ Albiani cũ Romanis pugnã inirent, aggressos noctu, repente eorũ vnũ abstulisse, detulisseq; in proximum nemus: illucescente vero dimisisse incolumem: puerum quoq; Caractonii natum Coruino capite, alioqui in nullo fœdum aspectu. Hæc prodigia ante ipsam pugnam, terrorẽ plæbi attulerant. Aruspicibus ea in Carataci caput regniq; magnũ incommodum exponentibus. Sed post confectum bellum sospite & incolumi Carataco rege in melius omnia sunt interpretari cœpta. Ad illum Claudii Cæsaris clementia in patriam redeuntem, effusi

mortales & vias vndiq; obsidentes, incredibilibus cnm honoribus Caractonium sunt prosecuti. Id oppidum illi Cæsaris iussu cum Brigantia & Siluria est restitutum. Ex illo tempore pace vndiq; parta, socius & amicus Romanorũ perseuerauit fidissimus. Securo in ocio quod multo omniũ sententia meruerat labore, reliquũ vitæ agens, frequentius belli incommoda commemorans, damnabat prẹlia, pacem & fidem omnibus seruare summopere annisus. Hæc vbi Cæsar Ostorii legati epistolis cognouerat, filiam languescentẽ, visendi parẽtis desiderio, quam obsidem Romæ tenebat domũ ad Caratacum remisit: bienniũ ferme cessantibus vndiq; præliis ea pax est continuata. Obiit inde Caratacus labore potius q̃ senio, cõfectus Caractonii altero & vigesimo anno post Metellani regis auunculi sui obitũ, regni per ipsum imperio fortius q̃ fœlicius administrato: vnus omniũ ante se Scotorum regum nobilissimus, omniũq; ætate sua belloq; clarissimus: vtpote qui totam vitæ rationem, ad tutandam rempublicam contra Romanos orbis pœne dominos direxerit, tandẽq; optimis formandam institutis curauerit. Peruenit eius principatus ad Claudii Romani imperatoris annũ prope tertiumdecimũ: & salutis humanẹ quartum supra quinquagesimum. Vixere circa eius tempora Romæ viri ingenio illustres, Persius, Iuuenalis, vterq; Satyricus, Lucanus Epicus clarissimus poeta, Seneca, stoicẹ assectator disciplinæ. Interfectus postea a Nerone. Hunc Hieronymus, propter epistolas quæ scribuntur Pauli ad Senecam, & Senecẹ ad Paulum, in sanctorum catalogum videtur referre. Cœpere & gentes per orbem, Apostolorũ Christi prædicationibus, vere pietatis cultũ inire. detectis malorum dæmonum fraudibus: qui multa per secula mortalibus illuserant.

Scotorum Historiæ Liber Quartus.



Arataco rege vita defuncto, quemadmodum superiori volumine a nobis est demonstratũ, atq; in campo Carectonii celebri pompa (vt eo temporis fiebat) sepulto, mausoleum magnis impensis, in eius memorabilem honorẽ, decreto publico paulopost est extructũ. Iuxta illud obelisci erecti, quot nunq̃ antea ad maiorum eius monumẽta. Reliquit is rex natam vnicam perpetuam ob valetudinem, geniali thoro inutilem. Vnde ad vitæ exitum cẹlebs permanens ab omni venere abstinuit. Comi-

tiis proinde factis, ad regem eligendum, Corbredus Carataci frater, minor natu (perierat enim maior Romę obses cęli Italici atq; ęstus impatiētia) communi omniũ suffragio in demortui regis locum, est suffectus: vir acri ingenio, & a fratris Carataci haud multũ abhorrente: Romanis fidus amicus (uti Caratacus rex supremis mandauerat verbis) diu permansit: mortalium nulli iniurius, nulliusq; iniuriis lacessitus: belli incommoda admodum expertus. Hebrides adiit regni initio: vbi subsedit quoad insolentium latrunculorũ quorundam motus (qui aduersa valetudine Carataco laborante non nihil tumultuati fuerant) compescuisset. Fuit iccirco eius accessus insulanis gratissimus. Reuersus in Albionem deorum cultum bellico tumultu neglectum ac dirutas arces, instituit restauraultq;. Lugiam adiit & Cornanã extremas Albionis partes: quibus peragrandis grassatores, plæbeis agrestibusq; infestissimos, multis affecit suppliciis: qui populum ab illorum iniuria tutati fuerãt, eos magnificis muneribus ornauit. Dumq; his intenderet rex Corbredus Romana res in Albione, sub Ostorio legato, iacturam pati incœpit. Picti etenim nouo creato rege Conkisto Ordolucarum Deeranarumq; gentium principe, consilio libertatis vindicandæ, Romanos minus intentos militiæ (quasi debellatum foret amoto Carataco rege) præfectum castrorum & legionarias cohortes, extruendis in Pithlandia, Ordolucia Deeraq; præsidiis relictas, circũfundunt. Ac nisi cito ex castellis proximis, subuentum fuisset, ad vnum omnes occubuissent. Præfectus tamen & octo centuriones, ac promptissimus quisq; manipularis cecidere. Nec multo post, Romanorum pabulantium globos, pugna sunt adorti: quos vniuersos & turmas, quæ ad eorum subsidium venerant, cruento prælio profligarunt. Tum Ostorius cum expeditis cohortibus, in prælium cum Pictis descendit. Durauere pertinaciter in acie ex Pictorum gente omnium maxime Ordolucæ. Hi in prima acie pugnabant, premebantq; magna occidione Romanos. Id animaduertens legatus, celeriter succurrere periculo laborantibus est annixus. Sed is letali accepto vulnere, Ordolucarum vi pœne est oppressus: Fugiente inde die, prospectuq; dimicantibus adempto, prælium est diremptum: haud exiguo damno vtrinq; accepto. Sequutæ crebræ incursiones, & sępius per modum latrocinii, per saltus, per paludes, vt sorte cuiq; euenit. Congressi tandem Picti & ii qui ad eos venerant e Britannia Monaq; insula, cum Romanis. Vix pugnam inierant, quum fugientibus similes, consulto loco cesserunt. Traxit ea fuga, Romanorum dispalatim sequentium ducum iniussu nonnullos in la-

1 tentes insidias: quibus intercepti, interfecti sunt: Alios in anfractus & abruptas crepidines, vbi præcipitati a redeuntibus hostibus sunt oppssi. Hæc vbi Ostorius animaduertit, nõ sine trepidatione cũ parte copiarũ, in castra sese recepit. Inde caduceatorem Romam misit:
5 qui Cæsari Pictorum nunciaret rebellionem: perfugas a Mona insula Romanorum hostes, ad se venientes recepisse: eoq; progressos insolentiæ, vt nec vi nec beneuolentia in Romana fide possent contineri. Responsum a Cæsare, Pictos & Ordolucas potissimum, veluti coniurationis authores deinceps minime in fidem recipiẽdos Ro-
10 manam: subactos etiam haud saluos fore, gentis nomen penitus extinguendum. Ad ea exequenda, duas legiones e Gallia, in Albionem propediem mittendas. Dum Ostorius Cæsaris responsum expectaret, Picti recenti victoria insolentiores effecti, accitis vndiq; auxiliis aliis qui Romano nomini erant infensi duas Romanas cohortes in-
15 cautius populantes intercepere: spoliaq; & captiuos largiendo, vicinas nationes, Candalos, Tegenos, Icenosq; ad defectionum trahebant: quum tędio curarũ fessus Ostorius, accepti vulneris in supiori prælio cruciatu, cum magno hostium gaudio decessit vita. Picti vero & qui cum eis cõiurauerant responso Cæsaris perciti, illico in
20 Romanos ducũt: contra Manlius Valens (is post Ostorium extinctum, Romanis pręerat copiis) legiones ducit in planitiem aciemq; idoneo constituit loco. sequutum est prælium acre cruentumq;: multis vtrinq; vulneribus acceptis datisq;: superuenere Pictorum præsidio, summo periculo laborantium, omnium præter expectationem
25 Candali equites, circiter quadringenti. Horũ aduentu perculsi Romani, impetum diu non sustinuerunt: atq; in fugam coniecti, multis amissis sese receperunt in castra. Eo ꝑlio Romauorũ militũ amplius tria milia sunt desiderata. Ex Pictis auxiliaribusq; duo milia. Sub tẽpus quo hæc fierent in Britannia, Aulus Didius duabus cum legio-
30 nibus, quem Cæsar cognita morte legati, ne prouincia sine rectore foret in Ostorii locum suffecerat, propere venit in Albionem: vbi Romanas res haud integras inuenit: propterea se iniuriæ vindicem statuit opponere: & quoscunq; Pictici nominis, vti mãdauerat Cęsar trahere ad internecionem. Primum facta concione milites vehemen-
35 ter tephẽdit ꝙ sibiipsis reiq; Romanæ deficiẽtes, militię, post captũ Caratacũ regẽ minus fuissent intenti: ꝙq; haud animaduertissent, quo procedendum, quid agendum, quandove consistendum. Quid militaris disciplina posset commemorans, quantum detrimenti remissa pręliantibus frequentius pararet, atq; quãtopere admiraretur,
40 Romanos milites virtute cõcidisse adeo, vt a Barbaris toties victis

non sine contumelia vincerentur. Ad extremum, multis rationibus militum animos firmauit, precatus ne ob aduersam pugnam, animo conturbarētur neu quod militaris disciplinæ remissio attulisset hostiū tribuerent virtuti. duci exinde audiētes essent, modestiā seruarent & continentiā, quibus nihil prestātius in milite, ne animi quidē magnitudinē prudens exigeret imperator. Hæc aut non dissimilia vbi dicta sunt militibus, illorum magna spe & alacritate animi sunt erecti. Nec quispiam erat ea in multitudine, qui sese acceptę ignominiæ, futurum vindicem, non deuoueret. Terruit primū huius rei fama Pictorum regem gentemq;, quiq; ad eius partes tutandas venerant auxiliares. Mox recentis victoriæ memoria firmioribus animis affecti, legatos ad Corbredum Scotorum regem mittunt, qui dicerent Romanos et si recēter a se bis victos, magno equitatu cum duce Ostorio amisso, exercitum, legionibus e Gallia accitis, Aulo Didio creato legato, denuo reparasse. Pithlandiæ depopalandæ, gentiq; delendæ animo. fore vt Romanis victoribus, inclytum Pictorum regnum, procul dubitatione extreme afficiatur, gens ad vnum internecionē passura: ita dudum Romanos decreuisse. Neq; in Brigantes æquiori esse animo. In quos iam sæuire destinarunt: non tam vt antea vt suæ subiiciant ditioni, q̄ vt durissimis cōditionibus addicant seruitutis. Hæc nec alia a Romani expectanda. Orare propterea enixe, auxilium ad se Brigantesq; mitti (quibus iam tātū immineret malū) ab hostium tutādos iniuria: periculo dum adest facultas, subueniendum potius, q̄ vbi vires fuerint extenuatæ, profligati exercitus, subactæ gentes, occupatæq; regiones, vrgentibus hostibus id conari quod tunc præstare prorsus fuerit impossibile. Ad ea Corbredus rex, sese exploratum habere, Aulum Didium Romanum legatum, sinistro atq; iniquo in se suumq; regnum esse animo respondit. In Albionem venisse: non modo vt parta in Romanorum seruaret fide: Sed manifesta ambitione, bellum vltro proferret, nouas regiones & intactas Romano subiiceret imperio. ꝓpterea sese delecta cum militum manu, propediem Brigantiam aditurum: ad sui regni gentem ab hostili incursione (si qua foret) protegendam. Romanos, nulla velle lacessere iniuria: nisi priores aliquam sibi suæ ve genti intulissent. Id in fœdere icto a Carataco rege, cum Romanis contineri. Ad id se sacrorum fœderum teneri iure. Dimissis inde legatis Corbredus rex, contractis copiis, Brigantiam petiit. Didius legatus cognito Corbredi cum exercitu in Brigantiam aduentu, illico ei per fæcialem mandat, Brigantia excederet: eam Romanam esse prouinciam, Carataco regi Cæsaris populiq; Romani bene-

45 50 55 60 65 70 75 80

uolentia, dum superstes foret tantũ permissam,ea lege vt ipso Cara
taco vita functo in Romanã rediret potestatẽ:q̃ si imperata auersa-
retur,scire se Romano populo deinceps habendũ pro hoste, pellen-
dũq; armis non modo e Brigantia,sed e regionibus cunctis, quibus
5 Cęsaris senatusq; benignitate,iã quiete adeo imperitaret. Vix lega-
ti mandatũ Corbredo corã,fæcialis recitauerat, quũ nunciabatur p
exploratores Cæsium Nasicam (per hunc Aulus Didius,senectute
grauis bellũ gerebat)copias Romanas agrestiũ magna cum trepi
datione in Brigãtiam ducere. Eũ nunciũ vbi Corbredus acceperat,
10 paulũ cõmotus,rogat fęcialẽ,quid ad se venisset,an decipiendi gra-
tia.Conantẽ respondere fæcialẽ, astantium magna oborta vocifera-
tio,phibuit.hominẽ in cathenas coniiciendũ omẽs clamabant:vetuit
nefas ius gẽtiũ:dimissusq; fęcialis incolumis,ad suos se recepit.Sub
idem tempus,Corbredus Pictorũ regis legationibus,certior factus,
15 quid Cęsius Nasica,in eum suamq; gentem pararet,copias quę secũ
venerant in munitum locũ,& arte & natura cogit.vt ab Romanoꝝ
iniuria forent immunes,donec omnibus ex Scotorũ regionibus cõ-
traheret exercitum:plurimũ attinere ratus,ad suam dignitatem,pu-
blicãq; salutẽ suos ab omni calamitate seruare incolumes.Ipse Epia
20 cum est pfectus ad Venusium Cartumandę reginę coniugem, virũ
tũc haud paruę authoritatis, vt eius opera in imminẽti periculo vte
retur.Fuit is diu Romanis armis defensus,contra vicinas gentes, q
bus ob captum fraude Caratacum regem,a Cartumanda,traditũq;
Romanis,infensissime erat exosus.Mox Romanorum superbum im
25 perium pertesus,vbi bellum in Corbredum moueri sensit, ab ipsis
ad suum regem defecit.Id ęgreferens Cartumanda,admissi sceleris
in Caratacũ regem conscia,fœlices Corbredi successus habẽs suspe
ctos,callidis artibus,Venusium,qui eam matrimonio tenebat fratrẽ
& propinquos captos coniecit in vincula. Ea iniuria accensus Cor-
30 bredus,vbi Epiacum venisset,Venusium suis cum propinquis carce
re educit.Cartumandã,cunctis clamantibus veneficam tolli oporte
re,viuã iussit,defodi. Dum hæc fierent manipulares quidam ex Cor
bredi copiis,Romanos pabulantes iniussu ducis agressi,in fugã ver
tunt:qui eos imprudentius insequentes ab hostibus circũuenti inter
35 ficiuntur.Perterruit ea res cæteros qui in munitione perstiterant,ve
hementer adeo,vt vix prefectorum authoritate potuerint a fuga p-
hiberi.Exinde die quinto,Romani præmissis quibusdam equitibus,
qui hostibus terrorẽ incuterẽt,munitionẽ expugnare istituerũt.Erat
ea munitio,tumulus qdã in paludoso loco,equitibus inuio situs.Cui
40 crebris succisis arboribus,omẽs introitus,vno dũtaxat excepto, prę

cluserant. Sed comperto per exploratores, Scotorum Pictorumq; exercitus, conglobatos, vix tribus millibus passuũ abesse, destiterunt incœpto. Tum Cęsius Nasica Romanus dux, cohortes omnes in ꝓximũ campũ duci iussit: vbi ordinatis copiis pugnã expectabat. Veniẽtes Scoti Pictiq; ꝑpłi cõfœderati, multis cũ copiis: vt primũ Romanos sunt conspicati, tanta celeritate atq; ĩpetu in hostes mouere, vt priusq̃ inirẽt pugnã, cito cursu, frequẽtiq; & subita respiratiõe spiritus pœne eis deficerent. Cõflixere inde occidẽte sole, incredibili ardore, multis primo congressu vtrinq; interfectis. Apparebatq; victoriã penes Romanos fore. At superuenientibus Scotis militibus qui in munitione constiterãt, pugna redintegratur. Cessit tandem (adẽpto prospectu) vterq; exercitus alteri. Romanis in castra, Scotis & Pictis in proximos montes abeuntibus: sequuta nocte Cęsio, Aulus Didius per caduceatorem mandat Britones tumultuãtes in cantio, in Romanos concitasse coniurationẽ: tẽporis idcirco rationẽ haberet: honestam, si fieri posset, cum hostibus iniret pacem. Ne protẽdẽdo bellũ ĩperiũ tot laboribus partũ in Britãnia, haud sine cõtumelia amitterent. Effecit ea res vt Cęsius paulum deinceps pugnãdi remiserit ardorẽ: sed illucescẽte bello cõfœderati reges, pridiano ꝑlio fracti cõmode legatos ad Cęsium de pace mittunt: qui quantũ incõmodi, diuturnũ id bellum afferret, amissis fortunis, atq; charissimis amicis ĩ pugna, cõmemorarẽt, satis Romanos habituros, si hostes quos viuos superare nequiuerãt, deinceps haberẽt amicos, conditiones pacis, tunc optimatũ quorũdã consilio, cõmuni suffragio ad id delegẽdorũ arbitrio subituros se suo noĩe pollicerẽtur. Cæsius & qui cum eo erãt Romani, honestę pacis nacti occasionem, haud renuere quæ offerebantur: nihil quidẽ cõmodi eo bello, incõmodi, aũt plurimũ experti. At negocii summã ad Aulum Didium, Romanũ legatum, qui Cameloduni pugnę fortunam expectabat: censuit deferendã, fore vt quod is ea in re iudicasset exequeretur. neq; res dilationem accepit. Aulus enim Didius, vt cognouerat per fœcialem, quo in periculo Romani sꝑiore pugna fuissent cõstituti, reipublicę honori cõsulens cõstituit legatos ad cõfœderatos reges mittere, vt locum aliquem idoneum colloquio deligerent: velle sese de pacis conditionibus, deq; summis rebus cum his agere. Legationi huic responsum a regibus sese quod postulasset Didius, facturos: modo cũ decem tñ equitibus quãto numero & ipsi venturi erãt, relicto vtrinq; centum passibus a colloquii loco exercitu veniret ad colloquendum. Haud alio pacto, id fieri posse sine periculo existimare. Nõ respuit Didius conditionem, diesq; colloquio dictus est, ex eo die tertius. Erat in Bri-

45 50 55 60 65 70 75 80

1 gantię terminis, planities in ea ingens lapis, ad eum(vt conuentum erat) ad colloquendũ venerunt. Romanus legatus prior, Cęsaris se natusq; beneficia, in Caratacum regem Scotorumq; gentem cõme-morauit: quẽ quum captum haberent Romę, amicũ appellatũ, liber
5 tate amplisq; donatum muneribus, permiserint regnare suoq; vt antea arbitrio Scotorum pręesse genti. Sed & filiam eius quã obsidẽ tenebant Romę pro patre, remiserint in patriam: cõsuesse reges, iustos & bonos, acceptis beneficiis, paria referre. Nullam idcirco causam esse Corbredo, in Romanos, qui tot beneficiis, tãtis honoribus
10 Caratacum regem, illius germanũ affecerant, contra ictum fœdus, bellũ mouendi. Romanas inuadendi prouincias, obsecrabatq; numinibus contestatis, vt ipse Scoticarũ gente, suis sedibus contentus, qetus consideret, nulliq; iniurius, neu Romanas dehinc inuaderet prouincias. Id si placeret, Cęsarem senatum populumq; Romanũ, Sco-
15 tos deinceps, pro amicis sociisq; habituros: sin aliter visum foret, in suã ipsos pniciem stolide elatos, procul dubitatione ruituros intelligerent. Ad ea Corbredus rex, deos inquit testes facio me Romanis bellum non intulisse, sed ppulsasse tñ iniuriam, quũ Cæsius contra ictum fœdus cum rege Carataco, copias in meum regnũ duceret &
20 complura castella & oppida inclementer ferro igniq; prosterneret. Mihi quidem semper in animo fuit, externa ab iniuria Scotorum regnũ & gentem tueri. Gratias aũt Cęsari senatui, populoq; Romano pro beneficiis & honoribus, quibus Caratacum regem cõiugẽ, filiã ac necessarios affecissent, semper & agere & habere. Ad hocq; elabo
25 raui totis viribus, vt sedes has, deorũ benignitate nobis concessas sine bello quauis cum gente teneremus: pacem optaui cum Romanis eamq; ad vitę exitum perdurare cupiui. Tum Romanus dux ad Pictorum regem versus, demiratum se inquit, quid Pictos ad arma cõtra Romanos induenda stimulauerit: qui non ea quę victores victis
30 iure belli consueuerant, eis imposuissent, vtpote dura vectigalia militumve stypendia: sed contra benigne reddidissent obsides, nihil tyrannidis in eos exercuissent: exigua dũtaxat imperassent tributa veteranis, qui Cameloduni erant pendenda tributi nomine, non vt pre merentur: sed vt ibi esset monumentũ, inclytę victoriæ magnitudi-
35 nisq; nominis Romani. Viderent proinde Picti, an tanta beneuolentia, Cęsaris populiq; Romani tantã animorũ maleuolentiam, an potius gratiam & feruorem meruerit. Qz si in bello perseuerare statuissent, scirent Romanos non prius arma posituros, q̃ Pictorum nomẽ penitus foret exterminatum: sin velint pacem se eam certis conditio
40 nibus & iis quidem honestis, Cęsaris populiq; Romani nomine da-

turum. Placuere oblata Picto. nec multo post vetus pax nouo fœdere, omniũ cõsensu est firmata. Cõditiones pacis fuere vt Romani vltra iam parta, imperiũ nõ ꝑtenderẽt. Nec Scotis nec Pictis inferrẽt bellum nisi prius iniuria lacessiti. Picti suis vterentur legibus. Conkistus aũt rex vt antea regnaret, solitum in annos penderẽt tributũ veteranis qui Cameloduni erant in præsidio. potestas sanguinis penes Romanũ foret legatũ. perfugas Gallos, Britonesve, nec ipsi, nec Scoti, reciperent. Scoti Brigantiam cęteris cum suis regionibus libere possiderent: solitis vterentur legibus. Monę insulę incolas, hominũ genus Romanis semper infestum, qui iãdudum a Scotis deficientes vicinis gentibus, Romanis parentibus magnã intulissent cõtumeliã, nec armis, nec cõmeatu iuuarẽt. Sed nec Pictis nec Britonibus, si rebellionem fecerint, suppetias ferrent. Neq; dum in Romana perstarent fide inferrent bellum. Hęc vbi acta, vtrinq; ad copias est concessum. Perseuerauit ea pax, in sex inde subsequutos annos: quibus Aulus Didius, legatus, parta in Albione, in Romanorũ fide retinuit. Eo extincto Londini, datus est a Nerone Romano imperatore, successor Verãnius, homo ambitiosus admodũ. Is post multas in Britãnia, ꝓuincias Romanorũ lustratas, Camelodunũ adiit, vbi deę Victorię, simul atq; Claudio Cęsari, cui paulo ante vita defuncto cęlestes honores Romę senatuscõsulto erãt decreti, sacra gentili more peregit. Exinde antecessorũ gloria, cuius ęquãdę cupidissimus erat, animũ stimulãte, vndiq; materiã excitãdi belli quęrẽs, quũ id pie nõ posset, impie vicinis gẽtibus inferre instituit. occasione vndiq; quęsita. Euenit itaq; forte vt latrũculi Mõtani Scoti, prędã agerent clam ex Pictorum agris, vnde occasionẽ nactus Verãnius legatus mouẽdi belli, ablata ex fœdere nõ repetiit. Sed magnã vim militum immisit in Scotorũ agros, qui proximas syluas & prędita, crebris incursionibus populati ingentẽ armentoꝶ, atq; hoĩm prędã in Pithlãdiã deportarunt. Ea iniuria perciti Scoti, ad arma cucurrere. Sequutæ mox deprędationes mutuę, & incursus absq; tamen multi sanguinis effusione. Medio tumultu Verãnius Romanus legatus, graui morbo correptus, Cameloduni est defunctus. Supma ei verba fuere vti scribit Tacit9 ãbitiosa, multa in Neronẽ adulatione iactãti sese vniuersam Albionẽ Romano imperio subiecturũ fuisse, si biẽniũ adhuc supuixisset. Paulin9 Suetonius post Verãniũ, ꝑsidio, Cęsaris authoritate, obtinebat Britãnos. vir modesto ingenio, pacisq; amãtissimo. Is ilico cũ Corbredo Scotorũ rege, mutuis repatis iniuriis, de ꝑdonibus sumpto supplicio, veterẽ pacẽ fœdusq; firmauit. Auersus inde a Scotis, in Monã insulã parauit expeditionẽ. Erat hęc tũ incolis va-

1 lida,transfugarũ,vt antea diximus receptaculũ,eo vbi nauibus,partim fabricatis partim aliũde adductis,citius incolarũ opinione trãsuexerat exercitũ,in nouũ pugnę incidit discrimen. Stabat ꝑ littore mulierũ fanaticũ agmẽ,furiali habitu,crinibus deiectis,faces pręferentiũ.Stabant & Druides deoꝝ sacerdotes,diras in Romanos fun 5 dentes execrationes magnis cũ clamoribus,manibus ad cęlũ sublatis.Media stabat cętera multitudo in armis.Perculit Romãos milites,nõ tã densa ea armatorũ acies,q̃ insolitũ mulierum fanaticarum Druidumq; aspectus. vt quasi hærẽtibus mẽbris,immobile corpus, 10 vulneribus pręberẽt.Sed ducis adhortatiõe,illatis signis, hostes pugna adoriuntur.Sternũt obuios & facibus suis inuoluunt. fusi fugatiq; insulares ad deditionẽ cõpelluntᷣ:pręsidiumq; iam deditis impositũ.Euersi luci in quibus sacerdotes infando(vt ferebatur)ritu humanis mactatis hostiis,deos cõsulebant.Hæc vbi peracta.Paulinus 15 Suetonius legatus,accitus a pręsidibus Romanis,qui in Gallia agebant,vt sibi ad motus quorũdã cõprimendos veniret auxilio,ex Mona insula soluens in Cãbriã primũ,inde in Armoricã traiecit. Id vbi cognouere Britanni,legati Romani absentia:idoneũ iterũ rebellãdi tẽpus se nactos rati,repẽte a Romanis deficiũt.Rebellionis causa vt 20 scribunt nõnulli hæc erat:Aruiragus Britonũ rex(Phasuiragũ hũc Cornelius Tacitus appellat)Tegena ex gẽte oriũdus (vt supra est memoratũ)longa opulẽtia clarus,moriens Cęsarem hęredẽ duasq; filias scripserat:tali obsequio ratus,regnũ & domũ suã,procul ab iniuria futura. Quod contra euenit adeo, vt regnũ ꝑ centuriones,do 25 mus per seruos,velut capta,vastarentur. Voada vxore verberibus affecta,filiabus stupro violatis, potentissimo quoq; Britonum gentis auitis bonis exuto, regiq; propinquis inter mãcipia habitis.Quibus cõtumeliis affecti Britones,& metu grauiorũ, quando iãdudũ inuite in formã ꝓuincię cesserãt,nullũ sui generis moderatorẽ habẽtes, 30 peregrini ad hęc cõplures,rapientes arma magnã excitauerunt con iurationẽ,gentes vicinas ad eandem cõmouentes.Sub id tẽpus mul ta prodigia in Albione sunt cõspecta.Oceanus cruento aspectu fluxit,& humanorum corporum effigies in littore sunt destitutę.Mulieres in furorem actę futurum exitium cecinere.Et Cameloduni sta 35 tua Claudii Cæsaris,in templo e fastigio corruens,in minuta frusta est cõfracta.Victorię quoq; simulachrum veluti cedens hostibus eo dem templo,cecidit supinum. Consulti aruspices quid ea protenderent,tetram cladem Romanis amissa victoria responderunt.Picti & qui Camelodunni atq; vicinis in munitionibus erant, eo responso in 40 spem secundioris fortunæ erecti, occultis coniurationibus , in Ro-

mana presidia sequientes, multos trucidabant, priusq̃ rebellionẽ senti
re poterant. Veteranos, in hos enim Picti infensissimo erant odio,
domibus pellebant. exturbabant agris, captiuos, seruos appellando
eorum tandem complures magna contumelia occidione deleuere.
Qui cladi superfuerunt ex veteranis, atq; militibus qui veteranorum 45
impotentiam fouebant, Ordolucarum furorem: quos ilico affutu-
ros acceperant, declinantes, vetus quoddam deorum fanũ occupant
vbi ad vnũ ab Ordolucis sunt interfecti. Legio inde vna Peti Ceria-
lis ductu (egit is absentis legati vices) veteranis opem ferre cupiẽs
paulo post fusa cęsaq; est. Petus cum solo equitatu, sese in castra con 50
tulit. Sublatisq; signis secunda vigilia, insciis hostibus, ad Catum
Britanniæ procuratorem, qui in Cantio tum agebat, citato gradu
contendit. Catus, vbi in Albione vbiq; tumultuari sensit, magna tre
pidatione, transmisit in Galliam. Inter hæc Voada regina quẽdã a
secretis mittit ad Corbredum Scotorũ regem (erat is Voadæ ger- 55
manus vti ante dictum est) suas deplorans ærumnas Romanorũq;
militum questa iniurias. Duas filias suas pollutas stupro, se q̃ na-
tarum pudicitiam tueri conaretur, a Romanis militibus fœde pul-
satam. Aruiragi regis propinquos, & qui cũ eo erãt obsequii causa,
Scotos Pictosq; habitos inter mancipia: nihil profici patientia, nisi 60
vt grauiora, tanq̃ facile omnia tolerantibus, imperentur. Britannis
olim vnicum fuisse regem, nunc binos reges (prædones potius)
imponi, Romanum procuratorem & legatum. Hunc in Britonum
sanguinem, illum in fortunas sęuire, insigniorem inter Romanos es-
se qui plures spoliet pluresq; stupret: opulentissimos quosq; pecu- 65
nia grandiore emungat. Nihil iam inexplebili Romanorum cupi-
ditati, nihil vesanę libidini, exceptum. Catum procuratorem Roma-
nũ virum illaudatum, omniũ incommodorũ authorẽ pręcipuũ. Ro-
gare ꝓpterea germanũ vt sibi sit auxilio. Ne sineret sororẽ vnicam,
ignominiose adeo verberibus cęsam, neptes ex sorore fœde stupra- 70
tas, vili adeo deiici seruitute totã pœne Britãniã (cuiꝰ deos tãdẽ mi-
sereri ęquũ erat credere) his innumerisq; aliis iniuriis irritatã, in Ca
tũ atq; Romanos suscitasse rebellionẽ: fore propediẽ, vt ipso suppe-
tias ferente (modo dii fauerint) ipsoq; duce, excusso seruitutis iugo
Romani, Britãnos liberos relinquere, magna cũ ignominia cogan- 75
tur. In eam spem prodigia Albianorũ oculis recenter obseruata, ac
responsa deorum penatium sibi vniuersæq; genti, animos erexisse.
Corbredo regi, posteaq̃ hæc illo recitante, cognita fuissent, ma-
gna animum subiit, cum indignatione commiseratio. Voadam soro
rem reginã fœminam, regiis nuptiis ornatam & thalamo, indignis 80

1 adeo calamitatibus agitari. Extẽplo Cato Romano ꝓcuratori (re-
dierat is iã tũ auctis copiis,e Gallia in Britãniã) ꝑ caduceatorẽ mã-
dat,vti a Voadę reginę abstineret iniuria,illatã repararet: quãdo id
ęquum (cuius Romani sese prę cęteris mortalibus cultores gloriã-
5 tur) exposcat. Alioquin sese illi Romanisq; hostem futurum. Eo nũ
cio Corbredus, haud aliud apud Catũ obtinuit q̃ responsum plenũ
risus & contumelię. Iure an iniuria cum Voada regina egerit, nihil
ad eũ spectare. Ridiculum plane esse, hominẽ barbarũ eũq; subactũ
in re Romana nihil ad eũ prorsus attinente curiosum haberi. Illatã
10 Voadę iniuriã,si qua fuit duplici cõtumelia reparãdã. Eo pacto,nec
alio Romana æquitate, Barbarorũ impudẽti temeritati satisdandũ
esse:hostis sit futurus an amicus,nihil referre:oẽm eius conatũ,velu
ti vanũ,nulliusq; momẽti,penitus floccifacere. Hac cõtumelia perci
tus Corbredus rex fœdus iniit cũ Charanato tũ Pictorũ rege: id cũ
15 eius gente lãguentibus animis expectãte, cõsilio Romanos suis a se
dibus pellendi. Cõtracto paruo post tẽpore exercitu, ex Pictis Sco-
tis & quos auxiliares acciuerãt Hibernicis,ꝑ Pithlandiã,Deerã,Cã
daliã,& Iceniã,fœdissima strage sunt debacchati, Romani nois cul
torũ,a tetra clade,nec ætas,nec sexus,sed ne amicitię quidẽ,veteris-
20 ve hospitii ius quemq̃ potuit seruare tãto odio in Romanos ad vnũ
excanduerãt. Ordoluciam maritimã ciuitatem totius regionis popu
losissimã,q̃ Romanis qui arcẽ tenebãt,fauere videbant, trũcatis ci-
uibus,capta arce euersaq;,prę sidiisq; cęsis,incensam penitus deleue-
rũt. Hanc aliquot post tẽpora restitutã. Beruiciũ vocitatã opinãtur
25 plęriq;. Hęc vbi in Mona sunt audita, ad arma ilico est cõclamatũ.
Sequuta funesta strages,cęsis oibus qui ꝑ Romanos ad isulę ꝑsidiũ
fuerãt adhibiti. His iũcti Brigãtes & Sillures ppl̃i oim imanissimi,
ꝑ Romanas ꝓuĩcias i Britãnia grassãdo,nullo truculẽtię gñe absti
nuerũt. Debacchata est tetra lues in Carlesliũ Britonũ vrbẽ munitis
30 simã quã trucidatis ciuib9 incẽsã solo dirutis ædificiis æquarũt. In
ea strage, ne fœminę q̃dẽ tẽpararũt ab armis, tãta libidine vniuersi
accẽdebant,acceptę cõtumelię vindicãdę in Romanos. Sub id tem
pus,populus q̃dã Morauiæ (vt nr̃is annalibus memorię est ꝓditũ)
Germanicæ originis, Romanis armis profligati , suisq; pulsi sedi-
35 bus,dispalatim ad Rheni ostia deuenere. vnde conglobati nauibus
vtcunq; comparatis, facta classe, duce Rodoricho soluentes, nouas
sedes quærendi causa,per vastos incognitosq; maris tractus erraue-
re. Prohibiti tandem & Gallicis & Britannicis oris ab earũ inco-
lis,in Forthéã (Æstuario est nomen Pithlandiam olim ab Otholo-
40 nia dirimenti) sunt delati. suscepere indigenæ aduentantes beni-

gno affatu, q illorum operam, ad immines bellũ contra Romanos arbitrarent vtile: rati his adiutoribus, q incredibili prædicarentur virtute, magnaq; in armis peritia, atq; iplacabili in Romanos odio facile asserendam libertatem. Auxit spem, ingens corporum moles, alacritas vultu gestuq; germanica cõmunis cum Pictis origo acceptaq; cõtumelia a Romanis, cuius pro viribus, diis eorum penatib9 cõtestatis se vindices cõpromiserũt futuros. Rodorichus hoc pacto cum Morauis in Pithlandiam deuectus, vbi Scotorũ Pictorumq; cõfœderatos reges, vix passuum milibus viginti, abesse, acceperat, ingenti cum exercitu, Pictis quibusdam gnaris locorũ ducibus, cũ copiis ad eos concessit. Eo vbi deuentũ, Romanorũ iniurias regibus coram atq; multitudine longa questus oratione, docebat eos, sola dominandi cupidine, magnã Germanię partem occupasse incolas addixisse seruituti, ademptis patriis legibus peregrinis subiecisse. Morauos quibus pręerat ipse deuictos, profligatosq;, ne in seruitutẽ quidem acceptos: sed suis pulsos sedib9 vagos, profugos, pculq; patria extorres, nouas sedes quęrere coactos. Id vnum sibi restare solatii, q eo deorum benignitate, post multos errores sua cum gẽte fuisset delatus vbi de accepta a Romanis icõmoda, posset i authores vlcisci. Obsecrabat idcirco reges confœderatos, liceret sibi Morauorũ cum gente, ad bellum vna cum Scotis Pictisq; aduersus Romanos pficisci, vbi facile experirentur, quę virtus, quę disciplina, in pręliis gerendis, inesset germanis. Qui si pulsis hostibus laudẽ mererentur, sedes sibi suisq; darent atq; fœminas in coniuges, vti in vnam gentẽ cum Scotis Pictisq; possent coalescere. Sin victi corruissent prælio, satis viderentur consequuti, q fortiter agendo, acceptam iniuriam in supbissimos hostes fuissent vindicati. Fuere Rodorichi oblata, confœderatis regibus eo gratiora, quo Morauorum gentẽ acriori inuidia, in Romanos cognouissent accensam. Gauisis plurimũ, viros corporibus ingentis magnitudinis, incredilisq; virtutis, & exercitationis in armis sibi auxilio adesse. Rodoricho vero haud parum gratificantes eius postulatis facile annuerũt. Cõtendũt inde, cõparatis rebus quæ ad expeditionem forent vsui, magnis, nocturnis & diurnis itinerib9, ad Voadam Britonũ reginam. Fuit cũ ea militũ delectus ex oĩm pœne Britonũ gente, Scotorũ Pictorũq; aduentũ expectantiũ. Mox vt Corbredũ fratrẽ, cũ Pictorum rege copiisq; adesse intellexerat Voada regina, multis cũ Britonũ nobilibus illi obsequii causa assistẽtiũ, regibus obuiã processit. Post multas atq; mutuas congratulationes Si inquit regina virili sexu nata fuissem, tot importabilia mala, i Albianorũ gẽtem illata, quot superbissimę Romanorũ ditioni subactã

nunc perpessam videmus, viua nec ipsa vidissem nec passa forẽ. Sed qualẽcũq; me natura formauit, si mõ coẽm cõtumeliã mecũ vlcisci vultis, sentiẽt Romani isti fortes adeo in fœminas, crudelesq; & iniq in subiectos, quãtũ fœminina manus, vbi extrema vrgẽt pícula, pos sit in bello. fœminam me fateor, quã speciem tametsi exuere nequeo atq; vtinã liceat, virilẽ tamẽ gerere animũ in me sitũ est: ipsa armata vestras copias pręcedã. Prima in acie pugnabo: cũ qnquies mille Britannici sanguinis fœminis, quę vniuersæ in acceptę contumeliæ vltionẽ cõiurarunt. Priores in pugnã procedemus, sexus oblitę: nullis armis, nullis vulneribus prorsus cessurę. Nec me terrebũt; hostium cędes & cruenta ab illis illata vulnera, vti fere solẽt fœminas. Nam qui meos familiares necessariosq; tot cędiũ generibus affecerunt, in eos nulla duci potero clemẽtia. Siquidẽ deposita omĩ mãsuetudine, obliti credo sese hoĩes natos, tot in Britãnia probis matronis castisq; virginibus (ciuitatibus iã direptis & incolis cęsis) impudentissime stuprũ intulerunt. Proinde vosmet armate (illustrissimi reges) in cõmunes hostes veterũ iniuriarũ recentiũq; memores, id ausuri, qđ fœminas irritatas audere corã videtis: victoria vobis in manibus est id qđ nemini dubiũ esse potest. Adeo eñ trepidãt iã Romani, vt nulla in re magis q̃ in fuga salutem reponãt. Maturãdũ vobis existimate: ne si noua manus Romanarũ legionũ auxiliariũq; Gallorum, copiis quibus in Britannia pręest Catus, sese cõiunxerint, minus facile tãtę multitudini resistere possitis. Demũ oro ne vobis deficiẽtes, & a virorũ officio degenerãtes Romanis vos, cõiuges, liberosq;, quorũ charitas inter mortales est maxima, sine certamine dedatis. Sequuta Voadæ verba ingens omniũ alacritas: sunt & fœminę animi magnitudinem plęriq; demirati q sexus imbecillitatẽ in virilem mutasset fortitudinem. Nec erat tota in multitudine, qui reginæ vultum, gestum ac verba non probaret. Hæc vbi Cato Romano duci nunciata, Albianorum copiæ formidini cœperunt esse Romanis: vrgẽtibusq; de hostiũ motu nunciis, cum numeroso exercitu, Romanus dux in Albianos tendit. Nec illi venientium occursum declinant: quin alacritate magna congressi, primũ Romanorum fundunt equitatũ: mox pedites circunsistunt: equitum præsidiis nudatos, quos illico victos in fugam vertunt. Tetra fugientium cędes est illico subsequuta. Catus telo sautius serui cuiusdam opera, hostiũ euasit manus: mediaq; trepidatione lapsus in Galliã transiit. Albiani pręsenti successu elati, cæsorum spoliis vbi fuerant potiti, ira excandescentes per Romanorum ciuium, & sociorum qui tunc in Albione erant capita omni crudelitate sunt diuagati. Eo prælio ex Romanis cęsa (vt author est

Cornelius Tacitus) ad septuaginta hominũ milia. Ex Albianis mil-
lia triginta. Hac infœlici clade eo calamitatis Romana res, in Al-
bione deuenit, vt nisi Paulinus Suetonius Romanus legatus (is tũ
in Gallia Neronis Cęsaris mandato agebat) insulanorũ motu co-
gnito, propere subuenisset, tota illis fuisset amissa Britannia. Affuit 45
is haud multo post, duabus cum legionibus auxiliariumq; decẽ mi-
libus. quibus copiis & iis qui in Britannia erant Romanis cũ immẽ
sa hostium multitudine statuit cõfligere. Voada vero regina vbi in
Britanniã Suetonium venisse accepit cum nouis Romanorũ copiis:
quos domũ in ocium remiserat Britones, ad bellũ reuocauit. Ex his 50
simul atq; fœminis, quę reginę exemplo, arma induerant, ingentem
illico coegit exercitum, ad reliqua belli transigenda. Affuere citato
gradu Scoti, Picti Germaniq; Moraui, per cateruas & turmas, recẽ
ti victoria superbe exultãtes, ꝙ occasionem & idoneum tempus Ro
manos debellandi, nacti viderentur. Coniuges vero, quas secum du- 55
xerant (vt tũ gentis erat institutũ) plaustris impositas, in extremo
ambitu campi deposuere vehementer, vt testes victorię adessent pre
catas. Compositis itaq; rite ad pręlium Scotorum, Pictorum, Mora-
uorum, & Britonum turmis, Voada copias circũuolitans filiasq; ar
matas præ se agens docebat sese, inter belli duces numeratam, non 60
vt opes modo tueretur & regnũ: verumetiã vt amissam libertatẽ, cõ
fectum verberibus corpus, contrectatãq; regiarũ virginũ pudicitiã
vlcisceret', indignata videlicet eo turpitudinis Romanorũ deuenisse
libidinẽ, vt sublata discretiõe corporũ & ætatis: nec senectã, nec vir-
ginitatẽ impollutã relinquerẽt: adesse dictitãs deos rei testes, iustos 65
iniuriarũ vindices, eorũq; ira Romanorũ complures, recenti prælio
cęsos, ꝙ iniustã adeo pugnã cũ libera gẽte iniissent. Iam cũ illis pu-
gnãdũ, quos a priori clade fuga saluauit: nouum ducem eos hortari
posse ad pugnã, animũ victis restituere nõ posse. Si hostes victos fu
gatosq; in quos pugnandũ erat, si suas copias, si causas belli secũ ex 70
penderent, vincendũ illa acie vel cadẽdũ esse ducerẽt: qđ dii auertãt
omen, potius tamẽ id eligeret q̃ ignominiose sic viueret & seruiret.
Nec Suetonius Romanorum legatus in tãto silebat discrimine. Is
itaq; q̃q̃ Romanę cõfideret virtuti exhortatiões tñ miscebat, & pre-
ces vt spernerent sonoras & inanes Barbarorũ minas: plus illic fœ- 75
minarũ q̃ virorum conspici: eosq; qui aderãt iuuenes imbelles & in-
ermes, cessuros statim, vbi ferrum, virtutemq; vincentium toties fusi
senserint. In paucis illis legionibus abunde virorum esse, qui ad hoc
pręlium fœliciter conficiendum sufficerent. Gloriæ eorum accessu-
rũ, ꝙ in illa modica manu vniuersi Romani exercitus famã adipisce 80

1 rentur. proinde manus alacriter cum hoste consererent pilis & gladiis cędem stragéq; facerent, prędã aũt ad tempus negligerent: parta enim victoria cuncta eis spolia essent cessura. Ingens ardor verba ducis in cunctis sequebatur. Ita sese ad intorquenda pila expedierat
5 vetus miles: & multa pręliorũ experientia confidens, vt quasi certus de prospero cõflictus exitu Suetonius daret pugnę signum. Contra Albianorum duces, immensa armatorũ multitudine freti, veluti de victoria certi pręliũ inire iusserũt. Fuit pugna ab initio atrox, sed tandẽ Albiani fusi fugatiq; sunt: ac cum multa cęde passim disiecti. Dif
10 ficile autem victis fuit effugium: quia circũiecta vehicula, sepserant pugnę loci ambit9, & milites Romani, ne mulierũ qdẽ ab nece abstinuerũt. Clara quidẽ ea victoria Romanis fuit, sed cruenta maiori exercitus parte amissa. Desiderata eñ sunt eo ꝑlio (vt Tacitus memorię ꝓdidit, Albianoꝝ quos Britãnos suo more vocat, octoginta fere
15 milia. Morauí vero pœne oẽs cũ duce Rodoricho. Voada aũt regina, ne viua in hostiũ man9 deueniret, manũ sibi intulit. Captę eius filię ad Romanũ legatũ, vti pugnauerãt armatę ductę sunt. Harũ natu maiorẽ, aliquot post mẽses Mari9 nobilis Roman9, q eã dudũ stu
20 prauerat, Cęsaris authoritate, Britonũ rex appellat9, vt iã inde isulę stat9 pacatior foret, m̃rimonio sibi copulauit. Is regno potit9, Cãdalię regioni Ordouicib9 Brigãtibusq; ꝓximã, vbi venãdi causa plurimũ sese cõtinebat, a suo noĩe Vestmariã appellauit: cui9 tãdẽ Romanis Albione pulsis, pars Scotis ꝓxima Cũbria est dicta, tenet & hac
25 nr̃a ętate qdã veteris Cãdalię ager priscũ pœne nomẽ vocabulo paulũ mutato Kẽdale vulgo appellat9. Corbredus aũt magno affectus mœrore cũ exercitus parte quæ cladi superfuerat, in Scotiam abiit. Eo vbi deuentum, Morauis qui stragem euaserunt, expertam ob bellicam virtutem, agros quos Torna & Speia flumina claudũt, regia
30 pro magnificentia tradidit incolendos, quibus Morauiam quũ antea Vararis diceretur a noua gente nomen dedit ad posteros: pulsis inde Vararibus (de qbus supra affatim) atq; in diuersis dispersis regiones ꝗ plus domi in sui vicinarumq; gentium perniciẽ q̃ foris ꝓ publica salute bellũ gerere cõsueuerãt. Cessere exinde Morauis Sco
35 tę virgines matrimonio: atq; effectũ breui vt mirũ in modũ crescerẽt & augerentur. At posteritas linguam sequuta maternã, paterna obolita, aliquot post annos in vnam cũ Scotis gentẽ cõmuneq; linguæ cõmercium adoleuit. Mansit deinde nomẽ ad nostram vsq; ætatem & populo & regioni. Corbredus rex viribus fractus & opibus vitę reliquũ bello abstinuit: a nullo interim bello petitus. Enimuero
40 Romani ciuilibus vrgentibus bellis, nec Pictos nec Scotos aliquot

exinde annos infeſtarũt: meridionalẽ Albionis partẽ per legatos in
fide ęgre cõtinentes. Mortuus eſt tandem Euonii Corbredus rex, &
domi & militię rerũ geſtarum magnitudine clarus, poſteaq̃ octode-
cim annos inter Scotos rerũ potitus fuerat: eſtq; in vicino campo ꝓ
genitorũ more terra conditus. Ad eius ſepulchrũ, obeliſci haud pau 45
ci (vt vetus genti erat inſtitutum erecti. Attigit eius regnũ Veſpa-
ſiani imperatoris Romani principatũ, annũq; chriſtianę ſalutis pri-
mũ ſupra ſeptuageſimũ. Florente Corbredo in Scotia, claruerunt in
Italia Stathius Papinius poeta melicus. Perſius poeta ſatyricus. Lu-
canus poeta itẽ melicus, Cordubẽſis genere, Plutarchus Cheronęus 50
hiſtorię ſcriptor, & morũ p̃ceptor inſignis. Eratq; tũ Chriſti eccleſia
pie & ſancte inſtituta variis terrarũ orbis partibus apoſtolorũ con-
tionibus. Romę Petri & Pauli ſacris dogmatibus, qui rebus omni-
bus vitæ fortunęq; cõtemptis, doctrina & oratione piũ gregẽ ſacro
lauachro Chriſto regeneratũ (vt bonos decebat paſtores) erudie- 55
bãt & tuebantur. Vterq; tandẽ Neronis iuſſu, eſt ob martyriũ fidei
vltimo ſupplicio, ſed diuerſo, nec vno loco occiſus. Petrus pedib⁹ in
ſublime elatis ad montẽ aureũ cruci affixus: hoc aũt ſupplicii genus
ſibi ipſum optaſſe ferũt, Paulus ad portã Hoſtiẽſem ſecuri ꝑcuſſus.
Sed de Scotis ꝓſequamur, Dardãnus Metellani pronepos, qui Cor 60
bredo rege extincto Scoticarũ rerũ confeſtim eſt potitus, cui ob im
mẽſam corporis molẽ Groſſi agnomẽ vulgo eſt adiectũ ꝓximę re-
lationi dabit initiũ. Erãt etem̃ Corbredo tres filii, duo ĩpuberes, ter-
tius nõdũ virilẽ attingẽs ętatẽ, Corbredus, Tulcanus & Brecus. ho
rũ natu maximus cũ Voada amita Britonũ regina, de qua ſupra me 65
minimus, educatus ac Britonũ moribus & vrbanitate imbut⁹ erat.
Effecit ea res vt ei Galdi agnomen vulgus indiderit. Em̃uero Scoti
vel hac nr̃a ętate, quẽ ſui ſanguinis virũ alieni mores & inſtituta or
nauerint, Galdũ cõſueuerunt appellare. Vt igit̃ Corbredo adoleſcẽ
ti ad maturã ętatẽ, regnũ incolume ꝑmaneret, patrũ priſca ſanctiõe, 70
Scotorũ maiores, pp̄lo ratũ habẽte. Dardãnũ regnare iuſſerũt. Fuit
Dardãnus ante initũ ĩperiũ, regni primoribus oĩm gratiſſimus, Cor
bredo regi, & domi & militię ſemꝑ ꝓxim⁹, imperatis obtẽperãs vti
li cõſilio honeſtoq; ad Reipub. moderamen: q̃bus eo deuẽtũ vt oĩb⁹
ꝑſuaſũ eſſet, nouũ principem, optimorum regũ, Metellani, Carata- 75
ci, Corbredi (de quibus a nobis mentio habita eſt) veſtigia imitatu
rũ. Cõplexi ſunt & plębei Dardãnũ veriſſimo animi affectu, ac læti
tia incredibili: oĩm em̃ fauorẽ recẽs memoria beneuolẽtię, qua in no
biles fuit & populares, illi cõciliabat. ꝓcero erat corpore, facie libera
li. Sed vt rei exit⁹ oſtẽdit facinoroſus ſuberat animus. Imperii initio 80

medium egit principem: optimatũ vsus consilio in publica admini-
stratione: a domestica iniuria externaq; probe suos tutatus. Mox ter
tio anno vix emẽso omissis quę ad iustitiã attinebãt, pręceps in vni-
uersa vitia dicitur abiisse magistratus, curasq; rerum publicarũ pro
bis atq; bonis ademptos, improbis & sordidi generis, & obscurę ori
ginis, aulicorũ quorundam assentatione permisit: vehementer suspe
ctos habens, quos aut nobilitas aut virtus decorauerat: ipse obscœ-
nis immersus voluptatibus in peiora indies est delapsus. Nec mul-
to post suis opibus effusis in improbos, qui eius gesta cõmodi causa
tametsi prorsus indigna, magnis & assentatoriis acclamationibus
extulerant, inexplebilis auaritię factus est, vt alieni plusq̃ hominis es
set appetens. Cardorum cognatum virum nobilissimum, qui Cor-
bredo regnante iustitiarium egerat (sic summę in sanguinem pote-
statis secundũ regem vocant administratorẽ) insidiis petitum, fecit
obtruncari, q̃ suis flagitiis fuerat infestus. Sunt & eodem prope tẽ-
pore permulti nobiles, paribus insidiis interfecti. Id maiorum regni
plebeiorum in regem inexpiabile cõflauit odium: nec ita multo post
Dardannus consilium cepit Corbredi Galdi iam tum virilem ineũ-
tis ætatem: cui ipso vita functo hæreditario iure debebatur regnum
cum germanis eius obtruncandi. ratus his sublatis, regnum sibi
suæq; posteritati stabilitum iri. Agebat tum Galdus in Mona in-
sula sub custodum ad id publico decreto destinatorum, præcepto-
rumq; ac Pędonomorum, vt tum fiebat cura. Datum negocium re-
giorum adulescentum necandorum, Carmonaco cuidam aulico. Is
illico accepto munere, in Monam insulã traiecit: vbi quum Galdum
in aditu per occasionem percutere statuisset, a custodibus cum nudo
pugione deprehensus, ductusq; ad magistratus & adhibitus quęstio
nibus, insidias, regis consilium, & ipsam rationem cædis patefacit.
ita destinatæ necis conuictus illico interficitur. Id vbi propalatum
erat, sequuta est illico regni maiorum in regem coniuratio. Ita eum
& ob immania scelera, & ob destinatam regiorum adulescẽtũ cæ-
dem omnes infense oderant, Cæsis vbiq; qui eius partibus fauree
credebantnr. Sub id tempus Conanus sordidi generis homo rerum
pœne omnium curam, regia authoritate gerens, qui regis flagitiis
non modo fautorem se pręstitit, sed ea veluti egregie gesta plurimũ
laudare cõsueuerat: nimia erectus insolentia pristinæ fortunæq; obli
tus, post multas fortunas, cum totius reipublicæ incommodo, con-
gestas, exercitum contrahere, ad regis partes tuendas, est annixus.
Sed a coniuratis proceribus interceptus, & copiis destitutus subla-
tus in altissimam crucem, laqueo vitam finire coactus est. Galdus

inde quē coniurati, sibi prefecerāt ducē. Coacto exercitu ducit in regē. Id posteaq̄ Dardāno nunciatum est, ipse fugiens primū latebras quesiuit. At vbi fuge nusq̄ locū relictū intellexit, tanta hostiū vrgente vi, quum sibi manū inferre instituisset, prohibitus ab aulicis, captus ac vinctus hostibus traditur viuus: ductusq; ad Galdū, corā interfici est iussus. Abscissum caput contoq; affixum per exercitū, magno cū ludibrio circūtulerunt. Cadauerq; eius vnco distractū in vilissimā proiectum est cloacam. Talis fuit insolentis Dardāni exitus, quarto anno, posteaq̄ summū Scotorum inierat magistratum. Fuit idē annus Vespasiani Romani imperatoris principatus circiter sextus, Christi aūt seruatoris septuagesimus qntus. Sub id tēpus quo hec fierent, Romane res in Britānia pseuerantibus bellis ciuilibus, segniori legatorum administratione facte sunt ambigue. Nam Paulinus, qui vt supra diximus Britanniā legatus obtinuerat, ꝙ vulgari opinione, arrogans in deditos & iniurie vltor atrocior haberetur, vt Petronius Turpilianus, tanq̄ exorabilior, & in delinquētes mitior in Britanniā mitteretur legatus, apud Cesarem obtinuit. Is cōpositis prioribus, nihil vltra ausus, Trebellio Maximo prouinciam tradidit. Trebellius aūt natura segnior militarisq; rei pœne expers, comitate quadā prouinciā tenuit. Sed vbi exercitus discordia laborantis, vtpote milite expeditionibus assueto, ocio iam lasciuiente, irā vix potuisset vitare, Vectio Velano cessit. Erat is eadē inertia erga hostes, ciuili bello segnitie excusationē prebēte, petulātiā castrorū charitate magis q̄ authoritate, cōpescuit. Peruenit is ad Galdi Corbredi regis tēpora: de quo subsequēs erit narratio. Maiores Scotorū, facto consessu post Dardannum regē interēptū multa de Galdo inter se sūt loquuti: ꝙ rege natus esset patre, nō aliūde accitus, repsisset puer in regiis ornamētis, in nobiliorꝫ creuisset cōplexib9: sepius a pre singulis cōmēdatus: nō incertus reipublice futurus moderator, q rege eēt pgnat9. Cōmuni inde oim cōsensu, regalib9 decorat9 insignib9 fatali marmori, vt vetus gētis erat institutū insidēs, cūctis, fœlix faustūq; sibi regnū futurū acclamātibus, ab oibus rex cōsalutatur, Galdus, Galgatū Tacitus eū vocat, rex declaratus, primū diis, primatibus inde, atq; ceteris. Scotice gētis, q spectaculo aderāt, gratias egit ꝙ eorū in se fide & studio, paternū sibi imperium māsisset incolume politicū sese in publica administratione futurū, maiorum consiliis, & eorum qui prudentissimi essent acquieturum pollicetur: idq; corā oibus iureiurādo vltro pstito cōfirmauit: que res eū oibus mirū in modū charū acceptūq; effecit: conciliabatq; illi etas incredibilē oim fauorē. Prestās eñ erat illi forma & recēs optimi patris memoria: tā

45 50 55 60 65 70 75 80

1 domestica & externa nobilitas: siquidẽ duplici modo, regiũ stẽma & nobilitatẽ attigit. Enimuero prẹter paternũ genus mater ei fuit Pictorũ regis filia longa regũ stirpe ꝓgnata. Nihil deniq; ei defuit q̃d ad multitudinis gratiã ꝓmerẽdã attinere posset. Principio regni, q̧

5 respublica detrita erat, Dardniã regis atq; scelestissimorũ, q̃bus ille ꝓmiserat regni gubernacula vitiis, vt cũctis qualis futur9 esset rex, specimẽ daret, quorũ suasu ductuq; Dardanus nobiliũ cõplures occiderat, exquisitis perdidit suppliciis: vt publicarũ iniuriarum vltor & haberet & esset. In Hebrides cũ copiis traiecit: ibi Dardani segnitie

10 tumultuãtiũ multorũ, haud magno negocio, motus cõpressit. Inde triremibus multis cũ exercitu in Levvisam, & Skeiã (insulas Hebridum vltimas, a Scotis regibus rarissime accessas) est deuectus. vbi nõnullos reipublicẹ hostes, iudicũ authoritatẽ declinãtes inuentos, extremo dedit supplicio. In Lugiã inde reuertitur, vt incolarũ turbi-

15 das res pacaret. Venere ad eũ dũ in Lugia esset, Morauí, gratulãtes multũ, q̧ Dardannũ optimatũ publiceq; salutis hostẽ, e medio sustulisset: fuere regi Morauí, multo & vtili obsequio ad patriã & rẽpublicã in eũ statum, a quo post patrẽ extinctũ defluxerat redigẽdum. Grassatores eñ depopulatores agrorũ, latrones, fures, eorũq; rece-

20 ptatores ac multos scelerati instituti hoĩes captos, vinctosq; ad regem perduxere. Qui illico regis iussu ad vnũ vltimas dederunt pœnas. Confugere quidam latrũculi ad Castrũ Alatũ, quo regis irã declinarent. Hos insequuti regii ministri priusq̃ arcem prẹsidiis firmare poterant, interceptos, & in cruces sublatos furca vitam finire coe

25 gerunt. Fuit ex illo regni status quietior. Sequuto anno qui fuit Galdo regi imperii tertius, Euonii primorum indicto consessu, q̃plurima ad publicam salutem sunt sancita Eueni regis execrandas leges (de quibus supra, quum de eo rege ageretur dictum est) penitus abrogare multum annisus rex, ne deinceps plæbeiorum vxoribus no-

30 biles cõmuniter vterentur solum obtinuit. Cẹteras aduersante multitudine, prorsus tollere nõ potuit. Quumq; intenderet multis rationibus, nobilium animos a spurcis adeo institutis auertere, nunciatur Petiliũ Cerialem Romanum legatum a Vespasiano Cẹsare, qui cum cẹtero orbe Albionem pœne amissam, recuperare statuerat, missum

35 in Britanniã prouinciam cũ copiis penetrasse. Ordouiciã Brigãtiãq; ꝓpediẽ inuasurũ. Is nũcius Galdo regi gentisq; primoribus terrorẽ statim incussit. Placuit tamẽ nõ prius bellũ ꝑ regiones denunciare, q̃ exploratũ haberet quid in Scotos Pictosq; molirent̃ Romani. Idcirco regis iussu, equites quidam rei militaris periti, ad exploranda

40 Romanorum consilia sunt dimissi. Qui Romanis copiis diligenter

inspectis, militũ numerũ & ordinem, humanã supra facultatẽ omni-
bus formidandũ retulere. Addiderũt Romanos Ordoluciã Deeráq;
Pictorũ regiones Britãnis proximas, fœde populatos. Vastata sata
rẽ oẽm pecuariã occupatã. Pictos Deerę Ordolacięq; incolas vicina
rũ gentiũ accessione viribus auctos, temere cũ hostibus congressos,
atroci deletos occidione, Romanos victoria tumentes, & magnis in
sultationibus Pictorũ agris penetratis ad occidẽtẽ regni partẽ tẽdẽ
tes, expeditionẽ ilico in Brigantiã parare. Hęc in populũ nõ sine tre
pidatione vulgata, Britones ꝑfidię incusabãt, ꝙ accepti beneficii im
memores, amicissimos populos Scotos Pictosq; qui eoꝝ pro salute,
ad internicionẽ pauloante dimicauerãt, Romanoꝝ in suos agros ad
uẽtus, quouismodo certiores facere neglexerant. At Galdus, priusq̃
Romani viscera regni penetrarent, primis conatibus occurrendum
ratus, suis omnibus ex regionibus accuratissimũ habuit delectum.
Quinquaginta hominũ milia sub eius signis fuisse narrantur. Nec
erat in Scotorum agris quispiam, qui ilico ad arma non cõcurreret.
Ducenti Galdo regi in Romanos, varia dicuntur prodigia oblata.
Aquila diẽ pœne totũ, expansis alis supra exercitum laboriosissime
volitabat. Id multis incussit terrorem: sese eo prodigio interpretanti
bus Romanis, quibus aquila insigne, dedẽdos. Galdus rex bene om̃i
bus sperandum acclamat. fore interpretatus, vt ea expeditio, Roma
nis multum laboris & ãxietatis esset allatura. Visus est & armatus
miles per aera volitans, qui vbi circũuolasset exercitum, subito cun-
ctis disparuit. Cecidere & varia auium genera, e proximo cælo, mul
tis obducto nubibus, cruore aspersa: campis his quibus exercitus
erat ducendus. Ea omnia prospera Scotis interpretatus, militem in
victorię spem, multis erigens suasionibus, instigantibus his qui pru
dentia & authoritate pollebãt, sublatis signis in hostes ꝓgredi Rex
mandauit. Nunciatur interea, regi primoribusq; Romanos longe
maiori multitudine & apparatu in Brigãtiam venisse, q̃ antea vnq̃:
veluti non tam ad pugnandum, q̃ ad considendum in prouincia iã-
dudũ pœne debellata susceptaq; iure belli in potestatem: tantum ve
ro suæ virtuti confidere vt ei nullam mortaliũ vim quãtumuis ma-
gnam armis posse resistere persuasum haberent. Ad ea Galdus rex
a maioribus edoctus, duram suorum militiam Romanæ virtuti op-
ponendam, foreq; vt fortuna humanarum rerum versatilis modera-
trix, per tot successus Romanis (vt ęquum erat credere) aliquando
insidiaretur. cõsuesse em̃ deos pie iniuriã propulsantibus frequẽtius
adesse respondit. Fuere qui regi suaderent, ne adeo ad hostes prope-
raret. Cunctandum potius paucis cum copiis, reliquis dimissis do-

mum: vt Romani,cõmeatu consumpto,aut Brigantia excedere,aut
inedia multisq; aliis incõmodis laborare cogerẽtur. Probauere ma-
iores consiliũ.Sed vereri se dicebant ne cũctatione militibus remit-
teretur alacritas. Scotorũ enim militũ animos,vbi primũ coiuerint
in exercitũ,feroces admodũ atq; ad in pugna perdurãdũ promptis-
simos,cunctatione frangi:atq; vbi diutius in armis mãserint sub pel
libus,paulo fore remissiores: propterea impigre ducendũ in hostes.
Eam sententiã copiarũ duces militesq; sequuti, tertio die in hostium
venere conspectũ. Turbauit Romanorũ multitudo atq; frequentius
tentata virtus,ita Scotorum turmas,vt fiducia in solicitudinẽ versa
multis videret̃.Sed ducũ opportunis exhortationib9,ad pristinã ala
critatem redeũtes,deosq; pro fœlici belli exitu precati pugnã incre-
dibili ardore inire cœperũt.Silurũ acies (in ea Galdus pugnabat)
magna ferocia,primo cõgressu,dextrum premit Romanorũ cornu.
Id vbi Petilius animaduertit,legionem pœne pressis subsidio misit.
Ita redingrato pręlio,Silures magna Romanorum vi sunt repulsi.
Cruẽtissima pugna,magna vtrinq; cũ strage sequuta. Dum milites
ita confligerẽt:duces sua munia egregie obibant.Lustrabat Petilius
solicitos Romanos confligentes, ac vbi deficere quoslibet animad-
uertit,pręsto attulit suppetias.Mox inter circũeundũ Galdum regẽ
intuitus pugna atroci laborãtẽ, eũ aut capere aut interficere cupiẽs
cum manipularibus sibi ad omnẽ casum assistentibus,magna alacri
tate est aggressus.Tum ibi atrocior pugna est coorta: vbi Scotorũ
fortissimi,in Galdi regis conspectu nihil omittentes qđ ad pręstan-
tissimos milites attinere diceres,honestissima pugna occubuerunt.
Rex ipse magno in faciẽ accepto vulnere recentem equũ ascendens
acie excessit.Tum cęteri regis fuga deiecti animis, terga vertentes,
per æqua & inuia,pręcipiti cursu,feruntur.Cędit fugientes Roma-
nus miles,quoscũq; pręhendit.Qui vrgentiũ manus euaserant,in pa
ludosum locũ,veluti tutissimũ refugiũ sese recipientes, illic noctem
se illam quæ infœlicẽ pugnã est sequuta continuerunt. Cęsa sunt eo
pręlio (vti nostris annalibus memoriæ est proditum)Scotorũ duo
decim ꝓpe milia:Romanoꝝ ad milia sex.Postridie Scotorũ exercit9
reliquię primatũ sunt opera collecte, Galdus rex vulnere sautius,in
Lelguorum fortissimã arcem est deportatus. Romani Epiaco,haud
magno negocio maiori cũ Brigantię parte occupato anni reliquum
magnis pręliis abstinuere.Subsequuta ęstate,Petilius legatus,nõ tã
Romani Imperii protendẽdi, q̃ æquandi prędecessorũ gloria cupi-
dus,milites e castris educens reliquã Brigantię partẽ,subigere sum-
ma vi conatus est. Brigantes crebris incursibus ac leuibus præliis,

infestantis hostis impetũ aliquãdiu sustinuere. Enimuero vetitũ erat, publico maiorum decreto, post tot fortissimos gladio sublatos, ne deinceps cũ totis copiis, collatis signis confligeretur cũ Romanis. Ne totius rei summa vnius pugnę fortunę cõmitteretur. Interea, dũ Romani Brigantiam magna depopulatione peruagarẽtur Vodicia Aruiragi regis filia, minor natu, quã a Romanis stupratam, captãq; prælio a Suetonio legato ante diximus, contractis cohortibus ex Monę incolis, atq; Brigãtibus qui illuc Romanorũ iniuriã declinãtes confugerant, vbi Marii insidias deuitans, exul procul patria egerat, violatę pudicitię maternęq; iniurię vlciscendę animo, Romanos nihil minus q̃ hostẽ a tergo timentes noctu pugna est aggressa. Auditi primũ strepitus dissoni: clamoresq; ad pręliũ hortantiũ: multitudo inde missiliũ ac catapultorum, in Romanos iacta. His obstupefacti quid potissimũ agẽdũ, subito in periculo non satis sciebãt. Neq; enĩ hostes declinare poterant, neq; ignotis copiis, & multitudine & virtute sese, tenebris prospectum adimentibus audebant miscere. Dum Romani ita hęsitarẽt, hostes temeritate haud inani, perfractis castrorum aggeribus teterrimã edidere cędem: ignauorũ pręliaribus, telisq; fortissimis sępe cadẽtibus. Actũq; fuisset de Romano exercitu, atq; excussum Vodiciæ opera seruitutis iugum a Brigantibus, nisi Petilii citius occurrisset prouidentia. Ipse siquidem accensis facibus pice resina sulphure & seuo conflatis, quas in nocturnos vsus quum opus foret paratas habebat: vbi maximus clamor audiebatur concessit. Iactisq; torribus & faculis cum telis in hostes, eorũ vim paulũ a castris arcebat. At Vodicia, multa alacritate milites hortando, certamẽ redint egrauit. Maximo inde pugnatũ ardore: vt ne finẽ quidẽ labori, tota nox attulerit. Tandẽ illucescente, Romana superãte multitudine Vodicia cũ suis in fugam est conuersa. Vetuit Petilius prosequi fugientes: veritus ne Romani in insidias inciderent: die quę pugnę noctẽ est sequuta, Vodicia multis irritata iniuriis, viraginis clarę agitata furore, citato gradu cõtẽdit Epiacum. Ciuitatẽ magna vi occupatã incendit pręsidiis Romanis multis cum emeritis militib9 qui eo legati iussu locati fuerant inclementer cęsis: vt iniuriã quã in Petilium vlcisci nõ poterat, in Romana præsidia, ac veteranos vlcisceretur. Ad delendã acceptã manu fœminina cõtumeliam Petilius legionẽ misit in Vodiciam a qua intercepta, suis pœne omnibus occisis, viua ducitur ad ducẽ Romanũ. Accusata q̀ tãtũ facinus supra muliebrem animũ sublata verecundia ausa fuisset: quũ respondisset, hostẽ se, hostes occidere voluisse. Ad id vires defuisse nõ animũ: nihil se q̃ fœlices Romanorũ successus ægrius ferre, qui deuicto patre,

45 50 55 60 65 70 75 80

1 matre cęsa in bello Aruiragi domui Britonum ademissent regnũ, a militibus qui Petilio proximi stabant, gladiis obtrũcata interiit. Secũdũ hæc nũciatur Petilio, insulę Vectę incolas tumultuatos, cũ his Cãtianorum permultos sentire. Marium regẽ pœne regno pulsum:
5 spectare rem nisi citissime reprimatur, ad apertã defectionẽ. Is nuncius legatũ ad Cantium reuocauit: vbi non sine magno negocio, tumultuantiũ repressit conatus. Qui in Brigantia permanserant Romani, legati absentia, bello partũ, conseruare in fide magis q̃ vltra protendere imperiũ contenderũt. Altero deinde anno, Petilio vẽtris
10 profluuio extincto, Cæsar ne in Albione non esset legatus, qui rem ibi curaret Romanã, Iulium Frontinũ virũ cõsularem, illuc duabus cũ legionibus misit. Venientẽ nouũ legatũ Marius rex benigno affectu est complexus. Recreatis exinde militibus, immenso labore & mari & terra defessis, prouincias Romanas in Albione legatus cum
15 Mario rege lustrauit, vt in Romana fide perstarent, multis suasionibus hortatus. Et vbi omnia pacata intellexerat, ac ne apparẽtẽ quidẽ seditionẽ inter Britones, prędecessorũ curę & famę obruendę cupidus, Calidoniã siluã penetrare cõstituit. Vltimasq; Albionis gentes toties Romanis armis petitas & a nullo ad ea vsq; tẽpora deuictas
20 duce, ad deditionẽ cogere. Ad id sũma vi bellũ parabat. Nec multo post tẽpore, Mario rege in Cãtio relicto, qui Britones in Romana fide contineret, multis cum copiis posthabitis Pictis, ꝙ eam gentem, deuictis Scotis Romanis facile cessurã persuasum habuerat, in Brigantiã est profectus. Sub eius accessum vndiq; inter Scotos est tre-
25 pidatũ. Tãtũ timorẽ Iulii Frontini nominis fama, omnibus incusserat. Iulius igitur in Brigantiam veniens Romana pręsidia, quę tenebant arces & castella, haud parum collaudauit, ꝙ sua munera, ad Romani nominis honorẽ ac reipublicę fœlicitatẽ, tanta fide & strenuitate mediis in hostibus gessissent. Hortatus singulos, vt bono
30 essent animo, spem in sua iãdudũ probata virtute haberẽt: fore, vt sine Romanorũ itertrimẽto, Barbaris deuictis, oẽm mox Albionẽ, in suã reciperẽt potestatẽ. Epistolã inde fęciali dedit ad Pictorũ regem qua petebat vt societatẽ & amicitiã veterẽ cum Romanis seruaret, aut si magis placeret iniret nouã. Memoria calamitatũ, quibus prio-
35 ribus bellis, Romanis armis sub Ostorio, sub Cęsio Nasica & Aulo Didio ducibus Picti ab Romanis, fuissent affecti ne cũ Scotis si saperent, gente semper rebelli, & intractabili sentirent: quos iam tum Romani Cæsaris decreta instituerãt, aut prorsus delere, aut perpetuã redigere in seruitutẽ: sana modo admitterent cõsilia, ne duriora
40 longe q̃ exacto tempore paterẽtur. Ad ea Pictorũ rex: cui Iulii Fron-

tini postulata, nihilo secius q̃ primoribus totiq; gẽti fuerãt suspecta, publicę consultationis decreto respondit: sese demiratũ: vnde tanti belli in Scotos iusta causa Romanis oriri posset: q̃dve moueret Romanos, haud cõtinenti terrarũ orbe cõtentos, in vltimas Oceani insulas toties mouere, ad innatã Albianis libertatẽ impie oppugnãdã. Parũ iuste facere qui sola dominandi cupidine, ad aliena regna subuertenda tãtis viribus moliretur: deosq; scelerũ vltores impietatisq; cõtẽnerẽt. Eorũ se ductu, cũ Scotis amica gente & confœderata, cõtra Romanos, pro cõmuni patria & libertate, sua cũ gẽte in p̃liũ descẽsurũ. Neq; saniora cõsilia pro se pro libertate, pro tutãdo regno, prudentiorũ & eorum qui optimi sua essent in gẽte, inuenire posse: quãdo ad id tenerẽtur ex fœdere, se nullã dignoscere legẽ quę violare fidẽ permitteret. Romanus legatus; Pictorũ regis spreto respõso, illico in Silures mouet: gentẽ omniũ Scotorũ ad quas Romana ad id tẽpus deuenerãt arma pugnacissimã. Galdus rex nouo turbatus Romanorũ motu, ad Scoticã rẽ tuendã copiis vndiq; contractis, tã etsi dudũ accepti vulneris in prępelio dolore vehemẽter cruciaretur ꝑfectus est. Sequuta pręlia velitum ritu rara cum militum cęde. Erat Galdo consiliũ, valetudine causam prębẽte, potius fatigãdi q̃ oppugnandi Romani exercitus. His pręliis, fortuna anceps fuit: quãdoq; victis, quãdoq; victoribus Romanis. Tandẽ Scotorũ turmis, frequẽti manipulariũ militũ nece, vehementer attritis: Galdus rex inualescente morbo q strenuũ ducẽ agere nequiuerat ægroto corpore: animo longe ęgriore, dispositis prędiis in Silurię munitionibus regione excedẽs, lectica, magna cũ difficultate, in Argatheliã, est delat9. Nec multis post diebus Scotorũ copię quę in Siluria permãserant, a Romanis p̃lio petitę, victę, fugatęq; sunt, tribus hominũ milibus desideratis. Territa ea clade Siluria, quũ nullã spem Romanę vis arcendę, in vllo haberẽt repositã, omnibus qui arma ferre poterãt, aut fuga aut occidione exhausta, armis cessit Romanis. Secũdũ hęc victores milites Romani in castra sunt dimissi. Sequuta hyeme emẽsa Iulius Frontinus grauẽ incidit in morbũ ob exundantẽ pituitã, habitatione graui ac nubilo aere crebris nubibus madẽte, qualis illis in regionibus est perpetuus & ob immensam montiũ altitudinẽ, & ob lacuũ fluminũq; vicinitatẽ. Auxit morbum frigus immoderatũ atq; insolitum, quod nec a ceruice nec a pedibus arcere vlla arte potuit. Id vbi Romam Domitiano (is tum rem tenebat Romanã) nũciatum est, vt legati atq; Romani exercitus saluti consuleretur, Frontinũ in Italiam reuocatum exquisitissimorũ medicorũ curæ adhibuit. Et Iulium Agricolam virum cõsularem, omniũ Romanorum ducũ,

qui ad id tempus in Britanniã n venissent pręstãtissimũ, vt Romanis pręesset copiis, legatũ misit in Albionem. Sub tempus quo hæc fiebant: Ordouices alam in Brigantię finibus agentem prope vniuersam obtriuerant: eoq; successu erecti, Pictos, Brigantes, atq; Silures ad motũ in Romanos concitarunt. Iulius Agricola in Britanniã delatus, vbi Ordouicum atrox facinus acceperat, Pictos Siluresq; arma sumpsisse in Romanos, omniũ opinione celerius, cum legionibus, auxiliaribus Gallis & Britonibus, ad propulsandum commune periculum, mouit in Pithlandiam. Ordolucis (quæ fuerit ea gens supra est demonstratum) haud magno negocio in deditionẽ receptis, munitiones, arcesq; adeptas, pręsidiis firmauit Romanis. Camulodunũ deinde copias admouit. Huic obuiam Karanathus Pictorum rex, cum exercitu decurrens, facto pręlio victus est atq; intra vrbem cõpulsus. Tertio dehinc die reparatis copiis, Picti in Romanos acie sunt progressi. Sed tunc fortuna nihilo melior eis fuit, q̃ pugna priori. Victi etenim pœne omnes qui pugna perstiterant occidione sunt occisi. Mox Camulodunũ vi occupatum magno incolarum numero cęso, secundo vallo & fossa illico cingere instituit Agricola. Karanathus vero Pictorum rex, amisso exercitu, fuga seruatus, traiecto Forthea flumine, cum paucis militibus in Otoliniã sese recepit. Erat tum Otolinia Pictorũ regio, duo inter ęstuaria Fortheam & Taum (vtrũq; adhuc nomen retinet) interiacens, solo fœcunda, nemoribus, pascuis, armẽtis, & gregibus aptissimis: lacubusq; ac stagnis & fluminibus, variis pisciũ generibus refertis: ac omni ferarũ genere, quę in Albione nascũtur exundãs. Cõtinet ea plaga hac ætate Fifam Fothricam & Orneuallem regiũculas prisca pollentes vbertate: sed Scotorum regũ opera (qui eas sedes post deletos postea Pictos occuparũt) quũ aliter latrunculos exterminare nõ possent arbore iam olim magna ex parte denudatas. Cęterũ victoriæ fama (quã Romani in pugna aduersus Pictos consequuti fuerant vt diximus) effecit, vt arces & munitiones Pithlandię vltro in Agricolę potestatem venirẽt. Pauloq; post, vt discrimini obuiã iret Agricola, contractis legionum vexillis auxiliorũq; manu, ducit in Ordouices. Illi accepto legati aduentu, nemoribus vbi in tuguriis suo more delitescebãt cũ fœminis, qui arma ferre poterant profecti, instructa acie Romanam vim accepere. Durauerũt in pugna Ordouices, donec prope vniuersi interierant. Qui cladem fuga euaserant, qua nocte domum venerunt, ab vxoribus, solitis eo modo fugientium virorum delere ignominiam, ad vnum iugulati sunt. Ea victoria lætus Agricola, haud ignarus instandum famæ, ac vt prima concessissent, fore vniuersa,

Monam insulam quam Paulinũ Suetoniũ expugnasse supra est me-
moratũ, iam tũ multos annos rebellantẽ, iterũ redigere in potestatẽ
ne locus profugis superesset totis viribus contendit. Quũq; nauium
copia ad traiectũ defuisset militũ, alii biremibus, alii tranando par-
uum nacti æstum ducis opera & constantia, repente in insulam sunt 45
immissi, quibus obstupefacti insulares, qui Romanam classem expe-
ctabant, nihil arduũ aut inuictum persuasum habentes: sic venienti-
bus ad bellum, petita pace, sese Romanis dediderunt. Agricola arci-
bus præsidio munitis acceptisq; obsidibus Monæ incolas subactos,
suo more ac legibus viuere permisit. Concessit inde cum exercitu in 50
Brigantiam, vbi in Hiberna dimissus exercitus hyemauit. Hęc fer-
me sunt primo anno in Albione Agricolæ gesta. Vbi æstas aderat
castris eductis copiis: posteaq̃ militibus coram multa de re militari,
de modestia ducum & constantia dixisset: Brigantiam atq; Silu-
riam cum exercitu lustrauit: ea profectione, loca castris ipse capie- 55
bat: æstuaria ac syluas ipse prætentabat. Terruit copiis & armis, in-
colas adeo, vt sub eius accessum, illico permulti, villis, vicis, & vrbi-
bus relictis præcipites in vicinas abirent regiones. Itaq; eam æsta-
tem, victos magis continendo q̃ nouos subigendo populos consum-
psit. Sequuta hyeme, copiis in castra dimissis, accitis nobilioribus 60
Albionis, qui Romano nomini parebant, ad vrbanos & ciuiliores
mores plurimum est hortatus: vt templa, fora, & ædes Romano mo
re extruerent: filios probatis traderent præceptoribus, sedatis tan-
dem bellis, eloquentia bonis disciplinis & moribus imbuendos.
Habitibus vterentur licet non elegantibus: decentibus tamen: Hu- 65
iusmodi exhortationibts salubribus atq; honestis consiliis, bellicoq;
apparatu struendo hibernum tempus transigens, futuram spectabat
æstatem. Tertio expeditionis anno, nouas gentes, Romanis armis
hactenus intactas inuisere parauit. Otolinos, ac Vicomagos. Fuere
olim Vicomagi populi Pictici generis: qui sub Calidonia sedes te- 70
nuerunt. Horum meminit Ptolemæus, Veremundus, multiq; alii
scriptores probati. Post quos atq; vniuersam Pictorum gentem de-
letam, Scoti eadẽ tenentes loca, Sterlingũ appellauere. Porro Agri-
cola, per inferiorẽ Calidoniæ partẽ cũ exercitu progressus ad mõtẽ
dolorosum: (nũc Sterlingi arcẽ peruenit) mõti (munitioni potius) 75
doloroso nomen ferunt inditum, ꝗ ex eo dolentiũ gemitibus simi-
limę voces, ab accolis, noctu audiri videbantur: quas malorũ dęmo-
num pręstigię, ad mortales, tum stultis insanientes superstitionibus
eludendos, vlla sine dubitatione excitasse credendę sunt. Montis na-
turam situq; veteris arcis in colle, sine habitatore, vetustate labentis 80

1 Agricola contemplatus, quũ inexpugnabilem pœne cognouisset, vt arx denuo repararetur magno sumptu & diligenti opera elaborauit. Ponte Fortheam strauit fluuiũ, & per eum vniuersum transmisit exercitum. Postero die arcem & natura & arte munitissimã, editoq; 5 sitam in mõte Beenarte id est montẽ artis nũc vulgus appellat, vbi Pictorum regem esse per exploratores acceperat magna obsedit vi. At Pictus paulo ante, Romanorum aduentu territus, relicta arce, in campestria se receperat: vbi cõtractis copiis ad pontem Fortheę recenter impositũ, diruendũ, nocturno itinere cõtendit: animo Roma-10 nos inter Taum & Fortheam includẽdi. Agricola quẽ Picti consiliũ non latuit, omissa arcis obsidione, illico cum Romanis copiis, proficiscentem est sequutus. Picti ab his qui in pontis erant pręsidio prohibiti, vbi conatum consequi non poterãt, re infecta a ponte redeuntes: paulo post in Agricolę deuenere cõspectum: vbi cum Romanis 15 necessario prælio congressi, ingenti clade sunt afflicti. Nec Romanis hostibus desperata salute, ad extremũ, pugna perdurantibus, incruenta obtigit victoria. Regem ipsum Pictorũ cũ paucis acie excedentem, fugientẽq; Romanus miles per montium iuga insectatus, nullum prius insequendi finem fecit, q̃ æstuario Tao prohiberetur 20 vbi inuẽtis Lintribus Karanathus summo vitę discrimine, æstuario traiecto in aduersum littus cum suis fuga saluus euasit. Aduersa pugna territi Otolini quidam ne durius affligerentur, vltro in Romanorum fidem concessere. Alii fuga salutem quęrentes, penetrãtesq; Calidoniam, deuenere ad Galdum Scotorum regem in Argatheliã, 25 eius fidem implorantes auxiliũq;. Agricola ad arcis obsidionem reuersus, vbi eã haud sine magno negocio expugnauerat, sequutę sunt munitionũ castellorum vrbiũq; Otolinorum deditiones. His successibus in fidutiam erectus Agricola, Otoliniam cum copiis peruagatus, loca opportuna ad castella ponenda multis in locis delegit: vt 30 parta sua opera prouincia securius in Romana fide conseruaretur: diruit & nõnullas arces, ꝙ loci iniquitate pręsidia, quũ res postularet, eruptionẽ facere nequirent. Ita rite in Otolinia rebus ordinatis, sequutã hyemẽ, nouas ædificãdo munitiones, veteresq; reparãdo, cũ exercitu ibidẽ intrepidus cõsummauit. Interea Pictorum rex Alecti 35 (oppido nomẽ est ad Tai fluminis ostiũ: nũc Deidono) sese continebat: vbi arx olim fortissima: ab Roberto Brusio rege, sed longa post tempora, dum Angli eam pertinacius tuerentur, vti opportuno referetur loco, diruta ac direpta. Cõuenere illuc frequẽtes ad regem Pictorum maiores, ii præsertim qui persequentium Romano-40 rum vim euaserant. Cõsolationis causa hortantes, ne sibi neu patriæ

deeſſet bene ſperaret de republica: viros ſupereſſe Pictici ſanguinis, viribus infractos, ad Romanũ exercitũ, indies magis magiſq; decreſcentẽ: vbi ꝓpitii dii forẽt, Pictorũ ab agris hoſtiũ iniuria armis occupatis pellendũ, exigẽdũq;. fore (vti frequẽtius res ſunt humanę) vt tot ſucceſſibus ac luxurioſis incrementis elati Romani, quũ minime ſperarent, in fortunę incidant inuidiã: & qui tot populis per orbẽ iniuriã intulerint, vltimis orbis gentibus, ludibrio habeantur: ita inſtabilem fortunã, mortaliũ res citato turbine verſare. Hanc deam alia ante Romanũ fœlicibus auſpiciis condidiſſe regna: eadẽq; fœlicioribus ſucceſſibus incrementiſq; elata deleuiſſe. Neq; ſperandum Romanũ imperiũ, conditũ mortaliũ viribus, perpetuũ immortaleq; fore. Hę ſimileſq; primatum ſuaſiones tametſi a rege vehemẽter laudatę, in meliorem tñ eũ ſpem erigere nõ potuerunt: adeo verebatur Romanas vires nominiſq; magnitudinẽ: perſuaſum ſemper habens Romanã rẽ, ſupra omne humanę ſortis faſtigiũ creuiſſe, adeo vt nulla ei vi poſſet obſiſti. Sequutę multę & varię primatũ ſuper inſtãtis belli gerendi ratione conſultationes. Placuit tandẽ cõmuni decreto, ad Galdum Scotorũ regẽ illiuſq; gentis maiores quibuſcum vetus amicitia, multis officiis, longa per ſecula fuerat celebrata, legatos mittere: vt Romanorũ iniurias queſti in quãto tum periculo, Pictorum reſpublica eſſet amicũ regem confœderatũq; certiorẽ facerent: Rogarentq; auxiliũ ad imminens periculũ propulſandum. Neq; res dilationẽ accepit. Miſſi etenim legati, mandatis Galdo coram recitatis, quę poſtularant, ꝙ ad vtriuſq; populi ſalutẽ attinebant, facile impetrarunt. Ferebat rex ęgerrime nõ modo Pictorum agros, Deerã, Ordoluciã, Pithlandiã, & Otoliniã: ſed vel magnã ſui regni partem Brigantiã & Siluriã Romanis armis vi occupatã. Præelegit idcirco primoribus ſuffragãtibus, cũ Pictis cõmilitiũ facere: vltima experturus poti9, ꝗ quotidie, bello & iniuriis fatigatũ, ignominioſe tãdẽ, patrio ritu & libertate adempta, ſua cũ gente mortaliũ omniũ ſuperbiſſimis, ſubigi Romanis. Dũ his intenderẽt Scotorũ Pictorũq; reges cõfœderati, Silures, quos Romani nominis magnitudine territos a regione paulo ante exceſſiſſe diximus, reuerſi, in Romanos, ad publicũ regimen in Siluria ab Agricola deſtinatos, fœdiſſimã ſtragem exercuere. Captis arcibus, præſidiis cæſis, vaſtatis vndiq; ſatis, frumento omni, pręter id quod ſecũ portare poterant flãma cõſumpto. Agricola tantę cladis nũcio accepto, illico in Silures mouit, rebelléq; gentẽ legati aduentũ minime expectantem, concedentẽq; in mõtes cęli iniuria intractabiles, itineribus magnis ac difficilibus inſequutus, pręhenſos quoſdã in cruces attollere iubet: dirutas arces

1 reparat:nouisq; munit præsidiis: rem frumentariã, ex Britonũ agris apportat. Cognito inde per exploratores,hostes haud procul cõglobatos incertũ quid in Romanos moliri,magna vi eos insectatur:fugientes extra Cludã (fluuio nomen est quẽ Tacitus Clottã vocat)
5 haud sine magno discrimine cõpellit. Dirimitur is fluuius eo loco a Bodotria amne (nũc Leuino)quo cũ eodẽ pœne loco labitur in mare,angusto terrarum spatio. In eo arx est plus loci natura q̃ arte vlla munita:tũc Alcluth,id est totus lapis:nũc vero Douunbriton.i. arx vel munito Britonum vocata. Firmabatur ea arx, validis Scotorum
10 præsidiis , adeo vt nulla arte aut vi a Romanis tum potuisset expugnari . His laboribus Agricola,quartã transegit æstatem. Quinto expeditionis anno primo vere,Romana classis,quę ad Vectam insulam,legati imperia expectabat,secũdũ ventũ nacta, Agricolæ mandato,ad viuũ lacũ,nunc vulgo Lovvsim in Argatheliam,vbi portus
15 omnium saluberrimus est,deuenit:hostes vt admonerẽtur,nihil deinceps nisi per Romanũ imperiũ sibi tutũ sperare : nõ terrã Romanis copiis eã vrgẽtibus:nec mare eminẽte iam in eo Romana classe. Ipse Agricola cũ exercitu Cludam transgressus inuẽtis illic nauibus biremibusq; gentes ad id tempus Romanis ignotas Selgonas leuibus
20 pręliis domare est adortus. Sed pręsidis Camelodũni literis certior factus quosdã Pictorũ nobiles,motũ excitasse : rẽq; iam tũ spectare ad rebellionẽ:incœpto desistere coactus, cũ legione ac paucis auxiliaribus,reliquis copiis ad Cludã relictis, in Pithlandiam proficiscitur:vbi defectionis authoribus aut cęsis , aut publicam coniectis in
25 custodiam,rebellantiũ cũ maximo eorũ incõmodo,haud magno negocio tumultum repressit. Rebusq; ita in Pithlandia pacatis ad copias reuersus trans Cludam hyemauit. Cęterum æstate quæ sextum officii annũ,inchoabat,Argathelię,& quę eius sunt in vicinia insularum,portus stationesq; nauibus opportuniores iussit explorare:ipse
30 terrestri itinere,ad castella arces,omnẽq; munitionem subigendam, Leuino amne superato cõtendit:vt eo intelligerent hostes , nec mari nec terra sibi superesse refugium,quo minus in Romanam potestatẽ foret concedẽdum. Terruere primũ Romanũ militem,mõtiũ Argatheliæ asperitates,paludosaq; loca illis subiecta, interiacentia ne-
35 mora rhamnis & vepribus ac spinis oppletissime referta: quæ haud exiguũ impedimentũ exercitui regionẽ penetrandi videbantur præbitura. Sed Romani solitę virtutis minime obliti,vt labore inuicti, nihil sibi inuiũ habentes ea tametsi magno labore gnauiter superarũt. Altissima mõtiũ iuga ascenderũt:Indeq; maximã prędã & homi-
40 nũ & pecudũ abegere , fluuiosq; mira arte tranãtes munitiões quas-

dã mediis repertas nemoribus, domeſtici belli cauſa (vt videbatur)
pręparatas ad quas cõfugerant incolę: vi expugnatas diruere: arces
aliquot captas, ſuis muniuere pſidiis: atq; ita per agros graſſando,
agreſtes alioſq; qui eorũ ſpectãtes aduẽtũ regione nõ exceſſerãt, ma
ximis affecere incõmodis. Sub id tẽpus Galdi regis atq; primorum
decreto, gẽtis Nouãtę Morauę, Lugemarthaę, Hebridũ, ſimul atq;
cęterarũ regionũ, quę Scotico parebãt nomini copię in Atholiã cõ-
uenere, ad locũ vix quinq; paſſuũ millibus diſtãtẽ a caſtro Calidonię
nũc Dovvnkelda, vbi Karanathi Pictorũ regis cũ eius copiis pſtola
bãtur aduẽtũ vt duarũ gẽtiũ coeũtibus viribus, Romanis armis fa-
cilius obſiſteret. Cũq; Pictorũ rex quindecim armatorũ milibus per
Grãpiũ (mõs eſt a Deę fluminis oſtiis vt antea ſignificatũ eſt pœne
ad Alcluth, nũc arcẽ Britonũ ꝑ medias regiones lõgiſſimo tractu ꝓ
tẽſus) ad Scotorũ exercitũ iter faceret, leuiſſima cauſa oborta ſedi-
tio, inter gregarios quoſdã milites, effecit vt Pictorũ exercitus, in du
as ſcinderet factiones. Vnde illico ad arma eſt cõcurſum: ſocięq; ma
nus ſunt ad pliũ conſertę, mutuęq; ſequutę cędes. Perculit ea res Pi-
ctorũ regẽ, q dũ ad ſedãdũ tumultũ, incautius ꝑiculo accederet iner
mis, ſine ſignis regalib9 a gregario milite, incognitus eſt interfect9.
Laboratũ ide aliquãtiſper, haud ſine ſtrage domeſtica: Sed cognito
regis interitu vnuſquiſq; dimiſſa expeditione domũ cõceſſit. Galdus
rex horũ certior factus: vehemẽtius indoluit, & ob infœlicẽ amici re
gis interitũ, & ob deſtinatã in Romanos expeditionẽ, iã tũ Pictorũ
diſceſſione neceſſario differẽdã. Vocatiſq; in cõcionẽ gẽtis ſuę pri-
moribus breui oratione Pictorũ inter ſe intempeſtiuã ſeditionẽ dete
ſtatus, ꝓcatus eſt vt rei Scoticę magno laborãti periculo, quãdo ad
cõflictũ ꝓpediẽ cũ Romanis obeũdũ vires nõ ſuppeterẽt, quo potiſ-
ſimũ modo foret ꝓuidẽdũ, maturius cõſultarẽt. Poſt multas autẽ &
varias ſentẽtias, cõi conſilio eſt decretum, vt leuibus pliis ac incurſi-
bus ſubitis, ea æſtate, Romanos ne ꝓtẽderẽt imperiũ, impedirẽt po
tius, q̃ cũ eis totis copiis decertarẽt. Pictorũ maiores per legatos, vti
libus honeſtis atq; amicis hortarẽtur ſuaſionibus, ad domeſticã ſedi
tionẽ citiſſime extinguẽdã: alioquin iminẽs periculũ haud euitãdũ.
Æſtate vero q̃ ꝓxima fuit ſecutura, ex omni Scotorũ. Pictorũq; re-
gione & ex amicis vicinis ac cõfœderatis gẽtibus, Hibernicis, Orca
dicis Norvvergis, & Danis, ingẽtẽ cõtrahẽdũ exercitũ & in Roma-
nos ducendũ: Fore vt locorũ iniquitate, ꝓductoq; tẽpore, defeſſi, aut
patria excedere, aut inedia laborãtes, extrema pati cõpellerẽtur. Pro
bauere oẽs cõſiliũ: nec multo poſt tẽpore, legati ad primarios gẽtis
Pictorũ miſſi, lõga oratione ciuilia bella deteſtati, quãta incõmoda

afferāt regnātibus, q̄ illis vigentibus infirma sint regna, misereq; & afflictę res publicę, & q̄ semp infœlix nec vnq̄ beat9 illorū esset exitus, memorātes, multis & appositis suasionibus ad ciuilē concordiā hortati, eo rē pduxerūt, vt sūmotis dissidiis cōcordi oīm suffragio, in demortui Karanathi locū Garnardū regē sufficerēt, armaq; raperēt ad libertatē cōtra veteres & infensissimos hostes Romanos tutādā: decreteq; eodē i cōsessu sunt legatiōes ad Noruvegos ac Danos seu Dacos vn̄ antiqua Pictis origo: ad Hibernicos veteres Scotoꝝ q in Albione sedes habebāt parētes: quoꝝ obtētū ē opa vt pxima ęstate memoratę gētes, cōuētu & armis, Scotos & Pictos cōtra Romanos iuuarēt. Dū hęc agerent, Gald9 rex suas copias, i cōpluria agmina ptit9, iussit variis e locis irrūperēt i Romanas, locoꝝ maxie gnaris ducib9 designatis. Impediuerūt ea agmina Rōanos maiori apparatus fama (vt mos est de ignotis) q̄ re, ne ea æstate Calidoniā peterent. Sequuta hyeme, vrgēte aeris inclemētia, qualis nulla hoīm memoria antea cōspecta i Albiōe, vndiq; a pliis ē cessatū. Appetēte ęstate q̄ Agricolę Britānicę expeditiōis septima fuit, pstātiū militū delectus, ex hibernia i Albionē trāsmissus, vt Scotis auxilio forēt cōtra hostes: ad Galdū regē deuenit i Atholiā. Cōuenere illuc ēt multi ex oib9 Scotoꝝ regiōib9, regis expectātes ipia. Affuit & Garnard9 recēter Pictoꝝ rex creat9, ingēti cū militū copia. Hi oēs qb9 vn9 libertatis vīdicādę cōsēsus, gerēdi belli Galdo sūmā ipii dederūt. Is illico p Calidoniā i hostes ducere conat9, edoct9 ab icolis Rōanos magnā Calidonię ptē iā armis occupasse, nihil expauēs, triptito agmine, hostes adoriri ē aggressus. Id vbi Agricolę cognitū, ne supante Scotoꝝ Pictorūq; multitudine (qnq̄ginta. n. milia i armis fuisse phibēt veteres ānales) & pitia locoꝝ circūueniret, diuiso & ipe in tres ptes exercitu pgressus ē. Gald9 rex accepto qd Agricola paret, mutato repēte cōsilio, Rōanoꝝ legionē validissimā, q̄ tū forte pxia erat, nocte cū pte copiaꝝ iter sonū & trepidationē, cęsis vigilib9 pugna ē aggressus. Iāq; i ipis castris pugnabāt Scoti: quū Agricola & cōsiliū & iter hostiū, p exploratores edoct9 & e vestigiis insecut9 velocissimos eqtū, peditūq; assultare i tergo pugnātiū iubet, & mox ab vniuersis adiici clamorē. Id vbi aiaduerterūt q pugnabāt Scoti & Picti, i eos q a tergo iuaserāt versi haud minorē assultātib9 attulerūt cladē, q̄ ab eis accepert. Fuit id pliū atrox ad primā vsq; lucē magna vtriq; cęde cōtinuatū: qn̄ fulgētia signa, totas Romanas copias cū legato adesse demonstrātia, Scotos ac Pictos ancipiti malo territos & saluti timētes, ideoq; i fugā versos, in paludosa loca, cōsuetū refugiū, dēsissimasq; syluas, pręcipites nimiū pepulerūt. Effectū ea aduersa pugna,

vt confœderati reges suis cũ gẽtibus auxiliares Danos ac Norvve-
gos, magna iã tũ expectãtes spe, se suaq; armẽta, prędia & agros fre
quẽtibus & leuibus incursibus poti9 tuẽdo q̃ hostes oppugnãdo p̃-
sentẽ tũ æstatẽ cõsumpserit. At Romani frequẽtibus feroces victo-
riis, nihil insupabile suę virtuti existimãtes, Calidoniã penetrare, & 45
Albionis terminũ tãdẽ inuenire statuerũt. Et quũ magnis difficulta
tibus, itinerũ iniquitate id fuissent assequuti, Amũdo amne (nomen
adhuc retinet) supato ad Taum fluuiũ, haud procul a Calidonię ca
stro, cõsedere, vbi p Atholiã & Calidoniã Estaus labit̃, fluuius altus,
rapidus difficilis traiectu, & nusq̃ pœne vadosus. Vbi vero in Ocea 50
nũ Germanicũ haud ꝓcul ab Alecto ruit ęstuariũ cuius Cornelius
Tacitus in vita Agricolę meminit, duo aut amplius passuũ milia la
tũ Horestriã Pictorũ olim regionẽ nũc Angusiã dirimẽs ab Otho-
linia. Picti propinquo adeo Romanorũ accessu territi Tulinã nume
rosissimã ciuitatẽ ne Romanis dedita illis refugiũ foret & rei Picti- 55
cę icõmoda, habitatore fortunisq; exhaustã cõcremarũt. Erat ea vrbs
olim ꝑmagna ad Tai ripã, pulchra munitionib9 arcibusq; vti adhuc
ostẽdũt vestigia: magis arte munita q̃ natura. Locũ Inchtuthill no-
stra vocat ætas. Coniuges, liberos & oẽm rẽ pecuariã, in Grãpium
trãstulerũt mõtẽ. Scotis ac Pictis ita suis rebus cõsulẽtibus, Roma- 60
nos oppugnãdi, casus insperatã obtulit occasionẽ. Vsipiorũ eñ po-
puli qdã nõ lõge ab Rheni Ostio, vbi in mare influit Germanię orã
incolentiũ Cæsaris edicto cõscripti, in Britãniã sunt transmissi: qui
occiso Centurione, & iis q prẹerãt cohorti Romanis, Liburnicis for
te inuẽtis a Tamesi fluuio soluẽtes nouas sedes q̃rendi causa, secũdo 65
vẽto, ꝓsperoq; cursu in Taũ æstuariũ sunt delati. Veriti ne si in Ger
maniã traiicerẽt, in Romanoꝝ ob admissum scelus iciderẽt irã. His
Vsipiis ꝙ exitiali in Romanos essent odio, vt cũ Morauis gẽte cõis
originis cõsiderẽt ꝑmissum. Eodẽ fere tẽpore, Danorũ ac Noruago
rũ seu Norvvegorũ, decẽ ꝑpe milia, duce Gildone, cibariis, armis 70
oĩq; bellico apparatu munita i Fortheũ fretũ iter Pithlandiã & Oto
liniã appulsa sunt nauigio: vt Scotis ac Pictis, amicis, populis, cõtra
Romanos ferrent suppetias. Vnde quia Romanorũ armis, qui tũ ea
tenebãt loca descensu ꝓhiberẽtur, circũuecti in Taum, copias oẽs in
proximã terrã exposuerũt. Discrimen quo tũ Scotorũ Pictorũq; res 75
versabant̃ effecit horũ diutius expectatũ aduẽtũ vtriq; gẽti acceptũ
gratũq;. Cæterũ Garnardus Pictorũ rex Alecto profectus, gẽtis cũ
primorib9 aduẽtãtes incredibili beneuolẽtia accepit. Gildonẽ mul-
tis honoribus ab oĩbus habitũ in arcẽ introducẽs, magnificis donis
regalibusq; ornauit cõuiuiis: militibus in vicinos vicos, castella, & 80

1 villas, post labores quos inter nauigādū, maris sæuitia haud sine vitę discrimine obiuerāt, recreationis causa dimissis, Galdus rex cognito Gildonis cū auxiliariis militibus aduētu, illico Alectum petere properat viro & qui cū eo venerant Norvvegis Danisq; gratulaturus.
5 Venienti regi Gildo lecta cū militū multitudine, lętus sese obuiam effudit. Porro rex Gildonē cū mira excipiēs & comitate & honorificentia. Sat, inquit, mecū pręclare actū arbitror (fortissime Gildo) q; te cū tot virtute & forma pręstātibus militibus, florētibus ætate, benignitate deorū, in Albionē, incolumē delatum video: qui Pictos,
10 gētis Agathirsicę inter Danos diutius diuersatę: prolem Romanis armis, suis sedibus in Albione multa iniuria pœne pulsam, meq; & meā gentē, quibus cū Danis Norvvegisq; vetus est ex fœdere amicitia manifesto iā regni discrimine laborātes, pulsis procul hostib9 in pristinā restitueres dignitatē. Hūc tuū tuorūq; optatissimū aduentū
15 iam multos dies, & Scoti & Picti cūctādo expectauimus: in te istāq; adeo nobilē iuuentutē oculos & animū oēs intēdimus: quā corā intuentes, nobis supra q̄ dici potest gaudētes, tibi votis omnibus congratulamur. Enimuero tanta spes, singulis nobis atq; vniuersis ex gratissimo tuo aduētu est incussa, vt satis credamus, his auxiliarib9
20 copiis, nostris adiūctis viribus, vincendos Romanos atq; his nostris sedibus procul pellēdos. Propterea quū te, hūcq; delectū intueor lęto animo, nō tā accōmodatū ad bellū apparatū, q̄ iā victoriā in manibus, intueri mihi videor. Ad hęc Gildo, sese suis cū militibus pro amicis populis, pro sociis & cōfœderatis, ꝓ eorū patria & libertate,
25 aduersus Romanos, regnoꝝ prędones, libēter ad extremū dimicaturū respōdit. Obq; eā rē se cū exercitu in Albionē venisse: vt inita societas, ꝓstita fides, dextris maioꝝ datis, cōtestatis diis, inuiolata semꝑ perduraret. Haud aliud de eo sentirēt, fore ꝓcul dubio, vt i eo suisq; militib9, id experirent. Hęc vbi acta, Scotorū Pictorūq; cōfœderati
30 reges cū Gildone Danorū Norvvegorūq; maiorib9 Alecti posteaq̄ aliquot dies cōgratulationis causa fuissent cōmorati, subductis nauibus Forfareā adiere. Erat tū Forfarea castellū valide munitū, vti eius docēt ruinę, vndiq; pœne septū imēso lacu: vbi post deletos Pictos, Scotorum reges loci capti amœnitate, sese frequētius continebant.
35 Sed nūc in vicum (vt rerum est vicissitudo) redactū nomē his nostris retinēs diebus. Ibi facto consessu, maiorum Scotorū Pictorūq; & auxiliarium qui illuc ex Hibernia Dania & Norvvegia venerāt: quopacto in tanto discrimine rei communi foret consulendum multis & variis sententiis dictis, eo tandem communi omniū suffragio
40 deuenere: vt imminēti hyeme prœliis abstineretur, ne milites magna

ex parte sine tentoriis cęli iniuria. Cui ea regio plurimũ est obnoxia, in campos effusi aliquo incommodo afficerentur. Eo temporis quæ ad bellum forent vsui, summa ope pararent. Militum delectus, ad id negocium destinatus qui Romanorũ suis e castris prohiberet egressum & oẽm ad eos cõmeatũ. Et ne Taus fluuius ponte sterneretur, quo facilius Pictorũ agros cis Taum, Romani occuparent. Secũdũ hęc Galdus rex, Atholiã adiit, vbi cũ auxiliaribus ab Hibernia accitis hyemauit. Pictus vero & Gildo, cũ Noruegis, Danis, atq; Vsipiis, in arcibus, castellis cęterisq; munitionibus, quæ tũ in Horestia erant haud procul a Tao, æstatem magno expectãtes desiderio se cõtinebant. itaq; omnes hyemẽ transegere. Initio autẽ sequentis æstatis Agricola Romanam classem inuisens, quæ stationibus ac portubus saluberrimis, per hyemẽ cõseruata erat: iussit vt sublatis anchoris, Albionis reliquũ circũueherentur: nusq̃ portum, stationem, promontorium, sinum aut insulam inexploratam relinquẽtes. Id Agricolam egisse nulli dubium erat, vt vltima tellus, extremumq; mare, atq; insulæ ad id tempus paucis admodum cognitæ, se duce Romana sentirent arma. Nautæ Legati imperium executi, classem circum Albionem duxerunt. Ea profectione Hebrides insulæ sunt prospectæ & Orcades: & nonnullę earum depopulatæ: despectę & Tulæ duę, Ila atq; Leuissa. Cũq; cognouissent Romani Pictorum Bosphorum qui Orcades & Cornanam regionem rapidissimo cursu interfluit, haud plus milia passuum viginti abesse, eundem diuersis ac cõtrariis maris æstibus, volutantibus latum in præceps, haud sine magno nauium discrimine penetrandum, repertos quosdã in proximis insulis agrestes, Liburnicas ascendere naues magna cogentes vi, gubernatores sibi magnis pollicitationibus constituunt. Horum opera, q̃ Bosphori traiiciendi periti credebantur persuasum habebant, se omne quod eo in mari erat periculum euasuros. At contra euenit. Agrestes enim satis suam mortem vindicaturos existimantes, si Romana classis, tot præstantibus epibatis, tot opimis spoliis referta, eorum opera vndis obruta simul cum ipsis interiret: quum maxime a Bosphoro fuisset abstinendum, æstus vehementia, eo naues dirigi iusserunt. Quarum quædam paulo post raptæ in præceps, scopulis illiduntur, aliæ anchoris ne scopulis inferrentur iactis, illis per sequientes vndas reuulsis, per immensum maris spatiũ vi procellarum æstusq; marini actę subito sunt depressę. Nauigãtiũ pauci admodũ euasere, tabulis hęrentes: & ii quidẽ in littora eiecti, pro prędonibus habiti, intercepti ab incolis aut necati sunt aut seruati ludibrio. Abstinuere transmissu nonnulli: quibus nauigatio cõ

tra vehementẽ æstũ habebatur suspecta: periculũ ex sociis captãtes. Inde vicinis malis sociorũ territi ne locorũ imperitia, in deterius laberentur, qua via venerant ad Agricolam sunt regressi. Dũ his incõmodis Romana classis laboraret, Agricola infœlicis nauigationis inscius ligneum pontẽ in castris, proximę syluę excisis arboribus & paucis rei cõsciis, delectis ad opus artificibus, fecit fabricare. Eo Tao fluuio, omniũ opinione celerius strato, vniuersum Romanũ exercitũ transportatũ in campos, haud procul a Grampii montis radicibus deduxit: Põtẽq; fortissimis pręsidiis muniuit, ne hostiũ vi dolove dirimeretur. Perculit subitę rei fama, Pictorũ copias q̃ i proximis munitionibus & villis hyemabant, vehementer adeo, vt Galdum regẽ per legatos cõmunis periculi facerent certiorẽ. Inuitarentq; ad Romanorũ iniuriã secũ pugna vindicandã. Exciuerat Galdus omnibus e regionibus qui eius parebant imperio vires: Iãq; quadraginta armatorũ milia cõuenerãt: & adhuc affluebat omnis iuuẽtus, & q̃bus adhuc viridis erat senectus, nihil fracti prioris pugnę euẽtu: aut seruitutẽ, aut vltimã expectantes vltionẽ. Paucis inde diebus emensis, Galdus cum exercitu Grampio monte superato, in vallem deueniẽs Pictorum, Norvvegorum, Danorũq; copiis loco haud procul a Romano exercitu diuerso est adiũctus. Vbi post multas regum & principum consultationes Galdus cui rei summa totius belli gerendi antea fuerat cõmissa, apud contractã multitudinẽ, pręliũ iam tum poscẽtem in hũc modũ loquutus fertur. Quoties causas belli & necessitatem nostrã intueor, magnus mihi animus est, hodiernũ diem, cõsensumq; vestrũ initiũ libertatis totius Britanniæ fore. Nam & vniuersi seruitutis expertes, & nullę vltra terrę, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana: ita pręliũ atq; arma, quæ fortibus honesta, eadem etiã ignauis tutissima sunt. Priores pugnę quibus aduersus Romanos, varia fortuna certatũ est, spem ac subsidiũ in nostris manibus habebant: quia nobilissimi totius Britãniæ, eoq; in ipsis penetralibus siti, nec seruientium littora aspicientes: oculos quoq; a cõtactu dominationis, inuiolatos habebamus. Nos terrarũ ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famę i hũc diẽ defendit. Nũc terminus Britãnię patet atq; omne ignotũ pro magnifico est. Sed nulla iam vltra gens, nihil nisi fluctus & saxa & inferiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequiũ & modestiam effugeris: raptores orbis postq̃ cuncta vastantibus defuere, terrã & mare scrutantur. Si locuples hostis est, auari: si pauper, ambitiosi: quos non oriens, non occidens, satiauerit. Soli omniũ opes atq; inopiam pari affectu concupiscũt auferre, trucidare: rapere falsis nominibus

Ex Tacito

imperiũ. Atq; vbi solitudinẽ faciũt,pacẽ appellant. Liberos cuiq; ac
propinquos suos,natura charissimos esse voluit: hi per delectus ali-
bi seruituri auferũtur. Coniuges sororesq; etsi hostilem libidinẽ effu
giant,nomine amicorũ ac hostium polluũtur. Bona fortunæ quæ in
tributũ egerat annus,in frumentũ: corpora ipsa ac manus,syluis ac 45
paludibus emuniendis,verbera inter has contumelias cõterũt. Nata
seruituti mancipia,semel vęneunt atq; vltro a dominis alũtur: Britã
nia seruitutem suã quotidie emit,quotidie pascit: ac sicut in familia,
recentissimus quisq; seruorũ etiam conseruis ludibrio est, sic in hoc
orbis terrarũ vetere famulatu,noui nos,& viles,in excidiũ petimur. 50
Neq; enim arma nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercen
dis reseruemur. Virtus porro,ac ferocia subiectorum ingrata impe-
rãtibus:& longinquitas ac secretũ ipsum,quo tutius eo suspectius.
Ita sublata spe venię,tandem sumite animũ:tam quibus salus, q̃ qui
bus gloria charissima est. Brigantes fœmina duce,exurere Coloniã 55
expugnare castra,ac nisi fœlicitas in secordiã vertisset, exuere iugũ
potuere. Nos igitur integri & indomiti,in libertatẽ nos sumus latu
ri primo statim congressu. Vnde ostẽdamus quos sibi Calidonia vi-
ros seposuerit. An eandẽ in bello Romanis virtutẽ quã in pace la-
sciuiã adesse creditis? Nostris illi discessionibus ac discordiis clari. 60
Vitia hostiũ in gloriã exercitus sui vertũt: quem cõtractũ ex diuer-
sissimis gentibus,vt secundę res tenent ita aduersę dissoluent:nisi si
Gallos & Germanos & (pudet dictu) Britannorum plęrosq; do-
minationi alienę sanguinẽ tam nobilẽ seruituti accommodent. Diu-
tius tamen hostes seruos fide & affectu teneri putatis? Metus & ter 65
ror sunt infirma vincula charitatis,quę vbi remoueris,qui timere de
sierint,odisse incipient. Omnia victorię incitamenta pro nobis sunt,
Nullæ Romanos coniuges accedunt, nulli parentes fugam expro-
braturi sunt. Aut nulla plęrisq; certa est patria,aut ab ea quam asse-
runt aliena. Paucos numero locorumq; in circuitu trepidos igno- 70
rantia,cęlum ipsum & mare ac syluas vt ignota omnia circũspectã
tes,clausos quodammodo ac victos dii nobis tradiderunt. Ne ter-
reat hortor vos vanus iste aspectus & fulgor auri vel argenti, quod
neq; tegit neq; vulnerat. In ipsa hostium acie inueniemus nostras
manus: agnoscent Britanni suam causam,recordabuntur Galli pri- 75
orem libertatem. Deserent vltra illos cæteri,Germani veluti Vsipii
reliquerũt. Nec quicq̃ vltra est formidinis: vacua sunt castella, senũ
Colonię inter male parentes & iniuste imperitãtes in municipia in-
uita & discordantia, hic dux, hic exercitus: ibi tributa & metalla,
& cęterę seruientiũ pœnę: quas in ęternũ proferre,aut statim vlcisci 80

in hoc campo est. Proinde ituri in aciem, & maiores vestros, & poste ros cogitate. Excepit hanc Galdi oratione magna cũ alacritate con tracta multitudo: ꝓsequẽs eã suo more cantu, fremitu, clamoribusq; dissonis. Iãq; agmina, & armorũ fulgores, audẽtissimi cuiusq; ꝓcur su, simul instruebantur acies. Quũ agricola q̃q̃ lętũ & vix dilationis patientẽ videret militẽ, ita tamẽ pro ducis officio disseruit. Octauus annus est cõmilitones, ex quo virtute & auspiciis imperii Romani, fi de atq; opera vestra Britãniã penetrantes Ordouices rebellẽ gentẽ, Monam insulã, Silures multasq; in Albione antea incognitas gẽtes vicistis tot expeditionibus, tot prælíis, seu fortitudine aduersus ho stes, seu patiẽtia ac labore pœne aduersus ipsam rerũ naturã opus fu it. Neq; me militũ, neq; vos ducis pœnituit. Ergo egressi, ego veterũ legatorũ, vos priorũ exercituum terminos, finẽ Britanniæ non fama nec rumore, sed castris & armis tenemus. Inuenta Britannia & suba cta. Equidẽ in agmine quũ vos paludes montesve & flumina fatiga rent, fortissimi cuiusq; vocem audiebã: quãdo dabitur hostis? quãdo animus? veniũt e latebris suis extrusi, & vota virtusq; in aperto oĩaq; prona victoribus, atq; eadẽ victis aduersa. Nam vt superasse tãtũ iti neris, syluas euasisse, transisse ęstuaria, pulchrum ac decorum est: ita frontẽ obiecisse fugientibus & eos persecutos fuisse negocia erãt lõ ge periculosissima quę hodie prosperrima sunt. Neq; eñ nobis aut locorum eadem notitia, aut cõmeatuũ eadem abũdantia, sed manus sunt & arma & in his omnia. Quod ad me attinet, iãpridem mihi de cretum est, neq; exercitus, neq; ducis terga tuta esse: proinde & hone sta mors, turpi vita potior, & incolumitas ac decus, eodem loco sita sunt. Nec inglorium fuerit in ipso terrarum ac naturæ fine cecidis se. Si nouę gentes atq; ignota acies constitisset, aliorũ exercituũ ex emplis vos hortarer: nũc vestra decora recẽsete, vestros oculos inter rogate. Hi sunt quos ꝓximo anno vnã legionẽ furto noctis aggres sos, clamore debellastis. Hi cæteroꝝ Britannorũ fugacissimi, ideoq; tãdiu superstites. Quomodo syluas saltusq; penetrãtibus, fortissimũ quodq; animal in necẽ ruit: pauida & inertia, ipso agminis sono pel luntur: sic acerrimi Britannorũ iãpridẽ ceciderunt. Reliquus est nu merus ignauorũ & metuentiũ quos quia tandẽ inuenistis, non resti terunt. Sed deprehensi sunt qui nouissimo hoc & extremo metu obii cientes corpora, defixere aciẽ in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis. Trãsigite cũ expeditionibus: imponi te quinquaginta annis magnũ diem: approbate reipublicę nunq̃ ex ercitui imputari potuisse aut moras belli, aut causas rebellandi. Et alloquente adhuc agricola militũ ardor eminebat, & finẽ orationis

ingens alacritas consequuta est:statimq; ad arma discursum. Agrico
la Romanos milites instructos ruentesq; ea arte disponere est anni-
xus, vt q̃q̃ ab hostibus multitudine superarent, tñ in frõte simul atq;
lateribus minime possent oppugnari. Nec segnior Galdus in copiis
instruendis, multitudine etem̃ fretus, porrectiorẽ constituit aciem, lo
co editiori, consilio Romani exercitus alis complectendi vt omni ex
parte magna vrgerentur vi. Edicto inde per vocalissimũ quendam
militibus, vt firma perstarẽt spe, in pugna ꝑtinacissime durantes, pa
raturi sibi, aut decus immortale, aut perpetuam seruitutẽ: Eam diem
esse supremã, aut honoris, aut vltimę contumelię: pugnandi suis illi
co fecit potestatẽ. Primo congressu eminus certabatur. Confœdera-
ti etenim plurimi Albiani, Scoti, & Picti cum auxiliaribus Danis &
Noruvegis, qui Galdo duce pugnã iniuerant, magnã missiliũ sagit
tarũq; vim primũ superfundere, vitare eã maioribus clypeis Roma-
ni, magna constantia, magna arte, vetustęq; militię exercitatione di-
micantes. Pugnabant confœderatorũ sagittarii, emissis catapultis,
gladiis, exiguis cũ cetris, magis ad domestica pl̃ia, q̃ ad apertũ mar-
tẽ accõmodis, vt & hac nostra fit ętate. Propterea vbi cominus fue-
rat pręliandũ, paruis scutis, gladiisq; parum vtiliter vtebãtur. Id ani
maduertẽtes hastati, sagittariis in acie Galdi imperio proximi cõsti-
tuti, lanceis, contis, hastis, cæterisq; bellicis id genus telis cruẽtos in
tulere ictus. Sequuti pręliaria tela ac dolones gestantes, tantã in Ro
manos stragem fecere, vt pulsi victiq; pœne haberentur oẽs. Actũq;
tunc de Romano exercitu fuisset, si non celerius occurrisset Germa
norũ cohors, Cæsaris iussu conscripta ac transmissa in Britãniã. Hi
etenim iubente agricola, vbi maximũ periculum imminere annota-
uerat, eo strenue accedentes magno impetu, proximos quosq; cędere
ferire, trucidare ac plęrosq; semineces hostilis agminis penetrãdi cu
pidine relinquere. Perculit confœderatos populos, aliquantisper re-
cens terror quolibet proximũ pressum pœne spectãte, donec resum-
ptis viribus de patria, de libertate cogitabundi spernentes vulnera,
atq; mortẽ, nullam nisi in manibus sperãtes salutem, conglobati, ad
interitum dimicare constituissent. Fuit inde atrox pugna, cõfœdera-
tis maiori vi longe q̃ militari peritia decertantibus. Tum Agricola
cohortem pugnę eatenus expertem quã ad subitos casus retinuerat
ferocius dimicantibus opposuit. Nec illorum acerrimo impetu, pelli
aut deiici poterant cõfœderati in acie indicibili pertinacia durantes.
Sequutũ atrox ac miserabile spectaculũ. confœderatorũ etenim qui
dam vulneribus confossi ruere supra cędẽtes. Alii percussoribus vl-
tro sese offerre, nõnulli vbi hostes euaserant, inferre sibi vim passim

1 mēbra humana, arma, corpora, cruētaq; humus perspecta. Pugnatū ita, donec sera nox, ꝓspectū certātibus ademisset, quādo ad signa militaria, datis indiciis receptui, vtrinq; est cōcessum. Mox Scoti & Picti cōfœderati, auxiliaresq; Dani & Norvvegi maiori copiarū parte
5 amissa qui pugnę superfuere, vulneribus sautios, secū portantes deserentes locū certaminis: vt hostium noctu vitarent iniuriam in ꝓximos tumulos sese recepere: vbi ingentibus accensis ignibus magno & incōposito tumultu factus est concursus virorū, mulierum, amicorū, parentū, filiorūq; quę cuiq; fuerit in prælio fortuna percūctātiū.
10 Quumq; cognouissent necessariorū in pugna desideratū tantū numerū, mulieres mixto ploratu vlulatibus omnia impleuere. Tū Galdus rex, ne quod ibi ageretur Romanis ꝑ exploratores, si qui forte proximis delitescerent in locis, pateret: magnos iussit omnes extollere veluti gratulātiū exultātiūq; de salute mutua clamores & in eisdē
15 perseuerare, donec mulieres ab exercitu longiuscule semouerent. Primatū inde qui cladē euaserant, priusq̄ illucescerat, facta cōcione, vbi cognitū erat, vires ad iā tum reparandū exercitum defuturas, cōmuni omniū sententia, vt vnusquisq; in loca tuta vbi hostiū vim cōmode vitaret, sese reciperet est permissum. Rex ipse Galdus, cum Gar-
20 nardo Pictorū rege delectis quoq; militibus partim ex Danis Norvvegisq;, partim ex suis ignib9 crebris in hostium prospectu relictis in Atholiam citato gradu abiit. duodecim milia Romanorū infœlici conflictu illo cecidisse nostri produnt annales. Ex Scotis, Pictis & auxiliaribus, ad viginti prope hominū milia cęsa: & inter hos, Gildo-
25 nē Danorū Præfectum nimia ferocia atq; ardore, cū paucis delectis, pugnādo ab hostibus circūuentū. Dies quæ funestam hanc noctem est sequuta, confœderatorū discessum fugę persimilē Romanis latius aperuit. Cāpi vndiq; milite nudi: cæsorū tantūmodo referti cadaueribus: in mōtibus, in castris conspectus nullus, vastum vbiq; silen-
30 tium. Romanorū plęriq; hęc ad insidias spectare rati, hostes aut insequi aut indagare vetuere. Alii fœlicioribus successibus tumentes, validos delectosq; milites, idaginis modo densissimas syluas, aut sicubi arctiora tutiorave hostibus erāt loca fugientium intercipiendorum consilio: ne saluti turpi fuga quispiam consuleret, penetrare iusse-
35 runt. Nonnulli sequuti hanc sententiam, iuuenili insolētia, haud militari vsi disciplina, fugientes dispalatim persequēdo in hostes composito ordine conglobatos pręter opinionē progrediētes inciderūt: Circūuētiq; ab illis occidiōe sunt deleti. Qui eam Romanis illis cladē intulerunt, lęti in vicini montis, qui altissimus erat iugū, præcipi-
40 ti cursū magnis cū clamoribus, ferocibusq; animis cōcesserūt. Postri-

die illius diei victoria, prędaq; lętus agricola, vbi dimissis in omnem
partē exploratoribus, neq; exercitum ad pugnā reparari, neq; alicu-
bi cōglobari hostes intellexerat, q̄ Grāpium montē, exacta iā pœne
ęstate, sine Romani exercitus iactura, superare nequiuerat in Hore-
stiam victorem deducit exercitū. vbi post subactā paruo negocio re- 45
gionē, viribus, diuturno bello infœliciterq; iā tū cōmissa pugna ex-
haustam, acceptis obsidibus positisq; castris hyemare cōstituit. Sub
id tēpus nunciatur Agricolę, Romanā classem, quā Albionē circū-
duci iusserat nautarū quorūdam dolis, quos in rectores ex Hebridi-
bus in suam perniciē acceperāt epibatę, hostibus salutem credentes, 50
Pictorū Bosphoro vehementer afflictam: maiorē meliorēq; eius par
tem depressam, & aut vndis obrutā, aut scopulis illisam. Alterā cla
dē vix euadentē in Argatheliā, vnde soluerāt multis incōmodis tur-
batam rediisse. Ad eū nunciū Agricola, nihil motus vultū solito hi-
lariorem ostēdit: ꝑsuasum habēs Romanū exercitū, fortunę insidiis 55
quā tot fœlicibus successibus habebat suspectā, infœlici nauiū suc-
cessu ea expeditione liberatū. Additis ergo viribus, multis triremi-
bus, biremibusq; Romanis epibatis atq; auxiliaribus instructis, gu-
bernatoribus locorum gnaris adhibitis cum om̄i bellico apparatu,
iussit perinde ac si cū fortuna dimicandum foret, naues circū insulā 60
denuo impelli. Nec multo post tempore Romana classis, secūdā na
cta tēpestatē Albionē prospere circūducta, Taum tenuit ęstuarium,
vbi Danorum nauib9, quarū antea meminimus, repertis crematisq;
ad vnā ꝑ hybernū tempus in anchoris mansit. Multa & varia prodi
gia facta in Albione paulo ante q̄ Galdus cū Romanis pugnā ini- 65
ret, nostri tradūt annales. Ignitas acies (Cyparissas vocāt) per aera
discurrisse. Magnā Calidoniæ partē visam noctu incensam interdiu
aūt ab igne intactā. Nauiū speciē i cęlo apparuisse: in Atholia pluis
se lapidibus, in Horestia ingentē ranarū multitudinem in pluuię for
mā e summo aere decidisse. Natum Tulinæ (de quo oppido in su- 70
perioribus est mentio habita) Hermaphroditū monstrum aspectu
vndiquaq; fœdum: idq; ne hominū offēderet oculos, illico necatum.
Perculerūt ea prodigia multis mortalibus animos, atq; in diuersas
traxerunt sententias: nōnullis vt fit ea in melius aliis in deterius in-
terpretantibus. Felices hi Romanarū rerū successus in Albione, Do 75
mitiano Cęsari, eorum qui optimi erant in exercitu literis significati
pectore anxium tametsi hilarem frontem simularet, vehementer ef-
fecere. Ægerrime enim ferebat imperator, priuati hominis nomē, fa
mam & gloriam supra suam attolli. Quamobrem post multos ho-
nores, Agricolæ senatusconsulto decretos, veluti Syria prouincia, 80

Attilii Ruffi viri consularis morte vacās legato,ei fuisset destinata, Romā literis acciuit.vbi paruo post tēpore, Cęsaris insidiis(vt con stās erat fama,veneno interiit.Tradiderat viuēs prouinciā priusq̄ ea excederet Cnęo Trebellio(quē Domitianus Britānię ꝑfecerat)suc cessori,prosperis ad id tēpus Romanis rebus : sed paulopost amoto Agricola,factis ambiguis.Disceptabat enī Trebellianus q̄dā Agri colę necessarius,militibus ob recentē ducis memoriā charissim⁹,cū Cnęo,vter alteri in regenda prouincia pręferretur. Hic Cæsaris au thoritate vsus,ille exercitus beneuolentia.Auaritia enim atq; sordes Cnæum cōtemptū,inuisumq; militibus effecerāt.Cōtra liberalitas, comitas animi & morū honestas,Trebellianū mortaliū oīm charissi mū.Quūq; multis fœdis certaminibus,atq; ꝑniciosis modestia mili tū fuisset corrupta,eo discordię est deuētū,vt aggregātib⁹ se Cnęo, imperio magis q̄ beneuolentia cohortibus, Trebellianus lectis cum militibus qui sibi fauerāt,in Galliā secesserit.Nec diu quies Roma nis in Albione remoto Trebelliano fuit.Siquidē Galdus rex cogni tis Romanoꝝ factionibus, vndiq; ex regionibus quæ Scotico pare bāt nomini cōtracta multitudine Pictorūq; adiūcto exercitu,in hore stiā,vbi tū Romanę erāt copię,irrupit. Cnęus subito hostiū accessu ꝑculsus,factoq; magis q̄ cōsulto tū opus esse militū ꝑseuerāte in se odio ratus,iussit signa efferre,arma rapere,in hostē ꝑgredi.Imperia milites exequētes,vbi Cnęū torpētē meticulosumq; ꝑspexissent: qui ducis munia alacriter obiret,Caiū Sisinniū Trebelliani germanum, exercitus ductorē constituunt.Ab eo,cōtēpto Cnęo, instructi inten tiq;,ꝑfectionis signū exposcunt.Renuit pręfecturā Sisinnius, causa tus vbi oblatum munus obiret; militū seditionē magno cū exercit⁹ incōmodo mox suborituā:dū aūt huiuscemodi cōtentionibus Ro mani milites laborarēt,Galdus cū copiis in prospectū deuenit.Ro mani subito pauore.vix expediti,obuiā progressi sunt.Magno illico ardore vtrinq; pugnatur.Perstāt in pugna cū ꝑtinacia Scoti Pictiq; vt furore & rabie cū hostibus cōfligere viderent. Cessit tandē Præ lio Caius Sisinnius lętali vulnere accepto.Sequutiq; Romani mili tes cōplures: atq; ita in fugā tandē versi Romani agminibus incom positis,alio aliū respectāte,in proxima nemora abire conabant:qui bus posteaq̄ appropinquauere, Scoti cū sociis cōglobati proximos quosq; vrgētiū insidias minime veritos circūueniētes fœdissime tru cidant. Id vbi Galdus resciuit,ne sui fidutia nimia periclitarent,re ceptui cecinit.Sed neq; signū,neq; magistratuū authoritas,serā ante noctē hostes insequēdi finē fecit:adeo infense Albiani oēs Romanū nomen & imperium oderūt.Fuit sequuta nox victoribus lęta, gau-

dio multo ꝓfusis, & multis iucundisq; acclamationibus & cãtilenis,
musicisq; instrumẽtis, quoꝝ ea ętate erat vsus: eã trãsigẽtibus. Sacer
dotesq; victoribus gratulaturi illuc cõuenientes. diis gratias multis
& religiosis supplicatiõibus habuere: ꝗ post tot infœlices successus,
tot acceptas miserabiles clades, tãdẽ benigniori aspectu Scotos Pi- 45
ctosq; iã supra qnquaginta annos Romanis armis fatigatos, specta-
re dignarent̃. Romani vero sine duce pſtãte agẽtes & exuti castris,
haud satis tutã Horestiã, imminẽtib9 ferocissimis hostib9 futuram
rati, mœsto silẽtio, noctu Tulinã adiere. Inde posteaꝗ̃ aliquãtisper qe
uerãt, pontẽ quẽ Tao fluuio ꝓximo anno imposuerãt: & ꝑ quẽ trãs- 50
portarãt exercitũ, ne infensis hostibus eos insequẽdi vltra Taũ daret̃
locus, diruerũt. Galdus Romanoꝝ recessu cognito, castris cũ pręda
quę copiosissima erat potitus, eã inter milites habita cuiusq; secũdũ
dignitatẽ ratione partitus est. Postridieq; facta maiorum consulta-
tione, vna erat oĩm sententia Romanos e vestigio persequẽdos esse. 55
Mox armis correptis Scoti Pictorũ viribus accedẽtibus, fidutię ple
ni, nõ minori odio ꝙ̃ labore, ꝓsequentes Romanos, sese ad honestã &
necessariã pugnã cohortantur: ne paterentur diutius acceptas cõtu-
melias inultas. Et vbi pręcipites ad Tulinã venerãt, pontem scissum
conspicati, alio sese dirigendi sumpto cõsilio, ad castrum Calidonię 60
mouẽt. Ibi per ligneum pontem, Tao impositum, vbi iusto alueo, in-
ter altissimas rupes coarctatur, copias facile in aduersam perducunt
ripam. Romani haud ignari eorum quę ab hostibus fiebant, copias
ad prælium instruunt. Et quia cum victore exercitu res erat futura,
Cnæo in vincula coniecto, Caio Sisinnio vulnere sautio, Titum Cæ 65
lium nobilem Romanum & militaris disciplinæ peritissimũ ducem
creant. Cuius ductu in bello conficiendo omnia gerenda forent. Du
cunt inde in hostes: magnum cõmittitur prælium: profligati fusiq;
tãdẽ Romani, & in fugã versi, abiere in Calidoniã. Quinq; milia sũt
eo die, ex Romãis desiderata: ex Scotis & cõfœderatis milia circiter 70
duo. Secũdũ hãc victoriã Galdo regi, Pictisq; magnę Britonũ factę
sunt accessiones. Nã vbi Cãbriæ relatũ est, Romanos a Scotis & Pi
ctis bis victos, magna copiarũ ꝑte amissa, regionis populares infen
so semꝑ in Romanos odio cæsis in coloniis veteranis, in vrbibus pſi
diis, & ĩ cohortibus descriptis ꝑ ꝓuinciã cẽturionibus simul cũ pſtã 75
tissimis militibus Romanis, ꝗ Britãnicis manipulis, ad tradẽdã mili
tarẽ disciplinã erãt immixti, magnã suscitauere rebellionẽ. Maiores
etiã Cãbriæ ac Ticinię, ab Romanis vi subacti nõ beneuolẽtia parẽ
tes, ĩfœlici hostiũ ꝓfligatiõe liberiores affecti & ĩ secũdioris fortunę
spem erecti, munera amplissima regi Galdo trãsmittũt gratulati, ꝗ 80

post tãdiu in eũ desęuientẽ fortunã, tandẽ deorũ benignitate, respirare incœperit. Inter hęc mittũt Romani e Calidonia legatos, ad Mariũ Britonũ regẽ q̃rẽtes icõmoda, quę Scotorũ Pictorũq; armis fuerũt ppessi: duplici videlicet clade se recẽter afflictos: exercitũ sine rectore, sine duce relictũ, multis agitatũ infortuniis, absq; legato, absq; auxiliis, vlteri9 nõ posse hostiũ vim ferre. Discedẽdũq; sibi fugiẽtib9 simillimis e Pictorũ Scotorũq; agris, & his quas Romani tenuerũt prouinciis, si nõ ocius succurrat. Ad ea Marius rex Britonũ oĩm cõiurationẽ, iã tũc imminere respõdit: sese capitalibus peti odiis: suis se liberis regnoq;: imo & capiti timere. Adulescẽtes mulierculas, mimos ac totũ Britannicũ vulgus, Romanos passim cãtilenis lacessere, cõtumeliis conuiciari & diris execrari. Qui aũt Britonũ gẽtis Romanis amici, & q hostes forẽt sibi nõ cõstare: i oibus eñ suspicari coẽm esse libertatis asserẽdę cõsensum. Cęsarẽ Domitianũ ob crudelẽ ciuium & senatorũ cędẽ, Romano pplo minime formidabilẽ inuisumq;. Ciuile bellũ Romę, vti amicoꝝ literis dignouerat imminere: nullam auxilii in Britanniã mittendi sibi spem relictã. Saluti igitur cõsulendũ imperii: vnãq; potius Albionis partem, & eã meliorem (quando vires ad totã nõ suppetãt) q̃ summa cũ ignominia nois Romani totius insulę amittere imperiũ: in fide & officio cõtinendã. Eo accepto nũcio, haud parũ in Romanis castris est trepidatũ. De nulloq; cogitatũ magis, q̃ de exercit9 incolumitate. Auxit trepidationẽ aliud qđ imminebat malũ. Nũciat sub id tẽpus per exploratores, Scotos Pictosq;, cũ in gentibus copiis vix passuũ decẽ milia Romanis castris abesse. Scripserat tũ Galdus rex p vniuersas Scotorũ regiones, non modo viros qui arma ferre poterant, sed & fœminas, quibus viridis erat ętas, & corpora, ad militiã integra, vt auctis ita viribus, Romanos e Calidonia, Siluria, & reliqs Scotorũ Pictorumq; regionibus vi & armis expellerẽt. Cõsiliũ inde Romani sumpsere, ne discrimine tãto diutius laborarent, Calidonię amittẽdę. Sequuta itaq; nocte de cõmuni soliciti salute, relicta Calidonia: magnis itineribus, cohortes omnes in Siluriam trãsmisere. Neq; sunt ibidẽ diu morati Silurum eñ quib9 ab initio belli, infensissime erãt inuisi, timẽtes insidias, abiere in Brigãtiã. Galdus rex, hostium iter & quo progressi fuerant per exploratores edoctus, ducibus locorũ gnaris, vestigia illorum insequi celerrime constituit. Ratus haud parũ ad cõmunem salutem attinere, atq; ad omnium qui in Albione sedes habebant, futuram quietem, priusq̃ Romanis nouas colligendi copias daretur spatium, illos intercipere. Ergo munitionũ & arcium quas tũc in Siluria Romana adhuc tenebant præsidia, posthabita obsidione, in Brigãtiam

magnis contendit itineribus. Fiebant inter eundũ incolarũ & qui do
mi seruitute premebantur, & qui Romanoꝝ fugerãt tyrannidẽ ma
gnæ accessiones, regi suo plurimũ gratulantium, ꝙ tantis iactatus
periculis, tot malis, tot calamitatibus belli affectus, amisso pœne re
gno nõ desperarit, sed se & gentẽ, cõsilio & cõsolatione vltimis con- 45
temptis periculis ad meliorẽ fortunã reseruarit. Eos rex ad se cõfluẽ
tes, placido cum vultu accipit: appositisq; consolatur verbis, suadẽs
meliora deinceps sperarent: se iam non tam ad pugnã, q̃ ad certã vi-
ctoriam suas copias ducere. Sequientẽ per tot annos in se suamq; gen
tem fortunã, quę magnas cõmutationes in oĩbus rebus sed pręci- 50
pue bellicis breui momẽto facere cõsueuit, iam pœne victam, spera-
re se tot cõtumelias, ęrũnas calamitates bello perpessum: gloriosum
propediẽ (quando dii iam visi sint propitii) de Romanis acturũ triũ
phũ. Huiusmodi verbis, Scotorũ Pictorumq; animis firmatis in Bri
gãtiã mouet: quo vbi peruenerat Romani magno & pręcipiti timo- 55
re perculsi: quũ in nullis rebus magis q̃ in manibus, salutis haberẽt
spem, expedire cohortes iubent: signa extra castra efferre, vniuersos
in pręlium armare: testati eam diem sibi compendium fore aut glo-
riosę victorię aut perpetuę contumelię. Dũ his intenti essent Roma
ni, nunciatur hostes multis & compositis agminibus adesse. Horta- 60
ritũ duces Romani ad pugnã, ne victorię exciderẽt spe, præsertim
cum victis quibus stulta & barbara arrogãtia innata esset decerta-
turi: maiorũ virtutis, & glorię, in rebus bellicis memores essent: pu-
blicę potius q̃ domesticę consulerẽt saluti: dedecori, ignominię, per
petuę cõtumelię nullo æuo delendæ oẽm mortẽ anteponerẽt, in pu 65
gna ad interitũ vsq; si diis ita visum sit, durarẽt: eo aut nullo alio mo
do futuri victores. Quũq; his similibusve opportunis certe adhorta
tionibus Romani inter se vterent̃, & hostes in eos missilia funderẽt
ac catapultas, Britonũ delectus ad eã pugnã a Mario conscriptus il
lis relictis ad Scotos Pictosq; transierunt. Id Romanorũ ꝓmultis de 70
iecit animos, quibusdã tamen magnã accẽdit ferociã. Qui multa ala
critate decertando sinistrum aduersariorũ cornu, vbi mulieres mix-
tim inter viros pugnabant, ingenti strage premebant. Galdus ani-
maduerso malo manipulos quos pugnę expertes continebat ad simi
les euẽtus in depressorũ misit subsidiũ: quo firmati auxilio Roma- 75
nos magna vi cedere cogebant. Fuere mulieres in eo congressu, vbi
victoriam patẽtibus signis penes se fore habebant persuasum, omni
viro ferociores, nulli vel dedito veniã & misericordiã implorãti par
centes. Profligati sunt tandẽ Romani, qui in sinistro cornu pugna-
bant. Circũdatiq; illico fuissent a nostris, nisi a tergo castra habuis- 80

sent locata. In ea igitur infœlici pugna excedẽtes Romanorũ nõnul
li: fugere conabant̃ aliis in ꝑlio durantibus: quibus cęsis, victores, in
castra fugientes ꝓsequuti, q̃plurimos illoꝝ pręcipitauerũt in fossas:
per eoꝝ cadauera in castra irruere, magna vi sunt annixi. Romani te
nẽtes castra & multa animositate sese tuentes, ab aditu, qui angustis
simus erat, hostes incredibili labore ꝓhibebãt. Nox tandẽ adempto
prospectu pręliũ diremit: Qua ingruẽte Scotorũ quidã, iubẽte Gal
do, in ꝓximũ abiere nemus, vnde ligna deportãtes, castrorũ fossas ce
lerrime oppleuerũt. Alii diuersi generis parabãt instrumẽta, ad vallũ
aggeresq; cõfringẽdos. Nõnulli in armis stationarii, vigilesq; circa
castra ꝑnoctabãt Romanis egressum ꝓhibẽtes: oẽs aũt diẽ posterũ
incredibili expectabãt ardore. Sub dubiã lucẽ, vbi oĩa ad castra sum
ma vi oppugnanda, parata fuissent, ꝑ vocalissimũ quendã e castris
clamatũ, ad milites in statione ꝑseuerãtes: Romanos de pace cũ Sco
tis Pictisq; velle agere: cõditiones regũ arbitrio accepturos, precari
supplices licere, quos mitterent depcatores absq; iniuria, ꝑ exercitũ
ad negociũ cõficiendũ, transire ad reges. Fuere qui cõfœderatorũ re
gib9 suaderẽt cõmeatũ Romanis legatis minime tribuẽdũ: nullisq;
legibus ineundũ cũ eis fœdus. Vtendũ iã parta victoria: q in castra
fugerant occidione delẽdos: vt eorũ memorabili exẽplo, cęteri disce
rent mortales, q̃ diis hoĩbusq; fuerit odiosum, nulla iniuria lacessi
tos, aliena regna temere iuadere & iustos incolas bello lacessere. alii
contra, modeste vtẽdũ fortuna ob vnũ q̃tũuis fœlicẽ successum mor
talibus non tantopere intumescendũ ꝑsertim tã incertis fortunę le
gibus subiectis: vnde prospera ex aduersis & ex ꝓsperis aduersa fre
quẽtius nascant̃. Fore q̃nq; vt ii quibus secũdis initiis fortuna maxi
me arriserit, ante rei exitũ in ꝑmagnas incidãt calamitates. Hãc in
stabilis deę esse legẽ, his successibus mortalium regna subiecta. Pro
pterea Romanos legatos admittẽdos, audiẽda postulata: ius gẽtiũ
haud violãdũ. Ne violatorũ deos vltores legatoꝝ, qui tã pulchrã de
hostibus contulere victoriã, supbe nimiũ insultando, sibi redderẽt in
fensos. Hãc sententiã veluti altera longe humaniorẽ, reges sequuti,
dato cõmeatu, legatis ad se veniẽdi fecere potestatẽ suis mandantes,
a castrorũ oppugnatione om̃iq; Romanoꝝ iniuria abstinerẽt, donec
legati, suscepta legatione defuncti, in castra denuo sese recepissent.
dira in non obtẽperantes pœna ĩdicta. Secundũ hęc ex Romanis ca
stris venere quatuor viri aspectu venerabiles, veste Romano more:
haud minus decenti q̃ preciosa ad confœderatos reges in eodẽ sedẽ
tes consessu, nobiliorum vtriusq; gẽtis, circũfusa corona: hi illico vt
in regum deuenere conspectũ, humi procubuere: mox iubẽtibus ma

giſtratibus erecti.Ex eis quidã cui res erat demãdata.Romanus (in
quit)exercitus ducesq;,orbis victores veſtrã fidẽ implorantes, inui-
ctiſſimi reges,a vobis,quos plures iã annos hoſtiliter ſunt perſequu
ti,ſupplices veniã & ſalutẽ precantur . Neq; vobis in tanta rerũ ge-
ſtarũ gloria,quicq̃ potuit cõtingere,ad veſtrum decus honeſtius,ad
poſteros dignius memoria,q̃ vt Romanorũ legati,ad veſtros pedes
procũberent,quibus oẽs pœne reges populiq; ſubacti,parere cogun
tur. Viciſtis fatemur penes vos vitæ nr̃æ ac necis,deoꝝ ira, quos ob
bellum vobis impie illatũ nobis experimur infenſos,eſt poteſtas.his
veſtro vtimini arbitrio,quãdo veſtrę glorię poterit cõferre. Tãtũ p̃-
camur veſtrã in nos vincatis irã, qui orbis viciſtis domitores, vel ſi
mauultis ab ira vinci nos occidione ad vnũ delete. Id noſtrũ meritũ
iure inficiari non poſſumus . Verũ nihil eſt qñ vltimo orbis receſſu
cõſtituti cęteros virtute vincitis mortales, quo om̃e hũanitatis faſti
giũ trãſcẽdatis,q̃ quo plures opulẽtioresq; viceritis plures ꝑ vos,ac
p̃ſtãtiores ſaluos eſſe velitis.Sẽſim9 veſtra arma,ſenſimus deorũ irã
ſentiamus ſupplices precamur,veſtrã clementiã.Et quia victos dedi
tosq; nos eſſe fatemur,quaſcũq; pacis cõditiones dederitis vltro ſu-
mus accepturi.Hęc vbi dicta:oẽs flẽtes regibus ad pedes ſeſe ꝓiece
rũt multis lachrymis orãtes victis deiectiſq; parcerẽt, agnoſcerẽtq;
deos iniuſtũ bellũ atq; impiã iniuriã iã ſatis in ſe vltos . Tũ Galdus
rex ex maiorũ vtriuſq; gẽtis ſentẽtia reſpõdit, Pictos & Scotos Al-
bianos vltimos orbis populos,ſedibus deorũ benignitate ſibi cõceſ
ſis,a regnorũ regũq; inſtitutione cõtentos:alias haud concupiuiſſe.
Nunq̃ niſi iniuria laceſſitos, pugnaſſe in alienos. Romanos ſcelera
ta cupidine regnoꝝ p̃dones ſibi primũ cognitos,quũ bellũ Britãnis
intuliſſent,eoſq; deinde varia fortuna ꝑ cẽtũ & quinquaginta pœne
ãnos in expeditione ꝑdurãtes,poſt ſubiectũ terrarũ fere orbẽ & ma
iorẽ Albionis partẽ:cũ multis incolarũ incõmodis ad inſulę deueniſ
ſe extremũ.Ibi a populis quos veluti inhumanos,incultos,barbaros
ĩbecilleſq; tãtopere cõtẽpſerãt,& bello frequẽti vicerãt, aperto tãdẽ
marte deuictos,fuſos, fugatos,& miſerabili clade afflictos & in ca-
ſtra,ſpe melioris fortunę ſublata ad vltimũ diſcrimẽ cõpulſos,veniã
ab hoſte petere: humanę ſortis inſtabiliſq; fortunę,inſigne ad poſte-
ros documẽtũ dãtes:Nec deeſſe ex ſuis,nõ ſine ꝓbabili ratione cen-
ſentes præſenti fortuna, manifeſto deorũ munere oblata vtendũ vi-
ctoſq; ad vnũ exterminãdos,nec alio modo tantorũ hoſtium illatam
iniuriã vindicãdã,nec deinceps ſi quã molirent̃ vitandã. Verum Ro
mani exercitus abolẽdi cõſiliũ cõfœderatoꝝ populoꝝ maiorib9 pla
cere minime,ſatis ſe habere exiſtimãtibus, & ad p̃ſentẽ gloriã, & ad

futurã famã ac decus, q orbis dominorum legatos humi puolutos, & ad suos pedes deiectos viderint misericordiã a se supplices implorãtes. Eapropter placere sibi cõi cõsensu, hostibus pacẽ certis dare cõditionibus: quã Pictis Scotisque toties petitã Romani ipsi negauerit. Cõditiones esse, vt Scotorum Pictorũque agros populãdi eo die Romani finẽ facerẽt: & quas illorũ regiones, castella, arces, munitiones iniuria occupassent, cũ captiuis, obsidibus, profugis & fugitiuis rebusque recenter ablatis eisdẽ vltro excedẽtes redderẽt. Bellũ nec in Scotos nec in Pictos deinceps mouerẽt: sed cũ eis perpetuũ inirẽt fœdus super his iureiurãdo sanciẽdũ. Hę cõditiões per legatos in castra reuersos Romanis recitatę, oĩbus vehemẽter placuere. Pace deinde, quibus dictũ est legibus facta, datis obsidibus hostiũ arbitrio, Romani oĩbus cũ fortunis abire absque iniuria sũt permissi. Huius exercitus reliquias Cnęus paulo ante vinculis solutus, in Cãtiũ, ad Mariũ regẽ magnis itineribus deportauit. Cõtinebat Romanus exercitus, quũ Agirola, iubẽte Domitiano, eũ tradidit successori, ex legionibus auxiliaribusque, sexaginta prope armatorum milia, Ex eo munero vix ad milia viginti, cõfecto bello superstites, e Brigãtia sunt profecti. Cęteris, tribus recẽtibus aduersis pugnis, gladio absumptis. Cessere illico Scotis Pictisque Ordolucia, Deera, Pithlãdia, Otolinia, Vicomagia, Brigãtia, Siluria, cũ munitionibus, arcibus & castellis, quã Romani armis occupauerãt. Pręsidiis inde vti i fœdere erat cautũ vltro excedẽtibus. Post hęc Galdus rex dimisso exercitu, suis militibus domũ cõcedẽdi facta potestate, post Siluriã lustratã atque Brigãtiã validisque firmatã pręsidiis, Epiacũ sese cõtulit. Erat ea ciuitas vetus, regũque primaria sedes, vbi aliquãdiu cũ regni maioribus se cõtinuit nixus quã per eũ fieri potuit, vt sopitis bellis, Scoti in meliora assuescerẽt istituta. Vagos milites & exauctoratos ne eorum cuique grassandi superesset occasio, arcibus munitiõibusque Britonibus finitimis pręsidia disponit. Breui inde tempore nobiliorum singulis, prout in cõficiẽdo bello excubuerũt, pro meritis pręmio tributo, rebus rite cõpositis, armis amotis, Scoticas regiões oẽs iuisit. Sub eius accessũ, multi mortales vndique cõfluebãt: nõ tã vt virũ & amatissimũ regẽ ituerẽtur, quã vt pręstãtissimũ belli ducẽ sũmis virtutibus pręstãtẽ, patrię liberatorẽ adẽptę restitutorẽ libertatis, oĩ honore & obseruãtia prosequerent. Fiebãt vbique tubarũ clãgores, patrio ritu fundebantur carmina, cantãtiũ audiebantur voces, lętę populi acclamationes: omnia denique Galdi regis laudẽ & gloriã quocunque se diuertisset resonabant. Dum his fœlicibus per regiones profectiõibus operã Galdus impẽderet, quorũdã consilio qui scelerum cõscii, iusti & ęqui extinctis bellis administrationẽ pallẽtes metuebant, cõtentiones de finibus imperii inter

Scotos & Pictos sunt oborte. harũ cõponendarũ causa, Galdus rex Garnardo Pictorũ regi ad Calidoniã obuiã, celebri comitatu est ꝓfectus. Vbi quum discordiã cognouissent, leui & pœne nulla causa. nebulonũ maxime cõuiciis ac rixis suscitatã, turbatorib9 pacis, quã ipsi tot cõparauerãt sudoribus, suppliciis varie affectis, litem omnẽ 45 penitus oppressam extinxerũt. Peractis his, reges post mutuas gratulationes ad sua cõcessere. Regnauit inde rex Galdus, post sęuientẽ in se fortunã deuictã, mira fœlicitate, annos cõplures. Tandẽ vbi vt Scotorũ respublica amotis bellis, clarior illustriorq; redderetꝰ, populo melioribus formato institutis multis annixus laboribus pręstitisset, longa confectus valetudine, patribus plebiq; oĩni vita charior 50 suisq; maioribus oĩbus rerũ gestarũ magnitudine & gloria superior Epiaci quinto supra tricesimũ sui imperii anno fato cõcedẽs vita est ꝑfunctus. Fuit idẽ annus Hadriano Romanoꝶ ĩperatori, circiter tertius: mũdanę originis secũdus supra trecẽtesimũ qnquies millesimũ, 55 nostrę vero salutis tertius supra cẽtesimũ. Elatũ eius corpus celebri põpa, iusta ac lugubri, multis mortalibus magno mœrore deplorãtibus, in vicino cãpo, vt viuens mandauerat, est cõditum: vbi ornatissimũ ei monumẽtũ, patrio more, immẽsis ex lapidibus est erectũ eiq; oĩm maximo ad eius simulachrũ est insculptũ, quomodo ab Romanis armis patriã liberauerit: obelisci permulti iuxta monumẽtũ ere- 60 cti pręcellẽtis virtutis in re bellica (vt tũ fiebat) testimonio. Et ne tãti regis memoria aliquãdo mortalium animis excederet, quo posteri Galdi tam pręclare gestis ad virtutẽ admonerentꝰ, vt Brigãtia regio mutato noĩe, Galdia deinceps a pĩcipe appellaretꝰ, ꝙ illic Romano 65 bello tot annos cõtinuato finẽ imposuerit, publica regni primatũ authoritate est decretũ. Manet nostra ętate, regioni nomẽ. Gallouidia, paulũ vocabulo (vt in vetustioribus fit rebus mutato. Horũ quę de Carataco, Corbredo, ac Galdo Scotorum regibus, his voluminibus memorię dedimus, nõnulla ex nostris annalibus, at lõge vberiora ex 70 Cornelio Tacito sunt deprõpta. Cuius nõ sentẽtia solũ, sed & verba frequẽtius sunt a nobis vsurpata. vt dignoscãt qui nostrã simul atq; Romanã legerint historiã, q̃ vtraq; quadret alteri: q̃ cruẽta bella, q̃ diuturna, testimonio vel ab hoste sumpto, nr̃i maiores gesserint aduersus Romanos. Quas oratiões Galdũ regẽ atq; Iuliũ Agricolã le- 75 gatũ Ro. ad suos iuxta Grãpiũ mõtẽ habuisse meminit Tacit9, ꝙ lõge sint disertissimę atq; ad rẽ maxĩe accõmodatę, quales hac nr̃a ętate, haud qspiã facile excogitabit, in hoc nr̃o ope, ex integro, nõ ab re visum est referre. Cęterũ ꝙ cõmuni nos nomine Britãnos appellitat, haud sane vsqueadeo mirandum cuipiã videri debet: quũ nec nobis 80

1 quoq; vsquequaq; Scotici noīs appellatio fuerit ad id tēporis famī-
liaris: & Romanis antiquioribus ita oēs Albionis incolas nūcupare
cōsuetū fuerit: scilicet quū in Britāniam primū arma intulissent: quę
regio Galliæ ꝓxima adiacebat, & in primis est subacta, ab ea, quæ
5 restabat, nouo noīe nequaq̄ dignati sunt insulā: sed Britanniā ꝓuin-
ciam, pariter ac insulā totā vocātes, singulas regiones, vt quęq; deui
cta erat, in triumphū portarunt. Itaq; factū est, vt sępius de eadē per
partes subacta, Imperatores Romani triūpharint: satis habētes, quū
totā subigere nō possent, de parte aliqua, toti suo noīe relicto, trium
10 phū veluti de re magna agere. Quare etiā Strabo, Plinius, Mela, &
post eos Ptolemęus Alexādrinus, Albionē, Hiberniā cūctasq; adia-
cētes insulas Britānicas, populos vero incolentes Britannos, sine vl
lo discrimine appellarunt. Sed de his vbi de Albione, partibus eius
ac populis qui eam incoluere actū est, satis dictum arbitror.
15

Scotorum Historiæ Liber Quintus.



ALDI memorabilis principatus quo dictum
modo finē est sortitus: quātūq; eius oīb⁹ ama
bilis: tantū Lugthaci filii, qui post eū Scotoꝝ
20 regno est potitus, detestabilis fuit & inuisus.
Erat is ingenio & moribus a patre multū di-
uersus luxu corruptus & ocio: opulētissimos
quosq; sine delectu, falso crimine reos, fortu-
nis spoliauit. Iudicādi potestatem, illaudatis,
quos sęuos, & alieni appetētes sueq; crumenę
25 rationē habituros nouerat demādauit. Sequutę vndiq; ꝑ regiōes ra
pinę, sine vindice regia obstāte authoritate. Fuit id in causa, vt vilia
mācipia, ꝓ colēdis vndiq; haberent viris. Et quoꝝ dignitas laudāda
fuisset ac tuēda, vilissimoꝝ passim miserabiliter affligerent arbitrio
maiores vel leuissimi criminis cōuictos, quo eoꝝ fortunis liberi⁹ po
30 tiret, in cruces sublatos, aliisve seruilib⁹ suppliciis affectos, vitā fini
re coegit. Bonoꝝ extortores in publicis cōgressionib⁹, & in ep̄lis cō
fratres vocitabat, de nulla re magis sibi placēs, q̄ de nouo aliquo ex
pilationis cōmēto. Reliqua Lugthaci nepharia acta tacēda veniunt,
veluti hoīm auribus indigna, quo pacto materteris, amitis, neptib⁹
35 sororib⁹ & demū filiabus intulerit stuprū. dolēs id solū, ꝙ cognatis
oībus nequerit. Tulere Scotoꝝ primores ęgre fœdissimi pricipis fla
gitia duos ferme ānos. Sed tā nihil ac fœda maiestatis sugillatio no
bilib⁹ aīos cōmouit: maiores natu, maturiori cōsilio, de republica ac
summa administratione, melius cēsentes deliros senes, ac insanientes
40 stultos vocabat: vtricularios, ganiones, lenones, mimos, similesq; sor

didissimi generis hoĩes, quos ipse in deliciis habuit, publicis ꝓposuit negociis: ratus oĩa tali regiminis forma sibi ex sentẽtia cessura. Sed scelerata temeritas diutius inulta manere nõ potuit. Facto eñ Euonii cõsessu publico: quũ nobiles plęrosq;, impiam publici regiminis formã, multis dãnantes suasionibus, Lugthacus vt seditionis autho 45 res ad suppliciũ arripi imperasset, primorũ iussu milites, orto tumultu, eũ impuris cũ satellitibus quib9 animã credidit & regnũ multa crudelitate tertiũ regnantẽ annũ trucidarũt. Regis corpus apparatu regio recẽtibus patris beneficiis ꝓmoti regni maiores, iusserũt efferri. Cęteroꝝ q turba cęsi fuerãt in cãpum deiici feris laniãda. Post 50 Lugthaci interitũ Mogaldus oĩm cõsensu, Scotorũ iperio potit9 est. Galdi regis nepos ex filia. Is vt regnare cœpit, auitę glorię memor, in eius mores & institutum abire laboriosissime studuit. Fidẽ seruare Romanis Britonibusq; ex fœdere: plebi ociũ dare placida cũ qete. Internã vndiq; ꝓhibere seditionẽ. Q̃d Lugthaco auũculo regnãte er 55 ratũ fuerat in publica administratione, diligẽti opa reparauit. Pestilentes Lugthaci cõsules in reipublicę perniciẽ, q cędẽ recẽti tumultu euaserãt, sustulit in cruces. Deorũ sacra illaudatoꝝ suasu auũculi principatu aut neglecta, aut praue culta, vt instituta iã inde ab initio erãt, suis a maioribus, sacrorũq; põtificibus diligẽter obseruata, piis 60 restituit laboribus. Ratus, vbi deorum beneuolẽtiã, quos nepharius Lugthacus immanibus flagitiis regno atq; pp̃lo reddiderat ĩfensos, fuisset cõsequutus, capitis sui regniq; saluti satis cõsultũ iri. Sustulere aĩos Scoti, multa spe melioris fortunę. Mogallũ regem in auitos mores, sese viribus oĩbus formãtẽ spectãtes, Lustrantẽq; Scotorũ re 65 giones, studio atq; aĩo oĩa institutis melioribus reformãdi. Illũq; ea charitate & reuerẽtia vbiq; sunt cõplexi, qua paulo ante Galdũ regẽ post tã laborioso bello e Scotoꝝ agris expulsos Romanos. Interea Pictorũ legati ad Mogaldũ regem venere, multis lachrymis orãtes auxiliũ, cõtra Romãos ac Britones. Hi eñ victis viribus Pithlãdiã 70 repẽte inuaserãt, ferro oĩa ꝓsternẽtes & flãma, cũ incolarũ ꝓmagna ꝑnicie q oppugnãtiũ vim armis repellere conabãtur. Sub idẽ tẽpus questi sunt & Galdiani (hanc gẽtẽ hactenus Brigãtes vocitauimus Romanorum iniurias Galdiam regionem, attritis Ordouicibus, ma gna vi oppugnantiũ, abactaq; tũ hominũ tum pecudum, ingẽti præ 75 da. Mogallus rex nõ tam ad vrbanas res & religiosas q̃ ad bellicas, ingenium habens accommodatum, auita stimulante gloria, gauisus sibi belli excitandi materiam, hostium culpa, vltro oblatam: ne impie tantum bellum indiceret, legatos primum ad res repetendas, & ad reparandas ex fœdere iniurias misit ad Romanos. Profe 80

cti legati, mandatis Romano legato recitatis superbū responsum risus plenū receperūt. Scotos & Pictos, vltimā Barbarorū partem vix tāti apud Romanos esse q̄ vel vltro dediti, viui seruire ꝑmitterētur vt vilia mācipia, & ob id solū supstites esse (si tñ supstites eē ꝑmitterent) vt Romanis pascerēt armēta, eadēq; vbi foret hyemādū, ad castra ꝑducerēt, simul cū vxorib9 & filiab9 militū arbitrio ꝓstituēdis. Q̄d si ea vel leui susurro recusarēt longe duriora sentirēt: docti tādē quantum incommodi habeat cū orbis dominis decertatio. Ea iniuria percitus Mogallus, deos testes facit, fœderis violati, spretęq; legationis precatus, vt in eū populum belli verterent clades, qui excitandi belli causam prior prębuerit. Nec multo post tempore, comparatis quę in ꝑfectione vsui forent: ex Siluria quo ex omnibus Scotorum regionibus contracta cōuenerat multitudo, in Galdiam mouit. Eo vbi deuentū, illustris Galdi regis aui sui monumentū, cū gentis maioribus parentandi causa reuisit. Ibi postq̄ parentalia Druidibus seu verius Dryudibus, qui tum in illis erant locis sacrum pro sequentibus, multis, piisq; precationibus, gentili more, solenni peregerat apparatu, humi procumbēs, Galde (inquit) rex inuictissime, qui olim post tot fortunę aduersa, Scotorum Pictorumq; regna, armis pœne deleta Romanis, improbis sane restituisti laboribus: & opulentissimos hostes orbis victores deoꝝ benignitate prælio a te victos his sedibus, excusso seruitutis iugo, fortiter & egregie pepulisti: qui te viuū charitate, q̄ quæ dici possit maiore & pace & bello semper fuimus amplexi, ad sepulchrū hoc tuū sempiternum Scotis omnibus in aduersis refugium, prostrati te mortuum (tuos potius manes) querula voce in magno discrimine constituti, eisdē quos tu olim hic vicisti vrgentibus hostibus, auxiliarē inuocamus, pie obsecrantes, vt si quæ tibi sit inter deos virtus, si qua potentia, quando nos tua posteritas, impio adeo bello potimur, ne patiare penes publicę fidei violatores, vbi confligendum fuerit, fore victoriam. Neue te iniustis hostibus, a te toties victis, ad extremū vita & fortunis donatis sine iniuria libere hinc abire permissis, quibus tuum nomē non poterit non esse terrori, tuo in populo vinci. Hæc quum dixisset Mogallus rex, circunfusa multitudo, multis & confusis clamoribus, deos eadem precati Galdi regis amplexati statuam, compluribus vt in parentalibus tum fiebat, coronis ornatam, diutius gentili instituto, pro fœlici itu & reditu, multis piis verbis, sacrisq; ceremoniis libarunt. Sed & fanaticæ mulieres, sacris assistentes sese cōcutiētes loris, vt religiosiores apparerēt, cū Druidibus sacerdotibus diras in hostes effundētibus imꝑcatiōes, manibus in cęlū tensis

Cęsaris caput regnūq; Romanum plurimū execrabantur. Secundū hęc Mogallus rex in Ordouiciam transmisit: vbi Vnipanum Pictorum regem eū cū exercitu pręstolantē, vt erat prius conuentum, offendit iunctis itaq; copiis Vestmariam inde Cimbriam, Romanorū tū prouincias cōmuni petierūt decreto. Vbi populatis vicis & agris 45
cętera quę auferri non poterāt igne & ferro cōsumpserūt: prouinciarū cultores, metu collapsi, alii alio abiere in tutum. Romanis tū ex pręsidiis quæ tenebāt arces, quidam ad Lucium Antenoū Romanū legatū (is tum Eboraci erat) cōcesserūt, Scotorū Pictorūq; corā eo questuri iniurias. Lucius ad nūciū ꝑ Britanniā facto delectu numero 50
so cū exercitu celerrime hostibus cōtendit obuiā. Mogallus Romanorū aduētus certior factus, ne hostes subita incursione Scoticos milites ꝑ agros effusos odorirent, in vnū signo dato coactos, ita dicit affatus. Omī adhortatione ad res honeste gerēdas (viri fortissimi) primū cēseo militib9 mōstrādū, nihil tā fortes & bonos viros decere 55
ad laudē ac gloriā assequēdā, q̄ inuadentiū hostiū iniuriā, totis ꝓpulsare viribus: & ne ignominioso seruitutis iugo subacti, inimicoꝝ arbitrio parere cogant, ꝓ libertate, ꝓ patria, ad vltimū dimicare. Huius intemerata fide nō tā nostrorū maiorū, q̄ cęterarū gētiū, ꝓclarissima ad nos deuenere exēpla. Quibus viribus quęso, quibus cōsiliis, 60
Ederus rex, olim vt de nostris loquamur, Cassibilano Britonum regi auxiliaris, vt Cęsar Romanorū dux primus qui illius gētis Albionē inuasit, insulā hāc (quū Britānis libertatē adimere statuisset) re infecta, fugiēti simillimus, linq̄ret elaborauit: immarcessibile decus oīm sentētia sibi suęq; posteritati assequutus. Nec minori laudis gloria, 65
Caratacū regem semꝑ illustrē, sua in bello virtus adornauit, q multis pręliis, varia fortuna decertans pro libertate, vbi a potentissimo hoste superari nō poterat, illaudatę mulieris Cartumandię sibi necessitate conuinctæ fraude deceptus, hostibus traditus, ductusq; est ad Claudiū Cæsarē captiuus: q; tot aduersis agitatus aīo semꝑ māserit 70
inuictus, patrię ad extremū ꝓtector, & ob id maior victoribus habitus, Cęsaris beneuolētia libertate donatus, in regnum est restitutus, exēplū ꝓculdubio, excellētissimæ fortitudinis, posteris imitādū omnibus. Æquali aīo Corbredū regē, Carataci germanum, in tutanda libertate fuisse, memorię proditū. Is vt superbissimū Romanorū no- 75
mē, qui tot iam annos regionē nostrā impio bello infestarunt, extingueretur in Albione armis, pœne ad internecionē laborans, eo tādem hostes deduxit, tāetsi nobilissimos quosq; pœne amisisset in bello, vt eo superstite Scotorū Pictorūq; agros Romani viribus attritis infestare nō potuissent āplius. Libet & hic meminisse (haud vos 80

scio tædebit, illustrissimi regis Galdi aui mei, oim q sua ætate vixerũt optimi, fortissimiq; viri q tot casibus actus cõcussusq; ærumnis, quiq; in tot magnis discriminib9 cũ Romanis: imo cũ fortuna dimicauerit, qui aduersante fortuna toties victus, toties fugatus, equitatu pœne omni cũ peditibus amisso: quo pacto cõplures annos, infinitis calamitatibus affectus, aliis super alios profligatis exercitibus, ipse semper constanti permãserit animo, nullis permotus infortuniis, aduersaq; egregie ferẽs, donec fortuna, longo cũ virtute certamine defessa (si licet ita dicere) viro tãdem cesserit fortissimo, oculoq; prope inuita, respexerit benigniori. Victor ita tandẽ, haud quiescere potuit, donec hostes, tertio prælio victos, & maximis attritos calamitatibus, in castra cõpulerit: eoq; subiectionis adegerit, vt quib9 paulo ante nec terrarũ orbis totus, nec vltimę extra orbẽ insulę sufficerẽt, ægre sese intra ea tuerentur. Vidit is quod nulli mortalium, q̃tũuis opibus & virtute pollenti eatenus euenerat, gentis illius legatos, ad suos pedes procumbentes, supplicesq; veniã implorantes: a qbus tot reges totq; populorũ & ciuitatũ magistratus subacti, gauisi sunt sese misericordiã cõsequutos leges & pacis conditiones, hostiũ petentes arbitrio: a quibus omnes pœne gentes iura expectant. Quinetiã loco vbi parta memorabilis illa ẽ victoria, Galdię ad posteros a se nomen dedit: vt p̃clarissimi facinoris, dũ Scotica permanerent regna, monumentũ extaret. Accessere & hęc Galdo principi, totiq; nostræ genti, eo maiorẽ ad gloriã quo cũ gente, opulenta adeo ac belli studiosa extremo prope periculo, acrius, diutiusq; certauerãt. Et vos cõmilitones qui aut ipsi memorabili bello cũ Galdo rege fortiter militastis, aut eorũ qui eidẽ interfuere estis progenies, pensate obsecramus, qbuscũ hodierno die res est discernẽda: nẽpe cũ victis, fusis, profligatis, vestro tãtũ munere viuentibus. Perpendite qui & vos sitis: Nempe victores, infracti animis, patrię libertatis, liberorũ, cõiugũ, sacrorũ fœderũ, deorũq; penatiũ protectores: nulla dominandi ambitione: nullaq; aliena rapiendi cupiditate ducti: sed cõstãti virtute dimicaturi. Perpendite ad hæc quãto sit vobis dedecori, existimate Romanos toties a vobis victos: nũc nõ posse vinci. Eãdem virtutem fortunãq; vestris nũc in manibus credite quę olim fuit. Ite ergo (viri fortissimi) quibus iã victoria est in manibus, & victos denuo vincite: fugaq; confidentes fugate. Tãtũ alacriori opus est animo: cętera procul dubio spectata vestra peraget virtus ex sententia. Mogallus itaq; rex per hęc aut his nõ dissimilia suis ad pręlium magno ardore animos accendit. Neq; segnior fuit Lucius Antenous legatus in suis militibus iam pugnam poscentibus adhortandis: vehementi

oratione suadens vt maiorum exemplo :fortiter agerent & egregie.
memores quantis sudoribus bella gerere consueuerant:fortiūq; ho
stiū vim,fundere,vincere,profligare.Meminerintq; rē nunc gerendā
cū Barbaris , absq; virtute,sola furia agitatis:cuius vis est corporis
& animi vires frangere,mouere supra modū ad temere ineundū cer- 45
tamen,& quū maxime foret confligendū effractam, breui ruere mo
mento.Insita Romanis animis confiderent virtute. Cōtemnerēt im-
manes,truculentos in imbelles,sine externo bello, perpetuo domesti
ca seditione laborātes, nullo iam amore sed exteri hostis odio cōglo
batos:inter quos multę laterēt simultates,discordiarū seminaria p- 50
multa . Magna igitur ipsi fiducia raperent arma,victoriæ spe certa,
ignauos adorirētur hostes.Ingentē vlla sine cōtrouersia laudis glo
riam consequuturi: q; Albionis partē, Cnęi Trebellii incuria amis-
sam reddituri forent imperio Romano.Hęc Lucius. Diis deinde pe
natibus inuocatis , ardore longe q̄ dici possit maiori,vtrinq; acie est 55
cōgressum.Iecere Romani in nostros,ingentē telorū copiam. Vnde
permulti vulneribus sunt affecti . Nostri contra sagittarii missilia ,
funditores saxa , torsere in hostes . Et mulieres,quarū magna vis in
nostro exercitu pugnabat pro patria vbi incredibilem lapidū multi
tudinem iecissent in Romanos : arreptis pręliaribus muliebri timi- 60
ditate in iram versa:nullū veritę armorū genus,nullum periculum,
vulneribus continuo magis irritatæ,militibus ipsis effectę sunt lon
ge immaniores.Nostris ingenti pręsidio fuit loci cōmoditas. Hosti
bus locorū iniquitas magno incōmodo : in paludosos etenim viarū
ignorantia anfractus & abruptas crepidines inciderant , eoq; factū 65
vt in manipulos pœne discreti,certamen obirent . Vbiq; atrox erat
pręliū:sed in mediis aciebus vbi duces belli,pugnā accendebant lō-
gē atrocissimū. Enimuero, magna virtus vtrisq; animos accēdebat,
Romanis,nę se a Barbaris,vltimis orbis populis,quos tātopere cō
tempserant vinci paterentur. Scotis Pictisq; ne victorū nomen, tāto 70
partū sudore viuentes amitterent. Stabant milites loco quem a pu-
gnę initio fuerant sortiti:lassi vulnera infligendo:ac mutua cęde ho
stiū potius q̄ suorū satiati. Abiectis tandē gladiis post longum atq;
laboriosum certamen,ad pugiones est itum . Et quū innumeri occi-
derentur,neutra partiū alteri videbatur cessura:duces tā atrocia cer 75
nenteis pœne suscepti pœnituit certaminis,tot videlicet viris iisdēq;
fortissimis vtrinq; cadentibus.Ad vltimū Scoti ac Picti, insita fero-
citate,hostes loco submouere cœperūt. Non vt fugientes,sed aduer
sos sensim discedentes pugna:quū hostium multitudinē & vim am-
plius ferre,nō potuissent.Id Lucius animaduertēs : quū magnis cla- 80

moribus:suos ad certamen redintegrandū hortaretur, ne Barbaris terga darent,neue macularent eo die Romanæ maiestatis gloriam. gregarii militis sagitta confossus,acie excessit. Sequuti illico eū cōplures ii maxime qui prælīū spectare malebant potius q̄ pugnare. Cęteri suorū fuga prospecta,& ipsi illico terga dantes:proximū nemus,cursu adeūtes pręcipiti, periculo sese eripere conabātur. Romanorum manipuli quidam eo hostium copiis impedientibus deuenire minime potentes sine vitę discrimine, conglobati alio flexerūt iter: incerti locoꝝ imperitia quo securius ab hostili iniuria liberi,sese reciperent. Tendebat iam tū sol ad occasum,& victores confœderatorū exercitus,pugnę locū ad signū receptui datū, omissa persequutione petentes,cantilenis,magnis ac iucundis vociferationibus incredibili lętitia,sequutā noctem cōsumpserūt. Illucescente cęsorū spoliis potiti,facta concione vbi principes cū vtriusq; gentis maioribus consedissent,nūciatur per exploratores Romanorū quosdā manipulares, qui pręlio excesserant, vix passuū millibus duobus abesse:incertos quo se agerent,ignotis amnibus,anfractibus,crepidinibusq; magnū pręebentibus impedimentū. Ad hos opprimendos delecta militū manus emissa,vbi peruenit in hostiū conspectū,Romani in proximū tumulū velut impauidi certo ordine concesserūt, ad necem ne in Barbarorū deuenirent potestatē dimicaturi. Scoti milites ac Picti,Romanos in tumulo stantes multitudine viribusq; se lōgissime inferiores expugnaturi vbi ad pugnā paratos mira alacritate animaduertissent,suaserunt abiectis armis,veniā precarētur, adesse ducem qui facile subiectis parceret,saluosq; dimitteret ad suos. Renuere Romani,indignū existimantes,sese post funestam diē viuos superesse,Barbaris subiectos ad contumeliā. Itaq; quū neq; veniā,neq; fidem cōfœderatorū principū implorare,pertinaci animo voluissent, permultis crudelitatē tantā obhorrentibus,a militibus ira & odio excandescētibus,ad vnū sunt necati. Postera die vti gentiliū post partā victoriā mos erat, peractis sacris aduocata denuo concione militū virtutem, reges vehementer laudātes singulos:fortissimos quosq; ac pręcęteris in pręlio valuisse conspectos meritis donarūt pręmiis. Inde quo modo belli reliquū,administraretur,longa consultatione habuere rationē. Inter hęc Lucius Antenous legatus viatorē Romam mittit, qui Hadriano Cęsari aduersam pugnā in Britānia nūciaret. Magno pręlio Romanos a Barbaris victos,gente omniū immanissima,quibus in bellis gerendis,nullū sexus discrimen. Fœminis viris longe ferocius dimicantibus. Orarent auxiliares,citius in Britanniā mitteret,ad prouincię tutamen. Alioqui parere Barbaris,aut iugulari,seu

turpiter excedere prouincia oportere. Hæc vbi Romam allata, Ha-
drianus princeps, illico in Britanniã expeditionẽ accipiens, facto de-
lectu, in Galliã magnis cõtendit itineribus: inde per Itiũ laborioso
traiectu in Albionẽ. Eo vbi peruenerat, didicit ab incolis, Scotos &
Pictos, recenti victoria, omniũ mortaliũ effectos insolentissimos. In 45
Romanã prouinciã, longe maioribus copiis q̃ antea irrupisse: pro-
strauisse omnia ferro & igni: ne sexui quidẽ aut ætati vlli parcentes,
rẽ pecuariã, omni cũ supellectili, abstulisse: frumẽtiq; quãtũ ferre po
terant: reliquũ incendisse, cũ vicis prędiis, & villis. Agrũ omnẽ ad
Tinam (fluuio nomẽ est ad nostrã cõseruatũ ætatẽ) fœdissime po- 50
pulatũ, habitatore reliquisse exhaustũ. His percitus Hadrianus im-
perator, vindicãdę cõtumelię in hostes cupidus, addito exercitu, quẽ
per Galliã & Britanniã scribi fecerat, Romanis legionibus: mouet
omnibus cũ copiis, Eboracũ versus. Vbi vt cõmodius, quod institue
rat cõsequeretur, quieuit paululũ: donec duorũ mẽsiũ, castrensi cibo 55
militũ vnusqsq;, sese muniuisset. Ducens inde in hostẽ, magnis diffi-
cultatibus Tina amne superato, quarto die in agros , rebus ad hu-
manũ vsum accõmodatis nudatos deuenit. Diẽ vnũ, itemq; alterũ
progressus, vbi nec armenta, nec fruges, nec animãtia quidẽ alicubi
prospexisset, incolarũ cognita fuga ad tutiora, quales, quibusq; insti 60
tutis essent ab exploratoribus & iis qui fortunis spoliati Romanis
copiis adhęserant sciscitatus, vbi cõperit Barbaros (sic enim eos vo
citabat) cęteris mortalibus duriori militia, hyemẽ sub dio, sine te-
ctis in locis quę pro munimẽtis habebãt paludosis agere, & in illis
inter niuẽ, gelu, & pruinas durare, per hyemẽq; quũ omniũ bellato- 65
rũ, terra mariq; fit reliquis mortalibus quies, arma nõ deponere, sed
in asperos mõtes, cęli inclemẽtia intractabiles vrgẽtibus hostibꝰ cõ
fugere, laboriosissimũq; esse ob itinerũ difficultatẽ, fugientes ꝑterq̃
locorũ peritissimis ꝑsequi. Iccirco qa neq; breui tẽpore, neq; paruo
negocio: sed cũ summo Romani exercitus discrimine vinci posse in- 70
telligebat: & quia animo cõstituerat oẽs Romanoꝝ prouincias inui
sere, nec ob id in Britãnia diutius agere poterat, ab vlteriori in ho-
stes ꝓfectiõe destitit. Ratus satis sibi, reiq; publicę Romanorũ se fa
cturũ, si ea expeditione, Britãnoꝝ quorũdã motus cõpescuerit, leua-
ueritq; Romano parentes nomini a Barbarorũ deinde infestatione. 75
Ergo vt ꝓhiberẽtur Pictorũ Scotorũq; hostiles deinceps incursio-
nes, in eã Albionis ꝑtẽ quę ꝓuincia erat Romanoꝝ, vallũ portẽtosę
molis, ex cespitibus, e terra excisis, mõtis instar altissima fossa ante
adiecta, a Tinę amnis ostiis ad Eskam fluuiũ, a mari Germanico ad
Hibernicũ vsq; Oceanũ primus omniũ duxit. Id vallum octoginta 80

milia passuũ Æleus affirmat Spartanus, egregius Romanarũ rerũ scriptor. Nostris vero annalibus, ab Hadriano inchoatũ, a Seuero imperatore (sed aliquot post annos) absolutũ, memoriæ est proditũ. Vnde Scoticarũ rerũ vulgatiores scriptores occasionem sumpsisse reor, id Septimii Seueri Vallũ appellãdi. At nos Romanos Veremũdũq; sequuti id Hadriani Vallũ vbicũq; a primo eius conditore, eius in sequẽti enarratione incidet mentio, vocaturi sumus. Reb9 ibi vt potuit ꝓ tẽporis cõditione cõpositis Hadrianus Cęsar, Per Vestmariam, in Tegeniã, inde in Cãbriã cõcessit, ꝙ ibi in Romanos magistratus, tumultuatũ audiuerat: vbi authoribus tumultus paruo negocio captis, variisq; affectis suppliciis motus ociosissime repressit. Mouens inde in Cantiũ, Londini tãtisper subsedit, dum Britonũ maiores Romanę fœlicitati gratulaturi cõuenirẽt illuc. Veniẽtes autẽ comiter & benigne excepit, muneribusq; ornauit: adeo vt eos deinceps nõ pœnituerit Romanis fuisse subiectos. Ex Londino trãsmisit cõtinuo in Galliã, Lucio Antenoo legato, ꝙ valetudine aduersa Britãnico cęlo laboraret, secũ ducto & Aulo Victorino in eius locũ suffecto. Is abeũte Hadriano, illico Romanorũ militũ auxiliariũq; magnã vim in munitionibus, arcibus & castellis, vallo cuius iã meminimus proximis cõstituit, cõsilio Scotorũ Pictorũq; violentię ab illius loci incolis arcendę. Eoq; effectũ est, vt Britones, aliquot deinde annos, Romanis sub securibus fascibusq; ab hostiũ eruptionibus tuti quieuerint. Scoti & Picti Britonũ agros citra vallum pauloante a se populatos, inter se ꝑtiti sunt: iis qui Hibernicum mare spectant Scoto, qui Germanicum, Picto cedentibus: vbi pręsidia veteribus arcibus reparatis, haud procul a Vallo ad Britonum Romanorũq; iniurias a nouis incolis coercendas locarunt. Fuit ex illo Mogalli principatus per multos annos, vllo sine externo aut domestico tumultu. Sed clarus victoria ab orbis dominis sibi tẽperare nõ potuit: vel noluit potius: nã ocio nimiũ indulgens, simul ad seniũ & nefandissima deuenit flagitia. Adeo enim libidini studuit & auaritiæ effect9 senex, vt iam neq; publicæ rapinæ, neq; cuiusuis generis impudicitię hominem puduerit. Vxoribus cõmuniter cum nobilibus, cum agrestibus impudentissime vsus. Stuprum raptis pro sua pro libidine, passim inferens, virginibus viduisq;: omnem ad hoc iudicandi rationẽ peruertit: sontes quibus nullę aut exiles fuere facultates, passus est impune vbilibet grassari: opulentos vel leuissimi criminis insimulatos, publicatis fortunis capitalibus admouit suppliciis. Primus omniũ legem tulit, vt & proscripti & criminis extremũ ad supplicium damnati, facultates, nulla cõiugis liberorum creditorũve habita ra-

tione darentur ad fiscum: quum antea, viri ob crimen ad necem condemnati, vxor & liberi, agros, prędia, suppellectilē, fortunas deniq; omnes, lege permittente possedissent. Eam legem nostrates inexhaustam Mogalli cupiditatē referētes hactenus accuratissime seruarūt. Sed nō poterāt infanda adeo scelera, aduersantibus diis, permanere inulta. Enimuero innumeris iniuriis atq; contumeliis nobiles ac plębeii perciti, tandem Mogallo regi, capitalia parabant. Constituūtur ad rem trāsigendā apparitores quidā & tempus & locus. Mogallus autē tot malorum conscius, coniurationē vehementer suspicatus an pręstigiatricum præsagiis, quibus ea ætas plurimū erat dedita, an amicorum relatu rem haud penitus ignorantium, incertum, capitiq; metuens fugam apparabat in Hebrides. Et vt fugę animo conceptę locus foret, veniente nocte simulata valetudine citius solito decubuit. Prima inde vigilia, ferream indutus loricam, correptis missilibus cum arcu & duobus seruis comitantibus, in proximū nemus se contulit: reliquis omnibus quibus parū (vti scelerati est animi) cōfidebat, relictis. Postridie prima luce comperta re coniurati, celerrime fugientem sunt regem persequuti: qui quū vrgentes vehementer declinare anniteretur, in alios in ipsius cęde succenturiatos fugiendo incidit: a quibus multis vulneribus confossus sexto supra tricesimum anno q̄ regnare cœperat, interiit: qui annus fuit Christianę pietatis centesimus quadragesimus octauus. Antonio Pio Romanis & Phiato Albo cognomine Pictis imperitante. Caput iacenti, præsectum, affixum conto, a calone ad ludibrium in proximam est villam perlatum: vbi congregata hominū diuersorum multitudo, rei exitū expectabat. Cogitabant multi, de regis cadauere vt ab illis dilanietur exponēdo feris. Idq; ipsum meruisse vulgo est exclamatum. Sed recentium meritorum Galdi regis, nobiles viri memores, tātū inhibuerunt facinus, caput cum cadauere, vt maiorum virtutem & fidem colere viderentur, regio condentes sepulchro. Cruentū atq; infœlicem hunc vitę finem sortitus est Mogallus auitæ probitatis nequissimus fœdator. Claruere post Dardāni regis exitū, ad hæc vsq; tēpora qb9 Galdinę gētis, tres principes, ali9 post aliū, apud Scotos rerū sunt potiti (Nā Galdo regi Lugthacus filius successit, Lugthaco Mogallus Galdi regis ex filia nepos) in diuersis locis viri fama & doctrina insignes. M. Fabius Quintilian9 rhetor & orator celeberrimus. Serapio phs & medicus vndiq; celebratus. Philo Iudęus, orator & phs, de quo falso vsurpatū, aut Plato Philonem fingit, aut Philo Platonē. Caius Plinius secundus qui naturalē historiā, septem & triginta voluminibus haud minus erudite q̄ vere est complexus.

1 Cornelius Tacitus historiarũ scriptor quẽ in hoc opere sepius haud grauate sequuti sumus. Cecilius Plinius secũdus orator. Suetonius Tranquillus. Ptolemeus mathematicus sua tẽpestate insignis, qui superioris Ptolemęi Philadelphi Ægyptiorũ regis, vt scribũt quidam
5 eruditi, geogrophiã supadditis nõnullis meliorẽ redegit in formam Lucius Apuleius Apher orator, Aulus Gellius, Plutarchus Cheroneus phs. Aiũt quidã Hegesippũ Christianę & Iudaicę rei scriptorẽ in hęc tẽpora incidisse. Poetę pterea pmulti cũ his vixere. Iuuenalis, Sillius Italic9, Martialis, & innumeri alii egregia pollẽtes doctrina.
10 Per hęc tẽpora Romani principes toto ferme orbe, Christiani nois viros, atrociter sunt insectati. Linũ, Cletum, Clemẽtem, Anacletum, Auaristũ, Alexandrũ põtifices maximos: Domicillã, Euphrosynam, Theodorã virgines, Christianę pietati deditas. Nicomedẽ psbyterũ, Hermagorã antistitẽ, Marci euangelistę discipulũ, Fortunatũ archi
15 diaconũ: innumerosq; alios, verę religionis cultores & martyres exquisitis & imanib9 tormẽtis subiecerũt: ignari, quãta virtus Christianę esset pietatis, q̃ quo magis tyrãnorũ crudelitate deprimebat eo exurgebat semp illustrior: a nullo maius q̃ a persecutore recipiẽs icremẽtũ. Sed ad nostra redeũdũ. Mogallus rex, vti est memoratũ, imperii
20 initio, inter clarissimos reges, iure cõnumerãdus, in fine nec imperio nec vita dignus omniũ iudicio qualẽ diximus exitũ est cõsequutus. Sed nec Conaro filio ei9 q post eũ regnauit, multo melior fuit vita, nec lętior fortuna. Siqdẽ parricidio regno potitus (subornauerat, n. clam in patris cędẽ pcussores) flagitia, qb9 deditissimus erat, princi
25 pio impii dissimulauit. Inde stabilito sibi regno, vectigalia publica & priuata regios ad sumptus destinata, infami luxu turpissime pfudit: vilissimos em̃ quosdã & oi infamia aspsos, q (vt fieri solet) corruptos eius mores laudib9 extollebãt, virtutẽq; siqua simulabat detestabãtur, amplis pdiis donauit & opibus, Horũ ductu, posthabita
30 maiorũ prudẽtiorũq; regni sentẽtia, rei sũmã administrabat, Deliciarũ vsum cõtra patriũ ritũ, inducere conatus, neglecta patrũ diutissime vsitata parsimonia. Quũq; regias facultates, nõ vno infamię genere corrasisset, facto primorũ regni cõsessu vbi lõga & oib9 tędiosa oratiõe, multa de regię familię splẽdore & multitudine, cõuiuiorũ
35 elegãtia frequẽtiaq; epularũ & vario mẽsarũ apparatu pinde atq; his magna infuisset virtus, quũ haud parua essent seruitutis pars, gloriãdo prędicasset, q regii prouentus redditusq; minime ad ea suffecissent, petiit censum agi: vt viritim vndiq; per regnum, facultatum habita ratione ad suos penderetur sumptus. Responsum a ma-
40 ioribus, sese haud posse aut debere, in tanta re, populo in eam vsq;

diem incognita, acceleratam ferre sententiã, quippe ad quã maturo opus esset consilio: postridie sese eodẽ affuturos loco, & quid sentirent responsuros. Sequuta nocte secreta inter maiores aguntur consilia, regis capiẽdi, cõiiciẽdi in vincula, regnoq; & omni honore abdicandi, apparitoribus ad hoc destinatis, id flagitiosam ei9 vitã, omniq; infamia refertã exposcere. Postero die dato primoribus denuo cõsessu, eorũ quidã cęteris annuẽtibus ad regis postulata in hũc respõdit modũ. Maiores & qui optimi essent Scotorũ gentis, haud satis demiratos, regias facultates, Conaro, quieto ocio rei summã administrãti haud suppetere ad sumptus, quib9 permulti reges, bello & pace clarissimi, frequentibus agitati bellis antea contenti, magna omniũ cũ beneuolentia, summã exercuissent potestatẽ. Galdũ regẽ patrię assertorẽ: cui ad militũ vsum in bello vrgentibus hostibus, magno atq; perpetuo opus fuit cõmeatu, nũq̃ vel vrgentibus extremis, censum egisse, haud ignarũ q̃ populo census foret odiosus. Verũ nõ eãdem Conaro regi quę olim Galdo fuit, publici regiminis formam esse. Galdum enim optimorũ consilio, vt publicę administrationi accuratius incumberet, omne voluptatum genus a se suisq; militibus ablegasse. multis vigiliis laboribusq; impẽdisse operã patrię tutãdę & hostes inde propellendi. lixas, calones, lenones, meretrices, caupones, & quicquid ad effœminandos animos faceret a suo prohibuisse exercitu. Illum cõtra voluptatibus immersum, cauponũ meretricularum, lenonũq; sentina cum illaudatis aliis numero longe amplissimo toleratu difficillima, veluti deliciis summis, delitescere. Horum auspiciis, q̃ a primis ardua essent regni negocia trãsigere: eosq; opibus & prędiis donatos, summa ope anniti, nobiles plębeiosq; fortunis exuere: & post multa grauamina excogitasse censum rem Scotorum genti insolitã & inuisam: regẽq; illius instituisse exactorem: vt penes eos tandẽ, omniũ forent opes. Sed fallendos illos tandẽ & opinione, multos vti iam annos plęrisq; contumeliose illuserint, illudendos: ducendosq; in eũ statũ in quo deinceps censu non indegeant: in altissimas videlicet cruces ob tanta tãq; detestanda scelera, publicatis bonis erigendos. Regem autẽ Conarum cõmuni decreto, firma custodia detinendũ: summãq; potestatẽ fore penes eos, quos patres ad id destinauerint: donec aliud de publica regiminis forma statuissent: futurũ id mortalibus exemplũ q̃ sit temerarium, sordidi generis aut obscurę originis viros regia abuti authoritate: & q̃ impiũ regi sibi suisq; esse iniuriũ. Vix dicendi fecerat finẽ: quũ rex magna voce: qua, inquit, temeritate hęc effutitis (viri omniũ impudentissimi) insidię, si quas in me parastis, in vos cudentur, pœnas maiestatis cri-

mine dignas, illico daturos. Maiores ad hęc ipsum Conarũ indigne Sergusii sedẽ tenere respõderunt: seruilesq; hoĩes impuros ac illau datos debacchãtes per oẽm licẽtiã & oĩbus illudẽtes, diutius q̃ par erat superbe ꝑ eius cõniuentiã aut potius libidinẽ bonis oĩbus insul tasse. Clamor ad hęc illico a magnatũ fautoribus oritur: & q ætate & viribus erãt validiores, mediũ regẽ arripiẽtes, elatũ e curia, ad cel lã quãdã vi deducũt. Aulicos quorũ ductu res publicas sinistre ges serat, in vincula coniectos, multis affectos cruciatibus, tãdẽ carnifi ces magistratuũ authoritate furca suspẽderũt. Secũdũ hęc indictis comitiis, Argadũ virũ nobilẽ. Argathelię principẽ, cõmuni suffra gio regni gubernatorẽ creant: penes quẽ publica foret potestas, do nec de summa administratione aliud decerneretur. Is magistrat⁹ ini tio, plurimũ ꝓ reipublicę ornamẽto insudans, furtũ, rapinã, homici diũ, & si qua alia erãt flagitia, mira prudẽtia & authoritate, maiorũ cõpescẽs decreto, nihil segnius seueriusve, liquida fide cũcta gerẽdo, nullũ iure exasperãs, exẽplar vel optimis principibus imitãdũ sese ꝑ stitit. Sed aliquot post annos (vt frequenter mortalibus fieri solet) bona fortuna, ab ęquo homini mẽtẽ alienauit: quãdo mores oĩb⁹ ꝓ batos exuẽs posthabito more patrũ ĩ rebus grauioribus cõsulẽdoꝝ, domesticis cõsiliis oĩa administrabat. Seditiones intestinas, inter ma ximas trib⁹ fouit: societatesq; (quo frequẽtior ad se nobiliorũ fieret accursus) modis quib⁹ voluit fecit ac diremit: Pictorũ maiores, sibi hospitiis atq; affinitatib⁹ iũxit: nobilẽ em̃ Pictici sanguinis fœminã Otolinorũ principis filiã sibi matrimonio copulauerat, vt patriis & peregrinis opibus inter suos tutior foret. Tulere primores ægre Ar gadi cõmenta & vitia, vocatusq; in cõcionẽ, dure ab oĩbus est taxa tus, ꝙ regni gubernator, publico cõsensu dictus, ob eminẽtes in ipo virtutes, Conaro, detestandis poscentibus flagitiis regia dignitate exuto, abdicati regis scelerũ immanitate sese imitatorẽ pręstitisset: nuptias fecisset cũ exteri sanguinis fœmina: suasq; filias miscuisset cũ Pictorũ genere: neq; cõsultis patribus, neq; eoꝝ expectato decre to qui de republica melius rectiusq; sensissent: & q̃ summę erãt po testatis, magno omniũ cũ incõmodo, priuatis administrasset cõsiliis, nomẽ, spectatã ob virtutẽ, primis imperii annis, cũctis venerabile, cũ magno dedecore amittens, generosumq; animũ, rebus pulcherrimis ac pręstãti principe dignissimis olim addictũ: nũc illis rebus qbus cũ virtute societas esset nulla, accõmodasset. Argado huiusmodi in crepationes a ꝓstãtioribus audiẽti, rubor illico est offusus, ac lachry mę obortę. Et quũ q̃tũuis magna verboꝝ multitudine purgare sese nõ potuisset, multis verbis a se suppliciũ deprecatus, orauit deposita

ira,benigniori in se essent animo:neu meritis redderēt paria, fore vt contractā ignominiā quantū facere deinceps posset, virtute deleret: repararetq; iniurias qbus sua haud dubie culpa nobiles plębeiq; fuissent affecti . Solo inde ꝓcūbēs,sese magnatū arbitrio cū domesticis ac fortunis oībus tradidit,quib9 statuissent afficiēdū pœnis. Arga- 45
dū primores lachrymis eius atq; tēpestiuis verbis ꝑmoti , aulicis in vincula coniectis in administrtione durare permiserūt. Neq; exinde Argadus vllū publicū negociū priuatūve,domesticis consiliis abstinēs sine optimatū sentētia & ductu peregit. Iudiciarię rei rite ministrādę summā adhibuit diligētiā:municipaliū magistratuū, curato- 50
rūq; regionū,ac castellorū,tēperauit authoritatē : sanciens vt penes eos potestas tm̄ esset,minora puniendi deliquia:grauiora errata, ad regiū pręfectū,iustitiariū nūc vocāt,castiganda remitterent: quū ad id tēpus ab incœpto bello Romano,permittētibus regibus,indiscrete,delicta oīa,suo castigassent arbitrio.Fures,grassatores, latrones, 55
qui tū in Hebridibus,Argathelia, viciniśq; regionibus erāt frequentes,diligēter perquirēs,vbilibet inuētos,carnificibus tradidit ad furcā:vt oēs publica obeuntes munia,ab omniū vsu,quibus inebriandi vis inest abstinerēt,ne plębi pręfecti,plus cęteris custodibus egerēt, eius fuit decretū.capitali pœna in nō obtēperātes statuta. Lixas,cu- 60
pidinarios,popinones,simileq; hominū genus ad mortaliū voluptatem magis q̄ necessitatē malo genio paratū,ad delicias cōtra patriū ritum,alliciens,citās,impellēs,publicatis fortunis,dirutiśq; ædibus, proscripsit.His & similibus,vrbanis actionibus clarus,magnā operam impēdit,partim amicitia,partim authoritate hominibus ab alie- 65
nis iniuriis tēperādis:vnde mali quidā in bonos & studiosos,boni vero in meliores breui euaserūt tēpore, Octauo tandē sui magistratus anno,Conarus rex,quē publicę custodię maiorum decreto, diximus adhibitū,longo carcere detētus cōfectus valetudine , animū efflauit quartodecimo q̄ regiū obiisset mun9 anno. Incidit Conari regnū,in 70
Antonii Aurelii p̄hi Romani imperatoris tēpora.Ethodius,qui post Conarū extinctū regnauit,sequētem sortietur relationē.Fuit is Mogalli regis, de quo loco haud multū ab hoc diuerso est dictū, nepos ex sorore.Et ob id regnū maiorum authoritate,populo suffragante, omniū maxime Argado,hęreditario iure illi est delatū.Ethodius igi- 75
tur rex declaratus,cōcione illico aduocata,tribunal conscendēs,vbi gratias egisset ob regnū adeptū,Argadū, summis prędicatū laudibus,rei summę faustā fœlicēq; propter administrationē,magnis donariis,ampliśq; prędiis ornauit. Maximū regni instituens prefectū, penes quē,iuris omnis suprema secūdū regē foret potestas . Soluto 80

1 consessu, aliquot post dies, regiones, Scotico audiẽtes nomini, vti no-
uorũ regũ tum mos erat, lustrando in Hebrides traiecit. Sub cuius
accessum, nunciatur insulares magnates, paucos ante dies, seditione
oborta, seruiliũ quorũdã nebulonũq; cõtẽtione subita hostiliter con
5 gressos: haud paucos, cruẽta turba, occidione ꝑiisse. Qua cognita re
Rex maiorꝝ sentẽtia, Argadũ cũ copiis, ad factiosos mittit ꝑq̃rẽdos,
perducẽdosq; vel nolentes ad regiũ iudiciũ. Argadus, exquisita mili
tũ manu, triremibus, biremibusq;, insulas vbi patrię turbatores esse
per exploratores acceperat, celerius omniũ expectatione petiuit. Ho
10 rũ quosdã vi captos, alios vltro se dedentes peruexit ad regẽ: paucis
deinde emensis diebus, cũ eis lege actũ est: & qui tãtũ malũ cõcitaue
rãt in cruces sunt sublati: reliq factiosorũ pœnis mulctati sunt ex re
gis maiorũq; arbitrio ꝑtim agris, ꝑtim re pecuaria: atq; ita is tumul
tus, ex optimorꝝ sentẽtia fœliciter est repressus. Pacatis aũt iis insula
15 ribus, q Hebrides incolebãt, rex Ethodius deuenit in Albionem: vbi
quũ Enuerlochtheę (oppidũ est vti supra dictũ est, in Loquhabria)
ageret, certior est factus, per Scotos & Pictos Britonibꝰ sedes proxi
mas tenẽtes, Romanos, vallũ Hadriani principis iussu ædificatum,
effregisse & magno impetu, in proximos Scotorũ Pictorũq; agros
20 excurrisse, ac illinc prędã ingẽtẽ abigẽtes, in hostes ad eorꝝ vim arcẽ
dã cõtractos, incidisse: pugnatũq; vtrinq; acerrime, multis occidione
deletis, victoriã mãsisse penes Romanos, sed cruentã admodũ, cæsis
nobilioribus pœne oĩbus, qui repẽtino cõgressu depugnauerãt. Eo
nũcio accepto Ethodius rex, Fęcialẽ mittit ad Aulũ Victorinũ (is tũ
25 Romanorꝝ erat in Britãnia Legatus) ad res repetẽdas ex fœdere: &
ni reddant bellũ in quintũdecimũ diẽ indicẽdũ. Fęciali responsum ꝑ
legatũ Romanũ, Scotos ac Pictos, populos tametsi semper inter se
dissidiis laborãtes, in alienã tñ tũc cõfœderatos iniuriã, ex Romana
ꝓuicia, Romanos aut ex cõfœderatorꝝ agris ĩuicẽ ꝑdã egisse. Cõfœ-
30 deratosq; veteris pacis cõditionibꝰ spretis, primũ diruisse vallum: &
loco diruto arcẽ ligneã extulisse. Cespitibꝰ atq; lapidibus vndiq; se-
ptã, & validis firmatã ꝑsidiis. Ex ea frequẽtes fecisse eruptiões, in Ro
mano noĩ audiẽtes exercuisse furta, homicidia latrocinia, Sępe & fer
me quotidie ĩiuriarũ reꝑationẽ a Scotorꝝ Pictorũq; magistratibus, q
35 ꝓxime ĩcolebãt frustra petitã nũciis spretis & graui ĩterdũ ĩiuria af-
fectis, bellũ ꝓpterea, ĩ eos iure ĩcœptũ. Ethodiꝰ Victorini respõso ve
hemẽter ꝑcitꝰ Pictorꝝ regẽ ꝑ ep̃las rei certiorẽ faciẽs, hortatꝰ ẽ vt se
recẽtis cõtumelię ab Romanis armis & legati verbis acceptę p̃beret
secũ vidicẽ. Vallũ suis agris cõterminũ dirimeret, ĩ Rõanos duceret
40 agros, omnia ferro sterneret & igni. Scotorꝝ exercitũ vllo sine dubio

expectaret illico ſibi affuturũ. Pictus nũcio gratiis actis, ſpõdet ſeſe
maiorum ſuę gentis decreto, gnauiter cauſa prouinciã obiturũ. Ro
mani vbi ea per exploratores cognouiſſent, bellum ſumma ope pa-
rant in hoſtes. Scoti & Picti vallo multis in locis diruto, priores ir-
rumpentes in Romanã prouinciã, ſtragẽ multã agreſtibus intulere. 45
Romani hoſtiũ caſtra prętereuntes noctu, pergũt in Pictorũ agros,
conſilio hoſtes ex Romana prouincia retrahendi. Ea re confœdera-
tis regibꝰ cognita per ſtationarios, viribus iũctis, prima luce ducũt
q̃ proxime poſſunt in hoſtem: quorũ in conſpectũ vbi eſt deuentum,
vterqꝫ exercitus alteri it obuiam: pugnatũ illico varia victoria: ęquo 50
marte, dextrę vtrinqꝫ alę victrices, lęuę ſuperatę. Durauere qui acie
media depugnabãt adeo, vt nocte adimente proſpectum, neutra acie
rum alteri ceſſura videretur: quũqꝫ ita pugnatum eſſet, vterqꝫ exerci
tus profligatus, amiſſis cũ equitatu militibus cõpluribus, noctu al-
terius pauore, victo ſimillimus, ad ſua cõceſſit. Poſteaq̃ illuxit, mulie 55
res Pictę Scotęqꝫ viros ad pręliũ (vti gẽtiũ tum mos erat) ſequutę
vbi nec hoſtiũ, nec amicorũ quiſpiã, erat in proſpectu, cęſorũ ſpolia
magno ocio legerunt. Ea pugna vtriqꝫ partiũ aduerſa, ita profligatę
fractęqꝫ ſunt vires, vt a pręliis totũ inſequentẽ annũ vtrinqꝫ ſit ceſſa
tũ. Interea Aulus Victorinus legatus, Marco Antonio Aurelio Cę- 60
ſari, per epiſtolas ſignificat, Scotos & Pictos, Barbaras & intracta-
biles gẽtes, Hadriani vallũ, quod a Romana prouincia eos ſecreue-
rat, cõtra initũ fœdus effregiſſe: frequẽter incurſus, depopulationes,
cędeſqꝫ exercuiſſe nõ vno immanitatis genere in eos q Romano pa-
rebãt nomini. Romanas copias cũ eis cõgreſſas, tetrã cladẽ vtrinqꝫ 65
acceptã, vtrũqꝫ exercitũ alteri ceſſiſſe vti victori. Barbaros cõceſſiſ-
ſe in Pithlandiã, Galdiãqꝫ ad exercitũ reparãdũ. Parũ cõfidendũ Bri
tonibꝰ vtpote qbus vnꝰ eſſet cũ Barbaris, Scotis, Pictiſqꝫ libertatis
vindicãdę (modo vires ſuppeterẽt) cõſenſus: proinde orare ſe ab Cę
ſare auxiliũ, ad tantũ bellũ ꝓpulſandũ, ſine quo Barbaroꝝ vim, Ro- 70
mani diu ſuſtinere nõ poſſent. Romanus Impator acceptis epł̃is, Vi
ctorinũ ſecordẽ belli ducẽ ſuſpicatus, rẽqꝫ Romanã in Britãnia eiꝰ
deſidia infœliciter geſtã, magiſtratu illi adẽpto Calphurniũ Agrico
lam, in eius locũ ſuffectũ, cũ exercitu ad incœptũ bellũ cõtra Barba-
ros cõficiẽdũ miſit in Britãniã. Hũc Iulii Agricolę p̃ſtãtiſſimi oĩm 75
ducũ Romanoꝝ qui venere in Albionẽ vt traditũ eſt, ſcribunt fuiſſe
nepotem. Calphurnius itaqꝫ vbi in Britãniã peruenerat Britonũ vi-
ribus ſuis copiis adiũctis, ad Barbaros oppugnãdos mouẽs Ebora-
cũ deuenit: inde pactis ſacris gẽtili more pro fœlici rei ſucceſſu, ad
Tinã amnẽ mouit: eoqꝫ cũ vallo Hadriani ſuperato, omnia vaſta in- 80

uenit, sine satis, sine pecuaria re, nec villã vllã nõ dirutã aut incẽsam. Id Scoti ac Picti curauerãt, ne hosti extaret quicq̃ illis in locis ad cõmeatũ. Calphurnius hostes longius prosequẽdo cũ exercitu deuenit in Ordoluciã, Deerã, & demũ in Pithlãdiã, Ibiq; vastatis agris, icẽsis segetibus, ꝑdiis ac vicis, q; appetẽte hyeme exercit9 in Hiberna erat dimittẽdus Eboracum est reuersus: vbi ipse cũ copiis in castris hyemauit. Æstate q̃ hyemẽ illã est sequuta, multis ad bellũ cõtra Scotos Pictosq; cõficiẽdum paratis, ducẽti in eos Calphurnio, nũciatur Cãbros, vicinis cũ gẽtib9, grauẽ in Romanos cõcitasse rebelliõnẽ: municipalibus oppidis, ciuitatibusq; direptis, stationariis cũ militibus qui in prouincias distributi erant ad agrestes plebeiosq; in Romana fide perstãtes, cũ fugiẽtibus, cõtumeliose cęsis. Calphurni9 ad nũciũ, ne dũ vnã Albionis ptẽ, Romanis infestã armis subigere conaretur, alterã magnis sudoribus partã & a maioribus in fide retẽtã cũ Romani imperii iactura amitteret. Cõfœderatoꝝ hostiũ ꝑsequẽdi deposito cõsilio, vt Hadriani vallum a Scotis & Pictis, magna ex parte dirutũ repararetur, vehemẽter incubuit. Fossis denuo purgatis, & additis turribus ac ꝓpugnaculis, ad hostes ne in Romanã incurrerẽt ꝓuinciã ꝓhibẽdos. Ad opus cõsumẽdũ perq̃sitos, artifices vndiq; acciuit. Et vt valli pars hostiũ vi diruta, pœne fuerat restituta, prędidio relicto ad artificũ tutamẽ cõtra Barbaros, ipse cũ copiis, in Cãbros est ꝓfectus. Fuit Cãbris eius aduẽtus ingẽti pauori: ad ꝓliũ tandẽ ꝓfecti, nec cito, nec sine magno negocio, a Romanis sunt deuicti. Aliudq; mox bellũ cõtra Romanos, Cãbroꝝ tumultu vix sedato, est obortũ. Qui eñ Vectam insulam incolebãt rebellauerũt. Britonũ ꝑmultis nobilibus eoꝝ ptes sequẽtibus. Sed & hi a Calphurnio multo sunt labore superati: iis q rebelliõnẽ excitauerãt, vltimo supplicio affectis. Dũ itaq; intestinis ac domesticis seditionib9 ꝓliisq; agitaret Calphurnius, Scoti & Picti a Britonũ atq; Romanę ꝓuincię iniuria abstinẽtes, domi sese cõtinuerũt. Romana arma in se tẽporis habita in primis ratione nolẽtes cõcire, Calphurnii Agricolę nois veriti magnitudinẽ: Iulii: videlicet Agricolę ei9 aui fortunę memores, q Ordolucia, Deera, Pithlandia, Brigantia, Siluria, vicinis cũ regionibus subactis, & ꝓfligatis hostiũ exercitibus, Calidonia sylua penetrata, vltra Taum in Horestiã Romana aliquando perduxerat arma, similẽq; in nepote veriti fortunam, cum Romanis eo duce, manus cõserere haud parum obhorruere. Calphurnius accepto per exploratores, Scotoꝝ Pictorũq; reges, exercit9 dimisisse, exauthoratos milites domũ remissos ꝑinde ac si iã subacti cessissent bello, gauisus Barbaros (vt cẽsebt) sine cruore ab iis q Romano parebãt nomini

ínfeſtãdís,foſſa & vallo prohíbítos, ad Brítonũ ín qbꝰ ínteſtína ſedí
tíone fœde laborabatur,res cõponẽdas,anímũ adíecít. Amotís tãdẽ
prícípũ Brítãníę ſimultatíbus & ꝓuíncía melorí bus formata ínſtí-
tutís,Calphurníus ab Antonío Cõmodo Cęſare,ꝗ poſt Marcũ Au-
relíũ Antoníũ Romanã rẽ tenebat,Romã accítus,Publío Trebellío
Cęſarís íuſſu,dícto legato ín Brítãnía:traíícíẽs ín Gallíam, terreſtrí
ítínere ín Italíã eſt ꝓfectus.Trebellíus vt Calphurníí ímítator víde-
retur,Brítonũ maíorũ arduís ín rebus cõſílíís vſus,prícípío medío
crẽ egít Legatũ.Lucío regí,ís Brítonibus Cęſarís beneuolẽtía & au
thorítate ímperítabat,multos dętulít honores: eũq; magnís extulít
laudíbus apud Cęſarẽ ſenatũq; Romanũ,ꝙ reípublícę Romanę eſ-
ſet amícus.Níhíl ęque amplexus atq; ímꝑíí Romaní cõmodũ. Ho-
ſtes odíſſet Romano nomíní ínfenſos.De cõíuratís ꝗbuſdã ĩ Roma
nos magíſtratus ín ꝓuíncía,ípſe ſumpſíſſet ſupplícíũ.Hęc atq; alía
Lucíí regís ꝑconía,vbí Cęſarí ſenatuíq; memoraſſet, gratũq; admo-
dũ Lucío regí Cęſarí atq; ſenatuí ſeſe ínuſítatís reddídíſſet aſſenta-
tíoníbus,ſímulatũ díutíus anímũ tãdẽ palã oſtẽdít,pręceps ín vítía,
homo ínexhauſtę auarítíę abíens.Nec íta multo poſt opulẽtos cõfí-
ctís cauſís,apud populũ crímínãdo quoſdã:alíos alíorũ ínuídíę ſatíſ
facíẽs ínteremít.Alíos egít ín exílíũ:eoꝝ & oĩm quoꝝ accuſatío pa-
rũ ſpecíoſa futura vídebat̃,boní s haud mínus ímpudẽter ꝗ̃ lícẽtíoſe
potítus.Effecere tãdẽ hęc flagítía: populũ Trebellío ínfenſũ: ſpecta
batq; res ad ſedítíonẽ cruẽtã,níſí Lucíus rex,Romanoꝝ fautor,cõſí-
lío auxílíoq; íuuíſſet Legatũ.Scotí & Pícti,quí ĩter Brítones agebãt
experíentía edoctí quo aĩo Brítãní ín Romanũ eſſent legatũ, tẽpus
adeſſe ratí,Calphurnío amoto,veterís íníuríę víndícãdę,íngẽtí con-
tracta multítudíne,vallũ magna effríngũt ví.In Brítonũq; agros ꝓ
greſſí fœdas effícíũt depopulatíones.Mouere ea Trebellíũ legatũ,
ad cũ multo agmíne pedítũ eqtũq; ín ímmaníſſímos hoſtes ducẽdũ:
cũ ꝗbus cõgreſſus pugna a Brítoníbꝰ ſímul atq; auxílíaríbꝰ Gallís
pœne oĩbꝰ deſtítutus fuſo ꝓflígatoq; exercítu,acíe excedẽs ægre fu
ga eſt ſeruatꝰ.Tetra ea clades multos Romanoꝝ abſũpſít,& Scoto
rũ Píctorũq; nõ paucos.Trebellíꝰ aũt exercítꝰ ſuí relíquíís collectís
Eboracũ cõceſſít ſpe copíarũ renouãdarũ.Scotí ac Píctí víctoría,etſí
ꝑ̃lío cõplures amíſíſſent,ſolíto feroc íores,quos captíuos tenebãt:vt
cognatí ſanguínís ſe víndíces ꝑ̃ſtarẽt,ad vnũ trucídarũt: nímía índe
lícẽtía,ín Veſtmaros Candaloſq; debacchãtes,pręd atís agrís,nullũ
truculẽtíę genus nõ exercuere . Perculít ea res agreſtes adeo,vt nec
domí nec forís,ſalutem ſperarẽt. Trebellíus etſí reí índígnítate plu
rímũ cõmoueret̃, plano tũ marte cum hoſtíbus congredí, Romano

nomini offuturũ ratus,ꝙ plus Britonũ inſidias q̃ Scotorũ Pictorũ
q; vim apertã formidaret,pugnam detrectans,quos effuſe per agros
graſſantes,ex hoſtibus ſine multo negocio poterat intercipere : ſeſe
atq; Romanos milites alioqui intra munitiones & oppida cõtinens,
vltima ſubire coegit ſupplicia.Sub id tẽpꝰ,popularis ac ſeruilis tur
batio oborta ĩ Britãnia,Romanis animos plurimũ cõmouit. Plębei
etenim nobilibꝰ haud paucis impellẽtibus quũ ꝑ Scotos,Pictoſq; ꝑ
ſingulos fere dies multis afficerẽtur ĩcõmodis,neq; reparãdarũ iniu
riarũ ſpem vllã haberẽt,Romanorũ imperiũ auerſati, a Cęſaris fide
deficiũt.Raptiſq; ꝑ iram armis,Caldoro quodã Pictici ſanguinis ho
mine,creato duce,ꝙ inter eos multos annos verſatus Britãnicos mo
res imbibiſſet odiſſetq; infenſiſſime Romanũ nomẽ,in Trebelliũ le-
gatũ,exercitũq; Romanũ,tumultuoſius ire pergũt. Trebellius Bri-
tonũ defectione accepta,in multo periculoſius bellum q̃ quod cum
Scotis ac Pictis geſſerat,ſeſe incidiſſe intelligẽs, q̇bus remediis prę
ſens diſcuteret periculũ,ſollicitus cũ ſuis requirit.Poſt multas cõſul
tationes placuit,cũ Britonibus primũ cõgredi:ne ſi forte hoſtiũ illis
vires accederẽt,ſine magna Romanoꝝ iactura debellari nõ poſſent.
Ducit ergo Trebelliꝰ in Britones cõiuratos ſuas copias.Terruit pri
mũ plębeiũ exercitũ multarũ ex gẽtiũ colluuione conglobatũ,Tre-
bellii nomẽ,Romanęq; gẽtis fidutia & armorũ ſpecies , illis animũ
atq; audaciã pœne ademit. Sed Caldori cui rebellio erat gratiſſima
ſuaſu ac diligẽti oꝑa,ĩ acie retẽti,magna cũ ferocia, pugnã quã Ro-
mani ciebãt inierũt. Ferox & cruẽtus vtrinq; fit concurſus, victoria
aliquãdiu ancipiti.Demũ Romanis ſtrenue operã nauãtibus, Brito
nes,magna ſuorũ facta occidione vincũtur.Caldorus cũ nõnullis cõ
ſilii ſui cõſciis acie excedẽs,pręceps cõceſſit in Pithlandiã , ſibi haud
parũ gauiſus ꝙ tãta ſtrages Romanis Britonibuſq; ſua oꝑa fuiſſet
illata.Nobiles q̇dã Britãni,ſeruilẽ induti habitũ,plębeios ſe ſimulã
tes, quũ Romanos ab agreſtiũ cęde haud tẽperare cõſpicerẽt, ne &
ipſi victorũ occũberẽt ira,quales eſſent aperiẽtes,viui in hoſtiũ deue
nerũt poteſtatẽ.Trebelliꝰ legatꝰ,vbi didicerat captiuos ſimulato ha
bitu genus:familiãq; mẽtitos:totius defectionis authores eſſe eos in
oĩm cõſpectu ſuſtolli iuſſit in cruces.Accẽdit ea res vehemẽter Bri-
tonibus aĩos,in Romanoꝝ inuidiã.Sequuta etem̃ nocte , Britãnorũ
depoſitis cadaueribus,Romani pari numero ab incertis authoribꝰ ,
in eaſdẽ cruces ſunt ſublati.Legatus vndiq; ſibi periculũ imminere
certis cõiecturis dignoſcens,ad Cęſarẽ mittit nũciũ,q̇ Britonũ perfi
diã, Scotorũ ſimul & Pictorũ iniurias queſtus precetur,vt cõtra gẽ
tis perfidiã, quę a Romana defecerat fide,Barbarorũq; vim auxiliũ

ferret celeri9,fore alioqui,vt Romani haud sine ignominia,Britãnia
rebus perditis excedere cogerentur. Cõmodus Antonius Cæsar co-
gnito quo in discrimine res Romanę in Britãnia versarẽtur , Perti-
nacem virũ consularẽ,& in cõcione militari, & in senatu frequẽtius
laudatũ (vt Iulius scribit Capitolinus) ad res cõponendas misit in 45
Albionẽ:is vbi eo deuenerat Trebellio abdicato magistratu,legat9
dictus,mitissimũ simul atq; humanissimũ populo se ꝓbuit. Lucio re
gi in primis gratus acceptusq;: Britonũ rebellionẽ magis beneuolẽ
tia q̃ armis repressit: paucis cõiuratis & iis hominũ vilissimis & cõ
muni omniũ sentẽtia quouis malo dignissimis extremo affectis sup 50
plicio.Scotos inde & Pictos bello aggressus, extra Hadriani vallũ
magna strage affectos coegit . Neq; vlterius eos persequutus, Ro-
mã reuocatus,atq; Antonio Cõmodo,suorũ insidiis strangulato,ma
gno omniũ cõsensu ĩperiũ oblatũ inuit9 accepit. Trebellioq; denuo
creato legato, relicto in ꝓuincia Romã est reuersus.Sub tẽpus quo 55
hęc fiebãt,Ethodiũ regẽ res turbidę accepere.Insulares Hebridiani
ęgre ferẽtes,suę gẽtis ꝓstãtiores,Argadi ductu(vt prius est signifi-
catũ) indigno affectos supplicio,magna contracta militũ manu,in
Argatheliã ruentes, regionem fœde populati:nullam aut sexus aut
ætatis habẽtes discretionẽ,ĩcredibilẽ in incolas exercuere impietatẽ. 60
Ad hũc tumultũ opprimendũ, Argadus cũ copiis missus est in Ar-
gatheliã.Ethodius rex cum exercitu,ex sua Pictorũq; gẽte cõtracto,
haud ꝓcul ab Hadriani vallo cõsedit, ad oĩm hostiũ motũ ꝓpulsan
dũ (si q̃s foret)parat9.Insulares audito Argadi accessu cõfestĩ glo
bati cũ suo duce affuere. Venerãt paulo ante,Hibernicorũ,duo ꝓpe 65
milia,in Argatheliã,aĩo prędę potiũdę. Hi insularib9 opẽ laturi cõ
tra Argadũ:dẽsis virgultis,subsederę in insidiis moxvt Argadus cũ
suis militib9 ea ꝑterisset loca,subito exorti q̃ ĩ insidiis delitescebãt ,
magnis sublatis clamorib9 trãsuersam inuadũt Scotorũ aciẽ.Arga
dus vbi se & a frõte & a tergo ab hostib9 peti vidit, metu in irã ver 70
so,milites vehemẽter ad pugnã aĩauit:nõ tñ se hostibus eripuit.Eni-
uero vrgẽtibus illis vndiq; & certatim cõcurrẽtib9 circũseptus,quũ
multitudinis vim ferre nõ posset pugna vtriq; cruẽta, haud sine ma
gno negocio vincit̃ & cędit̃ , & cũ eo duo ꝓpe hoĩm milia , Cęterã
multitudinẽ metu dissipatã,fuga seruauit. Hui9 aduersę pugnę fa- 75
ma,Ethodiũ regẽ insularibus infensissimũ reddidit.Nam breui post
cũ viginti hominũ milibus oĩbus ex Scotoꝝ regionibus delectis in
Argatheliã ad motũ cõprimẽdũ magnis itinerib9 est ꝓfect9.Insula
res vehemẽti maris æstu ꝓhibiti atraiectu in Hebrides, nolẽtes re-
gis aduẽtũ opperiebant̃. Vbi rex adfuit militũ cõsulẽs saluti,leuib9 80

& quotidianis ꝑliis,cõsilio magis q̃ vi, hostibus ꝑmangũ intulit in-
cõmodũ:demũ loci ac tẽporis opportunitatẽ nactus, hostiũ turmas
in saltu quodã sese incautius abdentes fossa septas & vallo,breui eo
redegit inopię,vt consumpto cõmeatu arborum frõdibus & hærbis
prius,deinde earum radicibus,& illis absumptis humanis excremen
tis cibi loco vescẽtes miserã aliquãdiu conseruarent animã.Tandem
fame domiti,a rege ęgre impetrarũt, vt nunciũ quẽ ipsi ad eũ missu
ri fuissent,audiret.Aduentante nũcio,Ethodius pacis cõditiones di-
xit,vt dux & ducenti ex omni coniuratorum multitudine suo arbi-
trio delecti ad se venirent:supplicium primatũ arbitrio subituri:cæ-
teri depositis armis libere abirẽt in Hebrides.Placuere conditiones
multitudini vltima vrgente inedia, dedũturq; confestim ex coniura-
tis ducenti pręcipue rebellionis insimulati,suo cũ duce.Hi illico re-
gis primorũq; iussu capitales pœnas luere.Id vbi insulares ęgreferẽ
tes tumultuari cœpissent,correptosq; lapides ꝗ armis erãt nudi, ve
luti insania acti iecissent in milites,obiecta armata acie,permulti eo-
rum sunt trucidati.Cęteri qui cędentium iram fuga vitare potuerãt
in montiũ iuga euasere.Exinde Hebridianorũ sedato tumultu, Ro-
manis Britones denuo in deditionem redactos in fide ęgre retinẽti-
bus,Scotorũ res aliquot annos pacatior fuit:domestico atq; externo
bello leuata.Ethodius pacẽ vndiq; adeptus, lustratis Scotorũ regio
nibus,dictis iudicibus qui iustũ & æquũ colendo,cuncta rite mode-
rarẽtur,ne vel senex ignobili torperet ocio,venandi studiũ,vti a pue
ro(nostratum more)erat institutus,obiuit. permagnã adhibẽs dili-
gentiam,ne quod a suis maioribus institutũ erat ea in arte,omittere
tur.Ne quispiã rete,pedica aliove quouis laquei genere,deinceps le-
porẽ venaretur,neve interficeret procũbẽtẽ incautũ,iaculis, baculo,
aliove instrumento ad similes vsus excogitato,neu fessum cursu,per
quireret ad necẽ,qui canes pedũ celeritate fugiens, semel euitasset.
Facile etenim his atq; similibus modis, id genus animantis frequẽti
cursu ob metũ ꝑpetuũ arrepto interficeret.Et ne quis ceruũ missili-
bus peteret,vel ceruam fœtam venaretur: sed ab illorũ venatu hye-
mẽ totã & veris partẽ profunda niue adhuc terram contegente,quã
do vltima cogente inedia, saltus,nemora & montosa loca, linquere
coguntur,prorsus abstineretur:vtq; hinnuli qui sunt ceruarum pul-
li a venatorum iniuria vbiq; salui forent,eius fuit edictum:haud qcq̃
detestantis magis,q̃ venatum rem nobilibus,generosisq; animis spe
ciosam huiusmodi contaminando cõmentis, se ac regni proceres tã
laudabili fraudari solatio.Porro quum a venatu,temporis habita ra
tione vacaret,honestis voluptatibus incumbens cantandi,modulan-

diq; peritos, tubicines præsertim & tibicines in magnis habuit deli-
ciis, sed tandē vnius Hebridiani sanguinis tibicinis quem secretiori
præfecerat cubiculo insidiis per noctem est strāgulatus. Qui prehē-
sus a militibus stationariis, ad quos obortus clamor domesticorum lu
ctu illico peruenerat, merito opprobrio afficit, quod regio sanguine ma- 45
nus polluisset, cuius ille fidei animā suā credidisset. Oportere ergo,
quem rex paulo ante inter fidissimos habuerat aulicos, veluti nefa-
rium hostem, ob infandū scelus exquisitissimis addici suppliciis, exē
plum posteris daturum q̄ sit impiū mortalibus sacro se sanguine te-
mere polluere. Ad ea tibicen. Ethodius (inquit) rex permultos ex meis 50
necessariis in Argathelia nō vno crudelitatis genere, trucidauit: eam
iniuriā: vt multos abhinc dies destinaueram, vltus iam primū furen-
ti animo satisfeci: Vehementem affectionē quę me male habebat, te-
merario sedaui ausu. Satiatus sum fateor, sedata in me prorsus vindi
ctę cupiditas: superesse non cupio, vestrā in me explete libidinē: oēm 55
exercete crudelitatem. Idē nunc mihi animus ad obeundā mortē, qui
prius fuit ad inferendā Ethodio cędē. Nulloq; mortis genere effice-
re poteritis, quo minus necessariis meis illatā scelestissimi regis im-
manitate iniuriā, vel in ipso mortis articulo sic vltus esse gaudeam.
Hęc vbi dicta, magistratuū iussu tibicinis corpus, equis in diuersum 60
agendis, per pedes ligatum datur in frusta distrahendū. Vixit Etho-
dius post initū summū magistratū tres & triginta annos. Eius funus
regio apparatu (vt tum mos erat) elatum: Euonii in campo sepeli-
tur. Peruenit eius principatus ad Septimii Seueri Romani principis
tempora. Fuere regnante Ethodio permulti eruditione & pietate in- 65
signes, Gallenus medicus illustrator Hippocratis clarus sua tempe
state, sed ad posteros multo clarior. Extant hodie libri q̄plurimi, ex
iis quos scripsit in medicina, summæ indices eruditionis. Apollonius
orator insignis, qui quod de christianæ religionis laudibus orationē ha
buisset honorificā: id enim apud gētiles capitale fuit, martyrio est co- 70
ronatus. Dionysius Corinthiusq; Antistes. Scripsit is permulta in
vsum veræ fidei: aliiq; complures. Auctus est christiani nominis ho-
nor per id tempus, fuitq; piis pax & quies vbiq;. Multi variis in pro-
uinciis & regionibus, impietatem gētilium auersati, ad veram Chri
sti conuersi sunt religionem. Tenuit & sacrā sedem Romanam tum 75
Eleutherius a Petro quartusdecimus, cum quo nuper dignitatē ade-
pto, Lucius Britannię rex (de quo supra scripsimus) de christianorū
pietate & miraculis, vbi a Romanis in Britannia sub Trebellio &
Pertinace merētibus permulta audisset, per literas egit, vt se & suos
Christianorū numero vellet ascribere. Missi sunt eo Fugacius & Da 80

1 mianus viri pietate insigni. hi regem cum tota domo & populo pœne vniuerso baptismatis sacraméto insigniuerũt: in regione illa sublato malorum dęmonum cultu, vera pietas est constituta. Fuit ãnus quo Britannia Christi fidem suscepit, ab eius aduentu in carnem, vt 5 nostri memorant annales septimus supra cẽtesimũ octogesimũ. Post Ethodium, qua diximus nece absumptum, Satrahel Ethodii germanus, magno patrum consensu, lætis populi acclamationibus rex salutatur. Superstes erat Ethodio filius per ętatẽ immaturus ad imperiũ, propterea res vt institutũ iam inde ab initio erat, ad Satrahelem 10 deuenit. Fuit is ingenio subdolo & vafro, pauloq; post initum regnũ perfidia & crudelitate factus insignis: pacẽ etenim nactus terra mariq; Ethodii regis familiares confictis causis, pœne oẽs occidit: Cõsilio (vt constans erat fama) Ethodii prolem regno fraudandi. Nec in populares multo mitior, spoliatos agris, fortunisq; variis dedidit 15 suppliciis. his effectum, vt populus primatesq; eum infense oderint. Destitutus itaq; paulo post, cum plebis tum fauore maiorum cœpit oẽibus cõtemptui esse. Sequutę factiones, seditionesq; intestinę, prę lia domestica inter vicinos, inter cognatos, cum indicibili vniuersorũ incõmodo. Quũq; & regis secordia & improbitate, magnũ reipu- 20 blicę immineret periculum: neq; rex tantorũ cõscius flagitiorum in apertum prodire auderet, a suis aulicis noctu stricta gula est necat9 quarto anno posteaq̃ rei summę administrationẽ acceperat. Et in ei9 locum cõmuni omniũ suffragio, Donaldus, alter Ethodii frater germanus est suffectus. Fuit Donaldus longe a fratre diuerso ingenio: 25 liberalis, fraudis perfidięq; expers, clementia & mansuetudine præditus, ęqui plusq̃ rigidi iuris studiosus, quippe qui regni primordiis multũ insudarit, ad lites ac intestinas discordias extinguendas: frequẽtius aĩo voluẽs q̃ sit perniciosum publicę saluti, domestica laborare seditione. At vbi veteres discordias, multo labore extinxisset, 30 omnia partim authoritate & beneuolentia, partim pœnarũ metu, pacis & concordię effecisset plena, sui imperii regiones inuisendo, in p̃cipuis castellis aliquãtisper residẽs, cum regni maioribus, ius cuiuis petenti, nullo habito litigantium discrimine dixit: latrones, fures eorumq; receptatores, maiorũ vestigia sequutus, iustis suppliciis cohi- 35 buit. Syluescẽtem pubẽ, ab humanitate, magistratuũ incuria pœne abhorrentem, melioribus formãdam institutis, vt sub se mereret, ad hostium iniuriam arcendam ab regni incolis author fuit. Ex his contractis copiis ad ea obeunda, quę domi & militię agenda forent, paratum semper habuit exercitum in armis. Eo fere temporis, post Lu- 40 cium Britonũ regem extinctum (cuius paulo ante mẽtionem feci)

Romani gnari Britãnos reges, multarũ in populo ſeditionũ, & rebel
lionũ in ſe fuiſſe authores, vt res Romana in Britãnia, foret quietior
publico vetuere decreto, ne quiſpiam Britannici ſanguinis deinceps
regia inſigniretur dignitate. Id Fulgentius vir nobilis, veteri Britan
norũ regũ prognatus ſanguine, ęgerrime ferens, multis Britonũ no 45
bilibus ad cõcionẽ vocatis, Romanorũ iniuriam longa oratione eſt
queſtus : ſeruituti ſe addictos, ſubiectos faſcibus & ſecuribus, pa-
triis ablatis legibus & libertate, ſtupratas virgines, viduas & matro
nas militũ libidine, in omniũ inſuper fortunas deſæuitũ, cenſum &
victigal nouũ exigi quotidie: nouũq; delectum fieri, aliiſq; infinitis ꝑ 50
pe contumeliis populũ Britannicũ miſerrime affectũ: nouiſſime re-
giã ademptã dignitatẽ, cõſilio (vt videre licebat) regię ſtirpis oĩ
cum nobilitate extinguẽdę: fore niſi Britones celerius ſuis rebus cõ
ſulerẽt, vt oĩs nobilitas ſolis plebeis imbecillibus in Britannia reli-
ctis in ignotas prouincias, hoſtiũ arbitrio abducat̃ captiua. His & 55
aliis multis rationibus, ii qui in cõcione aderãt, facile ad defectionẽ
ab impio Romano faciẽdã ꝑmoti ſunt. Creatoq; Fulgẽtio factionis
duce, diẽ cõdicũt, qñ oẽs afforẽt in armis. Interea Fulgentius, Cadu-
ceatori dat literas ad Donaldũ Scotorũ regẽ, quibus docebat, oẽm
pœne Britãniã in Romanos cõiuraſſe, ſi ſuppetias cõtra veteres ho- 60
ſtes Albianis oĩbus ſemꝑ infeſtos ferre vellet, Romanos ꝓpediẽ Bri
tãnia multa cũ ignominia exigẽdos. Id ꝓpterea factu minꝰ difficile
fore, ꝙ pœne oẽs ꝓuincię, in Gallia, in Germania, in Oriẽte, ſuperbũ
Romanũ, imperiũ perteſę, in eos (vt ꝑ cõperto habebat) magnã ad
modũ cõcitaſſent rebellionẽ. Cęſarẽ ętate grauẽ, tot malis implici- 65
tũ & quid potiſſimũ agendũ foret cõſilii inopẽ, tot agitatũ eſſe ma-
lis, vt militẽ in Britãniã, deinceps mittere nõ poſſet. Gaudẽs Donal
dus accepit nũciũ belli cupidus externi, ꝙ ſine eo ſuos abſq; inteſti-
na ſeditiõe, diutius ꝑmanere nõ poſſe haud ignorabat. Pollicitus eſt
igit̃ Scotorũ exercitũ loco & die quẽcũq; illi cõſtituerẽt affuturum. 70
Haud multũ fuit Pictorũ regis reſpõſum ab hoc diuerſum: cui Ful-
gẽtius ꝑ epiſtolas, haud diſſimilia ſignificauerat. Britones Fulgẽtia
nę factionis, cognito Scotorũ Pictorũq; in ſe ſtudio egregiaq; volũ
tate, nihil in tanta re cunctandum rati, arma q̃ citiſſime rapere ſuos
iubent. Aſſumptiſq; illico viritim cibariis, ad eã Hadriani valli par- 75
tem quę Hibernico mari erat ꝓxima celeriter mouere. Eo vbi deuen
tum, Vallũ magna demoliunt̃ vi, vt Scotis ad ſe tranſmittẽdi pate-
ret via. Nec ſegnius Scoti & Picti, qui ſub idẽ tẽpus trans vallũ cõ-
uenerãt, operã nauãt. Impletiſq; breui momẽto foſſis ceſpitibꝰ quos
e proximis locis exciſos deportarant, vallum magna eius parte iam 80

diruta modico negocio superãt. Iũctiq; Fulgẽtianis, magnũ metũ vi
cinis gẽtibus incusserũt: oẽs inde globati, nocturnis atq; diurnis iti-
neribus mouerũt Eboracũ: famaq; sui aduẽtus ꝑueniẽtes, prius corã
cõspecti sunt, q̃ aduentare auditi fuerant. Magnus illico timor Ebo-
racẽses tãto exercitu cõspecto inuasit. Fuit illis animus ciuitatẽ expu
gnãdi, vt Trebellio legato & Romanoꝝ primoribus, quos illic age
re acceperãt in potestatẽ acceptis Romana militia ĩ Britãnia oppres
sa, cętera facilius insula ꝓhiberet. Sed audiẽtes Trebelliũ & Roma
norũ nobiliores, in Cantiũ cõcessisse, exercitus cõtrahẽdi causa, obsi
dione abstinuerũt. debacchati exinde om̃i licẽtia, ꝓximis regionibus
Romano nomini audiẽtib9, fœdissimã stragẽ & depopulationẽ ex-
ercuere. Populares insueta re territi, vbi tãtũ viderãt militẽ, quũ neq;
stare cõtra, neq; ꝓhibere auderẽt, ibãt obuiã, gratis (vt tũ fiebat) ac
clamationibus accipiẽtes Scotos ac Pictos & q cũ illis iuncti fuerãt
Britãnos. Manebãt hostiles illę copię haud procul Eboraco, quãdiu
inueniebãt qđ exercitui vsui esse poterat. Eu estigio ĩde in alia trãsiue
re loca: ea pari modo grassando depopulaturę. Nec earũ quieuit fu-
ror, donec hyeme superueniẽte milites variis ex regionibus & ꝓuin
ciis cõtracti, quũ vrgentibus imbribus frigoribusq; in cãpis durare
nequirent domum dimitterent. His incõmodis Trebellius legatus
Romanã ꝓuinciã in Britãnia affectã ęgerrime ferẽs, Septimio Seue
ro imperatori Romanorũ ꝑ literas mãdat, barbaros grauissimas se
ditiones agitãtes in Britãnia, prouinciã oẽm incursionibus ac depo-
pulationibus vastare. Ergo maiori manu ad resistẽdũ vel etiã princi
pis ipsius pręsentia opus esse. Lętus (vt scribit Herodianus) ea Se-
uerus accepit, quippe homo suapte natura glorię appetẽtior, post vi
ctorias, ad orientẽ septẽtrionẽq;, & cognomina vtrinq; parta, etiam
trophęa cõtra Britãnos excitare. Ad hęc filios quoq; abducere ex vr
be vt procul a deliciis vrbanis, in castris militari vitę, ac sobrię iuue
nes insuescerẽt cupiebat ardẽtius. Itaq; expeditionẽ in Britãniã edi-
cit, senex iã & morbo articulari laborans: tãta aũt animi virtute, quã
ta nemo vnq̃ vel iuuenũ. Igitur iter ingressus, lectica plurimũ vehe-
batur, nulloq; cessabat loco. Quare cõfecto itinere, speq; omni ac ser
mone celerius, enauigato oceano, Britanniã ingressus, collectis mili
tibus, magnisq; conflatis viribus, bellum comparat. Cæterum Ful-
gentius, & qui cum eo coniurauerãt Britones in Romanos, repenti-
no Cęsaris aduentu perculsi, audiẽtes videlicet tãtas cõtra se ab Ro
manis ex prouinciis. Gallia, Hispania, & Britãnia cõparari copias, le
gatos ad Cęsarẽ ad pacẽ petendã, seq; expurgãdos mittũt. At Seue-
rus moras, de industria nectẽs, ne vacuo sibi Romã redeũdũ foret, cu

pidus victorię cognominiſq; Britannici legatos tandē re infecta re-
mittit:& quę bello vſui forent, magna ſolertia comparat. Fulgētius
itaq; petita pace fruſtratus alio vertit animū:maioribuſq; factiōis ad
concionē iterū vocatis: haud multa oratiōe ſuaſit,libertatē vindicā-
dā, vlciſcendā veterē cōtumeliā,regiā reſtituendā poteſtatē,pauciſq; 45
verbis multa ad rē attinētia cōplexus:aiebat ſe tandē odioſum adeo
munus & periculis plenū, cōtra orbis dominos,haud alia cauſa obi
uiſſe, q̄ vt Britonū optimates,pulſis alienigenis, ad priſtinū reſtitue
rentur honorem. Romanoꝶ exercitū tametſi numeroſiſſimū,ex mer
cenariis tn̄ militibus,moribus lingua & inſtitutis diuerſis, conflatū 50
eſſe eoq; verendū minus. Et niſi Seueri principis,nōis magnitudo,ac
rei militaris peritia obſtaret,paruo negocio,a Britonū copiis,q vni9
eſſent animi & inſtituti,vincendū. Verūtn̄ qa vnius pugnę fortuna,
tot nobiliſſimorū hoīm ſalus minime foret cōmittenda, fatigandos
cēſuit Romanos,tumultuariis pręliis,retardādoſq;,ſine totius exer- 55
citus cōgreſſu:& expectandos Scotos & Pictos,perpetuos ac infen-
ſiſſimos Romanorū hoſtes. Fore(modo dii patrii annuerint)vt his
adiutoribus,Romani,tandē profligati & in Britanniā redeundi ſpe
ſublata cum ingēti contumelia ab ea prohibeātur perpetuo. In has
atq; ſimiles ſentētias,verba faciēs Fulgētius, fauorē fideq; ſibi con- 60
ciliabat oīm. Deportatis paulo poſt cōiugibus,ac liberis q arma fer
re non poterant, & armentis trans Hadriani vallum actis in abdi-
ta nemora,& montium inacceſſorum iuga , Fulgentius cohortibus
quibuſdā,ex nobilioribus ſuæ factionis contractis,ſe ſuoſq; tueri po
tiuſq̄ hoſtes oppugnare multa diligētia cōtabat: affuere haud mul- 65
to poſt tempore,Scotorū Pictorumq; turmę, pericula omnia publi-
ca pro ſalute obituri. Seuerus haud ignarus hoſtilis cōſilii ad oēs ca
ſus paratus,nihil nō cōparabat,qđ Romano militi vſui qđq; impedi
mento ad pręliū exercitui foret hoſtili. vbi vero ſatis ex ſentētia pro
pta ſibi eſſe,ac parata intellexit omnia,filiū minorē natu Getā, in ea 70
parte inſulę quę Romanis,parebat,reliquit vt iuredicundo, rebuſq;
ciuilibus adminiſtrandis pręeſſet,cōſiliariis ex amicis natu grandio
ribus, illi adhibitis. Antonio altero filiorum ſecum aduerſus hoſtes
educto. Secundum hęc inſtructo exercitu. Eboracum mouit. Ad quē
ciues & qui proximas tenebant ſedes nobiles Britanni,obuiā egreſ- 75
ſi & aduentantē principē lętis acclamationibus ſuſcipientes, multis
laudib9 fortunā eius,fortitudinē & virtutē extulere. Imperator Ebo
racū ingreſſus ſacris ędit9 de more aditis & diis ſalutatis,in arcē vbi
Romanū erat p̄ſidiū ſe recepit. Ibi poſteaq̄ cōſultationis cā quo mō
hoſtes ſubigeretur fuiſſet cōmoratus, tandē in barbaros ducere ma 80

1 gna iubet alacritate, Fulgẽtianorũ maiores, Romanorũ audito ad-
uentu, facta cõsultatione, an expectandũ foret, an cedendũ hostibus
diuersis varia censentibus, tandẽ placuit cõmuni sentẽtia, vt fugę vi
taretur ignominia, res cũ Romanis ferro decerneret. Cũctis vocife-
5 rãtibus, aut fortiter moriẽdũ aut viuendũ honeste. At vbi Romani
instructis aciebus erãt in prospectu, manus cõserturi, terror multis
fidutiã eripiens mentẽ mutauit. Cõgressum illico multa vi & alacri
tate, pugnatũq; diutius varia fortuna Romani tãdẽ multitudine, &
peritia militari victores maiorẽ hostiũ partẽ fundũt, fugantq; reli-
10 quos pertinaciter pręlio cõsistẽtes, teterrima delẽt occidione. Fulgẽ
tius in magno periculo inter pugnandũ versatus, postq̃ aĩaduertit
vniuersos qui secũ venerant, oportere aut pugna cedere, aut interimi
vulneribus cõfossos, quũ laborãtibus subsidio esse nõ posset, in con
fertissimos hostes sese ĩgerere conatus, simul cũ tot fortissimis quos
15 corã interire videbat honeste moriturus, a suis ꝓhibitus, inuitus ꝑlio
excedere est coactus: sequuta eũ hoĩm multitudo, faciliorẽ Romanis
parauit victoriã. Fulgẽtianas copias ita profligatas, & passim toto
cãpo effuse fugiẽtes, ne illis spatiũ daret sese cõglobãdi, Romani mi
lites illico sunt ꝑsequuti. Scoti ac Picti aĩaduerso redintegrãdæ pu-
20 gnę locũ nõ esse, armis abiectis, Tinã tranãtes amnẽ (medio eorum
Fulgẽtio) Hadriani vallo supato, suas in sedes abierũt. Britãnorum
nõnulli sese fuga eripiẽtes cladi, vbi Romanis militibus ꝓhibiti Ful
gentiũ sequi nequiuerãt, multis q̃relis pręlia execrãtes, domũ cõces-
sere. Desiderata sunt in hac infœlici pugna, ex Scotis Pictis ac Brito
25 nibus triginta circiter milia. Tanta calamitate Scoti affecti ꝓ auxi
liaribus miserunt in Hiberniã: Picti in Noruagiam nũc Norvvegi
am & in Scythiã citeriorem nunc Daniã, vnde prisca illis origo. At
Fulgẽtius quos inuenire poterat milites vndiq; ad se accitos, ad exer
citũ reparandũ mercede conducit. Seuerus Britones nobilitate insi-
30 gnes, qui a Romana defecerãt fide, magno labore inuẽtos, diris affi
cit calamitatibus. plebeis parcit clementius, eos ne peccasse quidem
testatus: q̃ ducẽ, vt se sui sequebantur secuti essent: ꝑinde ferme Britã
niã lustrauit: quę Romano parebat nomini. Multa legatoꝝ negligẽ
tia corrupta restituit oĩbus sine discrimine potestatẽ corã se cũ quo-
35 cunq; lege agẽdi faciẽs. Dimissi sunt paulopost milites in Hiberna.
Ipse Eboraci cũ multis & Romani & Britãnici sanguinis viris nobi
litate pollẽtibus hyemauit. Æstate quę eã sequuta est hyemẽ Scoti,
frustra ab Hibernia auxiliis petitis, magis sua tueri, q̃ cũ Romanis
Seuero duce, militaribus rebus adeo insigni collatis signis cõflige-
40 re, deinceps decreuerũt, cladis recẽter acceptæ memores. Fulgẽtius

& qui cum eo erant Britones, opportunius tempus dimicandi cum
Romanis expectandũ rati, sese in Scotorum Pictorũq; continuerũt
agris. Cæterum transgresso Romano exercitu Tinã, Vallũq; quod
Scotis & Pictis obiectũ Romanorum fines tũ disterminauit: pugnę
quędã tumultuarię fiebãt, & incursiones: nõnunq̃ Romanis, nõnũq̃
hostibus victoribus. Scotis Pictisq; montes syluę ac paludosa loca,
ipsis quidẽ notissima, magno cõtra Romanos incursus fuere præsi-
dio. Ad ea vrgẽtibus Romanis cõfugere: eadẽq; pro munitionibus
habuere, in his periculo imminẽte delitescere: ex his tẽporis nacti op
portunitatẽ in hostes erũpere assueti. Quę omnia Romanis aduersa
bello morã atq; difficultatẽ addebãt. Interea Seuerũ graui confectũ
senio, longior inuasit morbus: sic vt ipse domi residere atq; Antoniũ
mittere in bellũ ad imperatoris munera obeunda cogeretur. Cęterũ
Antonius haud magnopere de hostibus solicitus, eorũ persecutione
intermissa, haud procul a Tina amne cũ copiis cõsidens, iubet sum-
ma ope qđ Hadriani valli dirutũ erat restitui: propugnacula supad
di lapidea, & turres editas: ea tñ intercapedine, vt tubę sonus, vel ad
uerso vento ex vna editus in altera facile audiretur. Æneatores sin-
guli, singulis turribus adhibiti: quorũ clangoribus si quãdo hostes
vrgerent, incolę pręmoniti, armati ad vallum tutãdũ, fundis, tormẽ-
tis, telisq; aliis missilibus concurrerent. Innumeri artifices acciti &
ad opus sunt adhibiti: architectis vndiq; delectis structurarum turri
um & propugnaculorum cura demandata. Antonius interim exerci
tus sibi adiungere & confirmare vniuersos tẽdebat: vti se vnũ intue
rentur. soli sibi imperiũ vendicans, ac germano idẽtidẽ obtrectans.
Quin longior quoq; patris valetudo, ac mortis mora diuturnior an
xium videlicet adulescentem habebãt. Sic vt medicis ministrisq; sub
inde conaretur persuadere, senem vt e medio q̃primũ quoquo modo
tollerent. Donec tandem Seuerus mœrore magis q̃ morbo, consum
ptus, vita defunctus est, clarissimus omniũ imperatorũ bellicis reb9.
Antonius mortuo Seuero patre, duces exercitus magnis munerib9,
& promissis, adhortabatur ꝑsuadere militibus, vt se vnum imperato
rem declararent: nõnullas interim machinas, aduersus germanũ in-
tendens. Neq; tamen id militibus persuadere potuit, quippe memo-
ribus vtrũq; a Seuero iã inde a pueritia, pari honore cultuq; educa-
tum: vnde ipsi parem vtriq; obœdientiam, beneuolentiamq; exhibe-
bant. Igitur Antonius cognito parum sibi rem aduersus exercitum
procedere, icto cum Scotis & Pictis fœdere, dataq; pace Fulgentio
& iis qui cum eo coniurauerant Britonibus, obsidibus imperatis &
acceptis, discedẽs illinc ad matrẽ, germanumq; (hi tũ Londini erãt)

festinat. Congressos filios reducere in gratiã mater conata, adnitẽti bus honestissimis quibusq;, Seueri amicis, & consiliariis. Antonius quum nemo non eius libidini refragaretur, vi potius q̃ voluntate ad concordię amorisq; simulationẽ adducitur: ita ambo pari honore im perium gerentes, soluerunt ex Britannia: Romãq; cum patris vrna contenderunt. Nam corpusculo eius ignibus tradito, cinerẽ ipsum aureo loculo inclusum cum odoribus in vasculum alabastri cõiectũ Romã referebant, vt in sacris principũ monumentis componeretur ipsi exercitũ deportantes victorẽ factionis fulgentianæ, emẽso ocea no in aduersam galliam peruenerunt. Inde properantius iter facien tes, tandem in Vrbem Romã ingrediunt. vbi paruo post tẽpore An tonius, imperii totius cupidus, molitus variis insidiis, fraternã cędẽ, ipsum Getã tandẽ vi irrũpens in eius cubiculũ, nihil tale expectantẽ supra matris pectus, multo pollutũ sanguine, sęuus & immanis fra ter obtruncat: taliq; parricidio, imperio solus est potitus. Hęc de Se ptimio Seuero Romano principe, eiusq; in Britannia egregie gestis partim ex Herodiano gręco scriptore, partim ex Spartiano, nostrisq; annalibus sunt deprompta. Sed ad Donaldum regem redeundũ, Re stituit is rem Scoticam in meliorem statum, miti ac moderato exin de imperio. domi forisq; ocio parto & quieta pace, quã ad vitę exitũ mira charitate est amplexus. Talem dederat ei animũ pacisprinceps & author Christus dominus, q̧ verę pietati aspernato malorum dę monũ cultu sese paulo ante addixerat. Nam Seuero imperante Ro manis apud Victorem põtificem maximũ qui quintusdecimus post Petrum ecclesiæ pręfuit, per legatos obtinuit, vt viri doctrina & reli gione insignes in Scotiã ab eo missi, se cũ liberis & cõiuge Christi nomẽ ꝓfitẽtes, baptismate insignirẽt. Regis exẽplũ Scotica nobili tas sequuta, auersata ĩpietatẽ, Christiq; religionẽ cõplexa, sacro fon te est abluta. Fuit ãnus ille quo Scoti ad lumẽ verę pietatis, dei opti mi maximi benignitate vocati sũt & recepti, ab eo q̃ primus fuit hu manę salutis tertius supra ducentesimũ: a Scotorũ regni institutio ne quingentesimus tricesimus tertius: a mundi primordio, nonus su pra qnq̃es millesimũ trecẽtesimũ nonagesimũ. Acciderat nostris di uersum quiddã atq; Britonibus, tametsi illi ad veram religionẽ prio res accesserint. Siquidem Britones, recte in fide primũ instituti, post ea & persequutionũ sęuitia, & ethnicorũ suasionibus eandẽ aliquo ties sunt auersati. Nostri qua fide & pietate instituti semel fuerũt ha cten⁹ errorib⁹ aspernatis, ꝓseuerant. Donaldus p̃ter hęc prim⁹ oĩm Scotoꝝ regũ vt in nostris ãnalibus ꝓditũ est memorię, nũmũ argẽ teũ aureũq; signauit, vna parte salutiferæ crucis, altera sui capitis ef

figie expressa,quo susceptę a se primũ inter Scotos reges christianę pietatis memoriã ad posteros ꝓpagaret. Enimuero nostrates antea aut nulla pecunia signata,sed eius loco mercibus cõmutationis causa,aut Romana, aut Britãnica in cõmerciis vtebant̃. Huius rei fidẽ faciũt,vetustissimi thesauri terra olim cõditi, multis in locis effossi, 45
pecunia referti peregrina,vti nuper anno salutis humanæ vndeuigesimo supra millesimũ quingẽtesimũ in Fifa,haud ꝓcul a Leuenę amnis ostio,q̃plurimi nũmi a pastoribus reperti sunt: æneo vase conditi.nõnulli aurei, argentei alii.Nota quibusdã,Ianus geminus ac nauis rostrũ.Aliis Martis,Veneris, Mercurii, alteriusue idoli effigies: 50
nõnullis lupa pueros Romulũ Remũq; vberibus lactans, omnibus vero alteri laterũ,Romani principis figura subscriptiõe adiecta,aut sequentes caracteres impressi. S.P.Q.R. Est & in Morauia marino littore:iter vetustissimę arcis ruinas marmoreũ vas,cui anseris duobus cũ anguibus decertãtis effigies mira arte isculpta haud dissimi 55
li pecunia refertum,anno Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo a pastoribus inuentũ. Fuit idẽ lapis vti a fide dignis accepimus,haud minus q̃ nũmi diutius spectãtibus admirationi argumentũ apud nostros maiores Romanę pecunię aliqñ fuisse vsum.Morit̃ tandẽ Donaldus rex religiosis & vrbanis operibus clarus,vicesimo 60
primo anno q̃ Scoticarũ rerũ fuerat potitus:christianoq; more sacerdotibus,qui tũ sacrã rẽ inter Scotos tenebãt persuadẽtibus in agro christianorũ sepulturę,multis & piis precationib9(vt fieri solet) dicato conditur.Quo ꝓpe tẽpore Alexãder (tulit & is Seueri nomen vt honoratior haberet̃)Romanũ tenebat imperiũ.Fuere viuẽte Do 65
naldo,viri oĩm disciplinarũ genere insignes, iure pręsertim Cęsareo ꝑmulti qui Alexãdro Cęsare iubẽte,venerãdas leges cõplures ediderunt.Horũ præcipuus Domitius Vlpianus, flos iurisconsultorũ ea habit9 ętate.Origenes vir insigni pietate & doctrina:cui velox adeo ingeniũ, fœcũdãq; doctrinã fuisse perhibẽt,vt vix septẽ actuarii,sibi 70
inuicẽ succedentes,viro satis essent dictanti.Accitus is ex Antiochia Romã a Mãmea Alexãdri imperatoris matre,multa de christiana religiõe doctissime disseruit.Effectũ inde,vt ea verã pietatẽ amplecteret̃.Et Alexãder ipse christianos nõ solũ toleraret,sed & Christi statuã haberet in secretiori domus parte:vetaretq; edicto publico,chri 75
stianos aut ꝑquiri,aut puniri oblatos. Fuit & Plotinus Origenis cõ discipulus, eruditione pollẽs singulari cõpluribus cũ aliis doctrina pręcellẽti: quorũ nõnulli christiani, nõnulli ethnici tũ erãt instituti. Incepere & nostri tũ primũ,sacras colere literas,sacerdotibus præceptoribus,quos Victor põtifex maximus,ad Christi dogma ꝓpaladũ 80

in extremã miserat Albionẽ. Restabãt tamẽ nõ pauci, malis dęmoni bus sacrificandi ritus: quos Donaldus rex, nullis suasionibus, nullis adhortationibus sacerdotũ, nec vlla vi potuit abolere. Sed nec etiam Ethodius, Ethodii superioris filius, qui secundũ Donaldi exitũ, Scotorũ tenuit ĩperiũ: de quo iã nũc dicendũ venit. Erat Ethodius in Mona insula educatus, pręceptorũ custodũq; (vt tũ fiebat) sub tutela Propterea quis esset futurus, dũ suę vitę haberet modũ, haud facile dignosci poterat. At vbi e custodia excesserat, nec metu ꝓhibẽte nec ꝑceptore, rex declaratus, quali tũ erat ingenio res ipsa ꝓpalauit: hebeti videlicet haud satis ad regnãdũ idoneo, nullã ad rẽ magis q̃ ad pecuniã in crumenã cõgerendã cõseruandamq; accõmodato. Eapropter, re maioribus cognita, summa administratio nõ eius ductu, sed magistratuũ quorũdã nobiliorũ regni sentẽtia, ad id destinatorũ, gerebat. Maxima dexteritate agebant tũ oĩa: singulis regionib9 singuli cõstituebant magistratus, qui ad publicũ regimẽ, & peccãtiũ delicta rite cõpescenda, magna diligentia excubabãt. Inde ꝑmulti a delictis coerciti. Nullus tũ pœna q̃uis mulctabat, nisi iuris ordinatiõe vetitũq; est quẽ fama criminis dãnasset, quẽpiã magistratu corã armis defendere. Si alicubi seditio oboriebat, illico maiores illuc cõfluxere ad eã reprimẽdã, & ad authores pœna iusta mulctãdos. Quieue re ꝑ id tẽpus, sub legatis Romanis Proptorib9, ꝓcuratoribusq; ita Britones, vt eoꝝ nemo, ne hiscere qdẽ auderet. Instituerat etiã Seuer9 ĩperator prudẽter adeo, paulo ãteq̃ vita excederet, ab oib9 pœne Britãnoꝝ nobilib9 ĩpatis obsidib9 missisq; Romã. Neq; Scoti sed neq; Picti Ethodio regnãte Britãnis Romãisue inferre ausi iniuriã aut ab illis vllã accepere. Obiit Ethodius rex, ꝙ auaritię nimiũ habebat studiosus, stipatorũ tumultu occisus, q ei9 lateri ad custodiã fuerãt adhibiti sextodecimo magisterii sui anno. In cui9 exitu, hic qntus liber finẽ sortit.

Scotorum Historię Liber. VI.



Ec diu Scotorũ res, post extinctum Ethodiũ sine principe fuit. Indictis enim comitiis eligendi regis Athirconem Ethodii filium vix imperio per ętatem maturum ingenio tamẽ ætatem superante prędituum, primores suffraganti populo regem consalutauere. Suscepit is imperium omniũ fide & congratulatione: dans specimen nõnullum probitatis in initio regni: moderatum enim sese ac facilem & comẽ in cõgressib9 pręstitit. Studia tractabat honestissima, quippe sacram disciplinam maiorũve historias edoctos secum frequẽtes habẽ

bat. In singularibus certaminibus in palęstra, reliquisq; ingenii aut corporis exercitationibus plurimũ versabatur: liberalis in omnes ad beneuolentiã amicitiãq; alliciebat multos. His atq; similibus probitatis indiciis, magnũ nomẽ breui est assequutus. Sed cũ ætate haud cõcreuere virtutes. Cũcta etenĩ octauo imperii anno exacto asperius 45 ferociusq; gerẽdo, quo maturiorẽ euasit in ętatẽ eo in flagitia fuit ꝑ pẽsior. Ab honestis demũ reb9 factus alien9, inexplebili studuit auaritiæ: omnia iracunde faciens plus minitãdo q̃ suadẽdo, metuq; q̃ beneuolẽtia, suos quos fide ac liberalitate parauerat amicos, retinuit. Neq; his sceleribus solũ inuolutus, sed & deliciis omĩq; voluptatum 50 genere, quas ad animũ effœminãdũ ꝑtinere diceres, vitam egit viro plane indignam. Indies deliciosius agens, lurconibus, mimis, saltatoribus, intentus & q̃ publici erãt regiminis negligẽs, mulierosusq; totus & spurcus effectus, lenonibus ac Histrionibus sordidissimi generis stipatus pudore sublato, fistulis canendo, incedebat. Hunc lu- 55 xũ minime gratũ Scotorũ primoribus, & magnopere ab oĩbus improbatũ, veluti ganeonibus peculiarẽ, simul cũ principis vita, aspernabantur vniuersi. Indignati homini mõstroso parere, qui se maluit Histrionẽ q̃ modestũ prudentẽq; rei summę administratorẽ gerere: Præterea grauiter patiẽtes iuuentutẽ nobiliũ luxu diffluentẽ graui 60 bus intolerãdisq; quotidie plębẽ vexare iniuriis nullo adhibito ęqui iurisq; discrimine: cũ rex ipse omnis generis flagitiis optus esset molleq; adeo viueret vitã, vt nullã reip. administrãdę haberet rationem nec cõmodũ incõmodũue eius discerneret ꝑ secordiã: eaq; in dies mala latius serperẽt magisq; affligerẽt: cœpere leuissimis quibusq; acce 65 ptis occasionibus seditiones cõiurationesq; inire. Erat vir quidam nobilis in Argathelia, haud exiguę iter suos authoritatis Natholocus nomine. Eiq; duę erant filię, forma eliganti, præcipuaq; speciositate, vtrãq; posteaq̃ eas rex Athirco, fœde stuprauerat, stipatoribus tradidit, oĩ spurcitia polluẽdas. Natholoco, cõtumelia indicata, aĩo voluẽ 70 ti, quo potissimũ modo iniuriã vlcisceret, affuere filię, multis lachrymis querẽtes, nõ modo a rege ꝓfligatã pudicitiã, sed vilissimis se nebulonibus vi ꝓstitutas. Tenuit aliquãdiu pater mœstũ silentiũ. Ægras inde solatus filias culpã in authorẽ iniuriæ ab eis trãstulit: ob id tẽperãtius modestiusq; iniuriã ferẽs, ꝙ tametsi illarũ corpora vio- 75 lata essent, mẽtes tñ culpa prorsus vacare dignosceret. Postridie vero illi9 diei vbi illuxit, nũcios ad amicos misit, erãt hi Argathelæ nouãtæq; gentis pręcipui, vt subito ad se veniant, maturato opus esse, rẽq; atrocẽ suę familię accidisse. Mox vbi affuerant, questus est ipse Natholoc9, regis Athirconis iniuriã: stupratas filias, verberib9 cęsas 80

lixis, histronibus, & si qui sint sordidioris generis, hominibus inuitas authore rege fœde prostitutas. Tum illi dextris datis, iurãt sese qua cũq; vi possent, vlturos iniuriã, authorẽ ꝑsequuturos, nec passuros posthac Athirconis, in re summa administrationẽ: viderit succlamãtes Athirco, quã cladẽ fœda libido, mox ipsi eiusq; amicis fuerit allatura. Ergo mœstitia in irã versa, ad vicinarum regionũ maiores abeũtes, eisq; rei indignitatem cum cęteris regis flagitiis indicãtes, ad coniurandum incitarunt: cõcursum illico ad arma, magna oĩm cum ferocia, in tot ausum scelera tyrannum. Vicesimo exinde die, regionum quæ Scotico parebant nomini primores pœne oẽs in armis ad omnia obeunda discrimina parati affuere, peractaq; christiano more re diuina, Euonium vbi acceperant esse Athirconẽ regem mouere constituunt. Fecit armatorum agmen, populo pauorem & admirationem, sub primũ congressum. Mox re cognita magnus admodũ motus illico est sequutus. Curritur ex omnibus locis regiõibusq; ad Natholocum coniurationis ducem, in Athirconis tyranni exitium. Nemo erat omniũ in conglobata multitudine, qui non iudicaret regem non modo dignũ, qui imperio abdicaretur: sed qui etiam exqsitissimis ad interitum vsq; cruciaretur suppliciis. Ad Athirconẽ regẽ haud ꝓcul ab Euonio, mediis deliciis immersum, in ganea delitescentem, vbi eorũ quę acta fuerant nũcius deuenisset, ille ira excandescẽs primũ ad comprimendum motum, quas contrahere potuit cum copiis progressus est in hostes, ratus ad suum aspectum timore perculsos, bellũ declinaturos. At vbi eos nihil pauere acceperat per exploratores, seq; a suis militibus aspernatum, veluti infamia aspersum, mollẽ, indignum qui viris imperitaret: timore pallescens postq̃ nullus dabatur fugę locus, ne captiuus ageretur, nihil non passurus cõtumelię, regio abiecto ornamento atq; insigni, paucis stipatoribus comitatus, fugam quã ei persuaserũt occupat. Velata ne nosceretur ab hostibus facie: animo in Hebrides cõiuratos declinãdo trãsmittẽdi. Multitudo aũt quę ꝓ rege erat ꝑliatura, vbi eũ timidũ aufugisse cognouit, suis militibus in summo discrimine relictis, stultũ ꝓ hoie scelerato pauido & fugitiuo ꝑclitari cẽsentes, Natholoco illico se iũgit. Natholocus itaq; nihil morat9, mittit q Athirconẽ ꝑsequant. vehebat iã tũ ipse naui in Ilã insulã. Sed aduerso vẽto & maris æstu ipeditus ꝑinde ac flatu ipso & mari repulsus ad suppliciũ, rediit inuitus in cõtinẽtem: vbi quum persequutores adesse sensisset, ne ipse viuus superesset ad contumeliam, manum sibi intulit, posteaq̃ duodecim annos rei summam, inter Scotos tenuisset. Denenit eius regnum in Gordiani tertii Romanorum principis, vel vt alii scribũt

in Valeriani Imperatoris tempora, qui quidem Valerianus tametsi
esset eruditione & virtute bellica clarus, infœlicẽ tamen sortitus est
vitę exitum. Captus eñ a Persarum rege Sapore, amisso exercitu in
miserrima seruitute turpiter consenuit: tãto ludibrio habitus vt Sa-
por equum ascensurus, eius tergo vteret̃ pro scabello. Erat Athirco 45
ni regi is quẽ diximus exitus: tali principe, qui vitam spurcitia cõta-
minauerat, citra oẽm dubitationẽ dign9. Id Doorus Athirconis ger
manus vbi resciuit, parũ suũ caput illis credendũ ratus, quorũ infe-
statione frater nuper occubuerat, medici habitũ suo iã abiecto indu
tus, in Pithlandiã cũ tribus Athirconis liberis Sindoco, Carantio, & 50
Donaldo aufugit: vbi secũdioribus rebus sese cũ impuberibus cõser
uauit, veritus, quod euenit, ne ipse regiis cum natis, Natholoci insi-
diis, ad suppliciũ quæreretur. Natholocus eñ extincto Athircone,
quos ex amicis fidissimos habuit, atq; oĩm secretorum conscios, ad
Doorũ inquirendũ, secretius mittit in Pithlandiã: mandans vt inuen 55
tum illico cum Athirconis liberis, trucidarent. Eo profecti ii quibus
res erat demãdata aliũ quendam, habitu, faciei liniamentis & ætate
haud dissimilẽ Dooro, eius loco obtruncant. Attulit ea res Natho-
loco ingentẽ lętitiam. Populi inde maiores, ad concionẽ vocatos, ar
matis militibus inermes circũstantibus, ita dicitur affatus. Gaudeo 60
mirifice cõtribules, recentẽ Athirconis cædẽ, quã nephandissimorũ
scelerũ conscius sibi ipse temerarie, sed iuste consciuit, vobis nec odio
sam, nec vllam intulisse cõtumeliam. Neminẽq; vestrũ arbitror, cau
sam consiliumq; defectionis nostrę ab Athircone ignorare: vestrum
erat vna mecũ iudiciũ: rectũq; esse & necessariũ, illius innumeras in 65
iurias iã acceptas vindicare potius q̃ minas accipere quotidie. Quin
immo vti nostis, ad trucidati Athirconis miseriã, scelerũ ꝓpe infini-
torũ infamia accedit. Vos aũt incolumes sine sanguine victores glo
riã retulistis, magnę & insuetę fortitudinis. Quę eñ in vos, in me in
rẽpublicã, machinatus erat mala, nostis vt ego oẽs, neq; opus est vt 70
aliis testib9 ea in re cõfirmemini. Meruit tãtis flagitiis & in remp. &
in priuatã cuiusq; cõmissis, vestro oĩm iudicio, exquisitissima suppli-
cia. Meruit quã sibi carnifex intulit necẽ: immo contumeliosiorẽ lon
ge vltus in se iniuriã, q̃ vlcisci nos constitueramus. Iustũ eteñ est, re
ceptũq; in hac nostra gẽte, hostẽ vlcisci: quippe ne nostri quidẽ maio 75
res Duthoci regis ꝑfidiã ꝑtulerũt. dedit Euenus rex optimi patris
fili9 pessim9, nullo idigne ferẽte, pœnas suis dignas scelerib9. Neq;
Lugthaci regis imania flagitia, diu ꝑmiserũt inulta. Taceo alios cõ
plures principes & magnates quoq; in rẽ publicã priuatãq; iniurias
populares ira ꝑferre nõ potuit. Vos ergo deo optimo maximo grãs 80

agite qui a tetra clade in vos vestrosq; liberos & coniuges ab Athircone excogitata, mira benignitate liberauit. pēsantes exactissima diligentia, quomodo **furentes dehinc** tyranos facilius euadatis. Cauete, suadeo, summa ope, cōmunis cū Athircone generis viros: quibus illius scelera, plus vestra semp placuere virtute. Absit tales vestrum in exitium iubeatis: permittatisve regnare: illis videlicet vestra capita credentes & fortunas quibus in vos infensissima non possunt nō esse odia. Alioquin mihi, vobisq; abeundum hinc, Noue nobis quęrē dę sedes aut qđ longe est miserius ignominiosam mortē publicatis bonis, hostis arbitrio subeundā. In hanc sententiam verba faciēs Natholocus, fauorē sibi multorū fideq; conciliabat. Verum ex maioribus nōnulli, quibus vafrū hoīs ipsius ingenium haud erat ignotum, ęgreferentes regiā stirpē regno fraudatū iri, clanculum aliis prædicabāt, Athirconis liberos, tametsi scelestissimo patre prognatos, in rem publicam nihil deliquisse, regnū illis, aut cuipiam eorū necessario, qui optimus esset ad publicam administrationē, vti a principio erat cōstitutū, ad maturā vsq; ętatē iure deberi. Natholocū **versipellē** hoīem simulatorē dissimulatorēq; idoneū, ea magna arte & astutia tractare, quę vsui sibi aut emolumento crederet fore. Alii quos largitionibus, quibus plurimū tū potuit Natholocus corruperat, Athirconis filios, necessariosq; oēs hostes declarant: ipsum Natholocum, faustis acclamationibus, nihil non alacritatis & studii ostēdentes, regnare iusserunt. Maioresq; necessitati magis q̄ ęquo parentes, simulata lętitia factitabant idem. Ad id em̄ circūfusę armatorū turbę timor, ipsos inermes facile compulit. Mox iurati qui aderant de more in Natholoci nomē, facta re diuina, magnatibus præcedentibus & subsequente reliqua multitudine Euonium vbi regia tum erat est deductus. Cæterum Natholocus rex consalutatus, vt regnum sibi stabiliret, de quibus aliqua tenebatur suspicione accitos, donariis ad se allicit. Ne a sua fide deficerent hortatus, **simul** ostendens quantum p̄iculi suis immineret capitibus, si quispiā deinceps ex Athirconis familia regnaret. Postq̄ inde aliquot dies regiis eos ornasset muneribus conuiuiisq;, ea ætate fieri suetis, cuiq; domū concedendi fecit potestatem. Exinde vt acceptum gereret principem omnibus, mansuetum se præbuit. Nullum ad se venientem non admisit. Intestinas seditiones, si quę oriebantur, magna cura & diligentia sopiuit extinxitq;, ne coalescentes magnū in publicam perniciem, excitarent incēdium. Nemini iniurius, placidus in omnes, humanus, benignus opes superiorū regū opera, multos p̄ ānos cōgestas, nobilibus p̄fudit. Iactās sese sūmi magistratus munia obiisse, vt q nobiliores essent gñe

opibus,honoratione nominisq; celebritate,plebeios antiret.Ex igno
bili siquidē vulgo geniti,quales sint & vnde ꝓgressi, qbus seruirēt,
& in quos vsus suas cōferrent opes,dignoscere merito cogerent.Ita
aliquot annos,paucis admodū eius refragrantibus libidini Scotorū
egit imperiū.Deinde instabilis fortuna, suis vsa legibus regi fœlicē 45
adeo in initio regni successum tandē vertit in sinistrum.Forte ex fœ
mina peregrina(erat ea Pictici sanguinis)sueta,magnatibus qbus-
dā Scotorū,quo in statu Athirconis essent liberi secretiori veluti in
ternuncio referre, cognouit Doorū, Athirconis regis germanū quē
iādudum rebatur extinctū, regiis cū liberis iā adulescentibus, & ad 50
imperiū respirantibus,incolumē in Pithlandia agere,oībus pœne in
cognitū:illāq; iussam id adulescentum fautoribus literis quas defe-
rebat significare. Interceptis aūt literis eisq; ꝑlectis Natholocus fœ
mina internūcia in ꝓfluentē ꝓiecta rē summo cōtinuit silentio.Emē
so;deinde haud multo tempore,nōnullos regni maiores,quos literæ 55
reddiderant suspectos, ad se accitos veluti cum eis graue aliquid cō
sulturus, publicæ deputatos custodiæ in vincula coniecit. Neq; ira
quieuit,donec ad vnū in carcere strangularentur.Mox nobilium cę-
de per regiones delata,luctu omnia complentur.Discurrere cæsorū
amici furentes,& qd in tanta calamitate agendū foret incerti.Seda- 60
to tandem paululū tumultu,animo publicę vindicandę iniuriæ, sese
armarunt.Ita dum imperium Natholocus,sublatis Athirconis fami
liæ,tutatoribus,rebatur sibi suisq; stabilire posteris,multis in eū con
iurantibus,maxime reddidit infirmū.Porro vbi cōiuratos,copias cō
trahere,ex Galdię Argathelięq; populis,quos se infense odisse haud 65
ignorabat, cognouerat: amicorū suasu,permultis munitus stipato-
ribus & mercenariis militibus collectis in Morauiā cōcessit,ad exer
citum ex Lugia,Morauia, vicinisq; regionibus contrahendum.Vbi
quum rem parū sibi fœliciter succedere aīaduertisset,multis clancu
lum eius auersantibus imperium, diuinantium,aruspicum, præsti- 70
giatorumq; opera,aut hostes terrere,aut illusionibus impedire,ne in
se mouerent,& quis bello foret exitus, & an aulicorum quispiam si-
bi insidiaretur scire,plurimum laborauit. Atq; vt res celerius perfi-
ceretur,Morauum quendam virum magna inter Lugos Morauosq;
authoritate, cui rerum omnium suarum curam crediderat Natholo 75
cus,& quem ex amicis fidissimum credidit, conscium habens secre-
torum:in Ionam mittit insulam. vbi agere didicerat anū quandam
necromantica arte insignem.Eo vbi deuenerat Morauus Necromā-
tica illa euocatos manes de fine instantis belli consulit:qua arte quo
ue dolo hostes a congressu cum rege Natholoco forent coercendi: 80

1 & quis eorum potissimũ regis capiti insidiaretur. Reuersaq; ad Morauum quę a Cacodæmonibus sub vmbrarum specie comparentibus didicerat, denunciat dicens Natholoci principatum, infœlicem exitũ sortiturum, domesticam manũ plus coniuratis sibi timendam: 5 nec vlla arte cauere posse quin breui familiaris opera cui vel maxime confideret necaretur. Quũq; Morauus percontaretur, cuiusnam manu: tua, inquit, anus: siue id re vera manes significauerint, siue alio qui fuerit suspicata. Tum Morauus, præstigiatricem execratus, abi inquit, in malam rẽ, tuis cũ fallaciis: quæ omnia vel ad assentationẽ 10 vel odio vaticinaris: oẽm nãq; mortẽ potius subeam q̃ vt tã infando sceleri manus admoueã. Secundũ hęc Morauus magna itineris celeritate ad regem cõtendit, ridiculum anus, dęmonis potius oraculũ relaturus. At priusq̃ in Morauiam deuenisset, mutato secum cõsilio, rem silentio censuit cõtinẽdam. Ne forte si rex pręstigiatricis verba, 15 pro veris haberet magnum suo capiti malum assueret. Nec minori metu tenebat̃ ne rex alio nũcio, de necromãticę oraculo certior redderetur. Anceps ergo aliquãtisper, q̃d in re nõ tam dubia q̃ periculosa, foret agendũ, gnarusq; quãta Natholici esset sęuitia, quãtũq; sibi periculi impenderet: maluit tandẽ facere ipse aliquid, q̃ dubio semp̃ 20 animo imminẽs expectare suppliciũ. Ad regem itaq; vbi deuenerat perductus in secretius cubiculũ, cęteris abire iussis multa veluti ab euocatis manibus authore necromantica audita, & ea maxime quæ regi placere videbãtur vafre est cõmentus. Laborabat tũ rex ventris profluuio: aluo videlicet iugiter vrgente bili immodice citata, vnde 25 necessitate iubente, ad naturę requisita, secretiorem cubiculi locum adeuntem, sequutus Morauus, obsequii vt simulabat causa, vbi regẽ solũ omnibus longissime amotis animaduertit, pugione quẽ celatũ manica attulerat, nihil minus tunc q̃ insidias expectantẽ, in pectore transfodit, exanimẽq; ferro hęrente vulneri, in cloacam inferiorẽ de- 30 iecit. Per posticum inde exiliẽs, equũ quẽ in eum vsum habebat paratũ, arripiens vnico famulo comitatus, fuga sese seruauit. Primũ nuncium extincti regis se prębens coniuratis. Fuit annus Natholoci cędis, ab eo quo summũ inter Scotos arripuit imperium vndecimus Christi circiter ducẽtesimus quinquagesimus secũdus: quãdo Galie- 35 nus princeps rem tenebat Romanã, segnitie tanta summã Romanorum administrãs potestatẽ, quãta antea imperatorꝝ nemo. Enimuero triginta tyranni eo Cęsare rẽpublicã multis incõmodis affecerunt. Post Natholici regis interitum, facto consessu maiorꝝ, in cõsultationem est deductũ, quo potissimũ modo, iam administraretur rei sum- 40 ma, aliquãtulũq; variatum sententiis: eo tandẽ vota omnia ierunt vt

tres Athirconis filii, quos in Pithlandiã, Natholoci iram declinãtes, abiisse est memoratũ, q̃ celerrime reducerentur in patriam: regnũq; Findoco, natu maximo deferretur. Nec res accepit dilationẽ. Mora uus qui Natholocum tyrannũ sustulerat, maiorũ decreto, missus in Pithlandiã, regios adolescentes inde magno cũ apparatu, in Argathelia, vt sibi erat imperatũ, ꝑduxit. Vbi Findocus lapideę cathedrę vt tum fiebat, insidens a regni primoribus suffragante plębe, magno omniũ applausu, rex est declaratus. Erat Findocus integer æui, magna vt ferebatur virtute, cunctorum suę ætatis formosissimus. Quare cõgruentib9 in vnũ forma corporis & ætatis flore, cũ ea quã fama retulit, virtutis opinione, facile eũ optimos principes superaturum, nõ erat qui nõ iudicaret. Neq; quẽpiã spes fefellit. Omnibus gestis magnã de se opinionẽ ostendit probitatis: modestissimus in cõgressibus, studiis honestis & ingenuis exercitationibus versatus: nihil aspere, nihil ferociter gerẽs: trãq̃llę pacis, iustitię honesti, sobriiq; moderaminis amator videri & eẽ cupiebat. Nõ metu aut minis, sed beneuolentia sibi parabat amicos, fœdera inita cũ Pictis, Britonibus & Romanis, multa excoluit reuerentia. Sed vt plurimũ fit inter nostrates, diuturna pax cũ exteris, intestinã parauit seditionẽ. Donaldus etenim, vir Hebridiani sanguinis in Lugiam Morauiãq; copias duxit. Vnde posteaq̃ multa fuisset depopulatus, haud sine incolarũ strage ingẽtem prędã, deportauit in Hebrides. Causatus Morauos Lugosq;, Argathelis reliquisq; populis, qui in Natholocũ regẽ cõiurauerãt, fauisse. Natholoci cędis inultę, tã videlicet infandi criminis, & velle & debere sese vindicem exhibere. Hęc vbi ex iis qui funestã cladem euaserant, dignouerat Findocus rex, contracto exercitu, nihil moratus in Ilam insulam traiecit. Vbi cũ Donaldo congressus pręlio, insulares ingenti clade afflixit: fugientesq; e pugna persequutus, nullum prius sequendi finẽ fecit, q̃ hostes secũ temere cõgressos, aut mare aut ferrũ absumpsisset. Donaldus postq̃ se victũ, suosq; fuga salutẽ quęrentes perditis rebus animaduertit, in biremẽ quã in oẽm euentũ paratã habuit in littore, animo declinandi periculum se recepit. Ingens eũ hominũ turba sequuta, quæ quũ irrũperet sine modo posteaq̃ nulla de terra repellẽdi facultas dabat, naui minio pondere depressa ipse multis cũ mortalibus mari absorpt9 interiit. Findocus aũt rex adeptus victoriã, cũ exercitu rediit in Albionẽ. Sed insulares licet tanta affecti clade, haud diu quieuerũt: sed accitis ex Hibernia latrũculis, Donaldo supioris Donaldi filio creato duce Argathelos Nouantasq; finitimos populos, rapinis & cędibus infestãtes, iterum in sese, Findoci arma cõciuerunt: Contractis itaq; copiis rex, multis

triremibus Hebrides repetens,latrunculos vbilibet inuentos,sustu-
lit in cruces.Castellis,munitionib9 arcibusq;, quas Donaldus pater
occupauerat, destructis pręsidiisq; vltimo supplicio affectis,Donal-
dus filius persequutionē declinās,cū coiuratis traiecit in Hiberniā:
vbi moratus est donec regem ex Hebridibus profectū,in Albionem
rediisse accepisset:tūcq; denuo rediit in Hebrides,cūcta sua libidine
populaturus.At vires sentiens attenuatas, profligatis videlicet ami
cis,abactis armentis & segetibus incensis:statuit exinde, dolo gere-
re,quę vi aperta nequiuerat. Et tanq̃ damnato bello,pacis studiosus
esset & ocii,animo fractus,a Findoco rege per fecialē petiit supplex
vt in ipsius reciperetur fidem : pax illi ea conditione est reddita , vt
Euoniū veniret, abiectis armis,cum eorū pręcipuis,qui concitassent
rebellionē,quęcunq; rex imperasset,ibi facturus . Renuit Donaldus
cōditionem malens sese fortunę,q̃ regis libidini cōmittere. Et ad in-
sidias animū adiiciens,duos viros,vafro pręditos ingenio, Euonium
misit , qui nobilitatē mentiti,transfugas sese simulantes, Findocum
regem per occasionē trucidarent. Illis autē nō est in primo aduentu
fides habita:neq; ad regem sunt admissi,donec apud Carantium re-
gis Germanū , blanditiis plus satis delectatum fidem obtinuissent .
Ad regem itaq; perductis,multa cōmētantibus , de Donaldi rebel-
lione,consiliis & fautoribus ostensis & literis clanculum ad Donal-
dum a Scotorū primoribus,vt simulabāt,missis: tandē eis fides est
adhibita. Nec multo post tanti effecti sunt apud Findocum Carātii
ductu,vt haberētur & essent secretorū cōscii:publicis priuatisq; ne-
gociis,cum Carantio pręficerentur.Inde studiosi nimiū,familiaresq;
Carantio effecti,fraterno capiti,potiundi regni desiderio, vt multis
agnouerant indiciis insidiati,sua aperiunt consilia.Carantius rē silē-
tio continere (ne vel leui suspicione propalata, malum omniū maxi
mum suis pararent capitibus) iubens,suadet subornatis in Germa-
ni necem beneficiis promissisq; vt captato q̃ primū tempore, regem
obtruncent.Illi cū Carantii pollicitationibus adducti,tum Donaldi
mandato,qui ad id eos subornauerat,ac vindicandę cędis in Hebri-
dianos perpetratę studio incitati,libenter sese omnia facturos polli-
centur.Paucis deinde diebus Findocus Euonio profectus proximum
forte adiens lucum,venationis causa, ꝙ illic lupos esse a pastoribus
acceperat paucis comitatus,& inter eos ignarus insidiarū in eius cę
dem subornatis,in monticulo quodā consedit . Vnde venatores,ca-
nesq; venaticos,cōmodius spectare potuisset . Affuere regi ex more
coniurati, venabula gestientes ferarū causa (vt aiebant) feriendarū
si quādo cōmoda pręberetur occasio , omnes tēporū captantes arti-

culos,vt destinatũ exequerẽtur scelus.Et vbi ad canũ venatorũq; cla
morem, stipatores paulũ ab rege abscessissent,spectaculi videndi cu
pidi coniuratorũ alter, regi station ariis pœne nudo , ex cõposito fa-
bellam quãdã de Hebridianorũ in eũ odio, narrare est orsus . Dum
intentus in eũ,se rex totũ cõuerteret:alter venabulo regi pectus ma- 45
gna cũ ferocia transfodit : relictoq; in vulnere telo , ambo sese fuga
eripere periculo conantur.Findocũ moribundũ quũ ex iis q circa eũ
erant,nonnulli excepissent: alii coniuratos fugientes vincẽtes cursu
comprehendũt.Sequutus clamor, concursusq; stipatorũ omniũ atq;
qui illuc cõuenerant ad venatũ multis lachrymis obsecrantiũ maio- 50
res qui tum aderant, ne inultam mortem regis,neue regem inimicis
esse ludibrio sinerent,darent pœnas, qui alienis manibus pessimũ fa
cinus perpetrare ausi essẽt.Mox nefariȩ cȩdis rei prȩhensi,quȩstioni-
busq; adhibiti,Donaldi Hebridiani, Carantiiq; cõsiliũ,is tũ forte cõ
sulto longissime aberat patefacientes,capitali supplicio sunt affecti. 55
Est & nõ multo post Carantius quȩsitus ad suppliciũ. Sed is,frater-
nȩ cȩdis coniuratorũq; supplicii certior factus, ne maiestatis damna
tus crimine,fœdum populis prȩberetur spectaculũ,sponte exulauit.
Quod omniũ in eũ maxima odii causa fuit . In Britanniaq; aliquan-
tisper moratus,in Italiam cũ militibus Romanis tandem abiit.Vbi 60
sub Aurelio Probo,Caro atq; Diocletiano imperatoribus merendo,
percelebre rei militaris adeptus est nomen. Fuit annus ille quo Fin-
docus rex tali cȩde extremum obiit diem principatus eius decimus:
Floriano imperante Romanis.Elatum est eius funus,magno omniũ
mœrore,atq; in agro haud procul ab Euonio, Christianorum sepul- 65
turæ sacro conditum:vbi parentalibus sacris Christiano more rite ꝑ
actis,frequentes eo populi conueniẽtes, Donaldum tertium Athir-
conis filiũ regnare iubent,patres primoresq; authores facti , Is Do-
naldi insularis perfidiam detestatus,illico in fraternȩ cȩdis vltionem
sese armauit.Quũq; delectum per regiones faceret , nunciatur Do- 70
naldum insularem,in Lugiam venisse multis cum latrũculis magnã
q; ibi exercere tyrannidem se pro rege gerere,suũq; imperium auer-
santes,inauditis afficere cruciatibus,agris eorum,cum satis ac pecu
aria re illis qui se fuissent sequuti,datis in prædam.Horũ repẽtinus
tumultus ad regem e Morauia Lugiaq; delatus, fidem fecit firmio- 75
rem.Donaldus rex ad nũcium illum, Euonio profectus, cum iis qui
tum conuenerant militibus edicto facto,vt cæteri arma ferre poten-
tes,regem sequerentur,in Morauiã cõtendit. Castrisq; ibi positis re-
liquam multitudinem operire cõstituit.At insularis, posteaq̃ regem
in Morauiam cum exigua militum manu venisse , ibiq; posuisse ca- 80

1 stra & ad se q̃ ptimũ hostili manu accessurũ audiuerat, dimicationi vltimę instructus intentusq;,fortunæ pugnæ vnius omnia committens,regi obuiam mouet: noctu cum exercitu progrediens prius affuit, q̃ aduentus eius regiis copiis denunciaretur. Sub dubiam lu-
5 cem Donaldus rex necessario congressurus cum hoste, suos e castris educit: ac magno ordine instruit ad prælium.Insulares, ad regis aspectum, ducis imperio acriter impetum fecerunt, repente celeriterq; adeo procurrentes, vt emittendi missilia regiis militibus non daretur spatium.Pugna atrox sequuta est,& vtrinq; gladiis cō-
10 minus pugnatum. Regii milites hostium pœne multitudine victi, phalanges cuneosq; militares facere coguntur. Eo modo conati prælium redintegrare. At quum diutius decertassent,hostibus, viribus inferiores, vbi nullum subsidium, tanto laborantibus discrimine affore sperabant, nonnulli fugam capessunt, alii pertinaciter
15 mortem oppetunt: quidam dediti in hostium potestatem veniunt. Desiderati sunt in hac infœlici pugna ex regiis copiis ad tria hominum milia:capti ad milia duo, & inter eos triginta viri insigni nobilitate:cum rege Donaldo vulnere admodum sautio,qui tertia die mœrore magis q̃ vulnere,vitam finiuit.Eodem anno quo regiũ mu-
20 nus iniuit. Vixere post Ethodii regis exitum (de quo iam diximus) ad hæc tempora viri ingenio & eruditione insignes, Quintus Tertulianus:qui scripsit multa contra Ethnicos, contra idolorum culturam,lares ac penates deos,quos stulta coluit gentilitas. Polycrates Ephesiorum episcopus octauus post diuum Ioannem euangelistam
25 vir plurimę lectionis:cuius tempore grauis nata est contentio,inter oriẽtis episcopos,sup̱ pascatos celebratione: quę postea variis discussa sententiis,inter patres diutissime intemerata permansit. Cyprianus qui ex Ethnico oratore, consummatissimus theologus effectus, Cęcilii presbyteri suasu & hortatione,sacerdos primũ, inde Cartha-
30 ginensium creatus episcopus, nihil Christiano præsule dignum non exercuit.Scripsit & is cōplura,quę posteris seculis Christi ecclesiæ, haud paruũ attulere splẽdorem. Incidit & per id tempus Christiana res in magnam rerum perturbationem quæ sęuissima Decii persecutione exorta Valeriani Aurelianiq; principum Romanorũ crude-
35 litate aucta est.Horũ etenim principatu, viri fœminęq; Christianæ pietati dediti,atroci iniuria sunt insectati:Sixtus,Cyprianus,Laurẽtius, Hippolytus, Barbara virgo, Cęcilia, Agatha, aliiq; innumeri Christianæ religionis professores morti addicti coronati sunt martyrio.Cœpere & nostri eo tẽporis, Christi dogma accuratissime am-
40 plexari:monachorum quorundam ductu & adhortatione, qui q; se-

dulo prędicationi vacarent,essentq; frequentes in oratione, ab inco lis cultores dei sunt appellati. Inualuit id nomẽ apud vulgus intãtũ, vt sacerdotes omnes ad nostra pœne tẽpora, vulgo culdei.i.cultores dei sine discrimine vocitarentur. Pontificẽ inter se cõmuni suffragio deligebant,penes quẽ diuinarũ rerũ esset potestas. Is multos dein- 45 ceps annos Scotorũ episcopus vti nostris traditur annalibus,est ap- pellatus. Sed ad Donaldum regẽ redeũdũ. Fuit eius principatus vt breuis,ita parũ fœlix. Sed nec Donaldus insularis,quũ rege Donal- do extincto,aperta vi regiũ nomẽ vsurparet, multo meliorẽ expert9 est fortunã. Quos enĩ captiuos habuit nobiles,ĩ vinculis,publica de 50 tẽtos custodia,eis quotidie mortẽ est cõminatus,si q eorũ necessarii, mali quicq̃ in se,suũve regnũ molirẽtur. Effectũ inde vt Scotorũ ma iores insulari, necessitate quadã parerẽt. Simulataq; colerent bene- uolentia:tametsi clanculũ & capiti & imperio eius insidiarentur. At insularis gnarus rei,nulliq; interea multũ credens,Cũctis terribilis, 55 omnes metuẽs,oẽm hominũ cõgressum, omne colloquiũ habẽs su- spectũ,regnũ male partũ deterius administrabat. Eoq; tandẽ ꝓcessit metus,vt nũq̃ in apertũ prodiret, nisi multis armatis pręliaria gestã tibus stipatus: vetaretq; minaci edicto,ne quispiã pręter suos satelli- tes arma deferret: quoscũq; aut fama aut leuis suspicio,rebellionis in 60 simulauit,vltimo nulla habita iudicãdi rõne affecit supplicio: publi catasq; eoꝝ fortunas paulo post suis fautoribus distribuit. Hoc mo- do cruenta illa bellua,qua sanguinaria manu regnũ est adepta, ma- gna nobilitatis parte sublata: retinere conabatur. Extulit & complu res obscuræ originis.ex infima fortuna, ad opulentam: interna ga- 65 uisus seditione, frequentius inter regni primores, mira eius callidi- tate conflata: ratus ciuili bello regnum sibi stabiliendum: ciuiũ au- tem concordia futurum infirmũ. Risisse eum ferũt,quũ cruentã sedi tionem inter nobiliores factam audisset: & eo profusius, quo plures cęsos. In capita inde inferentiũ iniuriã,& in fortunas qui accepissent 70 desęuisse: Frequentiusq; dictitasse inter Aulicos, nullum sibi pul- chrius videri spectaculum,q̃ hominũ in semetipsos sæuientiũ, & mu tuis conficientium vulneribus. Maiorum & eorum qui optimi opu- lentissimiq; essent cędem parum regibus improbãdã q; id genus ho minũ regnãtibus semꝑ esset infestũ. Cũq; ita plus nimio in oẽs seue- 75 rus extitisset,protraxissetq; magno omniũ cũ incõmodo,annos ꝑpe duodecim imperiũ,oĩbus tyrãnus inuisus,Enuerlochtheã cõtendẽs, in Hebrides transmissurus, noctu paucorum conspiratione interfe- ctus est. Coniuratorum præcipuus atq; origo fuit Crathlinthus Findoci regis,de quo affatim supra,filius: qui haud multo post Sco 80

ticarũ rerũ est potitꝰ. Is nutricio patre authore, dissimulato genere: inter regios ministros versari solitus, longaq; cõsuetudine iam regi notior familiariorq; factus, quoties libitum esset, vt intimorũ vnus, ad regem accedebat: effectus tandem tãta fide apud tyrannũ, vt suo arbitrio stipatores delecti, regiæ custodiæ destinarentur. Tribuit ea res adulescenti quũ aulicorum satellitũq; nonnullos in suam multis largitionibus traxisset sententiam, coniurandi occasionem. Nactus itaq; diutius expectatam opportunitatẽ, quũ forte solis cũ cõiuratis noctu ex cõposito regi astitisset, per speciem confabulationis, proxime accedens, sedentẽ ferro trãsfigit. Egressus inde nõ sine cõiuratis cubili, foribus occlusis, velut regi quieti dedito relicto, ad nobiles in vicinia habentes sedes, quos insularis tyrãni imperium infensissime odisse compertum habuit, impium regem indicat sua manu clandestine interemptum: tempus adesse, quo Scotorum primates (si sint viri) excussa Donaldi insulani tyrannide & libertate recepta, pristinam facile vindicent iniuriam. Hi acceptę ignominię, tyranno insulano imperante, admoniti, extemplo induũt arma. Facto inde sub dubiam lucem impetu, in tyranni satellites militesq;, nihil minus q̃ vllum populi motum expectantes, partim adhuc inermes, partim arma rapientes, momento interficiunt. Fere ducenti fautorum tyranni eo tumultu sunt confecti: reliqui media turba dilapsi, vt se periculo eriperent in Etholiam abierunt. Sed hi quoq; regis cęde diuulgata, ab incolis, & qui illuc ex vicinis locis tyranni sęuitiam declinantes cõuenerãt, oppressi ad vnũ periere. Crathlinthi itaq; strenui admodũ adolescentis opera, cui regnum iure debebatur, sublato tyranno, res Scotica Athirconis familię est restituta. Nam Crathlinthum vbi pater nutricius magno sacramento, ostensis etiam ad id patentibus signis, Findoci regis filium, ab eo clam educatum affirmasset: Confestim venerabunda multitudo, primatibus authoribus, faustis acclamationibus, regem saluere iubent. Crathlinthus lætus p̄senti successu patribꝰ ac plębi habitis gratiis, lõga cõcione Donaldi insulani, vitę seriẽ, quibus artibus, regnũ male partũ rexerit, vtpote dolo rapinis, nobiliũ cædibus & si qua peiora sint flagitiis, est prosequutus. Quomodo regiæ stirpi regnum impie ademptum ip̄e restituerit commemorans, sustuleritq; haud sine vitę discrimine tyrannum oĩm cruentissimum, paucisq; rei consciis suffragantibus rem effecerit, quam alii ne attentare quidem ausi fuissent, vt qui mediis copiis, solus ducem transfoderit. Hortatus cunctos qui pro concione aderãt, tyranni sobolem si qua superesset, & necessarios eius tollerent a radice, ne diutius alerent fœdum illud incendium Donaldi regis

incuria, dũ minus cõsulte, non expectatis copiis, cũ tyrãno insulano
conseruit manus conflatũ, quo Scotorũ regiones, duodecim annos
in publicã perniciem arsissent, cũ ip̃m Scotica nobilitas cohibere nõ
posset, q in magnatũ familias, simul cũ regia domo aliquãdo cor-
riperet consumeretq;. Firmarent ipsi animũ, ad labefactatam admini- 45
strationem tyrãni impietate, secũ reparãdam. Breui futurũ modo se
viros, in rebus ad publicã salutẽ necessariis prestiterint, vt suarũ re-
rum successibus sibi satisfecisse videantur. Mouit regis adhortatio
simul atq; insignis forma & pulchritudo corporis egregia, ad in
eius fidem nomẽq; iurandũ vniuersos. Sequutus ingens populi ap- 50
plausus. Nec multo post. Donaldi tyranni soboles, ac necessarii, vn-
diq; quesiti, nullo habito sexus ætatisve discrimine: vltimo affecti
sunt supplicio: Crathlinthus ipse dictis iudicibus, qui studiosissimi
essent ex regni primoribus, ad publica iudicia vndiq; per regiones
administranda, nobilioribus cum adulescentibus quorum gratam 55
habuit societatem, venaticam artem, vti tum magnatum pacatis
vndiq; rebus erat institutũ, exercuit. Quũq; Grãpio in monte, loco,
saltuũ ac riuulorũ copia venatui aptissimo, ceruos venaretur: vene
re ad eũ Thelargi Pictorũ regis legati dicẽtes, Regẽ atq; vniuersam
Pictorũ gentẽ letis animis exaudisse insularis tyrãni interitum, vltã 60
Donaldi regis sui patrui tanta alacritate cedẽ, regie quoq; familiæ
iniuriã, Donaldiq; primi regis quicũ veteres & gratissime ipsis fue-
rãt amicitie, soboli, summã restitutã dignitatẽ. Censere iam pristinã
amicitiã inter reges populosq; auito amore, officio, & pietate colẽdã:
proinde adulescentẽ regẽ, vt in maiorũ studio perstaret regio nomi- 65
ne hortabãtur: q ea res ad vtriusq; gentis ociũ & quietem, haud pa-
rum attinere videretur. Ad ea Crathlinthus legatis haud mediocri
beneuolentia acceptis, respondit, iure se Thelargum regẽ Pictorũq;
gentẽ, in amicorũ veterũ numero habere, q eorũ in se suosq; maiores
studiũ haberet perspectũ: proinde summopere annixurũ veterẽ pacẽ 70
tot fœderib9, tot affinitatibus & cõmilitiis, pro patria, p libertate in
cõmunes hostes firmatã, deinceps seruare inuiolatã, & ad vitæ vsq;
exitũ colere. Dimissi inde legati cũ muneribus, equis, asturconibus,
canibus sagacibus, leporariis venaticis odorisequisq; ad Thelargũ
regem, mutue gratulationis causa (vt tũ fiebat) ducẽdis, in Pith- 75
landiam cõcessere. Emensis inde aliquot diebus nobiles quidã Picti-
ci sanguinis adolescentes, ad regem Crathlinthũ venandi cũ eo cau-
sa in Grãpium venere. Venabãtur Picti, suo more, ceruos hinnulosq;
canibus in retia vrgentibus: circa prata secus fluenta, prope saltus,
dedita opera locata. Que si quãdo euaserant: sequuti arborum ramis 80

operti: quo magis feris ignoti forent, lassos humi frequenti spiritu procũbentes: missilibus petebant, & catapultis. Auersari Scoti id venandi genus, q a veteri suo instituto esset alienum, propterea ablatis plagis, arcu, missilibusq;, Scotorũ more Picti venatui insistere: vbi vt suos canes, Scoticis, pulchritudine, velocitate, laboris patientia, simul atq; audacia lõge inferiores, animaduertissent: huiusmodi generis canũ cupidi, vt penes se essent, e quibus nascerẽtur, quosdã vtriusq; sexus a Scotis nobilibus dono accepere: alios finito venatu rege abeũte in Atholiã, a custodibus clam abstraxere, & inter eos venaticũ quẽdã cãdore niuali, eximia pernicitate, forma elegãti, audẽtiaq; supra cõmunẽ canũ facultatẽ, quẽ Crathlint9 habuit in deliciis, insignẽ. Id regiorũ canũ pfectus admodũ ægreferẽs, fures isequut9, vbi repertum frustra repetisset, vi conatus auferre, ab iis qui tũ aderãt Pictis venabulis transfossus interiit. Ad viri cędem, sublatus a seruis clamor, Scotorũ quosdã, & nobiliũ & plębeiorũ, qui indagini regis edicto interfuerãt, domũ cõcedentes, reuocauit. Hi quũ rei indignitate permoti, iniuriã vlciscendã statuissent: Picti ediuerso cõglobati vim repellere plurimũ sunt annixi. Fit vtrinq; cędes eo maior fœdiorq;, q inermes conflixere: nemine vel decertantiũ, tã atrocis pugnę causam nõ ignorante. Cęsi sunt subito eo infœlici congressu ex Scotis sexaginta viri insigni nobilitate, magna cũ agrestium multitudine: ex Pictis amplius centũ. Fama atrocis huius pugnę, magna vtriusq; partis occidione, cęsorũ necessarios irritatos paulo post, ad multo atrociorẽ impulit. Enimuero Scoti, iniuria pciti, regis haud expectato impio contractaq; multitudine, in Pictorum agros incurrere. Nec segnius Picti ira stimulãte arma parare in Scotos. Cõgressum denuo, effuse absq; duce, sine ordine, sine signis. Certatum vtrinq; ad internecionẽ pœne, vtraq; gẽte in alterã, acceptã contumeliã vlcisci tãtopere cupiẽte. Victoria tãdẽ penes Pictos fuit. Desideratis ex eis, duobus prope milibus: ex Scotis ampli9 milibus tribus. Cętera multitudine in fugã dilapsa. His cladibus, populis, a Rethę regis tẽpore, qui septimus a Fergusio regnauit, ad eã vsq; diẽ, amicis, cõfœderatisq;, nulla, aut leui admodũ occasione, belli causam pbẽte affectis animi in ampliorẽ inuidiã, odiũq; creuere. Apparebatq; neutrũ sine alterius excidio cessurũ: tot cruẽtę fiebãt incursiones, diurnæ atq; nocturnę: tanta strage & impietate, vt nulli etiã proprię ædes, ex illis q in alterius gentis vicinia habitarent, tutę essent: debacchante truculenta sęuitia mutuaq; sequuta cęde sine discrimine, nulliq; aut sexus aut ætas saluti esse posset. Tũ Thelargus Pictorum rex, senio grauis ac ętate pœne cõfectus, cognito quãto vulnere, vterq; popu-

Ius alterũ ex tẽporaneo motu,illaudatorũ pertinacia oborta,affeciſ-
ſet,fletu atq; mœrore occupatus,haud minus Scotos tetra afflictos
clade,q̃ ſuã gẽtem ægreferẽs, oratores ad Crathlintũ regẽ mittit q
benignius edocerẽt,ſe dolẽter ferre,quę recẽtib9 cõgreſſib9, in vtri
uſq; populi perniciẽ acta fuiſſent:neq; ſe ĩ rẽ adeo nefariã cõſenſiſſe, 45
nihil publica authoritate, priuata oĩa mala geſta,nullũ crimen in ſe
obiiciendũ,ꝙ culpa ſemper abeſſe debeat,vnde volũtas abfuiſſet: ſa
tis ſuperq; populos dudũ amiciſſimos cladibus affectos , ab iniuria
deinceps vtriuſq; tẽperandũ,cõſulendũq; ſaluti publicę,quãdo certo
ſciri poſſet,modo in tã impio bello fuerit perſeueratũ, exitiũ Scotis 50
ac Pictis,Romanis vero citra hęſitationem regnũ parandũ. Adniſu-
rũ ſe ope ſumma,vt iniurię immeritis Scotis illatę q̃ fieri poſſet citiſ
ſime reparẽtur.Pacẽ ſe petere,& ſummopere cupere, ac ſatius duce-
re priſtinę iniurię iuſtis pœnis datis,& ſic tãdẽ abolitę redire in con
cordiã,vtriuſq; regni ſalutis tutãdę cauſa,q̃ bello impie perſeuerãte, 55
multos pręſtãti nobilitate viros vtriuſq; regẽ cũ multis dedecore &
regnorũ periculo inteſtina ſeditione interire.Profecti oratores,ægre
primũ impetrarũt,vt ad Crathlintũ regẽ admitterẽtur: tãta ira ado
leſcẽs rex Scotorũ nobiliũ cęde ꝑcitus,excanduerat. Auditis tandẽ
poſtulatis,a maioribus qui ſecretiori fuerãt admoti cõſilio edoctus, 60
reſpondit:Nihil moleſtius ſibi Scotorũq; gẽti euenire potuiſſe, ſubi
tario populorũ motu quos paulo ante tanta neceſſitas coniunxerat,
iam tum impurorũ quorũdã importunitate publicã in perniciem ar
ma in ſe vertentiũ.Pacẽ in rem ſuã q̃ bellũ rectius conducere neminẽ
aut debere aut iure poſſe inficiari:verum recentẽ iniuriã,ſuorum pe- 65
ctoribus hęrere adeo,vt pacem tandẽ neceſſario ineundam,multa in
hoſtes cõtumelia,cõmunis omniũ conſenſus auerſetur.Idcirco,ſi pa
cem multis ſuorũ noua fœdera improbantibus,dare nequiuerit,tri-
meſtres inducias ſe conceſſurũ.Quibus vtriuſq; gentis nobilioribus
vltro citroq; impune tranſire liceat:quid in re tanta potiſſimũ foret 70
agẽdum conſulturis.Hęc vbi domũ per legatos ſunt relata, Pictus
maiorũ ſuę gentis ſententia,oblatas inducias, grato accepit animo,
nixus inſtantẽ litem,inter populos ab initio tanta neceſſitudine con
iũctos vt maiora deuitarẽtur incõmoda,magna ope dirimere. Verũ
nullo labore,nullo edicto,ſed ne minis quidẽ,adiectis etiam nõnunq̃ 75
ſuppliciis,cauere potuit,quin frequentes fierent vtrinq; incurſiones,
cędes mutuę,latrocinia ac furta,Tãto odio vterq; populus in alterũ
laborabat. Dum in hoc ſtatu Scotorum Pictorumq; res ſub magno
vtriuſq; gentis intertrimento verſarentur , Quintum Baſſianũ Ro-
manũ Legatum,in Britannia res admodum turbulentę acceperunt. 80

1 Carantius (hunc Caurassium vocat Eutropius) quē paulo ante, ob parricidiū, supplicii metu, diximus sponte exulasse, Britanniā pulsis pręsidiis, multisq; cladib9 affectis, Romanis ademit. Qui q; si obscu re natus Romę haberetur (dissimulauerat enim genus) in Illyrico,
5 Gallia, Italia, in Gregarii militis ordine, famā egregiā fuerat consequutus. Vnde talis est habitus, apud Cęsarē senatūq;, cui militarem ob peritiā, prouincia iure posset discerni. Iussus est itaq; a Diocletiano, vt Eutropius scribit, orā Oceani, circa Belgicā & Armoricā, tueri pręsidio a Saxonū & Francorū maria infestantiū iniuria. Vbi, quum
10 ingēti classe multis instructę epibatis pfuisset, de industria nō prius hostibus occurrere voluit, q̄ illos pręda onustos sensisset, vt ea pyratis adépta, potiretur. Qua neq; restituta prouincialibus, neq; imperatoribus missa, opulentus admodū effectus, quū cōperisset certis indiciis, Maximianū (is tū Galliā obtinebat regendā) capitalia de se
15 cogitantē, nōnulla de sui cęde quibusdā mādasse, ipse flagitiorū cōscius, cū classe, Epibatis, opibus male partis, Hibernico Oceano deuectus, in Vestmariā, Britāniç regionē Romanā tū prouinciā haud procul a Scotorū Pictorūq; agris, in quibus nōnullā auxilii spem cō tra Romanos animo cōceperat, transmisit. Ibi copiis expositis, haud
20 magno negocio, prouinciā, incolis, vltro cedentibus in deditionē accepit. Misit inde legatos ad Crathlintū Scotorū regē, nepotē suū ex fratre Findoco, q dicerēt ipm Carantiū, postq̄ in exiliū ob insimulatū parricidiū patria pfugus abiisset diuti9 inopē, vagū, extorrē, tādē inter gregarios bello Persico quod Carus impator gessit scri-
25 ptum ad militiā: breui lingua & manu prōptū effecisse, quū magna apud Cæsarē esset fide, vt centurio crearetur. Prætorē deinde cōstitutū, tam clarum virtutis specimen dedisse, vt vel cōmilitonū omniū suffragio Romanæ classi sit præfectus, ad Gallicanum mare pacandum, & prouincialium in eo naues tutandas: Missumq; a Diocletia-
30 no principe contra pyratas Saxones, Francosq; Germaniæ populos opes & nois gloriā auxisse: verū detractoꝝ inuidia maiestatis criminis insimulatū apud Cęsarē, Maximiani insidias quas militū indicio in se agnouerat paratas, declinātē p Hibernicū mare delatū, ingēti cū classe, opibus, militibusq;, in Vestmariā deuenisse, regionem rece-
35 pisse in fidē, incolis Romanū pertesis imperiū, pręsidiis cęsis, vltro sese dedētibus: certā iam inde habere spem, Romanos, in quos rebellionem iam tum inuitus susceperat, modo Scoti & Picti suppetias ferrent, Albione facile pellendi. Quando satis intelligeret, Romanis copiis, quę in Britannia erant, vires indies attenuari, Diocletianū ve
40 ro rebellionibus pœne oppressum Achilleo in Ægypto cōiurante,

Quinquegentianis Africam infestantibus, & Narseo oriẽti inferẽte
bellũ, illis prorsus auxilio fore nõ posse. Honestũ admodum Scotis
Pictisq; futurũ, Romanos ipsis authoribus Britãnia prohiberi. Vti-
lius longe atq; honestius sui sanguinis virũ, pulsis Romanis rerũ in
Britãnia potientẽ cõtueri. Ea omnia facile cõsequuturos, modo extin 45
ctis simultatibꝰ atq; infensissimis odiis q̄bus laborabãt: in cõcordiã,
quã ipse maxime optabat redirent: pro ea maxima se adnisurũ ope,
quẽcũq; dixerint affuturũ loco, acturũ de pace, modo ita cõuenerint
quo multarũ viriũ accessione, validiores forent, ad bellũ cõficiendũ
ex sentẽtia. Quod ad Findoci regis cędẽ attineret, ipsum omniũ inno 50
centissimũ tã infandi sceleris falso infamatũ. Inuidiã potius iniuriãq;
quũ sponte exulasset, q̃ iustũ suppliciũ declinasse: nefariũ crimen Do
naldi insulani haud alterius, vti miserrimi hominis exitꝰ, apertissime
declarauit fuisse, eius se velle corã procerum populiq; multitudine
prorsus ostẽdere immunẽ. Crathlintus rex, audito Carãtii noie, q̃ in- 55
signi esset militia, q̃ opulẽtus, quãtę p̄esset classi, quot epibatis secũ
paratis in oẽ discrimẽ, vbi aliquãtisper, in stuporẽ versus stetisset, tã
tã opportunitatẽ nõ aspernãdã ratus, oratoribus respõdit, se oĩs vete
ris iniurię (si qua fuit in parẽtẽ) oblitũ graulari plurimũ p̄senti pa
trui fœlicitati: acceptissimũ sibi fore Carantium, placere vehemẽter 60
oblata: q̃ vero postulasset se cũ suis p̄biturũ: modo Pictis veterẽ pa-
cẽ, sopitis dissidiis, nouo fœdere placeret instaurare. Sin aliud cẽsue-
rint, se curaturũ delectũ ex suo populo habitũ in patrui auxiliũ mit-
tẽdũ: sibi vero domi, manendũ fore, ne in Romanos proficiscens cũ
copiis, Cõiuges. liberos, & fortunas, vicinis hostibus, diripiẽdas relin 65
queret. Haud dissimile respõsum Carantii legati, a Pictorũ rege, ad
quẽ paulo post vt eis fuerat imperatũ accesserãt receperũt. Carãtius
vbi ex legatorũ verbis agnouit, sese Crathlinto regi beneuolẽtia ac-
ceptũ esse, haud parũ gauisus mox Vestmaria est ꝓfectꝰ: p̄sidioq; mu
nitionibus imposito & copiis relictis ĩ castris cũ multis ꝑspectę mili 70
tię viris, ad Eskã fluuiũ, haud ꝓcul ab Hadriani vallo, cũ Crathlin-
to est cõgressus: vbi ad regis aspectũ, humi procũbens, variis argu-
mẽtis, ab obiecto in se crimine de Fndoci regis interitu, sese prorsus
ostendit alienũ. Precatus multis verbis, lachrymis immixtis, ne dein-
ceps se tãtę ignominię insimulari ꝑmitteret. Deponeret oẽm si quã 75
in se contraxerit suspicionem. Id non tam ad suę gloriæ cumulũ, qui
inter ignotas gentes, extorris, procul a patria, tantã fortiter agendo
gloriã acquisiuisset, rediissetq; in patriã tot fortunis & rebus auctus
q̃ ad regiũ splendorẽ attinere. Crathlintus placido vultu, Carantiũ
amplexus, amicisq; solatus verbis: iubet bono in se esset animo, quali 80

1 in ipsum haud dubie,se futurũ sentiret: nihil cœpti omitteret negocii:fore propediẽ (modo fauerint superi) vt nõ paruũ cõmodũ sua industria,amicis atq; necessariis pararet:nihil deinceps eo charius se se habiturũ.Iturũ cũ eo in hostes,lecta cũ militũ manu,ni Picticũ bel
5 lũ pœne domesticũ impedimẽto foret.Hęc atq; maiora lõge, a se ꝑ tã certa necessitudine expectaret.Carantius regis expertus clemẽtiã lętior factus,quod cõceperat animo atq; prius mãdauerat ꝑ legatos Crathlinto corã aperit.De Romanis Britãnia ꝓhibẽdis:subigendis Britonibus:regno occupãdo trãsferendo in Scotorũ regiã familiam
10 ad ea oĩa conficienda,modo Scoti ac Picti auxiliares forẽt, satis sibi viriũ esse cõtra Romanos ac Britones.Ergo se velle, modo regi libe ret,cũ Pictorum rege agere de pace: vt ex vetere vtrorũq; instituto, Scoti,Pictiq;,iũctis viribus cũ iis quos ipse,in castris haberet, militi bus,veteres hostes faciliꝰ expugnarẽt.Placuere regi quę a Carantio
15 dicebãtur.Nec multo post eiusdẽ Carantii opera,vterq; regũ cũ alte ro paucis comitibus,& iis vtriusq; gẽtis maioribus,de pace acturus cũ multa beneuolẽtia est cõgressus.Stansq; inter reges medius Carantius & impiũ bellũ inter amicos & cõfœderatos populos, variis detestãs argumẽtis,multa arte eos ad concordiã,conatus est induce
20 re.Vetustissimã affinitatẽ dictitãs, frequẽter inter principes ac magnates vtriusq; gentis cũ maximo vtriusq; cõmodo reparatã: prisca autẽ fœdera nũq̃ nisi cũ ingenti regũ populorũq; incõmodo,vel hostibus ĩpellentibus violata:meminerintq; q̃ frequens fuisset eis cõmilitiũ in Britones & Romanos tutandæ libertatis causa, vsqueadeo
25 vt iniuriã alteri populorũ illatam vtriq; semper duxerint cõmunem: tantãq; ad ea vsq; tẽpora inter eos charitatẽ, tot necessitudinis vincula,tantam in rebus,& domi,& militię agẽdis,in cũctis cõsensum. Horũ autẽ nihil ad seditionẽ,omnia ad cõcordiã & pacẽ, humanos animos inuitare: quã nõ modo ipse ꝓ patrię salute:cui animã deuo
30 uerat simul atq; fortunas oẽs,sed vnusquisq; Scotorũ Pictorũq; cõmunis salutis rationẽ habẽs,summpere optare deberet.Neq; paucorũ ob cędẽ,subitario ꝑpetratã motu, publica neglecta salute ĩ bello persistendũ:quãdo id nõ vnius modo familię aut regionis,sed vtriusq; regni exitiũ proculdubio & minaretur & pareret.Ergo aut pacẽ
35 instaurandã aut mox ad cõe subeũdũ exitiũ.Ab hoc nõ tã hoĩes q̃ cętera animãtia,qbus mite,mãsuetũve esset ingeniũ,abhorrere:ad illã, humanitatẽ,beneuolentiã,fidẽ, oĩa deniq; iura & diuina & humana vehemẽter ĩpellere.ꝑpterea reparãdas esse amico pacto iiurias,pacẽ regibus,magnatibus,populisq; colẽdã:nisi publicã priuatãq; gloriã
40 & salutẽ,prius pessundãdã decreuerit,His Carãtii,aliorũq; prudẽtũ

qui tum aderant concioni, pacis ac publicę salutis causa, rationibus
persuasi reges, reparandas vtrinq; iniurias, singulis ex populis, sin-
gulorum quatuor ad id delectorũ arbitrio, pacem veterẽ solitis con
ditionibus, nouo fœdere roborãdam, atq; in ea deinceps perstandũ
censuere. Hęc vbi acta, octo viri, multa prudẽtia & authoritate pol- 45
lentes, ex vtraq; multitudine delecti, paruo post tẽpore Carantii du-
ctu & cõsilio omnia vti reges decreuissent optassentq; confecere. In-
terea Quintus Bassianus Romanus legatus in Britãnia, Carantii cõ
iurationẽ, perfidiãq; & defectionẽ Vestmarię, Romanorũq; qui illic
in pꝑsidio fuerãt cędẽ, per literas accepit. Ac primũ nõ parũ cõmotus 50
bellum iubet instaurare in Carantiũ, magno contestatus iureiurãdo
tantã fugitiui hominis perfidiã, sese omni qua posset vi vlturũ. Emẽ
sis inde paucis diebus in Vestmariã ducens, per exploratores acce-
pit, hostes tripertito agmine, ex Scotis Pictis ac Carantianis militi-
bus gregariis, Eboracum venisse: recepisse ciuitatẽ vltro deditam, & 55
ab omni incolarũ ciuiũq; abstinuisse iniuria: ob idq; agrestibus acce
ptissimos. Quo cognito Bassianus tametsi rei Romanę, tot rebellio
nibus laborãtis, fortunã haberet suspectã, nec ignarus esset implaca
bilis Britonũ ob suã suorũq; tyrannidẽ in se suosq; odii, tamẽ ægerr-
rime patiens coniuratũ illũ, vt appellabat, perfidũ, periurũ, regiãq; 60
se sobolem mentitum, quo facilius Scotos & Pictos inter se capitali
odio iam tum flagrantes, spretis antiquis cum Romano nomine fœ
deribus ad impium bellum reconciliatis animis gerendum concita-
ret, pœnę ab eo sumendę cupidissimus in eum & coniuratos ducere
magna iubet alacritate. Sequuta nocte arcto loco, paludes omni ex 65
parte habens pro munimentis, castra posuit. Carantius qui tunc vix
decem milia passuũ aberat, re cognita per exploratores, sublatis ca-
stris, multo silẽtio ducibus latrunculis quibusdam locorum gnaris
mercede ad id conductis, cum exercitu ducit in Bassianum. Cui pri-
ma luce fauces paludum ingredienti, magno ordine occurrit. Bassia 70
nus, in graue prælium se illico venturũ sciens, ad pugnam suos pau-
cis hortatur memores essent, se pro æquo præliaturos, merito con-
tra perfugas, suos in principes impie cõiuratos, ducem parricidam,
genus & patriam mentitũ, improbũ, simulatorẽ, dissimulatorẽq; la-
tronẽ, infidũ, illaudatum, cui vel superi ob impietatẽ nõ possent non 75
esse infensi: Romanã ante oculos ponerent virtutẽ: olim iam homi-
nibus diisq; immortalibꝰ probatã: victorięq; præmiũ supra prędam
copiosissimam, immarcessibilem laudem ac famam immortalis glo
riæ ad posteros deferendam. Neq; hostium duces in suis ad forti-
ter in prælio agendum hortandis segniores extitere: Bassiani co- 80

ipias iniquo ad pugnam loco dictitātes secū necessario cōgressuros magnā eorū partē Britones esse, qui haud minori odio in Romanos q̄ Carantius arderent: & ob id illico, vbi duci periculū imminere perspexerint, pugnam declinaturos: victoriam in manibus esse, si hostes solita virtute & alacritate adorirētur. Dato inde pugnādi signo, vbi cum Romanis hostes magna vi manus cōserere incœpissent, Britones Basianū illuc secuti a prȩliantibus auersi, & ab Romana deficiētes fide, lento gradu, haud similes fugiētibus, militari ordine seruato, proximos in tumulos cōcessere: milites qui illis proximi steterāt, vt nudari latera sociorum digressu, senserant: salutis memores, magis q̄ victoriæ, deiecti animis in fugā sunt & ipsi dilapsi. Fugientes illos sequuti victores, paludibus inhȩrētes, magna trucidant crudelitate: a nullius vel suppliciter implorātis misericordiā, cȩde tēperātes. Carantius facta cernēs tā atrocia, receptui cecinit: milites ad signū, persequutione omissa, sese ad ducē receperūt. Periere eo tumultuario prȩlio Quintus Bassianus legatus, Hircius Cȩsaris procurator in Britānia, & cū illis p̄ter Romanorū militū ingentē numerū, Gregariorū magna multitudo. Porro Britāni quos nuper diximus, prȩliū declinando Bassianū desciuisse, Carantio se dedētes, in eius fidem ac potestatē deuenere. Carantius, deditorū nobiliores, qui neq; sexagesimū attigerant annū, neq; vicesimo erant minores, penes se, fidei prȩstitȩ seruandȩ obsides, cȩteris domū dimissis, retinuit. Prȩda inde partita, militari instituto, inter Scotos, Pictos, ac cȩteros Carātii milites Londinū cū copiis adiit: vbi ciuitate cum arce, quȩ fortissima erat recepta in potestatem, purpuram sumpsit, atq; Britannicum regnū suprema Romanis adempta potestate occupauit. Anno sexto & quadragesimo, supra trecentesimū postq̄ id Cæsare dictatore Romanis factum fuisset vectigale. Mansere cū Carantio, ex omni Scotorum Pictorumq; multitudine, qui ei stipatores assisterent, ad duo prope milia, reliquis ingenti præda ditatis ad propria dimissis vna cum legatis: qui Scotorum Pictorumq; regibus, de fœlici in gerendis rebus successu, gratularentur. Quibus Vestmariam, Cumbriam regionēq; omnē, quȩ inter Eboracensem agrum & Hadriani vallum interiacent, pulsis inde Britonibus, tradidit incolēdam. Qua in re haud mediocre odium, non tam apud Romanos, q̄ Britones, sibi conflauit. Petitus est inde Carantius, frequentibus cruentisq; præliis a Romanis, sed in illis omnibus victor, Britanniæ regnum, mira prudētia sibi stabiliuit. Ad postremum tamen Alecti, Romani legati insidiis (is em̄ callido ingenio & multa p̄fidia p̄ditus in Britāniā deuectus, simulata pace, ac si Carātii p̄tes desūpsisset tutādas)

amicitię spe deceptus obtrũcatur. Cęso sic Carantio, quũ Britãniam Alectus, Romanis reddere nequiuisset, militibus omnibus Romanũ auersantibus imperiũ, vt illis carus haberetur, Romana cõtẽpta maiestate, tyrãnus effectus Britannicum regnũ sibi vendicauit. Nec ipse diutius superstes extitit. Tertio enim anno q̃ Carantium necauerat Asclepiadoti ductu (Erat is authore Eutropio, pretorio præfectus) nõ tm̃ præsenti dominatione, sed vita quoq; exutus est. Tenuerat septem annos Carantius Britannię regnũ, multis annitens laboribus, vt inita pax inter Scotos & Pictos, inuiolata seruaretur. Alectus triennio tm̃. Atq; sic accidit vt decimo anno, q̃ a tyrãnis teneri cœperat, sit a Romanis receptum. Eo temporis Crathlinthus rex, multa ad Scotorum reipublicæ vtilitatem, mira diligentia & arte, operatus, pacem cum Pictis opera diligenti & arte, operatus, pacem cum Pictis opera diligenti conseruans, magnũ nomẽ ac venerãdum, ad posteros est adeptus. Eo regnante Diocletianus Cæsar accitis ad Imperium Constantio Maximiano & Galerio post multa bella vario peracta successu, totoq; ferme orbe pacato, primus Romanorũ principũ, regio more adorari voluit, quũ ad id tempus, salutari dũtaxat consueuissent. Margaritas & gemmas diuersi generis, vestibus & calciamentis imperatoriis, ornatus causa (insolentię potius) addi fecit. Nam antea Imperii insigne in Chlamyde seu Trabea purpurea & paludamẽto tm̃ fuerat, & reliqua omnia principi cũ vulgo cõmunia. Sed nõ minus impie, Christi Seruatoris nomen, est insectatus, q̃ insolenter ea sibi vsurpauit insignia. Tanta em̃ atrocitate eius sęuitia, Christianos afflixit, vt paucis diebus in oriente (authore Eusebio) ad septẽdecim milia, variis suppliciis sint affecti: in occidente autẽ longe plures. Pręter quos ingens piorũ numerus metallorum effossionibus, lapidibusq; excidendis, pari sęuitia fuit damnatus. Codices sacri diuinas historias, Christi euangeliũ, apostolorũ epistolas, & acta cõplectentes simul cũ aliis sacrarũ rerum monumentis, vbicũq; inuenti vt Seruatoris nomen ipsius iussu aboleretur, igne consumpti sunt. Euagata est rabies illa, non modo ab oriente in occidentem, sed etiam per alterum orbem Britanniam, vnde Christiana pietas truculentis & inhumanis eius ingenii adinuentis plagis cõcussa immani tortorum vesania, ac persequutionis diuturnitate, tota ferme est eiecta: piis viris ac religiosis persecutionum metu in eremos ac ferarum lustra concedentibus, vbi expertes iniuriarum vere monasticam sanctissimãq; exegerunt vitã. Cæterum idem Diocletianus Cæsar post insignẽ trimphum habitũ Romæ, de compluribus mũdi populis, Gallis, Alemãnis, Ægyptiis, Persis, Sarmatis Roma-

numq̃ imperiũ sagaci ingenio rite cõstitutum (huic etenim viginti præfuit annos) variis & ad id tempus incognitis morbis vexatus, vita priuata, in quã vltro deposito imperio concesserat: vt qui iustis & piis tã superbe insultasset, ne plus alienæ q̃ propriæ iniuriæ esset obnoxius: mẽtis impos & furiis agitatus scelerũ, ne tot innocentium & piorum sęuus psequutor, iniuriã in se relinqueret inultã, vim sibi apud Salonas, vbi cõseuit, intulit. Estq; paulo post inter diuos sena tusconsulto priuatorũ oĩm solus (vt Eutropius ait) ipie relatus. Ma gno argumẽto nemini viuẽtiũ in mortaliũ applausu & assentatione salutis ęternę spem & fidutiam reponendã esse. Circa ea quibus hęc facta sunt tẽpora, Coel ex veteri in Britãnia Regũ ortus familia: vir admodũ nobilis & apud oẽs in Albione prudentia & authoritate in signis, Asclepiodoti Romani legati tyrãnidẽ, tota cũ Britãnia exo sus, post suscitatã rebelliõnẽ, ingẽti cõtracto exercitu, in Romanos ducit. Breui inde cũ legato. Is siquidẽ cognito Coelis consilio, pridẽ magnas collegerat copias, pugna cõgressus, haud magno negocio victor factus ipsum cũ Romanis præsidiis & quibusdã Britãnis no bilibus, Romanorũ fautoribus, interemit. Cõfectoq; pręlio & Brito nibus cæteris in fidẽ receptis, vt summa potestas, ad regiam proge niem, cui impie fuerat adẽpta, aliquãdo rediret, populus oĩs lætis ac clamationibus patribus authoribus, ipsum Coelẽ regnare iubet. Ille primoribus regni, ac populo q; regnũ sibi detulissent gratiis actis, vt regnũ sibi stabiliret, atroci iubet edicto, Romanos, & qui eorũ se quebant̃ partes quoscũq; Britãnici sanguinis viros perquiri, & inuẽ tos, variis extingui suppliciis. Ad cuius edicti nũcium, Constantius Cæsar e Gallia per Itium, numeroso cũ exercitu citius omnium opi nione in Britanniam transmisit. Affuit illico aduentanti Coel Brito num rex cum copiis ad libertatem patriamq; tutandam paratis: sed prælio victus paruo negocio, profligatoq; exercitu, quũ nullã spem pugnę instaurandę haberet, fuga salutẽ quęsiuit. Postridie illius con flictus Constantius per captiuos Britones edoctus, quisnam esset Coel rex, quibus prognatus parentibus, quorum suasu arma in Ro manos induisset, ob generis nobilitatẽ, viri fortuna pmotus, ad pa cem cum eo iungendam animũ flexit. Nec ita multo post Cõstãtius Coelem regem, amicis verbis p caduceatorẽ cõpellat, data fide, nihil se in eũ deinceps moliturũ mali, modo libuerit, animi cõtumacia de posita, maiorũ more vltro se dedere Romanis. Laborabat tum forte Coel aduersa valetudine, nocturno frigore, longaq; & insolita vigi lia, dum copias duceret in Romanos contracta. Ad eum quum ac cessisset Constantius, nulla magis q̃ cõsolationis causa, publico icto

fœdere in administratione durare permisit. Et vt domesticũ fœdus,
publico adiũgeretur, Helenã virginẽ (erat ea vnica Coeli soboles)
sibi matrimonio deuinxit. Fecit ea affinitas Romanis Britonibusq;
spem diuturni belli finiendi. Inuisit haud multo post Cõstantius Cæ
sar, Romanas arces ac munitiones in Britannia: quę labefactatę aut 45
domestico bello, aut vetustate fuerãt, reparatasq; pręsidiis valide mu
nit: oppida, vicosq; ingressus, incolas denuo in fidem receptos, iussit
Coeli regi, dũ superstes foret Cæsari, senatui populoq; Romano vi-
ro omniũ amicissimo, essent audientes. Breui inde ex nouo cõnubio,
infans virilis stirpis est ortus. Puero a parentibus Cõstantino nomẽ 50
inditũ. Is vbi ad virilem peruenisset ętatẽ, insigni militia & eruditio
ne pręditus Romanarũq; rerũ potitus, Siluestri pontificis maximi,
sanctitate, piisq; adhortationibus motus, & ad christianã pietatẽ per
ductus, Christi ecclesię primus oĩm imperatorũ, pacẽ cõtulit & quie
tẽ: multis eandẽ ornans templis, multisq; ac preciosis donariis. Exin 55
de christiana res in orbe pacatior fuit. Sed ad ea quæ Cõstãtius, pau
lo anteq̃ hęc fierent, gesserat in Britãnia, redeũdũ. Is pacata (vti est
significatũ) prouincia, in Galliam post extinctũ Diocletianum traii
ciẽs, ex Cęsare factus Augustus, postq̃ annos aliquot, modestissimũ
in occidente gessisset imperiũ, multis pręclare actis, Galliaq; & His 60
pania pacatis, in Britanniã denuo trãsmisit. Vbi maiorũ suasu, ingẽ
ti contracta multitudine, in Scotos & Pictos, magna ope expeditio
nẽ parauit, animo eos populos e Vestmaria, quã Carãtii Britonũ re
gis ductu pulsis inde Britonibus Romanisq; in potestatem accepe-
rant pellendi. Mox vbi venisset Eboracũ cum exercitu, accepissetq; 65
Scotos & Pictos, viribus coniunctis, ad arcendã Romanorum vim
in Vestmariã deuenisse, expeditionẽ aliquot dies detractandam cen
sens, vt hostes, quos haud ignorabat, diu cõglobatos in cõmilitia du
rare nõ posse, temporis productione fatigaret: Romanos milites cũ
auxiliaribus, in castra, Britãnicos domũ dimisit. Imperãs, vt ad fęcia 70
lis iussum, expediti ad in pręliũ cum duce progrediendũ q̃primũ af-
forent. Ipse Eboraci temporis expectans opportunitatẽ sese cõtinuit.
Vbi posteaq̃ multis suasionibus, ꝑ secretos nũcios, pollicitationibꝰ,
ac donariis missis, adiectis demũ terroribus, Pictorũ regẽ atq; illius
gentis maiores, vt dimissis Scotis veteribus hostibus, Romanas par 75
tes sequerentur, diutius frustra tentasset: graui correptus febre, septi
mo die q̃ ægrotare incœperat, est extinctus: adusti corporis cinis, vt
tũ fiebat, in aureum vasculum cũ odoribus congestus, vt sacris prin
cipũ monumẽtis componeretur, lugubri pompa per Britanniã, Gal
liã & Italiã, Romã est delatus. Fuit Cõstantius, ciuilitate insigni, & 80

quibus imperitabat ob mirā comitatem gratus & acceptus. At viri fama, alioqui optimi, labefactata ad posteros q̄ Diocletiani more, in Britannia christianę religioni fuerit insidiatus. vnde magnus piorū numerus persequentium sæuitiā declinare cupiens, ad Scotos & Pictos cōcessit. Hos Crathlintus rex, ad se confugientes beneuolo affectu suscepit, & vt in Mona insula considerent, sacra ibidē ęde ipsius opera seruatoris nomine erecta, euersis gentiliū tēplis, Druidibusq; & eorum ritibus exterminatis, qui ad id tēpus illic (vt Veremūdus memorię prodidit) perdurauerant, concessit. Amphibalus Brito vir insigni pietate, primus antistes ibi creatus, Christi dogma p̄ Scotorum Pictorūq; regiones propalando, multa cōtra gentiliū religionē dicēdo scribēdoq; gloriosum & christiano viro plane dignū, multa senectute viuendo fessus, fœlicēq; sortitus est finem. Sed & Crathlintus rex, sacram antistitis ædē, muneribus ornauit amplissimis, calicibus, patenis, candelabris aliisq; similibus ad sacrorum vsum cōmodis ex argento auroq; fabrefactis. Altariq; cupro & ęre clauso: p̄uentus ad ea ex agris in sacrę ędis vicinia constituit. Fuit id templū omniū primū, christiano ritu, vbi pōtifex sacerq; magistratus sedem haberet primariā, inter Scotos (cui9 nostri meminere scriptores) dedicatum. Nunc vocant Sodorense fanū, cuius nominis rationē sicut aliorū compluriū rerum & locorum, vetustas ad posteros obfuscauit. Crathlintus demum vrbanis atq; religiosis operibus, insigne nomē ad posteritatem adeptus, vicesimo quarto sui principatus anno, fato cōcessit. quo āno Fincormacus eius patruelis Cormacho Crathlinti patruo prognatus, regno per manus morientis accepto, cunctis conclamantibus vt faustum felixq; foret fatali marmori, progenitorū more insidēs, rex ab omnibus est salutatus. Vixere cū Crathlinto rege vel paulo ante eum, viri eruditione insignes Iulius Capitolinus, Vopiscus Syracusanus, & illis aliquanto maiores Trebellius pollio, Ælius Lāpridius, Ælius Spartian9, & Herodianus græcus, omnes Romanę historię scriptores: qui sicut alii cōplures eruditi, amplissimū illud Romanorū imperium, nō tam rerum gestarum magnitudine, q̄ eloquētia omnisq; generis eruditiōe, detulere ad posteritatem insigne. Inter nostrates eadem fuere tempestate, sacra doctrina pollentes. Amphibalus antistes, Modocus priscus, Calanus, Ferran9, Ambianus & Carnocus dei cultores (Culdei prisca nostra vulgari lingua dicti) Christi seruatoris doctrinā, omnes per Scotorum regiones cōcionando multis piisq; sudoribus seminantes. Fuere tunc & alii permulti: sed hi quorū nomina ad posteros delata, præcipui. Cœpit Fincormacus regnare, anno secundo supra vicesimū &

trecentesimũ humanę salutis, qui conditi Scotorũ regni quinquage
simusquintus supra sexcẽtesimũ fuit. Ab ipso mundi exordio, quin-
quies milesimus quadringentesimus nonagesimus. Et Constantino
(cui magno ob virtutis prẽstantiã nomẽ est additũ) principatus sui
primus. Multi iã inde ex quo Fincormacus appellatus est rex, in Al- 45
bione, nouarũ rerũ motus extiterunt. Britannia primum turbata est
Agrestium tumultu: qui Caii Herculei Maximiani Augusti necessa
rii (hunc Constantinus Imperator, Britonibus legatum fecerat) ty-
rãnidem indigne ferentes, Octauiũ Tegenorum principem Roma-
na matre, Britannico patre prognatam factionis suę ducẽ creantes, 50
Romanos in Britannia multis afflixere incõmodis. Hũc motũ, quũ
Herculeus legatus, comprimere effuso agmine conaretur, ab hosti-
bus interceptus, cum equitatu Romano paucisq; peditibus, crude-
lissime interficitur. Octauius victoria vtendum ratus, Londinũ cum
exercitu, Herculei cædis, nuncium præueniens, petiuit vbi arce, cor- 55
ruptis custodibus, facile occupata, Romanorum maiores qui in Bri
tannia agebant, quiq; tũ illuc forte conuenerant super instantis bel-
li administratione consultaturi compluresq; Britãnici sanguinis no
biles, rei Romanę fautores, fœda strage necari fecit. Atq; inde Cam
brę gentis pręcipuis sociatus (Oderãt & hi infensissime Romanum 60
nomẽ) hortatus vndiq; per insulam Romanos exterminare, multis
oppidis & arcibus cũ munitiõibus captis regiũ nomẽ in Britãnia as
sumpsit. Ad tantam rebellionẽ comprimendã missus a Constantino
Augusto, Traherus vir cõsularis, in bello fortissimus, cõstãtissimus
in pace, quicũ frequẽtibus præliis cõgressus Octauius victus tandẽ 65
copiis profligatis, ne in hostiũ potestatẽ veniret, ad Scotos cõcessit.
Traherus victoria insolentior effectus. Fincormaco Scotorum regi
mandat ꝑ fęcialẽ, Octauiũ tyrannũ flagitiosum & in Romanã ma-
iestatem coniuratũ, vinctum ad se mittat. Alioqui se Fincormacum
ipsum pro hoste Cæsaris populiq; Romani habiturum. Ad ea Fin- 70
cormacus, primorũ suę gentis decreto, respondit, Octauium ad se ꝓ
fugum, non vt iniurius foret populo Romano, sed iure veteris amici
tię, qua semper gens Tegena, in se fuisset, hospitaliter recepisse: neq;
id parum regium offuscaturũ splendorem, si hominem ad se confu-
gientẽ, concedentẽ in suam fidem, suũq; officium implorantem, rece 75
ptum hospitio in nullo de se male meritum, non modo ignominiose
abiiceret, sed dolo interceptũ hosti dederet ad supplicium. At si bel-
lum impie in se ꝙ hospitem & amicũ, rupto iure gẽtium prodere no
luerit, mouere conaretur, forti se id accepturum animo, & quo acce-
perit gesturum. Verum suadere se priusq̃ bellum temere indiceret, 80

accuratius pensandum, vtrum plus cōmodi, glorię ve prioribus bel lis suis cum progenitoribus gestis Romani an incōmodi atq; dedecoris acceperint. Traherus illo accepto responso, nihil cunctatus in Vestmariam ducit. dieq; post eam profectionem sexto, Romanis apparuere Fincormaci regis agmina, longo instructa ad pugnam ordine. habuit tum Fincormacus ex Scotis triginta prope milia sub signis, vt Veremundus scribit, ex Pictis qui ex fœdere, contra Romanos domo fuerunt profecti ad bellum, viginta milia. Ex Britonibus Octauii partes sequutis, plures decem milibus. Fiebant & præter hæc ex Scotorum, Pictorum, Britonumq; regionibus multarum virium ad eum accessiones. Vnde exercitus indies augebatur. Ad tantam militum contractam vim, nihil motus Romanus legatus, militibus iam poscentibus prĕlium, in hostes mouere magna iubet alacritate. Iam omnibus vtrinq; paratis ad pugnam, Fincormacus rex priusq̃ certamē inire voluit, Romanū ducē per fæcialē interrogat, cur in aliena regna cum copiis hostiliter venisset, nulla lacessitus iniuria & confœderatis ac amicis, quam hostibus debuisset intulisset iniuriam: maluerit ne belli fortunæ Romani exercitus salutem aliena temere inuadendo committere, q̃ partis iam in Albione, Romanoq; imperio adiectis prouinciis contentus, in securo ocio permanere? Placeret ne vltimarum Albionis gentium, denuo experiri vires, quibus essent nō minores animi, q̃ illis qui Galdo duce, Romanos Scotorum Pictorumq; regionibus, olim egregie pepulissent: qui si cum incolis decertando, haud sine suo ac indicibili incolarum incommodo, aliquādo victoriam fuissent assequuti, regnum tamen sibi nunq̃ parare potuerunt. Ad ea Traherus legatus, ira percitus, nihil respondit: mandans solum per fæcialem vt Fincormacus cum sua Pictorumq; gente relictis fortunis Romano militi diripiendis in prædam, prouinciis iniuria occupatis, illico excederent. Penderent in annos vectigalis tantū Cæsaris procuratori, quantum senatusconsulto foret imperatum. Octauium coniuratum in Romanam maiestatem, sibi traderent ad supplicium. Alioqui breui sentirent, q̃ fuerit temerarium, barbaros, imbelles, nulla re magis q̃ feritate confidētes, in extremo orbis recessu: immo extra orbem potius, insignem ob immanitatem procul ab humana gente a sagaci natura locatos, orbis dominorū contemnere imperia. Fincormacus, legati postulata auersatus elatis signis instructisq; copiis, hostib9 occurrit. Prælium atrox admodum editur. Nam præter innumera vulnera, cædes etiam prope par vtrinq; fuit. Apparebat tandem victoria, penes Romanos fore, fuissetq; si non ad Agrestium multitudinē in

proximo conspectã monte, armenta & greges, vt hostibus se suis cũ fortunis eriperent, præ se agentium, Romani milites, hostium auxiliares opinati, pauitassent: quorum timor & fuga inde sequuta, Scotis, Pictis, Octauianisq; Britonibus, iam admodũ pugna defessis victoriam dedit. Victores ad quindecim milia (vt nostri tradunt annales) nec omnes Scoti & Picti, sed magna pars Britones, victi amplius sexdecem milibus ceciderunt. Traherus legatus, cum paucis, inter tumultum elapsus, haud prius fuga quieuit, q̃ deuenisset Eboracum. Sequutus Fincormacus Octauiusq;, quum vrbem obsidere statuissent, per Traheri inde fugam ad loca tutiora, Eboracum lætis populi acclamationibus sunt recepti. Horum per Britanniam nuncius allatus, maiorum gentis animos ad pacem & deditionem Octauio regi denuo faciendam permouit. Venere idcirco frequentes Britanni nobiles Eboracum ad Octauium in ipsius fidem spretis Romanis concedentes: quorum opera paulo post, in regnum restitutus, Fincormacum regem suis cum militibus, Pictis, Scotisq; multis donariis sua quoq; pro dignitate ornatis, maioribus longe promissis, magno fidei iuramento suffragantibus Britonum maioribus præstito, Vestmariæ cum reliquis Britanniæ regionibus, quibus Carantius pridem Crathlintum Regem donauerat, nunq̃ deinceps repetendæ in Scotiam dimisit. Traherus re cognita fugiens in Vectam insulam, suis cum fautoribus Constantini Augusti sententiam super Britannicæ rei administratione, opperiri decreuit. Sed & illinc mox pulsus Octauii armis, in Galliam secessit. Secundum hæc primatum Britãniæ Eboraci facto consessu, post multa in consultationem dicta, id vnũ omnes iurarunt, sese omni qua possent vi, atq; ope cõmunẽ libertatem a Romanorum iniuria ad vitæ extrema tutaturos, vindicaturosq; toties illatas contumelias, neq; passuros peregrini sanguinis virum quẽcunq; in Britannia deinceps agere magistratum. Decretum & eodem consessu, Britanniæ regnum, ad priscos & antiquos terminos, vltra Hadriani vallum protendendum: pellendos e veteribus Britonũ agris, alieni sanguinis colonos & nouos eisdẽ adhibendos. Id autem Octauii suasu principatum totius Britannię vehementer affectantis factum esse satis omnibus constabat. Id, bellum Scotis ac Pictis illis qui Vestmariam vicinasq; Britanniæ regiones Carantii dono incolebant, possessas haud multo post tempore contra religionem præstiti sacramenti, iubente eo illatum, manifestum omnibus creditumq; effecit. Initio etenim sui principatus, regno vix sibi stabilito, missis in Vestmariam decem virorum milibus, vt incolæ cæderentur, diri-

perentur fortunæ, Britanniq; aut eam regionem occuparent, aut frequentibus incursionibus, depopulationibus, & cædibus, habitatore redderent exhaustam, edixit. Hos in Vestmariam veniētes Scoti ac Picti conglobati, Octauiani haud ignari consilii graui pugna accepere: victos atq; profligatos ducis execrātes perfidiam qui cladi superfuerant domū cōpulere. Sub idem tēpus Traherus, duabus legionibus, auxiliariumq; viginti milibus Cęsaris iussu receptis, e Gallia in Britāniā traiecit: a quo Octauius tertio prelio victus, amissis magna ex parte copiis fugiens, quū nec Scotis nec Pictis, perfidię conscius, salutem credere tutū arbitraretur, ad Humbri amnis ostia perueniens omnibus pœne destitutus, liburnicis ibi inuētis, mercede cōductis, vt meliorē expectaret fortunā, in Noruagiā p Daniā nauigauit. Traherus victo fugatoq; Octauio, auctus opibus viribusq; pmulti enim qui Octauio supplicii metu parebant, ad eū priusq fortunæ pugnā experiret cōfugerāt: in Britānos nobiles, qui Octauii partes ad extremū fuissent secuti, oīm vsus sæuitia, prouinciā subactā Romano restituit impio. Auaritię inde pacatis rebus, ardens cupidine, insolētia rerū secūdarū, factus legatorū oīm qui ad id tēpus fuissent in Britānia iniquissimus quū suis corruptissimis moribus refragantē haberet neminē, nobiliū plebeiorūq; corpora & fortunas, simulatis causis, pudore sublato, haud vno crudelitatis genere inuadit. Fuit ea res in causa, vt Octauii necessarii quidā, multis crudelem Traheri magistratū perosis ferentibus opē, legatū iā tū varii generis supplicia, in optimos quosq;, de quibus suspitione aliqua tenebatur parantē, repēte oppresserint. Rati tyrāno quouismodo sublato Britannos pristinę restituendos libertati. Denūciata Traheri morte, vndiq; per insulā in Romanos est sęuitū, nullo asilo, nulla vel sacra ęde, ad se confugientibus prębente tutamentum. Tantus erat omnium consensus Romanos ad vnum exterminandi. Dum hæc fierent in Britannia, Octauius per amicos suos certior omniū factus, conductitiis partim, partim suis militibus e Dania soluens, vbi apud amicum regem ad id tempus exularat, in Albionem est reuersus. Ibi confluentibus ad eum vndiq; Britanniæ maioribus, in amissum regnum tertio restitutus, magistratus varios Britannici sanguinis viros, & ad ius dicendum, & ad Romanorum vim a patria arcendam, creauit. Mox licet rara sunt ingenia hominum qui aduersam experti fortunam, secundioribus rebus minime insolescant: ex perfido & illaudato principe, in optimum & mansuetissimum euasit. Nam & Fincormaco Regi pciosa mittens donaria, hortatus est per legatos vt priscis iniuriis oblitteratis, in amicitia cum Britonibus, qui iam sex-

uitutis iugũ, deletis Romanis excusserant perstaret. Teneret vti an-
tea, sine vlla hostili iniuria Vestmariã, Cũbriam, cæterasq; Britannię
regiones quibus Carantius rex Crathlintum donauerat. Mox Picto
rum regi muneribus haud dissimilibus sua pro magnificentia dona
to, eadem per legatos persuadet. Quo effectũ est vt ob virtutes, quæ 45
multę & pręclarę deinceps in eo fuere, pacisq; studiũ inter gentes &
populos, velut iusti æquiq;, cultor, inter optimos habitus sit princi-
pes. Petitus inde frequenter Romanis armis postq̃ varia fortuna di
micauerat, bello tandẽ fessus fractusq;, pace difficulter obtẽta a Ro
manis, traditis illis arcibus ac munitionibus solitum tributum, vt se 50
nex ocio frueretur: in regia Cęsaris beneficio perseuerans dignitate,
eius procuratori pendebat. Pacatis itaq; rebus Scoti, Picti, Britones,
atq; Romani, quieta pace, in Albione, ad Constantis & Constantii
principũ Romanorũ septimũdecimũ vsq; imperii annum, perseuera
uere: quando Fincormacus, multis virtutibus, militarisq; glorię stu- 55
dio nobilis, longa ęgritudine, exũdãte pituita cõfectus, fato interiit:
posteaq̃ Scotorum rei summã septem supra quadraginta fœliciter
administrasset ãnos: Salutis humanę anno trecentesimo qnquagesi
mo octauo. Erat per hæc tempora christiana religio in spe maxima
dignitatis in posterũ augendę, quã Arrius presbyter ecclesię Alexã- 60
drinę alũnus, eruditione quidẽ insignis, sed a virtute atq; pietate ve-
ra alienus, impio cõmẽto in dubiũ trahere inique est adortus. Chri-
stum enim deũ verũ filiũq; patri coęqualẽ, coęternũq; negans, ab æ-
terna patris substantia, separare est conatus. Obstitere diutius homi
nis Vesanię, Ægyptii atq; Palęstini põtifices. Veriti tandẽ verę pie- 65
tatis cultores, ne id venenũ in plures serperet: iam enim non deerant
qui illi temere accederent, vt concilium in Niceam indiceretur, a Cõ
stantino obtinuerũt magno: In quo post longã disceptationẽ & ma-
turam deliberationẽ trecẽtorũ & amplius antistitum authoritate, ve
ritate cõperta, insanoq; Arrii errore damnato, decretũ est vt filius ho- 70
mousios patri scriberetur. Eodem cõuentu Ebionitę Christum a ma
tre pio coitu conceptũ affirmantes, & Sabelliani qui vnam dũtaxat
personam in trinitate statuerunt, cum aliis plęrisq; veram pietatem
& sinceram fidem vesanis dogmatibus contaminare nitentibus, hæ-
reseos sunt damnati. Fuere & eiusdẽ sacri cõsessus permulta salubria 75
decreta, haud parum ad christianę religionis augmentũ conducen-
tia. Hiberniã vnde Scotis origo, per id tempus Christi cultum acce-
pisse ferunt: res a modico principio orta, vt nostratiũ scribũt nõnul-
li miraculis coaluit. Mulier christianę pietatis cultrix (Pictici eã fu-
isse sanguinis Scotici asseuerant annales) reginę insinuata, Christi 80

nomẽ illi mirifice prędicauit, reuerendumq; effecit. Regina regẽ docuit: rex vniuersum populũ. Complexi sunt & eadem tempestate, cõplures orientis occidentisq; populi, lętis animis, veræ religionis cultum, Fincormaco rege Scotis adhuc imperante. Cui quo dictum est modo fatis absumpto (vt res Scoticas prosequamur) duo superstites fuere filii, Eugenius octodecim ãnos natus, & Ethodius ãno vno minor. Sed hi sub custodibus (vt iam tum ab initio fuit institutũ) diligenter fuerunt asseruati, ne maturam ante ętatem, ad imperium anhelarent. Fuit ea res in causa, vt maioribus regni authoribus, sint comitia in Argatheliã, regis eligendi gratia indicta: quo cũctis primatibus conuenientibus, tres Crathlinti regis diuersis ex fratribus nepotes, Romachus, Fethelmacus, & Angusianus, grauem inter primores excitauere contentionẽ. Erant enim pares pœne ętate amicis, necessariis & fortunis. Romachus tamen pręter stemma paternum erat Pictici generis, nobili fœmina prognatus & ob id vtriusq; parẽtis natalibus clarus, ideoq; tametsi cæteris ętate minor, q secundum Crathlintum regem ex maiori fratre natus esset, regnum sibi debere asseuerauit. Neq; pauci erant in concione, qui eius postulatis accederent. Angusianus suffragante Fethelmaco regnum sibi petiit decerni, q Romacho natu esset grandior, multaq; & diutina rerũ experientia magis esset ad publicam administrationem idoneus. Tenuit nõnihil disceptatio. Postremo vbi res per seditionem cœpta est agi, quũ milites qdã Romachi fraude ad patrueles eius cędendos subornati, destinatam cędem multis prohibentibus infœlicius tentassent, oborta turba, sed maiorũ authoritate paulum sedata, solutis comitiis re infecta qui aderãt nobiles domũ abiere. Itaq; finitis comitiis Romachus & Angusianus, discordias indies maiores exercere & simultates, insidiari inter se, secum reuoluere, molliri, parare vterq; qbus modis alter tolleret. Sed & regni maiores p literas atq; amicos ingentia pollicẽtes in suã quisq; eos qui magistratu, honore, dignitate opibusq; plurimũ pręstabãt factionem trahere conabantur. Tandem quum multis & diuersis modis pręstantiores sibi adiungere p magnis laboribus anniterentur: maior pars ad Angusianum spectabat q se a dolo oĩm sententia abstinuerit, ostenderitq; magnã probitatis opinionem inter suos, facilem se prębens in congressibus, studia tractans honesta, & (quod ad rem maxime attinere videbatur) q maior Romacho fuisset ætate, plures hominũ mores rerumq; varietates expertus. Contra Romachus, ingenio vafro improbum se omnibus ostendens, asperius, ferociusq; gerens, omnia iracunde sine suasione: immo minitando faciẽs, suo ingenio haud alterius cuiusuis

confidens, metu non beneuolentia amicos sibi comparauit. Et quum diutius frustra maiores regni discordantes inter se patrueles redigere in gratiã, cõmunẽ ob vtilitatem studuissent, visum est nonnullis regnũ inter ipsos diuidendum. Improbatũ est publice id consilium, ne vnum regnum in duo diuisum perpetuum exinde bellum excita 45 ret. Postremo impatiẽs morę Romachus Scotorum imperii cupidine instigatus, accitis e Pictorum regno copiis, & his cõtractis quos ex Scotica gente accire potuit, bellum Angusiano & Fethelmacho palã indicit. Angusianus (huic gerẽdę rei summã Fethelmachus cõ tulerat) nihil temere testandum censens, Pictorum regi mandat, ne 50 bellum ciuile inter Scotos, veteres Pictorum socios & amicos foueat: vtrunq; potius reducat in alterius gratiam, Romachum eius necessariũ affinemq; ad concordiam potius moneat, q̃ ad bellum iniqua regni cupidine, cum amicis in publicam perniciem gerendum: quandoquidem Romachus quęcũq; ipsi in Scotorũ regno iure de- 55 berentur sine lite: cum omniũ beneuolẽtia facile consequi posset. Fuit Picto animus, suas copias e Scotia in Pithlandiam reuocandi. Sed quorundã Romachi necessariorũ suasu, verentiũ ne si ille inueniretur nudat9 pręsidiis ab Angusiano haud sine cõtumelia extrema pati cogeretur: mutato consilio, pluris affinitatis ius apud se habens q̃ 60 fidẽ, Angusiani optatis sinistre respondit. Fuit ea res in causa, vt Scotica plebs nobilitasq; Angusiani ac Fethelmachi partes sequuta, implacabili exinde in Pictos odio exarserint. Angusianus secretis exploratoribus cognito, haud popularem, sed sui capitis rem geri, seq; ab hostibus & nõ nobiles q ipsum fuissent sequuti ad necẽ peti, coacto 65 exercitu suis ex amicis fautoribusq;, vt vel mortem deuitaret, in æmulos, cum Romacho pugna congressus, victus copiis profligatis, fugereq; coactus, in Hebrides cũ Fethelmacho patrueli transmisit. Ibi nonnihil moratus, vbi multis dignouerat indiciis, insulanos iniquo in se animo capiti suo insidiari, eorum perfidiam execratus, vt sa 70 luti consuleret traiecit in Hiberniã. Victo autẽ pulsoq; e patria Angusiano, nobilium permultę factæ sunt ad Romachum accessiones: quorum opera & ductu Scotorum illico occupat imperiũ. Sed vti tyrannorum sunt mores, rem male partam, male administrauit: quos cũq; enim Fincormaci regis (de quo loco haud multum ab hoc di- 75 uerso dictum est) domui infestos acceperat, sibi familiariter adiunxit: tantãq; eorum sibi conciliauit amicitiam, vt ex illis socios rerum omniũ administrandarum, custodesq; corporis validissimos quosq; sibi asciuerit. His actis, stimulante malorum facinorum conscientia dissimulato in Fincormaci familiã odio, statuit regiones Scotorum 80

regni inuisere: vbiuis contra prisca gentis instituta, suo vnius arbitrio, repente sententiam ferens, pauculis duntaxat auditis, quos libuit publicatis fortunis oppressit. Interea Ethodius & Eugenius Fincormaci filii (de quibus supra memoratum) ne ipsi Romachi tyranni sæuitia perirent, amicorum opera, in Vestmariam confugerunt & inde in Monã insulam. Sequutæ post hoc grauissimę ꝓscriptiones, exilia, nobiliumqꝫ, & eorum qui Angusiano crediti sunt fauisse cædes nullo aut sexus, aut ætatis habito discrimine. Scotorum maiores, quos nondum regis fefellerat perfidia, tanta sæuitia ac tyrannide irritati, secretis inter se nunciis agunt ad labefactatum publicum statum reparandũ, idqꝫ vt efficacius exequerentur, gnauiter copiis ad cõmilitium contraxerunt, adeo vt prius q̃ motum Romachus audisset, vix ab eo decem passuum millibus abfuerint. Nixus Romachus tyrannus periculum declinare, in Pithlandiam fugiens a persequentibus hostibus est interceptus oppressusqꝫ, sęuis vitæ exordiis dignum tandem sortitus exitum. Caput eius in pilo summa cum ignominia per omnes copias circumlatum, gratum omnibus præbuit spectaculum. Periere in eodem tumultu, pręter Scotos nepharii tyranni fautores, Pictici sanguinis viri complures: quorum suasu in Scoticam nobilitatem simul atqꝫ fortunas fuerat a tyranno crudelissime sæuitum. Debacchatus est Romachus sublato pudore in omnes Scotico nomini audientes ad tertium sui magistratus annum, quando Angusianus sublatum audiens tyrannum, in Albionem reuersus, primatibus authoribus, plebe suffragrante, cõmuni consensu Rex Scotorum est dictus. Dum in eo statu res essent Scotorum, Octauio regi, tum seni, cuius antea meminimus, Britannica iuuentus, longo ocio insolens, cæso Romano legato cũ præsidiis, summam in Britannia potestatem, denuo restituit: oppidis, ciuitatibus, castellis, munitionibusqꝫ, maiori ex parte, ei veluti iusto domino cedentibus. Ad hunc motum comprimendum, vix anno emenso, Maximus legatus (vt Scotorum Britonumqꝫ annalibus memoriæ est proditum) a Constantio Augusto Constantini Magni Imperatoris filio, qui fratribus & tyrannis aliis, diuerso casu extinctis, solus tum apud Romanos potiebatur rerum in Albionem ad eam recipiendam receptamqꝫ in fide retinendam, missus est. Qui per multis armatorum milibus in terram expositis, cum Britonibus qui a fide Romana desciuerant, temere in prælium progressis paulo postq̃ aduenerat, fœliciter conflixit. Victorqꝫ factus in spem certam est erectus prouinciæ totius Romanæ potestati denuo subigendæ. Octauius autem Britonum

Rex (laborabat is tum valetudine senio nimium confectus) ad in-
fœlicis pugnæ nuncium, mœrore magis q̃ morbo die tertia est ex-
tinctus, Octauio filio vnico relicto. Sed & ille, ne Romanis in præ
dam cederet aufugit in Monam insulam: vbi cum Eugenio & Etho
dio, Romani ducis insidias declinans, aliquot annos incognitus 45
exulauit. Neq; vno aduerso prælio afflicti quieuere Britanni, teme-
re etenim paulopost arma induti, cum Maximo pugnam ineuntes
victi tetra clade multum sunt attriti. Multis eorum milibus ad inno
xiam vsq; ætatem, interfectis. Maximus cum victore exercitu, vt Ro
manis omnia subigeret prouincias lustrans, vrbes, munitiones & ar 50
ces, in Romanam fidem vltro concedentes seq; dedentes recepit. Im
perium vero pertinaciter recusantes, & cum illis ignobilia loca, ho-
stiliter direpta, dedit excidio. Dum his studiis, pro Romanæ rei salu
te incumberet Maximus, Angusianum regem, res turbidę in Scotia
occuparunt. Nectanus enim Pictorum rex in necis Romachi affinis 55
sui vltionē armatus, multis incursionibus agros vastauit, locaq; am
pla ac nobilia in prædam diripuit, vnde depopulantium vim arcere,
pluribus præliis, vario tamen euentu Scoti sunt coacti. Postremo Pi
cti Scotorum quorundam Romachi interitum ægreferentium vi-
riũ accessione, effecti fortiores, mouētesq; in hostes, eos quotidie ad 60
prælium prouocabant. Verum Angusianus rex, de pace ineunda
per legatos multum agere, se ocii & quietis amantissimum ostende-
re, rogare Pictorum regem, ducesq; vt deposito odio Scoti ac Picti
suis finibuus contenti, ad publicum regimen, & communem salu-
tem tutandam, maiorum more, bellis sopitis reparatisq; iniuriis con 65
cederent. At vbi frustra pacem se postulasse intellexit, ne desidiæ
apud suos insimulatus, hostibus occasionem daret Scotorum capi-
tibus superbe insultandi, cõtractis copiis, magno ordine in hostem
mouet: vbi post leuia excursantium prælia ac singularia certamina,
tandem ad manuum consertationem ventum est: acerrimoq; com- 70
misso prælio, victoria ad Angusianum inclinauit, in qua fusis fuga-
tisq; Pictis, ac optimis quibusq; cæsis: Nectanus Pictorum Rex, in-
fœlici conflictu dilapsus, fugaq; salutem quærens, haud prius
quieuit q̃ Camelodunum sese recepisset. Vbi paucos post dies
acceptæ contumeliæ vindicandæ admodum cupidus, maiorum suę 75
gentis ad hoc indicto cõsessu: postq̃ anxius animo Scotoꝶ iniurias
primum in Romachum affinem suum, deinde in populũ, ac postre-
mo in se ipsum lõga oratione questus fuisset, de expeditione in Sco-
tos denuo facienda, verba fecit: multis ostendens argumentis igno-
miniam sibi suæq; genti illatam, armis vindicandam. Fuere nobi- 80

lium quidam, regi magis adulantes, q̃ publicę salutis rationem habentes, qui eius sententiam vehementer probantes, in Scotos q̃primũ ducendum iniuriamq; magna omnium vi vlciſcendam diceret. Cenſuere alii, cunctandũ paululũ, vt tẽporis ꝓductione maiorẽ nacti occaſionẽ & opportunitatẽ, citra magnũ rerũ hominũve diſcrimen cõcupitam vltionẽ facilius aſſequerentur. Verũ illis in concione minime creditũ eſt. Vnde Nectanus rex primatibus militibusq;, prẽmiis abunde donatis, cõmuni decreto, per Pithlandiam Otholiniam, Vicomagiã, Odoluciã, Deerã, cæteraſq; regiones quę Pictico parebant nomini facto delectu, robuſtiſſimũ quẽq; ad militiã cõſcribens, ingentes copias magna celeritate cõparauit: quibus edicto vt ſe ſolita virtute ad iter accingerẽt, ipſe magno bellico apparatu munitus, in Calidoniã ducere eſt adortus. Ad hunc modũ quũ bellũ Pictorũ rex inſtrueret, Anguſianus, prouidus ſatis in rebus gerendis, nõnulla motus ſuſpitione, ne Britones in Scotorum perniciẽ Pictis, ſuadẽtibus Romanis, adiungerentur ſtatuit ſub idem tempus, & exercitum ad hoſtes repellendos ex omni Scotica gẽte q̃ maximũ cõtrahere, & Nectanum regem, quocunq; poſſet modo, ad concordiã allicere. Ergo literas Caduceatori ad eũ dat humanitatis plenas, obſecrans vt veteris amicitię inter vtroſq; populos memor tã pernicioſo bello vtriſq; finem imponat. Eaſdem pacis conditiones citra pugnã & belli diſcrimen ſuo arbitrio proponat ſine vllo ſuorum incõmodo, quas parta victoria ꝓpoſiturus eſſet: Opus eñ eſſe immo ꝑ neceſſarium vtriuſq; regni incolumitatis rationem habere. Siquidẽ Maximo Romano cum legato res nouas moliente in Britannia, Romanas acies omniũ fortiſſimas pugnaciſſimaſq;, poſt Britanniam partim vi, partim beneuolentia, imperio reſtitutam, Scotis ac Pictis inteſtinis ſeditionibus ſe conſumentibus maximopere formidandas. Id viderit ſi cõmunis ſalus illi ſit curæ: alioquin in propriam perniciem ſe laborare noſcat. Pictus oblatis ſalutaribuſq; monitis ſpretis & de nulla re minus q̃ de pace ſollicitus, copias aduerſus Anguſianum ducere imperat. Anguſianus cõtra alacri animo hoſtiũ opinione celerius ad pugnã paratus: haud ignorans ſe cum gente ſua oportere aut hoſtibus cedere cum ignominia inexpiabili, aut belli fortunam tentare. Vbi igitur hoſtes fuiſſent in proſpectu paucis ſuos eſt hortatus: timorem quo pugnaturi ſummopere vacare deberent, ſi quem forte conceperint, reiicerent, ingenteſq; ſpiritus auitæ virtutis recordati reſumerent: cauerẽtq; ne ſi forſitã aduerſante Marte moriendũ foret, inulti occũberẽt. Neq; id eos a ſolita alacritate reuocare debere, ꝙ in ſociã olim eñ & amicã gẽtẽ pugnaturi eſſent: non

per se stare quo minus pristinam amicitiam colerent: siquidem nihil
omisisse quod ad reconciliationem posset facere: ideoq; sperare deũ
pacis authorem a pacis amatoribus staturum. His itaq; aut simili-
bus vsus verbis Angusianus in aciem eduxit copias. Neq; Pictus ab
exhortatione abstinuit: suos perpaucis admonẽs vt ferociter manus 45
consererent: Quo dicto sagittarii vtrinq; pugnam inchoarũt: sequu
ti ferentarii, ingentem lapidum vim, alii fundis, alii arcubus, nõnulli
etiam tela iecere in hostem: mox lanceis, inde prẹliaribus & gladiis
res agi est cœpta. Acris fuit Pictorum pugna: Restiterunt magna
obstinatione Scoti: fuitq; diu anceps victoria. Demũ vbi Angusia- 50
nus aperte fortunam inclinare viderat, abiecto regali insigni in gre
gariorum cuneum se contulit: vbi crebris vulneribus confossus in-
teriit. Scotorum autem multi regis abscessum magis q̃ interitũ no-
bilibus tumultuantibus suspicati, salutis consulendẹ causa, abiectis
armis fugã occupãt. Alii in certamine durantes pertinacius, magna 55
strage edita ciciderunt. Tali modo victoria Pictos est sequuta. Ve
rum neutri partium iucunda: vtriusq; gẽtis duce, cũ magna nobiliũ
multitudine, in bello amisso. Abiere vtrinq; domum prẹlia damnã-
tes: dirasq; execrationes imprecãtes in eorum capita & salutem, qui
reges & populos, vicinos adeo, affinitate, officio & necessitudine, tot 60
annos coniunctos, concordia semp̃ coalescentes, alterutrius gẽtis ho
stem vtriusq; hostem ab initio habere consuetos, ad arma in se ver-
tenda impie compulerint. Fuit Pictorum res Scotorumq; viribus &
opibus ita bello fractis, exinde aliquãtulum pacatior. Fethelmacus
interea Angusiano rege & patrueli post regnum per duos annos pa 65
rum fœliciter administratum in prẹlio amisso, Scotorum exercitus
reliquiis collectis regnum nemine pœne aduersante occupauit. Sed
nihilo meliori euentu, imperium ab eo est gestum, q̃ a duobus antea
patruelibus. Quippe qui secundo sui regni anno Horestiam, Pictoꝝ
regionem hostiliter ingressus, agrosq; fœde populatus, nulla imbe- 70
cillitatis habita ratione, incolas atrocissime oppressit. Picti horum
certiores facti, velut rabie perciti arma corripientes, ad iniuriæ vin-
dictam, in Scotos celerius ducunt. Nec Scoti venientium occursum
detrectant, quin prẹlio ferociter congressi, primũ exercitus Pictorũ
alas fundunt: mox aciem mediã circũsistunt, alarum prẹsidiis nuda 75
tam. Hanc quoq; haud magno negocio, prẹliaribus pœne obrutam
profligant. solutã in fugã vertũt, tetra inde cẹdes fugiẽtiũ est edita.
Nectanus superioris Nectani frater Pictorũ rex, sagitta sautius ter
tio die est vulneris dolore absumptus. Scoti præsenti fortuna ela-
ti, depopulata Horestia Taioq; amne transmisso in Otholiniam 80

1 grassaturi properant. At Picti pertinaciores, ad regiones & opes tutandas, salubri tametsi sero cōsilio vsi, hostē leuibus prælijs fatigātes, ne arcem, oppidum, munitionem ve occuparet, prohibere institerunt. Inde ne eorū res alicubi nimiū grauaretur, vtq; esset qui regnū
5 vndiq; tutaretur Heirgustum hominē astutū, vafroq; prǽditū ingenio regē sibi deligunt, is Scotos qui Picticas regiones hostiliter inuaserant, quū attenuatis suorū viribus aperto Marte superare diffideret, alio vertens ingenium, duos viros Pictici generis, Scotos mētitos in Fethelmaci regis cædem, mercede corruptos subornauit. Ii
10 spiculi iaciendi periti, qua arte Fethelmacus frequenter sese exercuit ei familiares effecti, opportunitatē quotidie ipsius regis trucidandi captabant. Erat forte Carectonii Fethelmacus quæ ad instans bellum vsui forent, contra hostes, magnis impendiis comparās. Et quū in seram noctem, sermonem publicis super negociis cum gentis suę
15 maioribus qui tum aderant protraxisset, summotis omnibus in cubiculum sese recipiens, citharœdum iubet (vt tum nobiliorum erat mos) citharam leniter pulsando dulcem cantilenā edere, qua citius in somnū solueretur. Quumq; altiori caperetur somno, subornati in cędē per citharœdū (vt conuenerāt) in cubiculū admissi, dormiētē
20 regē iugulant, ad inflictum vulnus altius gemētē. Verū Fethelmacū audientes Stationarii milites, ante cubiculi fores re comperta fugientes percussores in proximū montem ocius sunt insequuti, qui timore illico in audaciam verso, ingentem saxorum vim, in vrgentes deiecerunt. Vnde plurimi sautiati, in profundam vallem, descendere
25 præcipites cogebantur, pręhensi tandem a militibus, montem magna superantibus vi, vbi quęstionibus adhibiti cōmentum omne fuissent confessi, equis alligati illisq; in diuersum actis mēbris discerptis sceleratam exhalauerūt animam. Citharœdus quoq; captus, ad missi criminis conuictus, supplicium haud dissimile subire cogitur.
30 Incidit Fethelmaci regis cædes in annū quintum Constantii imperatoris Romani post fratrem constantem vita defunctum qui fuit supremi Fethelmaci magistratus annus tertius. Fuerunt viri per ea tempora pręter multos diuinarum rerum cognitione præditos, varia eruditione insignes, Victorinus rhetor, Donatus grāmaticus di-
35 ui Hieronymi pceptor, Alcinus & Delphidius ambo philosophi & rhetores classimi. Æquales illis fuere verę pietatis cultores Eusebius Enesenus, iudæorum ethnicorūq; acerrimus ipugnator. Eriphilus q oim prim9 in Solomonis cātica edidit cōmentarios. Antonius monach9 ęgyptius q hoc fere tēporis in eremo vita est defūctus. Vi-
40 xit ille (vt Hiero. scribit) cētū & qnq; ānos. Deuenit ei9 mēoria cū

multa veneratione,ꝑ orbē vniuersum ad posteros. Inter nostros Da
mianus presbyter,Gelasius,Thebaculus,& Merinat⁹ Damiani ger
manus Diaconi:Nerius,Elusenius,Merinus,Maccabæus,& Sylue-
neus monachi:multis cū aliis insigni pietate viris. Horū nōnulli cū
Regulo Albato,viro sanctissimo,quū diui Andreę apostoli reliq̄s, 45
monēte numine in Albionē veheret in Otholiniā Pictoꝝ tū regionē
deuenere.Fuit Regulus grecus monachus,Achaia oriūdus,multoꝝ
verę pietati addictorū in Patris ciuitate,pater atq; prӕceptor:ex illis
prӕcipuus,qui Cōstātii imꝑatoris ędicto,diui Andreæ apl'i reliquiis
venerationis causa,in quas ipse mira ducebat᷑ pietate assisterent, fue 50
rant destinati.Et quū sacras ad Scriniolū ageret vigilias suꝑne mo-
nitus est,vt accepto sacrati brachii osse,tribus cū digitis,totidēq; al
terius pedis articulis,ac in vasculū decenter repositis,Albionē insu-
lā in extremo orbis recessu sitam peteret: futurū eñ vt illic aliquan
do populus pia veneratione,in diuū Andreā ductus,dei beneuolētia 55
& terrena & cælestia, eius suffragio assequeret᷑ charismata . Regu-
lus rei nouitate,aliquādiu primū attonitus cōstitit.Mox diuina iussa
executurus, assumptis venerandis apostoli reliquiis,ac in vase reue-
renter reconditis e portu qui Patris ciuitati proximus erat,noctu cū
plusculis viris ꝓcipuę pietatis,quos superna tetigerat admonitio,li- 60
burnica diuinitus(vt creditur) in eū vsum prӕparata soluit: longo
deinde mediterranei maris tractu suꝑato,deuenit in Lusitaniā.Neq;
ibi diu moratus,cōparatis quæ ad nauigationis vsum necessaria vi-
debant᷑,relicta Lusitania,Cātabrico mari,gallico atq; germanico,va
riis erroribus adnauigatis, tandē in vici cuiusdā Otholinię portum 65
(nūc Sancti Andreę ędē ab apostoli noīe vocitāt)naufragus,rebus
oībus ꝓterq̄ sacris reliquiis tēpestate amissis,vna cū tātęnauigatiōis
comitibus ꝑuenit.Huius rei fama ꝑ Pictorū regiones delata, ꝑmul
tis aīos ad visendas,venerādasq; sacras apl'i reliquias accēdit. Cōflu
xerunt ergo illuc vndiq; donaria Christi Apostolo preciosa offeren- 70
tes.Affuit & Heirgustus rex eoꝝ,quæ fama ad eū detulerat visendi
cupidus.venientē ad se Regulus cū sociis, pio apparatu cū sacerdo-
tū ac monachorū religiosa deductione in hymnis & cāticis excepit.
Rex humi ꝓcūbēs,sacras reliquias multa veneratiōe osculat⁹,vbi sa
cra christiano more,cuius ipse Heirgustus erat obseruātissim⁹,erāt 75
peracta,regiū palatiū amplis structuris(vti ea patiebat᷑ ætas)orna
tū,diuo Andreę,Regulo ac sacerdotibus ibidē deinceps optimo ma
ximo deo famulaturis libere erogauit. Struxit & haud ꝓcul a pala-
tio sacrā ædē diuo Apostolo dicatā.Ferūt eā esse,quā hodie oībus
venerabilem cernimus in medio agro canonicorum sepulturę sacro, 80

1 monumentis prisco more celebribus (vt est videre) sine tamen nominibus refertã. Hanc prior ætas Kikeuil, hoc est tēplũ Reguli aut Regulo potius suadente structũ, recentior vero vetus Andreę tēplũ appellitat. Ornauit & id tēplũ donariis amplissimis, pateris, cyphis,
5 calicibus, peluibus. lauacris ex argento auroq;, ac alia preciosa suppellectili in sacrorũ vsum quęsita: sacerdotibus ad diuina perpetuo exequenda ibidē constitutis. Heirgusti exemplũ lõga regũ series primo Pictorum, deinde Scotorũ, qui deletis Pictis ea loca tenuerunt, religiose est insequuta, diuũ Andream pro numine habētes tutelari.
10 Templũ autē & ædem ac cœnobium (abbatiã nũc dicũt) prædiis, agris, redditibus, structuris, sacerdotiisq; vberibus, Malcolmus diuę Margaretę reginę pronepos (qui q; in omni vita venere abstinuerit virginis cognomen ad posteritatem tulit, ac Robertus Brius reges Scotię, amplissime ornarunt. Est idē cœnobium nostris diebus ope-
15 ra ac industria viri multa nobilitate & generis & virtutis præclari, Ioannis Hepburii cœnobiarchæ, quē Priorem dicũt, restitutis ædibus, ꝓ vetustatē collapsis in pristinã faciē, aliisq; pluribus structis a fundamentis, basilica maiori interioribus ornamentis (quibus nihil pulchrius ad diuinũ cultũ) ingenti sumptu cõparatis ornata, muro
20 vndiq; pœne quadrato lapide permultis cũ turribus ac propugnaculis circa abbatiam ducto, mirifice decoratum. Claudit is murus appendicē etiã (sancti Leonardi vulgo appellant) vbi nouitii, & cõplures alii eoꝝ æquales veluti sub pręceptoribus tyrocinii rudimēta deponunt: ac religiose obœdientię institutis & diuinis humanisq;
25 disciplinis erudiũtur: quo ip̃m monasteriũ quasi sobole sua, a manibus nutriciorũ optime impletũ q̃ pulcherrime splendet. Fuere in eo a primęua eius conditione, primũ sacerdotes dei cultores vulgo appellati, inde viri diui Augustini instituti (canonicos vulgus regulares vocat) & inter vtrosq;, nõ tam eruditionis, q̃ probatissimarũ vir
30 tutum, veręq; pietatis cultu insignes: quibus vel hoc temporis nihil magis curę, q̃ vt sacra rite, ac religioso apparatu, agãtur: curenturq; recte quę ad diuini instituti attinent cultũ, & quũ a diuinis ociũ datur, vt summa diligenti incumbatur literis. Inde effectũ vt si ad exercitationē literariã respicias, frequentis iuuentutis suis sub maiorib9,
35 quasi militię literarię veteranis, celebre studiũ generale, omnis disciplinę dicas. Si cultum diuinũ seu noctu seu interdiu contempleris, nihil aliud q̃ deo optimo maximo, deuotę pietatis officia vniuersos, quodã diuino prope concentu, summopere impendere asseueres: sic omnia & singula probe obeunt officia. Sin ad amplitudinem ædifi-
40 ciorum oculos conuerteris, nulli ipsum in Italia, Gallia, Germania,

aut Albione in ea gloria secundũ censeas: adeo regalis magnificen-
tia & prędarę in eo virtutes fulgent. Cęterum Ioannem hũc pręfati
loci cœnobiarchã, rerũ tã insigniũ authorẽ, quo anno hęc vtcũq; cõ
mentabamur, non sine graui Scotorũ, reiq; literarię iactura, fata ab-
sumpsere. Laudatũ est inter cętera, ꝙ prius ꝗ humanis excederet, Pa 45
triciũ nepotẽ ex fratre, virũ studiosum & eruditũ, sibi suffecerit suc-
cessorem: qui ab eo incœpta & tã insigniter instituta opera, vti iam
omnibus spes est, fœliciter perficeret. Fuit annus quo Apostoli An-
dreę reliquię sunt ex Patris ciuitate Achaiæ in Albionẽ deportatæ
virginei partus nonus supra trecentesimũ sexagesimũ. Paulo anteꝗ 50
hęc quę de diuo Andrea dicta sunt fierent Fethelmaco rege decedẽ-
te ex humanis, Eugenius Fincormaci filius e Mona insula vbi Ro-
machi Angusiani ac Fethelmaci tyrannorũ sęuitiã declinauerat cũ
Ethodio Germano primorũ sentẽtia accitus, cũctis probantibus rex
est declaratus. Sub idẽ tempus, Maximus Romanũ agens in Britã- 55
nia legatũ, cognito, quantas inter se Scoti ac Picti simultates exerce
rent, vtriusq; gentis delendę cupidus, quo Romanũ Imperiũ magis
protenderet, prouincialesq; Britones, vicinoꝝ incursionibus leuatos,
certius cõtineret in fide, excogitato cõmento, Scotoꝝ primũ, deinde
Pictorum gentis exterminãdę per occasionẽ, legatos ad Heirgustũ 60
Pictorum regẽ mittit: qui dicerẽt se Legatũ, haud sine indignatione
audiuisse Scotos gentẽ truculentã, atq; ab initio vicinis populis iniu
riam, Pictis populi Romani amicis, ingẽtẽ vim armis inferre: se autẽ
nihil magis cupere, ꝗ veterẽ pacẽ nouo fœdere cũ eisdem Pictis po-
pulo Romanis semper accepto firmare: futurũ haud dubie, vt Bri- 65
tonũ Romanorũq; accessione, validiores euaderent ad subigendos:
vel si id potius optarent, ad prorsus exterminandos hostes illos vete
res: propterea, amicitiã pristinã renouandã, in eaq; perstandũ: maxi
me ꝙ certo sciret immanissimę Scotorũ gentis exitiũ, non solum ad
Britonũ, Pictorũ, aut Romani imperii: verũ etiã ad totius orbis salu 70
tem & quietem plurimũ collaturum. Heirgustus rex, magna habita
gratiarũ actione respondit, legationẽ sibi ac toti Pictorũ gẽti admo
dum acceptã: deo optimo, maximoq; ingentes habere gratias, ꝙ ei9
benignitate, Pictorũ rebus ab infestissimo hoste toties petitis & ob
id non paruo periculo laborantibus, ita consultũ videret, vt dominо 75
rũ orbis viribus vltro accedẽtibus Scotorũ iniuriã deinceps ꝓpul-
sare aut inhibere possent. Placere sibi vehemẽter, sueq; gentis primo
ribus, in Romanorũ amicitiã concedere: veterẽ pacẽ quibus vellent
modo honestis cõditionibus nouo fœdere firmare. Precari tñ Lega-
tum, contra immanissimã Scotorũ gẽtem ad toties acceptas impio 80

bello iniurias vindicandas quũ opus foret auxilio esse ne grauetur. Acquieuit Romanus Pictorũ postulatis, gauisus se Heirgustũ regẽ in suã traxisse sententiã. Ratus videlicet eo pacto Romani imperii fœlicitati, in Albione consultum iri. Et paucis transactis diebus ipse Maximus cũ Heirgusto rege, ad colloquiũ est cõgressus, loco haud longe ab Eboraco cõstituto: Vbi longo habito apud Pictũ sermone de Romanorũ charitate in socios & confœderatos, maximis opibus summaq; virtute contestata: deq; Scotorũ perfidia, latrociniis, & in Pictos Britonesq;, vt cõminiscebatur, iniuriis: facile ab illo vt icto nouo fœdere, Scotorũ gens, Pictis, Britonibus, ac Romanis, cõmunes hostes deinceps haberentur, obtinuit. Icto itaq; fœdere & pace cõstituta certis (vt conuenerant) cõditionibus vtrinq; domũ est concessum. Secũdũ hęc Maximus Legatus, Eugenio Scotorum regi mandat per fæcialem, iniurias Pictis illatas ocyus reparet, restituatq; res Pictorum agris ablatas. Iniuriarũq; auctores Heirgusto regi dedat ad suppliciũ. Alioqui Cæsarẽ populũq; Romanũ, ipsum cũ gẽte sua pro hostibus habituros. Eugenius rex, ad hęc respondit, sese nulla in re Romanis, Britonibusve Romana in fide perstãtibus, post summũ a se initum magistratũ, fuisse iniurium: proinde nihil minus iuste q̃ bellum Romanis armis sibi suę ve gẽti inferri posse. Neq; vero tãtũ esse Pictorũ in Romanos meritũ vt in gentẽ illis minime iniuriã illorũ suasu simulata causa impie mouerent bellum. Placere sibi (modo conueniret pax cũ Pictis) vtrinq; illatas reparare iniurias ac eos qui deinceps quicq̃ hostile gesserint, patria lege pro delicti ratione, mulctari: q; si Romani Pictis iuncti, Scotos immeritos bello tamen lacessere decreuissent: cõmẽdare se suã, regniq; salutem, deo optimo maximo, atq; impietatis vltori iustissimo: testatum se nihil quod ad suã suorũq; libertatẽ attineret prætermissurũ: quippe euidentissime vidẽtem q̃ inimica, non tã Scotorũ q̃ Pictorum gẽti Romani agitarent cõsilia. Maximus Eugenii accepto responso: ex Romanis, Britonibus, Gallisq; auxiliaribus numeroso contracto exercitu, sociis Pictorũ viribus accedentibus, Vestmariam paulo post, multa cęde & populatione fœdauit: arcibus ac castellis vi captis, Romanisq; pręsidiis sub magno apparatu munitis. Vnde progressus omnibus cũ copiis in Ordouiciam nũc Annãdię amnis vallem, vastatis frumentis & incolis aut fugatis aut cęsis, fortunis eorũ direptis, vicis incensis, nudatisq; relictis agris in Galdiã postea mouit: vbi nihil nõ exercẽs tyrannidis, magno omnibus effectus est terrori. Pauere vehementer Scoti, hostes Romanos, Pictos, ac Gallos, eo magis q; tot & tantos nũq̃ sua ætate, in vnũ exercitũ ita conglobatos conspexissent. Verũ

vrgentibus vltimis periculis, Eugenius cũctis ex Scotorũ regionib9 cõparato exercitu, hostibus cũ magna animositate & ferocia obuiã est profectus. Ad fluuiũ Creã (nomẽ adhuc tenet) primo dimicatũ: vbi nostri hostiũ vi (multo enim erãt eis numero pauciores) conti-nuo fusi fugatiq; sunt. Cędes magna circa ripas edita: & flumẽ ipm cadaueribus oppletũ, Romani fugientes dispalatos secuti in nõ ex-pectatum certamen inciderunt. Argatheli (ii nondũ ad regẽ perue-nerãt) omniũ quę facta fuerãt ignari, ad bellum cõtra Romanos ꝓ-ficiscentes, Scotos fugientes cõtemplati, in Romanos, truci aspectu & magno fremitu ac clamore irruerunt, cruentã edentes stragẽ. Vn-de Scoti nuper victi ad certamen rediere & victores sese seruare fu-ga sunt cõpulsi. Adẽpto tandẽ prospectu noctis aduentu a persecu-tione & prelio cessatum est. Hoc euentu primo die cũ hostibus pu-gna est cõmissa. Romani q̃uis Scotorũ plurimi ceciderãt, hostiũ cõ-silii ignari, an pugnã nocturnã, viriũ nouarũ accessione, inire vellẽt, an diẽ expectare: an fugã capessere: vt ad oĩes casus haberẽt p̃sidia cõparata, castra multa ope cõmuniũt. Eugenius rex, primatib9 ad se noctu vocatis, quũ videret suos, recenti clade perculsos, tantã hostiũ vim haud posse sustinere, publicę consulens saluti, castris cum omni bellico apparatu sublatis, paucis cum nobilibus & eorum aulicis, re-liquis cum plębe domũ dimissis, pugnã in opportunius tempus dif-ferens in Carictam cõtendit: vbi ad oẽm belli aleam consilia confe-rens, rei euẽtũ sollicitus expectauit. Postridie ad primam lucem quũ Maximus Legatus, Scotos persequi magna vi decreuerat, ortæ in Britannia discordiæ inter prouinciales, vti literis ex Cantio ad se p-latis acceperat, q in perniciem rei Romanæ tendere videbãtur, a ꝓ-posito retraxerunt eum. Ergo dimisso in Galdia forti pręsidio, cum parte copiarum largo cõmeatu administrato, ipse in Cantiũ magnis itineribus intra paucos dies est reuersus. Hæc ferme primo expedi-tionis anno Maximi Legati gesta in Scotos. Sequẽtem annũ, turbi-dis rebus, ipsum Legatũ in Britãnia ab expeditione distinẽtibus: Ro-manorum prouincialium ac Scotorũ mutui incursus, & depopula-tiones cõsumpsere. Nam Scoti vbi Galdiã, Romanorũ liberare ty-rannide, ac in suã ditionẽ restituere, multis conatibus, frustra tentas-sent, Vicomagiã & Otoliniã Pictorũ regiones ꝑuagati, omnia ferro prosternentes & igni, castellis dirutis, incensis vicis & satis, cęsa ꝓpe vniuersa gente, habitatore fortunisq; omnibus reliquere exhaustas. Vnde nimia insolentia, ferociores effecti eorũ complures, prout illa cessissent, vniuersa fore temere sunt arbitrati. Horũ fama, Maximus Legatus (vti simularat) ira admodum ꝑcitus tametsi de nulla re q̃

Scotorum in Pictos iniuria libentius audiret sub proximam æstatē, rebus in Britannia cōpositis, in Galdiam cum ingentibus copiis cōtendit: in Siluriam & cęteras Scotorū regiones inde moturus. Venit illuc & Eugenius: vbi cū exercitu vt vires sibi indies accresceret, hostes operiri decreuit. Conuenere ad regē frequentes viri fœminęq; arma ferre potentes, ad militiā ex veteri gentis instituto, vrgentibus videlicet extremis conscriptę. Fuerūtq; tandem in Eugenii exercitu, quinquaginta prope hominū milia, ferocibus animis iam pręliū poscentiū, testantiūq; ingenti clamore sublato, aut eo die vincēdos esse veteres ac infensissimos hostes, aut fortiter dimicando sibi cadēdum omnibus. Depopulati interim hostes Romani sunt Galdiā: cruentā cladē, in agrestes, senes, ac fœminas, qui aut sexus aut ætatis imbecillitate fugere nequiuerāt edentes. Sed accepto Eugenii ad bellum apparatu relicta Galdia, Maximus ducit in Siluriā. Erat Eugenius haud procul a Mūdę amnis ripa, quū repēte nūciatur per exploratores, Romanos haud amplius quinq; passuū millibus abesse: maiori longe multitudine & apparatu, q̃ in Galdia recenti pugna conspecti fuissent. Ad nūciū trepidare vehemēter quidā: alii mortē oēm seruituti ꝑferētes, nihilq; magis auersantes superba Romanoꝝ tyrānide, sese in maiorē animare audaciā. Eugenius rex cōstanti vultu spem simulans, veluti nihil minus Romanis armis expauesceret, exercitūq; instruēs ad ꝓliū, ipm in tres ꝑtes diuisit. Alteri cornuū Echadiū suū germanū, alteri Doalū Argathelię rectorē ꝑfecit: Ipse mediā aciem tenuit. Oēsq; ita locauit vt vespere quādo cū hostibus pugnādū fore rebatur, occidētē solē, & Mūdā amnē, incerto vado haberēt a tergo, hostiū vero oculi, illo cōtrauenïētiū, sideris fulgore ob id percussi, parum aut nihil cernētes, pugnā difficiliorē capesserēt. Inde editiori ex loco, ad multitudinē ita verba fecisse dicitur. Maiores nostri qui hoc Scotorū regnū cōdiderūt, multis sudoribus, longa rerū serie, ad hāc vsq; perduxerūt diē: viui ac morïētes, ꝑcepere posteris vt hoc solū, hāc patriā eiusq; libertatē, dei summi munus, cōtra inferētes iniuriā ad extremū armis ꝓtegerēt: & in nullo magis q̃ in manibus quū dimicandū foret spem habētes optimatibus regni, & iis qui in gēte essent optimi, audiētes essent cęteri: q; horū ꝑsidio, exercitus, opes, libertas, regnū, oīa deniq; regni monumēta, icōcussa seruarētur. Qui in hac gēte, hactenus inuicta, nos ꝓcessere magno studio in hāc vsq; tempestatem, patrum pręceptis feliciter obtemperauere. Vnde si varia fortuna, cū orbis dominis, frequētius dimicarūt, ad vltimū tamē victis hostibus, victores ipsi euaserūt. Instat (vt cernitis) bellū viri fortissimi, eisdē hostibus id nobis iniquissime inferentibus, qui no-

ſtris maioribus intulerunt. Ergo aut nobis, maiorum more, prelium magna alacritate, omnem mortem contemnentibus ineundum: aut regno amiſſo, & adempta libertate, hoſtium arbitrio, deinceps in ſeruitute degendum. Adeſt hoſtis omnium immaniſſimus, imperium, libertatem, fortunas omnes, ſi non accedente dei noſtri æquiſſimi opitulatione noſtræ ſaluti armis, manibuſq; conſuluerimus, illico nobis ablaturus. Qui vafro callidoq; prædітus ingenio, ad id ſolum (vt videre licet) cum Pictis contra nos iniit fœdus, vt vtraq; gente, alterius iniuria in exitium ducta, totam Albionem (qđ nulli hucuſq; Romano duci euenit) ſubactam, in Romanam tandē redigat poteſtatem. Proficiſcuntur Picti cum ſuis ex profeſſo hoſtibus, & qui eis regnum cum libertate adimere vehementer cupiunt ad prælium contra ſuæ libertatis, ſuiq; a gentis conditione imperii protectores: cōtraq; eos qui ſummopere cuperēt illis optime conſultum (modo ipſi ſuæ conſulerent ſaluti). Sed neſcio quo dæmone prohibiti, ipſi nec quantum mali, aut exitii ſibi hoc impio bello parent, nec quāto periculo, publica eorum libertas, laboret, aut ſciūt, aut ſi ſciūt, animaduertāt propius. Cęterū quod ad rem noſtrā maxime attinet, cognoſcite hoſtes nobis a quibus nulla ſunt iniuria laceſſiti bellum indixiſſe impium, & deo optimo maximo qui iniuſtis non poteſt non eſſe infenſus (vt par eſt credere) iure improbatum. Econtrario cogitate vos iniuriam propulſando, decertaturos pro patria, pro libertate: nepotes eſſe eorum, qui Romanos ab his ſedibus magna cum gloria depulere. Et quoniam ita contigit, vt aut in vltimum miſeriarum venturi ſimus victi, aut victores, decus, gloriam, libertatem, perpetuaſq; ſedes nobis paraturi: per priſcum maiorum noſtrorum ſtudium, in patriam & libertatem, per eorum manes, virtutem & fidem, qui hoc regnum, has ſedes, contra hoſtes, tot tantiſq; laboribus, ad hanc vſq; diem nobis incolume conſeruarunt: obſecro & obteſtor, ne patiamini vos tanta virtute olim pollentium progeniem, regno, libertate, cæteriſq; fortunis exutos, hoſtium arbitrio, vel ad ſupplicium trahi, vel ſeruatos ad ludibrium, inopes & omnibus bonis ſpoliatos, ignominioſam ſubire ſeruitutem: neue viuos in hoſtium poteſtatem traduci. Qꝫ ſi forſan fatis aduerſis, moriendum vobis fuerit: id tamen (qđ in vobis eſt) efficiate, vt auito more viriliter oppetate veſtrāq; mortē in hoſtē fortiter vlciſcamini. memores pluris eſſe in bello cadere honeſte, q̄ turpiter viuere. Agnoſcite vos patribꝰ incredibili virtute bellica præditis, lōga ſerie prognatos: non minus auitę probitatis, q̄ patriarum ſedium hæredes: haud gregarie ſed vna

1 ex gente cõtractos, æqui ac iusti cultores, deiq; optimi maximi cuius fidem pie colitis hęreditarios clientes: qui de sui cultoribus triũphũ virtutis præmiũ, perfidis & dolo cõtẽdẽtibus hostibus nostris haud dubie est negatur9. Accingimini propterea innata virtute ad pugnã
5 & victoriã quę iure iam vestra est, cõstãtibus animis nihil timẽtes p̃ter turpẽ fugã, sperate: tristẽ ac miserã hostibus illaturi cladem, quã ipsi vobis inferre destinarũt. His aut certe haud dissimilibus hãc in sentẽtiã dictis, quũ multitudinis animos, in spem maximam pugnæ fortiter cõmittẽdę, Eugenius erexisset, Maximũ cũ copiis adesse ma-
10 gna omniũ cũ trepidatione nũciatur. Enimuero, cognita per exploratores Eugenii arte, in acie instruẽda, maturius q̃ instituerat in hostes mouens, paulo post ortũ solẽ, citius omniũ opinione, in Scotoꝝ prospectum, cum exercitu deuenit. Nostri primũ & hostium multitudine, & eximia opinione virtutis, terrore vehementer perculsi sunt. Pla
15 cuit nihilominus tãdem eis, vltimis vrgentibus, quãtũ in hostes valerent periculum facere. Auersi itaq; a sole locoq; delecto ad pugnam, ne oculis sideris fulgore percussis & ob id lippientibus & hallucinãtibus certamen inirent aciebus, vix in ordine ductis, in hostes percurrunt. Prębuit ea res, Maximo Legato, haud paruũ impedimentum,
20 præstantis ducis munia obeundi. Ocyus idcirco vrgente temporis pœnuria, simul & hostium temerario incursu, decurrens aciẽ instruit milites breuiter hortatus, vt pristinæ memores virtutis, nihil animo turbarentur: impetũ fortiter sustinerent: neu formidarent Barbaros, recenter deuictos profligatosq;. Et quia non longius hostes aberãt,
25 q̃ vt missilibus telis sagittisq; contingi possent, pugnandi signũ magna dedit alacritate. Nostri paratis adeo animis fuere ad dimicãdũ, vt missilibus vix emissis, cum catapultis, qui pręliaria gestabãt, furorem magis q̃ militarem ordinem sequuti, magno armorum, pedumq; strepitu, ingẽti clamore, Galdi regis nomen, qui Romanum
30 exercitum, victum pœne ad internicionem duxit, suo vocantes more, vt ea se voce, virtutis exemplo inuicem hortarentur ad pugnam, cum legati copiis conseruerunt manus. Ad primum concursum, tanto ardore est pugnatum, vt discernere haud facile fuerit vtra partiũ alteri maiorem intulerit cladem. Sequuti varii fortunę euẽtus: Cor-
35 nani, Lugi, Marthani, cęteriq; populi dextra ala constituti, quibus p̃erat Ethodius, vt decus & gloriam sibi ac duci cõpararent, Pictos, quibus aduersum eis cornu euenerat, multis vulneribus confectos, ex pugnę loco, cõpulerũt in Dunã fluuiũ, & vado trãsire conatos insequuti, magnã fugientiũ partẽ cœno hęrẽtẽ, interfecerũt. Mox sup-
40 ba & insolenti ostẽtatione, veluti iã parta victoria, omnia fuissent in

tuto,prędandi cauſa regreſſi,a Romana legione , quã Maximus in
Pictorũ,tanto periculo laborantiũ , ſubſidiũ miſerat:a tergo petiti,
ad vnũ pœne ſunt interfecti.In ſiniſtra ala Argatheli,Telegoni, Si-
lures,& qui ex Galdanis,ad pręliũ venerant:a Britonibus,Gallis,&
Germanis,quibuſcũ erant congreſſi: poſt cruentiſſimã cędẽ vtrinq; 45
editam,pręliantes,fortiterq; agentes, honeſtã mortem pro patria &
libertate oppetiuere.Tum omnes Romanorum copię,confertiſſimo
agmine,iubente Maximo, in mediã aciem alis nudatã vbi Eugenius
multis cũ nobilibꝰ,laſſitudine pœne exanimatis pugnabat, magna
irruũt vi.Reſtitere noſtri dũ vires ſuperfuere: ne turpẽ fugã ignomi 50
nioſamq; vitã virtuti anteponerent.Rex ipſe Eugenius,ab iis qui ꝓ-
ximi erant nobilibus, monitus, vt ſe fuga ad meliorẽ fortunã ſerua-
ret : ac vi (dum pertinacius renuiſſet) conarentur nõnulli,abnuen-
tẽ, publicę ſalutis cauſa,abducere,regio abiecto inſigni, inter infimi
ordinis milites , ſe redigens , multis confoſſus vulneribus oppetiit. 55
Cecidere Scotorꝝ nobiles,omnes pœne, Eugenii regis exẽplo,mortẽ
cõtemnẽtes:ſuꝑbũq; Romanorũ Imperiũ,pertinacius auerſati. Tali
modo,Eugeniꝰ regnũ,quod tres annos,nũq̃ aduerſę expers fortunæ
tenuerat:ſimul cũ vita amiſit.Effugere tetram cladẽ, viri admodum
pauci,fœminę pœne nullę.Dũ ita Eugenii exercitus,ab hoſtibꝰ,ima 60
niter cęderet, plębei qui militaribus impedimẽtis,cõtra latrunculo
rum incurſus pręſidio adhibiti erãt:leuis armaturę viri,pręliaria tm̃
vt noſtrę gentis vetus erat mos geſtãtes,tot fortiſſimos occumbere
coram intuentes,orta commiſeratione: ne ipſi tantę ſupereſſent cala
mitati,decernentes ad vnũ mori,furore armati impedimẽtis relictis, 65
cum victoribus Romanis pugnã inierũt:cędes eſt ingẽs, pertinacia
magis q̃ virtute,edita.Sed hi ꝑturbati,pulſiq;,ac demũ cęſi ſunt.Im
pedimentaq; direpta,inter milites Romano inſtituto diuiſa . Quũq;
Romani,hoſtiũ quoſdã,diſpalatim fugientiũ,pertinacius inſequerẽ-
tur in nouũ certaminis genus inciderũt: domi etenim relicti qui per 70
ætatem ad pugnã inutiles videbantur,ſenes ac vetulę liberorũ ſuſpe
ctam habentes fortunã, ad pręliũ profectos ſemper a longe ſequuti
quũ vidiſſent tãtam in ſuos ſtragem editã:ætatis obliti ac ſexus,gla
diis quorũ magna vis in campo iacebat,temere arreptis:facto agmi
ne,ferociter Romanos pugna adoriũtur:mulieres,terribili clamore 75
inſtantes,hoſtes conuicio inceſſunt.Inde truci fremitu,ferarum ritu,
hoſtẽ feriũt.Verũ & ſenes & mulieres facili negocio ſuperati, quum
fugere noluiſſent,vltro ſe vulneribus obiicientes,necantur.Romani
ſecundũ victoriã turbulentã & terroris plenã,noctem egerunt.Neq;
caſtra,quũ nullus vrgeret hoſtilis timor, munita : neq; milites ordi- 80

1 nem seruare iussi: monticuli, valles, totaq; planities, flebili clamore noctem resultabant. Horrendi morientiũ gemitus auditi: in Romanorum imperium, capitaq; execrãtium. Alii prælia damnare: Alii incusare fortunam. At nemo omniũ fuit, qui Pictorũ Romanorũq; per-
5 fidiam, quibus authoribus, tanta clades, genti in nullo de eis male meritę, fuerat illata, vel moriens non detestaretur. Illucescẽte, Maximus Legatus, cęsorum spolia inter milites, vti eorũ erat institutum, partitus: quos viuẽtes loco conflictus inueniebat, ne a veteri Romanorum clementia cedere videretur, medicis ad curam adhiberi per-
10 misit: occisorũ cadauera sepeliri. Eugenii aũt funus, magno sumptu, Romanorũ principũ more extulit: quẽ & pro concione, singularẽ ob virtutẽ, ac charitatẽ in patriã laudauit. Ethodio (de quo paulo ante memoratũ) Eugenii germano, exanimi pœne inuento, & multis vulnerib9 sautio, exactissima cura mederi iussit. Lustratas inde Siluriã,
15 Calidoniam, & quæ illis proximę erant Scotorum regiones, in deditionem accepit: incolis clementer receptis in fidem, fortunis donatis & quieta pace viuere ꝑmissis. Tulere id ægerrime Heirgustus rex, Pictorũq; maiores: Scotorũ gentis penitus delendę cupidi. His Maximus Legatus re cognita, respondit: Romanę maiestatis esse, sub-
20 actis parcere, rebelles debellare: magis vincere beneficiis q̃ armis: nihil plus Romanã maculare gloriã: q̃ gentẽ, vi expugnatam, receptã in potestatẽ, Cæsaris ac senatus implorantem fidem, nouo supplicio inclemẽter afficere. Satis Scotorũ iniuriã in Romanos sociosq; vltã: quando cęso eorũ rege, profligatis copiis, viribusq; attritis, regiones
25 quot vellet receperit in deditionem. Neq; se aliud supplicii genus, q̃ quo iustissimus deus, eos recenti clade afflixisset, quem infœlici eorũ fortunæ iam misereścere certo crederet, eis velle deinceps nisi nouos motus conarentur, inferre. Pictorum magnates suo cũ rege responso irritati magis q̃ sedati ab ira, Legatum lõga oratione, multisq; sua-
30 sionibus sunt aggressi: vt Scotorum gentẽ inhumanã, intractabilẽ, fidei & pietatis hostem ex professo, nulla re magis q̃ sociorum populi Romani incommodis vicinorũq; rapinis ac depopulationibus gaudentẽ, in Pictię gentis veteri oraculo natam exitium, modo Picticæ fœlicitati consultum vellet, vndiq; per Albionem vltimũ co-
35 geret subire suppliciũ: eo nec alio quouis modo Romanos sociosq; in Albione, sedes quietas habituros. Hæc quũ primũ impetrare nequiuissent: alio vertentes ingeniũ, apud legatum, nouis excogitatis cõmentis, largitionibus corruptum (illis etenim mortales facile ad nefaria impelluntur) tãdem obtinuerunt: vt quicunq; Scotici essent
40 sanguinis in Albione, vitam exilio commutare volentes, proscribe-

rentur regionibus eorũ Britannis atq; Pictis, iam tum in Romanam fidem cõcedentibus ac potestatem, ad culturã tributis. Exulare inde Scotorũ permulti, cõdicta die, Legati decreto Albione proficiscẽdi. Horũ aliqui in Hebrides, in Hiberniã aut Orcades insulas, alii in Noruagiam Daniamve abire. Nõnulli cum Romanis militibus, in Galliam inde merendi sub imperatoribus causa in Italiam. Sub id tempus, venere nobiles quædã mulieres, viris prælio recenti amissis: pullam lugubrẽq; vestem indutę, flebili voce Legatũ suppliciter deprecantes: liceret sibi eius venia, seruili conditione, quãdo meliori nõ possent, in Albione natali solo, ad infœlicis vitæ exitum permanere: quo cum viris cõmuniter sepelirentur. Haud aliud se optare testatę, q̃ reliquũ afflictę vitæ viris, liberis, ac necessariis, pro libertate tutãda extinctis, debitum offerendo obsequiũ: lachrymis cõsumere. His piis mulierum querelis, ad Pictorum maiores, iubente Maximo per fęcialem delatis, vt quid eorum sententia faciũdum, in tanta cõmiseratione foret experiretur: ab omnibus prorsus est aduersatum. Propterea q; sunt nobiles illę fœminę, cum cæteris quæ exularant proscriptę. Effecit ea res, vt Legatus Pictorum mores, veluti crudeles nimiũ & inhumanos, exinde fuerit detestatus. Cæterũ post dictã exilii diẽ per Legatũ transactã, quicũq; Scotici nominis in Albione inuẽti fuerant, diris pœnis (vti Pictorũ erat sententia) fœdaq; occidione nulli sexu aut ætate prębente subsidium, trucidabantur. Inuenta per id tempus, exploratorum opera, Cartandis Scotorũ regina, duabus cum ancillis, & vno dũtaxat seruo, ad Eugenii regis monumentum, mœrore pœne cõfecta, ad Legatum, q, Brito fuisset genere, principe Cambrorum gẽtis pręgnata, absq; iniuria perducitur. Maximus admonitus humanę vicis, miseratus afflictæ mulieris fortunam, obuiã ei progressus, ad sua genua procumbentem, attollens, placideq; consolatus, bono animo esse iubet, spondens se, eam sororis loco habiturum. Inde ornata precioso atq; decenti tributo, Caractonio veteri Scotorum regia ciuitate, eam donauit. Permisitq;, vt quos vellet redditus, ex proximis agris, sumeret ad sumptus. At Cartandis, a q̃ celebri fortuna, ceciderat haud ignara, seruitii iugum subiens, Legato precata fœlicitatem, quum in villam haud procul a Caractonio iter pararet, ab Romanorum militũ, qui in castris erant seiũcta prospectu, a Picticis latrunculis intercepta, cæso seruo, ancillis immaniter pulsatis: equis, pecunia, vestibus, omniq; muliebri mundo, ignobiliter spoliatur. Mox vt rei indignitas ad Legatum peruenisset: latrunculos inuentos suppliciis admouit: reginam Cartandem, celebri comitatu reductã, ornatuq; restituto, apud se aliquot dies retinuit: cu-

ſtodibus adhibitis cauit,nequis eius illuderet pudicitiæ.Poſtridie Pictorum magnates ad Legatum ingreſſi, grauiter queſti ſunt, ſuos milites, ſuaſu captiuæ mulieris & hoſtis, decreto eius vltimis affectos ſuppliciis.Id haud Pictorum meritum in Romanos: qui ad internicionem pro eorũ imperio proferẽdo,cũ ad illũ pœne diem amicis & cõfœderatis populis,dimicaſſent.Suadere idcirco,vt ipſa Cartandis,in Britãnia,vnde ei origo erat exularet,fortunis omnibus(vt erat decretum) exuta.Sub hanc vocẽ,quũ regina multo eiulatu exclamaſſet,miſerã ſe,viro & amicis orbatã,miſeriorẽ longe futuram,ſi ex pręclara fortuna adeo abiecta, vt vel hoſti ſeruire prohibita,cũ magno pudore cũ parentibus quotidie cõuerſaretur. Satius ſibi inter fortiſſimorũ funera parentando quod miſerrimę ſupereſſet vitæ peragere q̄ magnifico apparatu,parentũ more contra fortunę leges prodire in publicum:vitam priuatam,ſeruileq; non diuitias,ornamẽta decorave,deinceps ſe cupere. Et cum multis profuſis lachrymis,manus ſupplex tendiſſet in Legatum obſecrans, vt aut vltimis daretur ſuppliciis,aut ſuo more viuere permitteretur: oborta inter Romanos cõmiſeratione: permultis probę mulieris fortuna permotis: Pictorum conſiliũ publice eſt improbatum, permiſſumq; Cartandi, quocũq; vellet loco libere victitare, prędiis ad ſumptus ei ſua ꝓ dignitate tributis.Exulabãt per idem tẽpus,Chriſti ſacerdotes ac monachi,quicũq; Scotici erãt nominis:quorũ magna pars in Hebrides delata,in Iona inſula ſacrũ cõſtituere cœnobium:multis verę pietati deditis ad hanc noſtrã vſq; ætatẽ inſigne. Dubiũ an viris an fœminis,ſanctitate plus pollentibus,Nam ſecretis ędibus religioſam colebãt vitã.Multa exinde ꝑ ſecula celebri9 auctũ eſt hoc cœnobiũ,cũ modicis primũ fuiſſet cœptũ initiis, & piorũ numero & prædiis ad ſumptus collatis & multorũ poſtea regũ donariis. Effectum paruo poſt tẽpore cõmune Scotorũ regũ cœmiteriũ. Sed neq; Ethodio Eugenii germano cuius iã meminim9,neq; cęteris captiuis Maximi beneuolẽtia medicoꝝ curę adhibitis,ꝓſcriptio pepercit: nã hũc frequẽter Pictoꝝ inſidiis inter medicoꝝ manus cõtra ius gentiũ petitũ ad necẽ,tãdẽ reſtitutũ ſanitati,cũ reliqs ſui generis q vulnerib9fuiſſent ſautii,Maxim9 Legatus Albione ꝓhibuit:accepto iureiurãdo,firmata ꝓmiſſione nequaq̄ in Hebrides Hiberniã,Orcades aliave loca inſulę vicina vñ ꝓuicialib9 facile nocere poſſet cõcedẽdi.Effectũ inde vt cõductitia liburnica ĩ Noruagiã Daniãve traiiceret. Fuit ãn9 ille quo Scoti Romanis armis regno ſunt eiecti,ab orbis cõditiõe,ſeptimus ſupra qnquies milleſimũ qngenteſimũ quadrageſimũ:a Chriſti aduẽtu incarnẽ,trecẽteſimus ſeptuageſimus non9:ab initio Scotoꝝ

regni secundus supra septingentesimũ & decimum. Iuliano Augu-
sto (cui ꝗ solus inter Romanos principes, post Constantinum Ma-
gnum a vera pietate sese alienauerat, apostatæ nomen indidere) sui
principatus secundus. Quo anno priusq̃ Eugenius rex cum Maximo
armis confligeret, varia prodigia in extremo Albionis secessu con-
specta, terrorem multis incussere. Noctu in cælo visi ardentes en-
ses, & prælaria longo tractu moueri: inde conglobati atq; in in-
gentem facem versi tandem euanuisse. Dunę fluminis aquas fluxisse
sanguine mixtas: eius ripas crebris fulsisse ignibus: in pluuiæ mo-
rem e cælo decidisse minutas quasdam aues, incredibili multitudi-
ne: easdem in terram collapsas, ingenti coruorum numero, illuc ci-
tissime confluente, deuoratas. Ea quum aruspices quidam ac mulie-
res fanaticę, Scotorum regni excidium portendere nunciarent, a sa-
cerdotibus, vt vana ferentes derisi, ne deinceps talia imprudenter
effutirent sunt prohibiti. Bello itaq; fœliciter per Romanos confe-
cto Scotis omnibus aut Albione prohibitis aut quæsitis ad suppli-
cium, Hebridiani vbi accepissent Ethodium, Eugenii germanum,
hostium euasisse manus, in Daniam traiecisse, spe omni redeundi in
regnum sublata, regni cupidi restituendi, copiis coactis, Gillone
sui generis viro duce creato, prædandi causa in Argatheliam trans-
mittunt. Vbi dum incautius regionem depopulantes vagarentur
per agros, a Pictis ad nouorum incolarum tutamen eo missis, ad
vnum, tetra occidione sunt deleti: captis biremibus, atq; vt victori-
bus vsui forent ad bellum contra Scotos si quod instauretur, ductis
in sinus portusq; a tempestatibus tutos. Exinde Hebridiani duplici
clade affecti, quum ad copias reparandas, minime suppeterent facul
tates, tumultu abstinuerunt. Scoti vero, victoris iram declinantes in
Hiberniam delati (magna etenim eorũ vis Albione Maximi decre
to prohibiti illuc confugerant) corã rege, gentisq; maioribus, mul-
tis lachrymis Scotorũ regẽ, Eugeniũ, totãq; gentẽ audacia & prom
ptitudine dudum nulli alteri secundam, a Romanis, Britonibus, ac
Pictis impio petitos bello, fortissimis quibusq; gladio absumptis,
in vltima malorum redactos lamentabili voce questi sunt: sæuitum
vero adeo in cęteros tãtaq; crudelitate, vt ne aut sexu aut ætate im-
becillibus parsum fuerit: tetra vero clade, fuga aut alio quouis mo-
do sese eripientes, proscriptos in aliena regna, procul patria, omniũ
quæ ad humanum vsum accommodanda forent indigos, seruilem
subituros conditionem: vt ita quando meliori non possent modo in-
fœlici cosulerent vitæ. Inclytum regnum, potens & antiquum, tot
sub illustribus ducibus, tantis laboribus retentum: ab hostibus

totíes petitũ bello, in eã vſq; diem ſeruatum incolume ab inexhauſta Romanorũ auaritia: nũc Pictis ac Britonibus, pulſis inde aut deletis incolis, perfidię prẹmiũ factũ: precari idcirco, vt charitatis, neceſſitudiniſq; memores, quã natura, optima rerum parens, erga prolem indidit parentibus, auxilia contra hoſtes omniũ immaniſſimos ferrẽt. Ne Scotorꝝ gẽs, ab Hibernia i Albionẽ olim deducta, adeptoq; ibi regno, amplius ſeptingẽtos annos ſtrenue potita, eodẽ regno exciſo Romanis armis, omnibuſq; gẽtibus exoſa, ad exitiũ ducatur: quãdo ad eos veluti ad tutiſſimã ſacrãq; anchorã & vltimũ refugiũ, vltimis vrgentibus ſe receperint. Hibernię patres, cognatę gentis ſorte miſerati, decẽ milia virorũ, cũ Scotis in Albionẽ, cõtra hoſtes ad regnũ recuperandũ, mittendos decreuerũt. Hi paulo poſt cũ Scotis qui ad Hiberniam fugerãt, delati in Siluriam in Pictos & Britones eã regionem, pulſis inde Scotis, incolentes ingẽtem ſtragem edidere. Ad horum nũcium, venere in Siluriam, turmę variis ex Pictorum regionibus contractę ad hoſtium vim arcẽdam. Heirdorſtano Heirguſti Pictorum regis germano duce. Sed hę a Scotis & Hibernicis paruo ſunt negocio profligatę, ac eorũ ii quos nõ ſeruauit fuga, gladio ſunt occiſi. Fuere qui victoribus ſuaderent fortunę leges haud temere mortalibus tentãdas: Secũdũ eum ſucceſſum tã fœlicem, copioſa accepta e Siluria, tum hominũ, tũ pecudũ prẹda, in Hiberniã redeũdum: ſecundioribus rebus omnia ſeruanda: haud expectandas Romanas copias: quibuſcum & opibus, & rei militaris peritia cæteris omnibus gẽtibus & populis longiſſime ſupioribus, manus cõſerere humanarũ rerũ habẽtiũ rationẽ nemo eſt q̃ temerariũ nõ iudicaret. Alii fortunã ſequendã: progrediẽdũ in Galdiã aut Vicomagiã cum copiis, vnde exploſi fuiſſent Scoti: occupandaſq; regiones vi, deletis incolis: proſperis conformiter initiis reliqua haud dubie fœliciter ſucceſſura, ſæpius auditum, numeroſiſſimas copias inferentes iniuriam, exigua decertantium manu deletas. In ſpem ergo melioris fortunæ erigendos animos, aut patrium regnũ reſtituendum dictitantes: aut omnibus prælio occumbendum. Hanc ſententiam veluti altera potiorem, cõtracta multitudo ſequuta, ad regiones in Albione, Siluriam, Galdiã, & Vicomagiam occupandas animũ adiecit. Sed nihilo meliori euentu res ab illis eſt tentata, q̃ ab Hebridianis ante fuerat: quippe qui medio conatu rerũ a Romanis & Pictis, quos acceptę recentis iniuriæ fama ad arma compulerat, atrociter ſunt oppreſſi. Ad primum nuncium huiuſce cladis omnes in Hibernia magno mœrore ſunt concuſſi. At vbi ordine, cũcta acta in Albione, ab iis quos fuga, domũ detulerat cognouiſſent: dies aliquot primores

Hiberniꝫ suo cū rege,ab orto vsqꝫ ad occidētē solem, loco ad id de-
lecto,manēt cōsultātes:quonā modo,aut quibus artibus victoribus
Romanis resisteretur,Scotisqꝫ cognato populo regnum in Albione
posset restitui.Quūqꝫ nullū ad id certū remediū inuenissent, sibi suo
qꝫ regno,Romanorū iniuriā plurimū timētes, placuit de pace omni 45
posthabita iniuria cū Romanis agere.Ad negociū cōficiendū , missi
Legati ad Maximū Romanoꝝ ducē,ab eo primū duriter sunt obiur
gati,ꝙ cū hostibus,cōtra Romanos,Romanorūqꝫ socios & cōfœde
ratos, auxiliares copias,miserint in Albionē. Pręsertim,quū ad eum
vsqꝫ diē,Hibernia sola inter orbis regna,Romanis armis māserit in 50
tacta.Inde pacē clementer dedit petētibus , his adiectis cōditionibꝰ
vt hostes populi Romani nullos deinceps reciperēt in Hiberniꝫ re-
gnū:nec ꝗ Romanis ac eorū sociis cōfœderatisqꝫ bellū īdicerēt auxi
lia ferrēt. Neue impioꝝ Hibernicoꝝ qspiā vel negociationis causa ,
deinceps traiiceret in Albionē.Pace his cōditionibus certoqꝫ fœdere 55
firmata,Hibernici exinde quieuere:nullū ī Albionē motū excitātes .

Scotorum Historiæ Liber Septimus .



PAcem & ocium nactus, Maximus Legatus,tu 60
multibus vndiqꝫ repressis,quū neqꝫ in Albione
haberet hostem,nec aliunde timeret:vt opinio-
nem probitatis , quā credi potius q̄ inesse sibi
cupiuerat omnibus exhiberet : moderatū se &
lenē pręstitit in cōgressibus:neminē a suo pro 65
hibens colloquio.Britonū maiores circa se ha-
buit frequētes.Placidus in omnes,fama & glo
ria quadā singulari,plures ad amicitiam beneuolētiāqꝫ alliciebat.Et
quū dabatur ociū,publicis a negociis , in palęstra cū Britonū nobi-
lioribus ac reliquis ingenuis exercitationibus operā dabat.Largitio 70
ne mira in eos simul atqꝫ Romanos milites vsus:effuso vno die, quā
tum pœne Britānia,Cæsari pendebat quotannis vectigaliū. Milites
tanta pecuniꝫ magnitudine allecti,in eū veluti supremū imperatorē
ad vnū intendētes,in eius fidem nomēqꝫ vltro iurarunt:sese quācūqꝫ
vellet cū eo expeditionē subituros . Maximus largitionibus quibus 75
sibi Britonū animos adiūxerat fretus,cōsessum publicū Eboraci in-
dixit.Vbi Scotorū regiones,Britonibus Pictisqꝫ denuo partitis,prę
sidiis in munitiones arcesqꝫvndiqꝫ per Albionē dimissis,cū quibusdā
suorū studiorū comitibus,& quos secretorū fecerat conscios, de ty-
rānide occupanda verba fecit.Illi negocio intellecto,ac sensim com- 80

municato reliquis cōmilitonibus,per vniuersos deniq; vulgato, vel ꝙ genere imperatorio editum Maximū sciebāt(erat enim e Constātini magni familia oriundus) vel ꝙ rei militaris peritia, ac liberalitate,qua potissimū virtute,homines in aliorū sententiā trahūtur, supra oēm existimationē præditus erat,purpuram indutum declarant imperatorem.Nec me latet quosdam authores probatos,prodidisse memoriæ.Maximū abexercitu,in Britannia,inuitum creatum imperatorē. Sed in his vti in pluribus aliis, mihi danda venia : ꝙ veteres nostros annales,probatosq; nostræ rei scriptores, modo ab historiæ fide prorsus non fuero egressus,potius q̄ exteros scriptores, insequi decreuerim . Valentinianus (habebat is tum Romanū imperium) vbi comperit Maximi tyrannide,Britanniā occupatam : per Galliæ pręfectos,varie cum eo bellum gessit.Sed quū subiici nō potuisset, Valentino nōnullis aliis cū ducibus Romanis oppresso, facile pacē a Cæsare impetrauit.Septēdecim exinde annos tenuit Albionē: cōtigit ei quod nulli illucusq; post insulā inhabitatā , vt cūctę Albionis regiones ipsius vnius audirēt imperio . Cęterū Pictos sibi adiūctos, admirādū in modū cōciliauit.Sic vt ex illis validissimos quosq;, aut sibi in exercitū asciuerit: aut pręsidia in fortissimas Britānię dimiserit munitiones:& quū Pithlandiā inuiseret,Romano habitu deposito,vestē Pictcā induebat : atq; eorū more sago aureis atq; byssinis, virgulis & florib9 redimito cōspectabatur,Heirgustū libere ꝑmisit regnare,modico tributo imperii nomine populo imposito , ex agris vltimo in Albionis recessu sitis,vt monumētū id esset, insulam totā Romano imꝑatori,aliquādo paruisse.His lęti Britones ac Picti,hostili metu,exinde sese leuatos habentes persuasum, mirifice Maximū imperatorē diligere.Gaudere etiā Scotos,gētem, non tam Britonū q̄ Pictorum imperii,semper æmulam,Albione prohibitam : ductāq; pœne ad internicionem.Quūq; Maximus,probe,strenue,Augustoq; omniū sentētia dignū magistratū,in Albione aliquot ānos gessisset illo,vt fert mortalibus innata cupido,haud contētus, orbis cupidus imperii,in Galliā (munita validis Britānia ꝓsidiis)trāsiit,vbi ab infensis Gratiani Augusti legionib9,ꝙ Barbaros pluris faceret Gratianus q̄ Romanos mira bn̄uolētia except9,subita incursiōe, militū suasu,eūdē Gratianū,in Italiā ꝑterritū trāsire meditātē, dolis circūuentum interfecit.Debacchantem inde Maximū,per Germaniam & Italiam,tributum solo nominis terrore vndiq; exigētē , Theodosius Augustus,apud Aquileiā,vt Paulus Diaconus scriptū reliquit,exercitu clausit,cepitq; & occidit.Victorem ergo filiū eius adolescētē iā imꝑatorē factū,cognita patris nece,milites Romani,quos in Gallia

cum eo reliquerat, extinxerunt. Dum his dissidiis Romani principes inter se laborabãt, Octauiꝰ Octauii superioris, Britonũ regis filius, quem Maximi Romani Legati tyrãnidẽ declinãtẽ, in Monã insulã, ad Eugeniũ & Ethodium concessisse diximus, e Gallia, in quam post Albionem Maximi armis subactã fugerat, venit in Britanniã: regnũ rege destitutum iure sibi deferendũ petens ꝙ longo progenitorum insigni stẽmate, Britannico sanguine, regia domo, fratrũq; maximus natu esset: nihil ad Romanos quorum imperii maiestas (vt iam tũ erat videre) aperte inclinarat, Britãniam attinere testatus: quinetiã si suam sententiam insequi vellent, nullum nisi Britannici sanguinis inter eos deinceps, regnaturum. Superbum inuisumq; esse Romanũ nomen. Deinde regum Britanniæ beneficia atq; sudores, vulnera & sanguinem, quem pro Britannorum incolumitate fuderant, identidẽ commemorans: hortatur priscam toties adẽptam, totiesq; recuperatam, tum demũ vindicantes libertatẽ, seruitutis excuterent iugum. Opportunũ tempus ad rem cõmode gerendã, haud dubie adesse docens. Britanni autẽ longo Romanorum fatigati imperio, cupidi semper libertatis, haud aspernati Octauii postulata, quem supra Britannicam originem, regiiq; sanguinis splendorem, spectata virtus, ipsis conciliauerat: eum regẽ constituũt. Restitere Romani, qui Britannicis erant in pręsidiis: spectabatq; res ad grauẽ seditionẽ, Britonibus permultis Octauii partes tutari, Romanis militibus, quibus haud exigua Britannorum pars fauerat, insulam Theodosio Augusto (is tum Romæ potiebatur rerum) dedere, magna vi annitentibus. Prębuit ea res Cæsari occasionem, noui exercitus in Britanniam, ad eam in Romanã fidẽ, denuo cogẽdam mittendi. Porro Octauio regi, vndiq; Romanis armis petito, post prælia frustra ab eo contra viros, rei militaris peritissimos tentata, ad extremũ pax conuenit: conditionibus his adiectis: Octauius vt regnaret ad vitæ vsq; exitũ, modo fidus amicus populo perstaret Romano. Munitiones, castella, arces Romana præsidia tenerent. Ius incolis dicerent, qui ad id negocium ab imperatore Theodosio forent destinati: vectigalis quantum Maximo tyranno antea soluissent, Cæsari in annos singulos penderent. Exinde Britannia, Maximo tyranno sublato, Romanoq; restituta imperio in Cæsaris fide aliquot annos permansit. Hæc vbi ad Theodosium imperatorem allata erant, missi sunt ad Albionẽ Romano nomini vndiquaq; audientem, in fide continẽdam, duo legati. Horum alter Victorinus Eboraci, alter Martius nomine Londini, ad Cęsaris in prouincia munia obeunda, sedem habebãt præcipuam. Sequuta administratio haud omnibus Albianis probata. Enimuero Pictorum

maiores, suis legibus vsos, Romanas leges haud multi facientes: Victorinus ad se accitos, dure increpat: quod in Romani nominis contumeliā, delectos per prouinciā iudices, eorūq; secures ac fasces contēpserint, barbaris legibus, a fide & ęquo abhorrētibus vsi, perinde ac si nihil eis cum Cęsare populoq; Romano negocii esset. Monens, deinceps in iuredicūdo, patriis abstinerent institutis: iurisconsultis Romanis legibusq;, ac iudicib9 parerēt: penes quos oēm in posterū vellet necis & vitæ fore potestatem. Neq; aliā iudicandi rationē, q̄ Romanis legibus permissam, aut peterēt aut vsurparent, capitali pœna in non obtemperantes indicta. Heirgustus Pictorū rex, accepto Victorini Romani legati decreto, senio iā grauis perpetuo valetudinarius, ignominiosa seruitute senescendū sibi prospiciēs, ne diutius superesset ad ludibrium, anxius animo ob bellū sua opera contra Scotos susceptum, vnde intolerabilem calamitatē suę posteritati & genti futurā agnosceret, ac seruitute perpetuo deinceps viuendū: semotis arbitris, velut secretius aliquid acturus, cubile ingressus, occlusis foribus, mortem sibi consciuit. Secūdū Heirgusti regis infœlicē exitum, Victorinus edicto publico omni magistratu deligendo, publicaq; administratione Pictis interdixit: vetans, ne deinceps quispiam Pictici sanguinis, regio se nomine insigniret: neue cuipiam vel petenti nisi Cęsaris authoritate, ad id delectus ius diceret. Id icto fœdere, quod Maximus legatus, populi Romani nomine, cum Heirgusto rege icit, dū Scotos, Pictici regni pro salute, bello petebat conterebatq; cautum. propterea, Pictorum iam regnum, vti olim Britonū, sublatis patriis legibus, in prouinciam redigendum. Romanis moribus, aboletis barbaris instituendum, mortem his qui edicto non starent cōminatus. Pictorum nōnulli, legati edicto, apud eos pro deliramento habito, haud obtēperantes, indignissime ferentes, regiæ stirpis in regnū successionē adimendā. Durstū secundū Hiergusti filiū, consessu ad id facto regē declarant. Victorinus re permotus, conspirantiū rebellionē, ne robore quouis aliunde accito, viribus augeret, extemplo opprimēdā ratus, exercitū citatis gradibus ducit in Pithlādiā. Fuit Pictis qui Cameloduni suo cum rege adolescēte, deliciis immersi agebant, repens tumultus ex agris in vrbem allatus pro nuncio. Quūq; vrgentibus hostibus subitis incursionibus, fugę locus nō pateret: vrbem temporis pro ratione munientes, citius cunctorum opinione, circūfusis Romanis, arctissima obsidione, vndiq; sunt circūcincti. Tenuit aliquādiu obsidio. demū vrbe expugnata, īcolarum fortunę direptæ, militari pro instituto, iis qui in exercitu erāt Romano sunt distributę. Rex captus præcipuis cū rebellionis authoribus

coniectus in vincula, Londinũ inde Romã, ad Cæsaris senatusq; iudiciũ subeũdũ est missus. Reliqui Pictorũ nobiliũ, q turbã cientes, legati edicto obstiterant, virgis cęsi in foro Camelodunі capitis accepere sententiam. Ita hic motus oppressis authoribus facile est sedatus. Edixit inde legatus, vt rei pecuarię frumentarięq; quartã, Picti Cæsaris procuratori, victigalis nomine penderẽt in annos singulos. Capitale fore dictitans, si quis decreto contrairet, causatus Pictorũ gẽtẽ post Scotos insula eiectos, eo deuenisse insolẽtię, vt nisi Romana authoritate coarceantur ingẽs incendiũ in Albione, in multorũ exitiũ sint excitaturi. Vltra hæc grauamina multa turpia seruitia addidit: vt metallis e terrę venis effodiẽdis, lapidibus excidẽdis e lapidicinis, formandisq; lateribus quotquot imperarentur, mitterentur in Britanniã, aut alio quo iuberet legatus. Accessit ad hæc, & aliud malũ, Pictis longe maiori ferendũ molestia in gentis ac regni excidiũ, excogitatũ. Nã haud multo posteaq̃ hæc acta fuissent, omnes cũ coniugibus & liberis, atq; pecuaria re, vltra Forthеã fretũ, vti antea est significatum, Ordolucia, Deera, Galdia, Pithlãdia, Siluria, magnaq; Calidonię ac Vicomagię parte Britonibus Romanis ꝓuincialibus, inhabitandis relictis cedere sunt coacti, aggeremq; ducere, altissima fossa adiecta ab Abircorneth per Glasguẽsem agrũ ad Alcluth, munitionẽ inter Cludę amnis & Leuinę ostia, ab orientali mari, ad Hibernicũ: qui Pictorũ regnũ a Britonibus exinde disterminaret. Maiestatis crimen fore, si quis Pictorũ, aggerẽ trãscenderet, sine magistratus authoritate, Victorino legato omnibus ostendente. Sup tot & tam importabilia mala, liberorũ indigna seruitia. Dolor ingens Pictorũ animos versabat. lamẽtari secũ durã, quã ipsi sua culpa inuenerant sortẽ, oculos ad cęlũ tollere, cęleste numẽ supplices precari, populũ Christi dogma sequutũ, perfidiã suã iam iuste luentẽ, superbissimo Romanorũ iperio liberaret. Interea dũ his incõmodis mulctati direq; addicti seruituti in Albione Romanis sub legatis afficerẽtur, Scoti vagi & extorres ꝓcul a patria, alienis regnis, alii cũ vxoribus & liberis degebant, manuaria arte victũ quęritãtes, alii variis orbis partibus, egregiis merebant sub ducibus. Ethodius Eugenii germanus, quẽ in Daniã concessisse, Maximi legati iussu memorauimus, a Danorũ rege cũ multa acceptus beneuolentia, cũ eo a quo & regionis cuiusdã Danicę, magistratu donatus erat, aliquot annos permansit: vbi ex vxore ab Albione sequuta, filiũ suscepit Erthum. Genuit is post patris interitũ ex Rocha nobili Danica fœmina Rorichi maximi secundũ regẽ inter Danos principis filia, quã sibi matrimonio copulauerat, Ferguſiũ Scotorum regni (vti suo referetur loco) resti-

tutorem. Is Fergusius prima pubertate, quũ vndiq; per Scythiã, Sarmatiã, & Germaniã magnus ad Romanũ imperiũ, fatis illud ad exitium trahentibus exterminandũ fieret delectus (omnibus etenĩ mortalibus tum erat exosum) Danorũ regis suasu, ad militiam script9, ad Alaricum Gothorũ regem (huic summa rei in ea expeditiõe oĩm consensu erat demandata) lecta cũ manu ex Danica, suaq; gẽte qui illis in locis exulabãt, est profectus: idcirco grauissimo in Romanos excandescens odio ꝙ maiores suos vniuersa cum Scotorũ gente, aut bello occidissent: aut paternis sedibus pulsos, peregrino solo exulare coegissent. Cæterum post multa prælia varia fortuna cũ Romanis gesta, clades vtrinq; acceptas, Radagaso Scytha inter precipuos Gothorũ Scytharũq; duces numerato, ingenti cũ populi multitudine cæso, Romanis opibus omnibus malis tandẽ fatigatis fractisq;, Roma ipsa a Gothis ad quos iclinauerat fortuna, Alarico duce, obsideri est cœpta. Pertulere Romani, hostilibus armis, & domestica inedia pœne cõfecti aliquãdiu obsidionẽ. Estq; interim, tanta rerũ oĩm inopia laboratũ, vt ne ab humanis quidẽ carnibus, nedũ a cætera ciborũ obscœnitate abstinuerit miserabilis ciuitas. Heret vox (inquit Hieronymus) & verba singultus intercipit. Capitur Vrbs que totũ cepit orbem: immo fame prius perit ꝙ̃ gladio: & vix pauci qui caperentur, reperti sunt. Ad infandos cibos erupit esurientium rabies, & sua inuicẽ membra laniarunt. Dum mater non parcit filio, & recipit vtero, quẽ nuper effuderat. Est autem Roma expugnata Gothorum armis: captaq; primo die mensis Aprilis: Anno ab eo quo Romulus eã condidit, millesimo cẽtesimo quartoq; & sexagesimo: humane vero salutis, duodecimo ac quadringẽtesimo. Capta vrbe Alarici regis edicto, in vniuersum a cæde abstinuere Gothi: & a templis, principũ apostolorum violandis. Vnde mortaliũ cõplures, ad templa confugientiũ eorũ maiestate sunt seruati: direpta aũt Roma Gothorum feritate olim gẽtium domina, detractaq; inde spolia ex oĩ terra quesita, haud ex equo, sed Gothorum instituto, pensatis militantium meritis, sunt diuisa. Ferũt præter sacra quedam vasa, multãq; & preciosam supellectilem, arcã quandã libris refertam, Fergusio militari ꝓ instituto sorti obuenisse: eumq; (quo numine motũ incertum est) incredibili diligentia eandem seruasse: & in Hebrides secum, post multos cum Gothis in Italia labores, per Germaniã deportasse intactã: locasseq; tandem in Iona insula, ædibus ad tam celebria (vt rebat) monumẽta, simul cũ sue gentis egregie gestis: delectis ad id opus ꝓbatis scriptoribus, in codices redactis, perpetuo seruanda, diligenti opera constructis. Asseuerant quidam, vti ipsi frequẽtius audiuim9,

Æneã Syluiũ virũ literis deditiſſimũ, q̃ poſtea ſumm9 põtifex crea
tus, Pii ſecũdi nomẽ tulit: dum in Scotia ad Iacobũ primũ regẽ Eu-
genii quarti, Romani pontificis iuſſu legatione fungeretur, horũ fa
ma motũ in Hebrides ad Ionã traiicere deſtinaſſe: explorãdi animo,
ſi q̃d illic Titi Liuii Patauini Decadũ, quas bella, efferatorũq; imma 45
nitas (Plus eñi bella poſſunt in rebus memoria digiſſimis extermi-
nandis q̃ vetuſtas) in Italia abſumpſerant, inuenire poſſit: ſubitaria
autẽ regis morte, rebus in Scotia vndiq; turbatis, quũ tam difficile
ac laborioſum iter, impacatam per regionẽ, multis ſine ducibus per
agere nequiuiſſet ꝓpoſito deſtitiſſe. Cęterũ qui ſint libri, in Iona in- 50
ſula, fama adeo celebrati, ac quibus de rebus cõſcripti, explorandi ꝓ
uinciam ſumẽtes apud piorũ loci illius cœtũ, nũcio tertiũ cõpellatũ
opera maxime nobilis ac eruditi viri Ioãnis Campibelli, a regiis the
ſauris, tandẽ obtinuimus, vt antiqui codices, qui quinq; illic, Roma-
nis characteribus eſſent exarati ad nos, fideli nuncio Aberdoniã de- 55
ferrentur. Ergo anno Chriſtiano, quinto ſupra milleſimũ quingẽteſi
mũ ac viceſimũ, vetuſtiſſima quædã codicũ ac paucula fragmenta,
quorũ vix aliquod palmę ſuperabat magnitudinẽ, dura & inflexibi-
li pœne mẽbrana, mira arte ac diligentia, vti ex characterũ elegãtia
facile dignoſcitur conſcripta, vetuſtate vel cuſtodum potius incuria 60
adeo eroſa, vt vix decimũ quodq; verbũ legere poſſis, recepi. Verum
ſiue ii libri quorum ea cęteris partibus conſumptis, ſunt fragmen-
ta, illic aut in Albione ſint ſcripti: ſiue peregrinis ex locis illuc dela-
ti (neutrũ eñi perſpicue cognitũ habemus) Romano more, Roma-
nis de rebus conſcripti, vno oĩm qui ea viderũt iudicio Salluſtianã, 65
potius q̃ Liuianã redolere eloquentiam cenſent. Allata & ad me eſt
eodẽ nuncio, Veremũdi, Archidiaconi olim ſancti Andreę de noſtris
rebus, & ſi rudi quadã vetuſtate, cõſcripta hiſtoria, a Scotorũ gentis
origine vſq; ad Malcolmũ Cãmor regẽ, abũde oĩa complectẽs. Quẽ
authorem, & optimi ſimul antiſtitis VVillelmi ab Elphinſcuñ veſti 70
giis inhęrentes (nam & is in noſtra hiſtoria ſcribenda Veremũdum
diligẽtiſſime eſt imitatus) quatenus authoribus maxime ꝓbatis cõ
ſentiẽs, rẽ noſtrã fideliſſime videt̃ recitaſſe: in hoc qualicũq; ope vt
facile eſt videre, ꝓ virili noſtra ſumus inſequuti. Sed ad hiſtoriã cœ-
ptã redeundum. Ferguſius Erthi filius cum Alarico rege, Roma, 75
triduo q̃ Gothi ea ſunt potiti digreſſus, Campaniæ, Lucaniæ, Bruto
rumq; populationi interfuit. Conatuſq; in Siciliam Alarici iuſſu, cũ
militibus tranſfretare, medio tranſmiſſu, nauibus quibuſdam freto
amiſſis, vix euadens periculum in Italiam aduerſa tempeſtate ægre
eſt relatus. vbi Alarico fatis ſublato, Athaulpho, a Gothis in eius lo 80

1 cum creato regi adhęrens eidẽ charissimus est effectus. Et omni Italia a Gothis peruagata: ipse Fergusius præda diues, ab Athaulpho rege dimissus, cum lectis e sua Danorumq; gente militibus, in Daniam magnis itineribus est reuersus. Fuere hoc tẽpore aut certe non
5 multum ab eo diuerso viri ingenio clari Claudiauus poetã, Ægyptius genere, multa scitu dignissima, & inter ea nõnulla nostræ gentis egregie gesta, suis poematibus complexus. Apollinaris Laodiensis, hæreticorum, præcipue quos porphiriana labes infecerat, acerrimus insectator. Martinus Turonensium in Gallia antistes, Panno-
10 nius genere, vir eximiæ sanctitatis, opinione clarus. Brictius item & ipse Turonensium episcopus, compluribus cum aliis veræ pietatis cõfessoribus. Et inter nr̃os Ninianus episcopus sanctitate & miraculis clarissimus, ac Casę Candidę pontificalis in Galdia sedis primus institutor: vbi & ædem condidit diuo Martino suo auunculo sacrã.
15 Scotorum videlicet Pictorum, Britonumq; doctor & pædonomus non vulgaris, & eo nomine omnibus qui Albionem incolũt vel hac nostra ætate in multa veneratione habitus. Sed omnium maximi & insigni sanctitate clarissimi. Ambrosius Mediolanensium antistes, & Aurelius Augustinus Ambrosii fide & baptismate filius. Instituit
20 is clericorum dogma: id professi viri quos hodie canonicos regulares vulgo dicimus, in familiam non incelebrem, breui euadẽtes, multa per orbem cœnobia insignia (quas Abbatias vocant) regum ac principum opera, magnifice structa, ac dotata, sunt sortiti. Ex hac familia, præter viros innumerabiles pœne sanctitate claros & doctri-
25 na insignes, antistitesq; egregios numero complures, triginta quot ex nulla alia, Romani processere pontifices. Idem dogma sequũtur Eremitani ab eremo: vnde in Vrbes Augustino authore sunt acciti, nomẽclaturã sortiti: familia iam inter christianę pietatis ordines, sanctorum eruditorũq; celebritate, & numero nulla pœne inferior. Mi-
30 rum est quantum eremitanorum rem creuisse (etsi frequenter ethnicorum iniuria fuerit afflicta) probati authores scripserint: vt eorum sint in Europa hoc tempore trecenta supra duo milia cœnobia. præter quæ in Africa, vbi institutum hoc initium habuit, atq; in ea Æthiopia quæ supra Ægyptum est, constat esse compluria: initiato-
35 rum vero tot vt certus numerus iniri non posset. Neq; tamen Aurelius ipse plus his religiosis dogmatibus, institutisq;, q̃ multa eruditione, in omniũ pœne disciplinarũ genere, quibus a pueritia institutus erat, doctorum classicorum aquila est habitus: quippe qui vix viginti annos natus, Rhetoricam professus est Carthagini, Mathe-
40 maticas inde disciplinas & philosophicas per se legens adeptus,

Romę primũ,Mediolani inde docuit. vbi ab Ambroſio loci antiſti-
te,manicheorum hęreſim,qua ab initio fuerat corruptus deteſtatus,
baptiſmatiſq; lauachrũ aſſequut9,vere pietati ſeſe addixit.In qua di
ligenti ſupra communem hominum facultatem opera, tantũ profe-
cit ad chriſtianæ fidei commodum, vt plus q̃ centum hæreticorum 45
ſectæ (Poſſidonio authore) ab eo fuerint expugnatæ . Scripſit le-
gitq; tot volumina, quot vnius hominis ætas ſcribendis legendiſq;
haud ſufficere videtur.Quæ vero ſacra in diſciplina ad poſteros ſcri
pta tranſmiſit,tanta veneratione tantaq; authoritate ſunt habita, vt
theologi ii qui in ſcholaſtica diſciplina verſantur, in eius ſententias 50
laudeſq;, omnibus viribus neruos ſuos intendant . Septuagenarius
ad ſuperos tranſmigrauit,quadrageſimo anno q̃ fuerat Hipponen-
ſis eccleſiæ antiſtes declaratus:ſeptimo videlicet Theodoſii iunioris
anno . Vixerunt etiam circa idem tempus , ſed paulo maiores æta-
te, Baſilius Cæſarienſis epiſcopus, monachorum dogmatis inſtitu- 55
tor. Tradidit ille multa docte ac pie ſcripta,ad chriſtianę religionis
decus & augmentum non parum conducẽtia.Cyrillus item hieroſo
lymitanorũ antiſtes,qui multa incommoda ab Arrianis paſſus, po-
ſtremo æmulorum victor, exitum ſanctiſſimo viro dignum eſt aſſe-
quutus.Hieronymus præterea presbyter, ſupremi ordinis eccleſia- 60
ſtici antiſtes:qui multa ſcripſit ad fidei chriſtianæ vſum.Fecit Biblia
ex hebraico ſermone latina:traduxit varia eccleſiaſtica volumina,ex
chaldaica græcaq; linguis in Romanam . Huius ſcripta, Damaſus
papa recepit,illuſtrauit,magnamq; eis tribuit authoritatem:vt in ec
cleſiis legerentur,pie ac ſancte cõſtituẽs. Sed ad Scotorum hiſtorię 65
enarrationem,vnde longiori fortaſſis diuerticulo q̃ inſtitutę rei par
eſt,diuorum Auguſtini,atq; Hieronymi cauſa digreſſi ſumus,redeũ
dum. Pictorũ gẽs,Romanorũ iniuriis (vt dicere cœpimus)indies
magis ſeruitio adacta, omnia ſua in peius abire cernentes, longa &
importabili ſeruitute fatigati,ſecretis nunciis cũ Scotis, qui in He- 70
bridibus,Norvvegia:aliiſq; orbis regionibus, extorres procul a pa-
tria agebant,de ipſorum in Albionẽ reditu,regniq; eorum reſtitutio
ne,deq; iniuriis Romanorũ vindicandis,agũt:magno polliciti ſacra
mento,aut Scotorũ regnũ reſtituendũ ſua opera,aut ſeſe bello con-
tra Romanos Britoneſq;,ad vnũ mortẽ oppetituros.Accepto Fergu 75
ſius eo nuncio in Dania negocio cum loci rege cõicato,Mittit illico
in Norvvegiã in Orcades,Hebrides & Hiberniã exploratũ,quo in
ſe eſſent aĩo,q in illis exulabant locis.Quũq; cõperiſſet vnũ cũctorũ
cõſenſũ,reſtituẽdi in Albiõe Scotoꝝ regni,vindicãdęq; quã a Roma
nis accepãt iniurię, in Britones Ro.q; ꝑtim ſuis,ꝑtim Danoꝝ regis 80

impensis, auo opulentissimo illius regni, etiam præbente sumptus, ingentẽ tum militum, tum nauiũ vim cõparauit, cõsilio Albionis ad auitum regnum recuperandũ adeundę. Inter hęc Gratianus Britannici sanguinis vir, Martio legato Romanorum cum eo cõtra fidem sacramenti consentiente, tyrannidẽ in Britannia occupauit. Sed horũ motus vtroq; ab altero subitaria seditione interfecto, breui est sædatus. Tum Romani milites infœlicem casum ęgerrime ferẽtes, ne sine duce essent in Britãnia, Constantinũ, Honorii Imperatoris authoritate haud expectata, in Martii locũ sufficiunt: Virum nõ genere, nõ militia clarũ, & in quo nihil pręter nomẽ sequuti videri potuerint. Traiecit is purpurã indutus, in Galliã cũ exercitu, Vandalorũ ac Sueuorum iniuriæ patentem, prouincię (si posset) animo occupãdę: vbi a Cõstãtio viro nobili ac strenuo Honorii Imperatoris comite fidissimo, superatus interficit. Victorinus alter in Britannia legatus, Martio ac Cõstantino tyrãnis sublatis, Eboraco profectus, Londinũ mouit: Britanniã pręsidiis Romanis pœne nudã (transmiserat eñ exercitus, paulo ante cũ Constantino in Galliã) ne & ipsa barbarorũ, iã tum vndiq; Romanũ imperiũ armis lacessentiũ sentiret iniuriam, in Honorii fidem continere plurimũ annixus. Erexit ea res Pictis animũ in melioris fortunę spem, habentibus ꝑsuasum: quũ viderent Britãnos, extrema Victorini opera & diligentia, vix in Romana fide perstantes, Scoticarũ viriũ accessione, facilius amissam libertatem posse vindicare. Frequẽtibus ergo legationibus Fergusiũ certiorẽ faciunt, quo in statu res essent Britannicę: Martiũ legatum ob suam ipsius perfidiã per seditionem cęsum. Constantinũ sordidi generis virum, in Martii locum suffectũ, eundẽ purpurã indutũ cũ valida manu pręsidiorum quę in Britannia erãt, in Galliam traiecisse: ibi ob tentatã tyrannidẽ a Constantio oppressum: Victorinũ relicto Eboraco, magna cum exercitus parte, ingressum Londinũ: ibi Britãnos ęgre in fide continere: opportunũ itaq; tẽpus instare, Scotorum regni sine magno recipiendi negocio: precari ergo in Albionem q̃ primum transmittat: Pictorum viribus cõtra hostes pro Scotorum salute ad internicionẽ vsq; certa iurataq; fide, si opus foret, bello vsurus. His Pictorum legationibus, sed magis auiti regni restituendi studio ꝓmotus Fergusius, haud etiã ignarus iã tũ iusta numinis ira Pictos ꝑfidię dedisse pœnas, oĩbus quæ nauigãtibus epibatisq; vsui forẽt cõparatis, e Dania multis cum copiis soluit: atq; octaua die in Morauię ęstuariũ, fœlici traiectu delatus, copias oẽs in terrã exposuit. Fama eius in Albionẽ aduẽtus effecit, vt quicũq; Scotici essent nõis, in Hibernia, Hebridib9, Orcadib9, illuc citato cursu cõuenirẽt

cum coniugibus & liberis, veluti iã victis pulsisq; hostibus in natali
solo, vlla sine iniuria perpetuo essent permansuri: per quorũ aduẽtũ
magna libertatis spes Pictorũ etiam genti affulsit. Cõuenerunt itaq;
freq̃tes Pictorũ maiores, ad Fergusiũ ipsi gratulaturi, q charitate
in patriam ductus, ad Scotorũ regnum restituendum, & ex illo ho- 45
stes infestissimos exigẽdos sub brumã: quũ nauigationẽ peritissimi
vetarent naucleri, cõtẽptis maris periculis, in Albionẽ transmiserit.
Suppliciter deinde precati, vt veterum iniuriarũ oblitus, oẽm inter
populos (quando id sua opera facile consequi posset) simultates ex
tingueret: fœdus denuo iniret cum Pictis, quascũq; pacis cõditiones 50
daret libenter accepturis: facturisq; quæcũq; imperasset. Superioris
belli qđ cum Eugenio rege Heirgustus gesserat, culpam in eorũ ma
iores, nõ in ipsos coniiceret: qui nec Romanorũ perfidiã experti, nec
quantũ mali impiũ cum amicis bellũ, sacris ruptis fœderibus affer-
ret, blandis Romanorũ ac Britonũ suasionibus, quibus fraudẽ sub- 55
esse, modo permisissent fata, facile intelligere potuissent, seducti: dũ
pro Pictorũ publica salute, dimicare se existimassent, duram sibi pe-
perere seruitutem: pœnas iam dignas luisse impietatis: vsqueadeo vt
oẽm mortẽ superbissimo Romanorũ imperio, cui subacti dira serui
tute indies aucta, nouisq; excogitatis suppliciis pmebantur, antepo- 60
nendã ducerent. Ad ea ex maiorum cõsensu respõdit Fergusius se p
genitorũ more, rebus pensatis cum Pictorum gẽte fœdus inire velle
conditionibus quibus & illi quõdam astricti fuerant: atq; in aciẽ cõ-
tra Romanos & Britones, veteres ac perpetuos hostes, acceptæ iniu
riæ vlciscendæ causa descensurum, & cum hoste cõmuni pro cõmu- 65
ni salute ad extremũ decertaturum, modo Picti, agris Scotorum gẽ
ti summa fraude & perfidia adẽptis, cũ omnibus fortunis, liberis &
cõiugibus vltro excedere voluerint. Quod aũt ad veterem iniuriam
attineret, satis pœnarũ Pictos dei perfidię vltoris iustissimi ira, iã de
disse: quando suis regionibus spoliati, & veluti ignaua mancipia, ad 70
vilissima seruitia in aliena regna deportati oẽ seruitutis gen9, subi
re coacti fuissent. Hęc Pictis vehementer placuere. Nec multo dein-
de interlapso tempore, Pictorũ rege ad famã Fergusiani aduẽtus in
Albionẽ, nuper creato hospitaliter cum Fergusio congresso, fœdus
veteribus conditionibus inter populos & reges, magno vtrinq; ad- 75
hibito sacramẽto est sancitũ. Hæc vbi acta, vt eo fœdere cautũ erat,
regiones vnde Scoti Romanis armis fuerant eiecti, eisdem sunt resti
tutę: ductus Fergusius celebri comitatu in Argatheliã & illic in aui
to solio & fatali marmore insidens, pompa solita rex ab omnibus est
salutatus. Fuit annus hic ab eo quo Scoti Romanis armis Albione 80

fuerant eiecti, quartus alii quintũ volunt supra quadragesimũ, sacratissimi virginei partus quadringẽtesimus vicesimus secundus, a prima Scotorũ regni conditione quintus supra septingentesimũ quinquagesimũ Honorio imperatori Romano, duodeuigesimus. Munitiones quas Picti in Scotorum regionibus tenuerant, Scotis sunt restitutę: Reliquę ab Romanis pręsidiis magnaq; vi defensę. Eas tamẽ Scoti, Romanis militibus longa inedia, multaq; armorũ vi & omnibus belli incõmodis tandẽ fractis, ad deditionẽ cõpulere. Fergusius autẽ rex q in præsidiis erant milites, receptis munitionibus, nihil hostile in eos vsus, liberos abire permisit. Victorinus legatus, ad horũ nunciũ vehementer permotus, accitis vndiq; copiis Eboracum multa festinatione contendit. Eo vbi peruenisset, ac per caduceatorẽ multis ac variis donariis pollicitationibusq; Pictos a Scotorũ societate diuellere frustra fuisset annixus, Pictos veluti perfidos, periuros, & omni humana societate indignos execratus, vtriq; genti, apertam inferre vim bello est aggressus. Irrupit ergo, cũ exercitu in hosticum Victorinus: quinquaginta eũ milia sub signis eo temporis habuisse ferũt, peragratisq; Eboracensi agro, Candalia, Ordolucia, Deera & Pithlandia, haud procul a Cameloduno cum copiis consedit. Fergusius, Romanorum aduentus in Pithlãdiã certior factus (nam & ipse cum Pictorum rege ingentem hominũ vim cõtraxerat) Phortea vbi amnis est superato. Nocturno itinere ad hostiũ castra mouit: sub dubiam lucem consilio eos prælio aggrediendi. Romani Victorini imperio, quem hostium pręcogitata haud latuere, tertia vigilia sese ad pugnam expediuere. In locis Caronę fluuio vicinis non tam viribus, q̃ infestis animis, nullo quod ad atrocitatem attinere diceres prætermisso, est inde conflictum. Fuit itaq; prælium ab initio cruentum, tãta vis hominũ confecta, ac deiecta in Caronam, vt amnis longo tractu sanguine rubens humanis mixtim cadaueribus, fluere videretur. cædes demum edita, quantam vix antea maiores viderint. Eratq; ad hæc Mars anceps, quum imber ingens grandine mixtus, vtrãq; aciẽ ita turbatã vt vix milites socios agnouerint: pugnaq; defessam magis q̃ satiatam ab altera diremit. Fuit ea pugna vtrisq; decertãtium funesta adeo, vt aliquot exinde annos, vtrinq; pręlio sit cessatum. Postero die, Romanus dux quum acies fuissent instruendę, afflictarum rerum sibi conscius, exercitum male affectum in Cantium reduxit. Præsidiis in Pithlandia ad prouinciæ tutamen cõtra hostes relictis. Confœderati reges Scotorum Pictorumq; militibus qui cladi super fuerunt dimissis domum, in reparando bello vehementer occupati, quum nequiuissent inuenire, longa meditatione, qua vi aut arte Ro-

manos expugnare poſſent, viribus adeo attriti, quas tenebant regio
nes tutandas, omniaq; alia ad ſecundiores res ſeruanda ſtatuentes,
omiſſo bello, de libertate tutãda, de hoſtium vitandis iniuriis, popu
loq; bellicis formando inſtitutis, cogitare cœperunt: factis in Otili-
nia & in Argathelia ad id conſeſſibus. Cęterũ quũ Pictorum gẽs co 45
pioſior longe eſſet, q̃ vt eam Horeſtia, Otolinia, Vicomagia, Ster-
mondia, Vallis Herna, ac inferior Calidonia capere poſſent (nã cæ
teris regionibus Romana arma eos ſpoliauerant) permiſſum eſt vt
Atholiã cum vicinis agris extra Grampiũ montem incolerẽt: donec
ſecundioribus fatis, impie adẽptas regiones reciperẽt. Creuit breui, 50
Pictorum populus mirum in modũ in Atholia, regionem & agros
in vicinia arcibus, munitionib9, caſtelliſq; plurimũ ornãtes. Hi ſunt
(vt arbitrãtur pleriq;) quos Beda, Veremũdus, aliiq; nõnulli autho
res probati Picticarum rerum ſcriptores, Pictos tranſmontanos ap-
pellitant. Tametſi nõ deſint Pictos eos vltramontanos definientes, 55
qui vltra Pithlandię montes olim ſedes habuere. Inter hęc Victori-
nus mandat edicto Britonibus vallũ ab Abircorneth longo itinere
ad Cludę amnis oſtia ductũ palis ſudibuſq; ſummę operis parti ap-
poſitis, dudũ incœptum, diligenti opera conſummare: vt illud Brito
nibus & Romanis contra Scotorum Pictorumq; incurſiones, præſi 60
dio foret. Acciti vndiq; ad opus artifices, adhibitis militibus qui eos
ab hoſtiũ iniuria tutarẽtur: turmis ex Scotis & Pictis gregarie col-
lectis, duce viro nobili Graimo Ferguſii regis ſocero petiti: magna
ſtrage ſimul cum ipſis præſidiis ſunt oppreſſi. Magna præda pecu-
dum, atq; hominum eſt e proximis Britonum prouinciis in Scotorũ 65
Pictorumq; agros abacta. Erat Graimus vti Veremundus prodidit,
Algonę gentis, celebri ex familia oriundus: in Dania, quum Scoto-
rum nobiles haud pauci ibi exularent, Scoto patre & nobili Dana
fœmina prognatus. Duxit is eiuſdem ſanguinis virginem, inſignem
genere. Ex ea prolem fœminini ſexus ſuſcepit: quã Danorũ rege ſua 70
dente ꝙ neceſſitudine quadam ſibi fuerat coniuncta, Ferguſius ma-
trimonio ſibi copulauit. Eo ex connubio paulo anteq̃ veniſſet in Al-
bionem, Ferguſio ſunt tres filii ꝓgnati. Eugenius Dongarus & Cõ
ſtantius de quibus ſuo loco ſequetur enarratio. Alii cõtendunt Grai
mũ Britannici ſanguinis virum fuiſſe, Romanorũ inſidias declinan- 75
tem: apud Scotos primum, in Dania deinde in Albione ſponte exu-
laſſe, ꝙ ſuperbe auareq; eos diceret victis imperitare. Sed vndeunde
fuerit, ingentis ſpiritus virum & bello & pace egregiũ, Romaniſq;
& Britonibus ſemper infenſum fuiſſe noſtris ex ſcriptoribus ſatis cõ
ſtat. Aſſeuerant nonnulli, familiam inter noſtrates, vel hoc noſtro 80

quo haud ignobilẽ Graim cognomine, ab hoc viro exordiũ habuiſ-
ſe. Britones iã dicta clade, Scotorũ Pictorũq; armis miſerabiliter af-
flicti aliquot exinde annos, ſua ęgre tuẽtes opus denuo tentare non
erãt auſi. Cõfluxere interea, pmulti Scotorum ex Hiſpania, Gallia,
Germania, & Italia, q variis ſub ducibus pſeuerãte exilio meruerãt,
ad Ferguſiũ in Albionẽ, patrię charitate, reſtituẽdęq; priſtinę liber-
tatis deſiderio cõmoti: quando tẽpus ad id aſſequendũ opportunum
eſſe proſpexiſſent: tot tyrãnis, tot gẽtibus & populis, vndiq; Roma
num labefactantibus imperiũ. Horũ opera vſus rex Ferguſius in Si
luriã irrupit regionem populabundus. Affuit illico Romanus exer-
citus, cum quo Scoti congreſſi, haud minorem cladem accepere q̃
intuliſſent. Ergo Siluriam linquere coacti, ne reparato auctoq; Ro-
mano exercitu, duriora ſentirent, copiis ſolutis, Ferguſius per Belgo
niam in Argatheliam concedens hyemauit. Fuere qui ſuaderent ſe-
quuta æſtate, cum Victorino, quem iam acceperant in Galdiam ve-
niſſe, pugna congrediendũ: vltimãq; in bello potius experiendã for-
tunã, q̃ ab impiis hoſtibus tot tãtiſq; iniuriis iugiter affici. Aliis con
tra, haud temere cum Romanis quibuſcum dudum bis infœliciter
dimicaſſent, manus conſerendas cẽſentibus. Cunctãdumq; potius &
vires bello fractas belli intermiſſione firmandas, ne tertium pugna
afflicti, non poſſint non patere iniuriæ. Victorinum Romanorũ re-
bus diligentiore lance penſitatis, quibus iniuriis vbiq; per orbẽ ſint
obnoxię, haud poſſe diu pmanere in Britãnia: foreq; Romani impe-
rii maieſtate apertiſſime declinante, vt eo cũ Romanis copiis præſi-
diiſq;, fugiẽti ſimillimo, Britãnia excedẽte, Scoti ac Picti, veterib9 re
gionibus ereptis, res ſuas ſine magno diſcrimine in priſtinam digni
tatẽ reſtituant. Id fata humanarum rerum ſucceſſibus, non tam Al-
bianis, q̃ cæteris orbis ciuitatibus & populis, Romano ſubactis im-
perio iam certo indicio promittere. Placuit ſentẽtia, eãq; ſequuti no-
ſtrates, icurſus in Romãos & Britones, in Romana fide pſtãtes quo
tidie faciẽtes ab iuſto & apto Marte abſtinuerũt. Eſtq; paulo poſt Vi
ctorinus, inimicorũ ſuſurris capitaliũ apud Honoriũ Romanũ prin
cipẽ accuſatus: quaſi res nouas molitus, ad tyrãnidẽ animũ adieciſ-
ſet. Vnde multis incuſſa extitit ſuſpitio, imperatorem Romani exer
citus in Britannia imperium ei abrogaturum. Huius rei fama effe-
cit, vt Victorinus primũ occulta fuga ſe Britãnia ſubſtrahẽdi alioq;
cõferendi ad Romanę reipublicę hoſtes, ſecreta q̃dã ageret conſilia.
Sed militũ qb9 chariſſimũ magnis ſe reddiderat largitiõib9 impul
ſu, Cęſaris opib9 cõtẽptis, violato fidei ſacramẽto, tyrãnidẽ vix a ſe
pcogitatã, occupat. Veſtẽq; purpureã indutus, incredibili militũ fa-

uore, imperator est salutatus. hos motus in Honorium Augustum, insulanorum quidam sequuti, Victorino vti summo imperatori libē tes parebant. Alii turbam declinantes, inito occulto consilio cū Dionetho Octauii Britonū regis (de quo antea est significatū) filio (nā aliquot annis priusq̄ hæc fierent is humanis excesserat) de re Britā 45 nica occupanda, pulsis inde Romanis, agebant: eoq; tandē res processit, vt Britanni aperte Romanorum auersarentur cōmilitiū. Spectabat iam tū res in Britānia ad perniciosam seditionē. Quādo Honorius princeps, consilio motibus in Britannia occurrēdi, Heraclianū virum consularem, cū valida classe in Britanniā misit. Sub cuius 50 appulsum, territi, qui Victorinū fecerāt imperatorē, quū rari vel Romani exercitus ei9 partes sequerētur, vt Honorio Heraclianoq; gratificarēt, subitaria ducti (vt simulabāt) pœnitētia, Victorinū purpura exutū, captū ad Heraclianū ducūt. Sunt & alii quidam, in vinculis ducti cū Victorino ad nouū legatū: vtpote q tyrāni partibus ipē 55 sius fauerāt. Hi oēs haud multo post tēpore, dānati & ad Honoriū tracti capitalē accepere sentētiā. Ita Heraclianus, Britānico exercitu recepto, insulā in Honorii fide retinuit. Nec diutius Heraclianus in Britānia moratus, ab Honorio est accitus, vt copiis p̄fectus in Africā, ad Athali tyranni motus comprimendos traiiceret. Relicto in 60 Britānia qui exercitui præesset, ad prouinciȩ tutamen, Placido, viro hebeti ingenio, & illiberali, nec satis ad publicas administrationes idoneo. Fergusius cōperto qs esset Placidus legatus, q̄ inepto ad res magnas ingenio: ratus sese tēpus p occasionē nactū, regionū quas vi Romana tenebāt arma, recuperādarū, quū Durstū tertiū Pictoꝝ re- 65 gē ad arma cōtra Romanos ex fœdere cōcitasset, ingēti cōtracta hominū multitudine, in Siluriā copias ducit. Affuere Pictorū turmȩ ad cōmilitiū cū Scotis: ꝓuagatiq; cōfœderati ppl̄i, Siluriā & inde Galdiā, fœda strage vniuersos Romano noī audiētes reptos inuentosq; oppresserūt, oiq; p hæc metu discusso, i Pithlādiā reuersi, regionē cū 70 Deera & Ordolucia armis subigūt, & a subacta Romanos ac Britones magna vi ꝓhibēt. Porro Placidus legat9, vrgētib9 hoꝝ nūciis, cū numerosis copiis ex Britānia in Pithlādiā ꝑtēdit. Nec Scoti & Picti veniētis occursum detractāt: qn pugna ferociter cōgressi, missilibus primum immissis in hostes, deinde gladiis, lanceis ac præliari- 75 bus, suas partes tueri, magna vi sunt conati. Fusus Romanus equitatus, mox legiones equitū prȩsidiis nudatæ, sagittis pœne obrutȩ, solutȩ atq; versæ in fugam, hostibus lȩtam parauere victoriam. Tetra cȩdes fugientium est edita. Placidus aūt fuga vix seruatus Eboracū cum manipulis quibusdam, ad eius custodiam adhibitis, concessit. 80

Scoti & Picti, populi confœderati, præsenti tumētes successu in Britanniam ducere, atq; Eboracū obsidione cingere cogitarunt. At effractæ vires, & male affectus exercitus ipsos a proposito coegit diuertere. Placidus non tā hac infœlici pugna, q̄ multis & aliis cladibus, quib9 Romana res barbaris armis in Germania, Gallia, Hispania, Italia, & Africa fuerat afflicta permotus, veritus ne Britannia, si forte rebellio aliqua exurgeret, penitus amitteretur: ipseq; & Romani milites, ludibrio habiti vltima cogerentur obire: cœpit de ineunda pace amicitiaq; iungenda agere, cum Scotorum Pictorumq; confœderatis regibus. Nec multo inde post tempore, icto fœdere inter Scotos Pictos atq; Romanos, pax certis conditionibus conuenit: vt Scoti & Picti veteres suas sedes reciperent tenerentq;. Alias non inuaderent. Neu in Romanas prouincias deinceps irrumperēt. Romani contenti Britannicis agris finem facerent, belli Scotis Pictisq; inferendi. Secūdum hęc Scoti ac Picti, post veteres suas regiones receptas, Britonibus inde libere abscedētibus, ocium nacti, pristināq; libertatem, vt maiorum ritibus populus institueretur aboletis seruitutis conditionibus, quibus Picti suapte culpa, Romanis subacti dure pressi fuerant, exactam omnes adhibuere diligentiam. Fergusius Scotis, qui redierant in patriam, & auxiliaribus conductitiisq; militibus, qui illuc secum venerant, in Albione subsidere volentibus (cęteris dimissis domū) vt in vnam gentem cum suis coalescerent, agros prędia ac regiones, quibus considerent transcripsit. Harum tum primū nomina cœpta sunt mutari: iis quę olim a veteribus populi ducibus, Fergusio primo Scotorum rege authore fuerant sortitæ aboletis, & noua, aut a nouis populis, aut ducibus aliquove lacu insigni, promontorio fluuio, valle, aut alia quauis ratione multitudinis opera, temporis tractu sunt introducta. Hinc Cornana Scotorū regio in vltimo Albionis recessu a Catho insigni populi duce, Nessoq; ꝓmontorio eminēte nouum nomē veteri abolito, Cathanessiam accepit. dedere & Rosii milites ab Hibernia acciti auxiliares, ad Scotorꝫ regnū recuperandū, nā & hac nostra ætate eodē noīe populus q̄dam in Hibernia insignit, Lugię regioni, cui9 incolarū maximā ꝑtē Romano bello recēsclades absūpserat, Rossiā ad nostra vsq; tēpora nomē. Maritimā Thezalię partē, a vectigali q̄d regiis ꝓcuratorib9 ab incolis in ānos pēdi solitū erat, quum gregū multitudine abūdaret, Buthquhaniā nomē accepisse ferūt. Est etem̄ quhain, prisca Scotorū ligua vectigal, buth ouiū collectio. Alterā Thezalię ꝑtē, vallē frumēti, graminūq; ad armētorꝫ pabulū admodū feracē, a Boga fluuio mediā eā ꝑcurrēte Bogæuallē accepim9 noiatā, Louthquhabrie a lacu

in quem Quhabria amnis perfluit, Salmonum copia insignis nomẽ loco incolę dedere. Haud dissimilibus causis, multis in locis secuta nominũ cõmutatio: quorũ omniũ rationes parũ habemus cõpertas. Quarũdã vero regionũ, prisca nomina, ad nostrã ętatẽ vsq; peruenere non mutata: vt Atholia & Morauia. Aliarũ aũt prima ab institutione paulũ deuia: vti pro Argathelia, Argadiã, ꝓ Galdia Gallouidiã, pro Marthea Marriam, nostra ætas accepit. Restituit & Fergusius, tẽpla diruta aut populi defectu neglecta, sacris ministris ad dei cultum, sacerdotiis donatis. Qui exularant monachos, reduces mira charitate amplexus, vt populũ vera imbuerent pietate, structis ad id patrio ritu, cellulis quibusdam, ad vitæ necessaria prædiis donauit. Ionæ (de hac insula affatim est dictum supra) Abbatiam condidit vbi Scotorũ regũ deinceps voluit esse sepulchrum. Institutis sepulchralibus quibusdam religiosis, ceremoniis in regũ funeratione peragendis: impensis ad sumptus e vicinis agris insulisq; tributis. Nec tam religiosis q̃ vrbanis reb9 clarus ad posteros deferri cupidus, arces ac munitiones: pręsertim Britonib9 proximas, aut vetustate, aut hostiũ vi mœnibus quassatis concussisve, gnauiter absq; impensarũ parsimonia reparauit: in quibus etiã emeritos milites locauit in præsidiis, publico sumptu ad vitæ exitum permansuros. Cæterum dum Fergusius rex, regnũ & gentem, in veterem dignitatem, tot tamq; variis & aduersis fortunę voluminibus iactatam magnis laboribus restituere conaretur, Honorio imperatore mortuo, Valentinianũ tertiũ Constantii ex Placidia Honorii sorore filium, Theodosius filius Arcadii Romanus princeps in auũculi locũ Augustum suffectũ, ad rem publicam multis iam tum modis labefactatam, restituẽdam, misit in Italiam. Defungitur vita eodem prope tempore, Placidus Romanus in Britannia legatus. Præbuit ea res Scotis ac Pictis, in Britones, hostiliter irrumpendi occasionem. Vestmarię Cumbrięq; regionum Romanis armis impie ademptarum recuperãdi gratia causatis ꝙ ad ictũ fœdus cum legato Romano per eius mortem solutũ non tenerentur deinceps. Ergo in Vestmariam progressi, Britonum res multa populatione fœdare, magna vi illatam vim repellentes, stragem facere, virginibus viduisq; quibus virens erat iuuẽta stuprum inferre, viros ac fœminas ætate imbecilles fœde pulsare: & vt semel dicamus nihil non immanitatis in prouinciales exercere. Fuit Britonum quorundam fuga ad Castium (Præfecerant hunc virum milites post extinctũ Placidum Romano exercitui) horũ ob nũcium, Castius veritus, quod euenit, Dionethum Octauii Britonum regis filium ad Britanniæ regnum aspirare: vxoris amore (copula-

fuerat is sibi belli initio, Fergusii regis sororē matrimonio) Scotorū Pictorūq; sequuturū partes: pacis magis q̄ belli cupidus mādat Fergusio per fæcialē Romanæ prouinciæ iniuriis abstineret, si cuperet pacē, & veteribus ex fœdere terminis cōtentus, aliena nō inuaderet. 5 Sin ipse & sui bellū mallent, scirent certo se hostes eosdē habere, qui Scotos victos profligatosq; Albione, quū alio pacto immanē gentē domare nequiuissent, prohibuerint, Pictis inde sua ipsorum perfidia dirę addictis seruituti. Hęc Romano fæciali recitante: ferociter a cūctis succlamatū, sese de pace nihil prius velle agere, q̄ Vestmaria & 10 Cūbria sibi, cędentibus inde Britonibus cū Romanis pręsidiis, libere permitterentur. Neq; a Dursto Pictorū rege, cui haud dissimilia mādauerat per fæcialē benignius responsum accepit Legatus. His responsis Castius ira percitus, coactis agminibus in hostes progreditur. Peragratisq; Romanis prouinciis, vbi haud procul a Vestma- 15 ria deuenerat, a loci incolis accepit, Dionethum cū copiis ex Cābria atq; Icenia contractis, in Scotorum Pictorūq; auxiliū, in Vestmariā profectū. Perculit ea res nōnihil Britones quibus prisca Cambrorū virtus haud erat ignota. Verū ducū adhortationibus alacriores facti: & omnes vno cōsensu, pręlium poscentes in hostem proficiscun- 20 tur. Die qui fuit ab eo tertius venere Romani in hostiū conspectum. Erat tum Dionethus Cambroꝝ dux Scotorum Pictorumq; viribus adiunctus Fergusio regi vxoris Germano omni conatu suppetias laturus. Cōstitere vtrinq; exercitus, & ad pręliū se expediebāt. Accepere confœderati reges in mediū agmen vbi Dionethus erat pugnatu- 25 rus, pręstātiores gētis Cābrorū cū Scotis Pictisq; p̄liaribus ac lanceis valide vtentibus: cornibus acierū sagittariis & reliqua multitudine firmatis. Clamore illico sublato iaculorū missilibus est vtrinq; magna cędes edita. Inde lanceis ac prælïaribus cruētum factum est certamen, magnaq; parte anceps, donec leuis armaturę milites q in 30 cornibus erant circunuecti paulum a tergo sese ostendere. Pauor inde ingens perculit Romanos: auxit pauorem Castii Romani ducis cædes. Mediæq; aciei fuga mox subsequuta est, effusa vagaq; incerto itinere per agros: vnde reliquę acies fugiēdi sumpserūt occasionem. Insecuti fugientes Romanos Cambri quidam Scoti, Pictiq; dispa- 35 latim & neglecto, vt in victoria fit, ordine maiorem longe ab hostibus acceperūt q̄ intulerunt cladem. Alii agmine cōferti, nusq̄ effusē hostē sequentes haud paruā stragē edidere. Hoc p̄lio victi Romani, multitudine magis (sua ipsoꝝ sentētia) q̄ virtute, reliquiis exercitꝰ collectis, in Cātiū, p̄uinciis hostiū patētibꝰ iniuriis, absq; vllo p̄sidio 40 relictis abiere. Tū Dionethus, sūpta purpura impii insigni, copiis to

tis acclamãtibus vt fœlix faustũq; foret, Britonũ regẽ sese appella-
uit. Exinde Britannia, Cambrorũ, Scotorũ simul & Pictorũ viribus,
bello plurimũ est vexata. Gliscebat indies id malũ, ac vltra q̃ tutum
esset Romanis rebus angebatur gẽtium tã efferatarum audacia: ap
parebatq; breui totam insulam alienatum iri a Romano imperio, ni 45
si huiusmodi conatibus mature iretur obuiam. Erat tum in Britãnia
exiguum valde præsidium. Id veritus Etius nobilissimus omnium
ea tempestate Romanorum ducum qui Valentiniani Cæsaris iussu
Romanis copiis præerãt in Gallia, Britonum precibus qui adhuc
in Romana erant fide motus, Maximianũ virum nobilem Valenti- 50
niani necessarium cum exercitu ex Romanis atq; auxiliaribus cõfla
to, misit ex Gallia in insulam Albionem. Aduẽtanti Maximiano Bri
tonum maiores in Romana fide perstantes cum magno belli appa-
ratu venere obuiam, gratulatiq; sospitem cũ exercitu & nauibus ad-
uenisse, precati sunt ei prosperũ ac fœlicem in Britannia contra Ro 55
mani nominis hostes successum. Statum inde insulæ & Dionethi co
natus, qui se regem Britonum gerebat enarrabant polliciti, quo
animo priori bello cum Victorino Romano legato Scotos ac Pi-
ctos gẽtes ab initio implacabili in Romanos odio præliis victos af-
flixerant: eodem in quẽcunq; iuberet locum in Romanorum hostes 60
profecturos. Maximianus habitis iis qui ad eum venerãt gratiis, ma
ius periculum Dionethi rebellione & q vir esset regii sanguinis in
Britannia, & q insulanos satis sciret nouarum rerum cupidos, q̃
cæterorũ motibus rei Romanæ imminere ratus, nihil sibi cunctan-
dum existimauit, quo minus properanter ad hostes contenderet. Er- 65
go delectu facto per Britanniam ocyus mouet cum copiis, Ebora-
cum. Inde coeuntibus qui ipsum sequi iussi fuerant in Vestmariam.
Fama Maximiani aduentus in Albionem paulum anteq̃ hæc fierẽt,
Scotos & Pictos ad arma capienda, eoq; quo Romanos rebantur vẽ
turos impigre ducendum excitauit. Affuit illis Dionethus rex cum 70
manu Cambrorum Icenorumq; (Hi autem populi soli inter Brito-
nes Dionethi partes sequebantur) ad Romanos, si qua vi possent a
suis finibus prohibendos. Ducti tandẽ hostiles exercitus in Vestma
riam, nocte cui pugnę dies successit: vterq; in alterius prospectu ca-
stra posuit. Prima inde luce expeditis corhortibus ad pugnam Fer- 75
gusius ita dicitur suos affatus, Vellem (Contribules) hodiernam
pugnam quã cum infensissimis hostibus gesturi sumus, magna ala-
critate ingentibusq; animis: quod mihi lætitiæ, vobis vtilitati & or-
namento foret egregie decertando peragatis. Enimuero re ipsa ac-
curatius pensata, animi vestri a pace & ocio iamdiu distracti & assi- 80

duis, pugnis assueti, conspectis pręsertim quos sępe vicistis hostib9, nō possunt nō erigi in spem pulcherrimę victorię. Decet procul dubio fortes semper optima sperare: Si qua vero aduersa præter opinionem euenerint, eadē fortiter & egregie ferre. Id animi fortitudo, virtusq; inter honestissima iure numerāda, stimulante ad id natura, optimo & acerrimo cuiq; persuadet facillime. Claretq; ea multo magis propulsando q̄ inferendo iniuriā. Impie etenim lacessitus melius sperat: fidutiāq; sumit strenuus & prudens ex iustitia. Contra iniuria lacessens ipse sibi iniurius, nullam ab honesto spem mutuari potest. Maximus Romanoꝝ olim Legatus vafro semper ingenio cū Pictis, quibus sociis nostri tūc maiores bellū aduersus Ramonos gerebāt fœdus icit, non tā vt Scotorū q̄ vt Pictorū gentē (vti rerū exitus ꝓbauit) fallaciter traheret in exitiū. Eugeniū regem auū meū q̄plurimis cū vestris maioribus, pręlio victum occidit, eiusq; gentē multis incōmodis profligatam Albione expulit, totiusq; insulę regnū occupauit. Nec prospero eo successu contentus, omniū perfidissimus, Pictos populo Romano tum cōfœderatos socios & amicos indicibilibus affectos iniuriis contra fidem sacramenti in fœdissimam adegit seruitutem. Docuit id malum quantū icta cū perfida gente fœdera, spretis amicis afferant incōmodi. Picti tandē vbi iniuriam nostris illatam satis luissent, sero vt Phryges sapientes, & perfidiam execrantes multis obsecrationibus & lachrymis nos ad nostrū regnū reuocarunt. Venimus: Pictorūq; viribus adiūcti, Romanos paruo negocio victos, pœnas dare coegimus. Redeunt victi nobiscū conserturi manus Maximiano duce (Nā Castiū recens pugna iure absumpsit) perinde ac si quos animos metus abstulit, nouus dux aperto Marte deuictis, restituerit. Nos Vestmariam Cūbriāq; iure repetentes monent per fęcialē incœpto desistam9 tāq̄ ipsoꝝ adhuc impio essemus subacti. Quibus censeo non modo nō parendū, sed longe alacrioribus animis, maioribusq; conatibus, ius nostrū prosequēdū ad extremū. Quare excitamini strenui milites simul cū Pictis & iis q assunt, amicis Britonibus alacrioriq; animo vtimini armis: neq; vi opus est vt magna hostium propulsetur man9, immo facili negocio vincendi sunt, qui nuper tā ignominiose victi nostris cesserūt armis. Eamus, libertatis pristinę veterūq; iniuriarum recentisq; victorię memores; ex inuisa gente nobis quęramus gloriā: vt nostro exēplo nostri discant liberi pro patria fortiter dimicare. Hæc Fergusius loquutus magno omniū consensu & fauore, edicit militibus, vt ad signū proxime dandū pugnā cū hostib9 ineāt. Nec minoribus adhortationibus cęteri duces in suis ad pręliū hortandis vsi, magnam spem omnibus

incusserant victoriæ. Pauloq; post vtrinq; acerrime est cōcursum: primo cōgressu pœne obruti sunt media acie pugnantes Romani, missilibus, catapultis, telisq; aliis quibus obūbrabatur cęlū, ab hostibus in eos coniectis. Id Maximianus animaduertens legionē adhuc pugnæ expertē in suorū tanto periculo laborantium misit subsidium. 45
Vnde cruenta admodū pugna instaurata: extrema Romanorū cornua hostes magna premebant vi, vnde pręliū animis par magis q̄ viribus fuit. Restitere aliquādiu Picti, Scotiq;, ac q cū Dionetho illuc venerant Britones, donec milites qui in extremis Romanorū cornibus pugnauerant per medios hostes magna obrutos strage delapsi, 50
hostibus a tergo ingentē terrorē atq; tumultū intulere. Confœderati, etsi nouo terrore concuterētur Romanis vndiq; cincti: in orbē tn̄ sese coniicientes, mansere acie immoti. Itaq; quū vtrinq; in orbē pugnaretur, fortissimi quidā ex nostratibus simul iuncti in hostes vlciscēdę mortis cupidi quū alio euadere nō potuissent, per medios Ro 55
manos magna vi irrumpere conati, non sine ingenti hostiū cęde, ad vnū occubuere. Dū ad horū irruptionē prohibēdam vndiq; concurritur, plures ex nostris aliis in locis, hostes obiectos facile penetrātes fugam occupauere. Sequuti Romani quosdā fugientes interceptos trucidant: alii eorū qui pugnę loco pertinacius hęserāt occidioni in 60
cūbūt. Neq; prius a cęde est temperatū q̄ nox prospectū ademisset. Cęsi sunt hoc funesto cōflictu Fergusius Scotorum rex, & Durstus tertius, rex Pictorū, cū vniuersis pœne vtriusq; gentis nobilioribus. Dionethus letali accepto vulnere medio prælio ex acie a suis elatus ad mare quod haud procul a pugnę loco aberat, nauicula paucis co 65
mitibus in Cambriam traiecit. Secūdū hanc pugnā tantus terror in omnes Scotorum Pictorūq; regiones perlatus est, vt crederetur vtrūq; regnū infestissimorū hostiū vi illico exterminandū. Et quū nihil amplius spei aut auxilii superesse intelligerent: fortissimis quibusq; pręlio absumptis: omnes fugā in aliena regna meditabātur, Maximianus 70
oblata fortuna vtendū dictitans, victoria haud sine crudelitate vsus in Gallouidiam irrupit: regionēq; peruagatus, nihil nō crudelitatis exercuit. Inde in vallem Annandię Deeram & Pithlandiam ferro oīa prosternēs & igni: nulli sexus fuit saluti aut ætas, quin rabies in oēs desęuiret. Fugientes ad diuorū templa multis in locis vi extracti cru 75
deliter sunt necati. Camelodunū obsessum, vi captū fœdeq; est direptum: atq; alia Pictorū Scotorūq; loca insignia. Debacchata ea lues multos inde dies: haud prius finem habuit q̄ victi cōfœderati omnes qb9 victoris ira pepcerat: extra vallū ab Abbercorneth ad Alcluth ante aliquot annos ædificari cœptum, ad hostium vim a Romanis 80

prouincialibus arcẽdã, fuissent magna cũ ignominia abacti, fidei pstito sacramento in regiones olim Pictorũ Scotorũve, quę citra vallum essent nũq̃ deinceps redeundi. Fuerũt qui suaderent Maximiano Scotos & Pictos, prorsus iam viribus effractos, populos tanta prædítos perfidia, vt cũ vicinis gentibus nullis fœderibus vel fidei sacramento firmatis, firma pace diutius possent contineri: delere penitus aut procul pellere ab Albione: eo aut nullo modo rei Romanę i Britannia consultũ iri. Renuit Maximianus, causatus hyemem ,ppe diẽ affore: quãdo milites in hiberna dimitterẽtur: nullum cõmeatũ esse in Scotorum Pictorũve agris ad exercitũ alendũ: tantãq; esse frigoris vim, asperis in mõtibus ad quos cõfugerũt hostes, vt ad eã militibus arcendã nulla ars posset adhiberi. Expectandã ergo æstatem, in eaq; quod sit optimũ factu pro Romani imperii salute, exequẽdum. Addidit & Cambros viciniores hostes (hi tum in Romanos rebellionem excitauerãt) prius imperio restituẽdos, ne impacata prouincia hostibus relicta, Barbaros persequẽtes: plus incõmodi rei Romanę in Britannia, q̃ vtilitatis parerent in Scotorũ Pictorũq; agris: deportato inde victore exercitu in Eboracẽsem agrũ & aduecto vndiq; ex ,puinciis frumento ad milites, cũ illis Maximianus in castris hyemauit. Sequuto vere in Cambriam ducit, Dionethi motus (quẽ Britones ad Hibernicum mare incolentes regẽ vocabant) reprimendi cõsilio. Quũq; ad id exequendũ faceret delectũ per Britanniã accepit amicorũ literis, Africam a Romano imperio opera Bonifacii cuiusdam tyrannidem occupantis, alienatã. Duces Valentiniani Augusti Mauortium & Gallionẽ Romanis cũ copiis in ea prouincia cæsos, Francos Germanię populũ, Rhenũ transgressos, multo ferocius q̃ vnq̃ antea Galliã inuasisse. Aurelianũ & Parisinũ occupasse agros: fixisseq; ibi sedes, rege sibi ex gente creato. Apparere prope diem totam Galliam Romanorũ ducũ tyrãnidem indies magis fastidientẽ, alienatã imperio, in Francorum nomen fidẽq; cõcessuram. Maximianus tot in orbe tyrannides in Romanũ nomen fatis aduersis intelligens, & ipse tyrãnidem occupare (vt dudũ cogitauerat) decreuit. Et ne quid ei imperii initio officeret, Britanniã pacatiorẽ reddere curauit. Ergo vt Britannię regnũ sibi primũ stabiliret: Dionethi filiam maiorẽ natu (Geminam etenim illa fœminini sexus prolem, virilis nullam ex Fergusii sorore susceperat Othiliam & Vrsulam) ad quã ius regni attinere credebatur: cũctis Britonũ maioribus probãtib9 matrimonio sibi deuinxit. Vrsulam vt ei perpetua virginitate spem partus adimeret, sacrarũ virginũ collegio addixit. Honorificũ enim erat apud Britannos virgines summo loco natas deo optimo maxi-

mo ministras capi: nefarium autẽ sacris initiatas ad matrimonium anhelare. Effecit ea affinitas Dionethum regem simul cũ tota Cambrorum Icenorũq; gente quę in Romanos rebellionẽ fecerant Maximiano charissimũ. Vnde permissa est Dionetho secundũ Maxmianũ Legatum summa in Britannia administratio. Dũ hęc fierent in Britãnia, Scotorũ maiores. paulo q̃ Fergusius in humanis esse desierat (sexdecim autẽ annos prȩfuerat ille Scotorũ regno) Eugeniũ eius filiũ ductũ celebri comitatu in Argadiam, ad fatalem lapidẽ, regem cõmuni suffragio declarant. Precati lętis acclamationibus, faustum fœlixq; illi regnũ foret. Fuit annus quo Eugenius inter Scotos rerũ est potitus Christianę salutis tricesimus supra quadringentesimum a regni Scotorũ initio supra septingentesimũ sexagesim9, Valentiniano tertio Romano imperatori administrationis quartus. Rex ita q; Eugenius salutatus, vt a pietate administrationẽ inchoaret, patris reliquias effossas loco vbi Romanis vrgentibus armis erant recõditę funebri pompa in Ionã insulam delatas, vti iusserat viuens Fergusius, Christiano ritu, destinato ad id loco sepeliuit. Actis inde aliquot per dies parentalibus. viros pietati eo loco addictos, vt fructus cœnobii seu, vt vulgatius loquar, abbatię: qui tunc admodum erant exiles, ad sumptus suppeterent prędiis atq; prouentibus variis vicinis ex insulis donauit. Erat Fergusii funus omniũ Scotorum regum primũ in Ionam delatũ. Mansit exinde locus regum sepulturę sacer, vsq; ad Malcolmi tertii regis tp̄a. Cui ob capitis molem can moir. i. caput maius vulgo nomen fuit adiectum, Diuę Margaritæ reginæ suasu, abbatia Dovvnfermilem. i. in monte infirmorũ structa multis prædiis ab eodẽ rege donata (vt opportuniori loco referetur) vt illuc deinceps regum funera efferrentur, publico edicto est cõstitutũ. Eugenius rex regionũ recuperãdarũ, quas Romani ac Britones Scotis ademerant, cupidus, nomina omniũ a sexdecim annis ad sexaginta qui poterant ad bella ꝓcedere, vicatim scripsit. Et vbi vires ad tãtũ negociũ suę genti minime suppetere cognouisset: re in tẽpus opportunius dilata a Romanorũ prouincialium infestatione abstinuit. Cęterũ Maximianus Scotoꝝ Pictorũq; opibus fractis, Vt ꝓuinciales Britãnos, exinde eoꝝ leuaret iniuria, pacẽ eis vix petẽtibus vltro cõcessit. Et quũ videret Romanũ Impiũ patere omniũ iniuriis adeo vt quisq; sibi viriũ pro facultate quãtũ luberet raperet, eo q; imperatorii esset sanguinis, nõnullã partẽ ipsi sibi vendicare cõstituit. Ergo ex prȩstãtissimis Britãnię collectis copiis, sumptaq; purpura, militũ fauore, Augustus appellatus in Galliã classe ad id parata trãsmisit. Dionetho rege in Britannia ad rei summę administrationẽ vnica cũ

1 Romana legione ad insulę præsidiũ relicto. Vbi breui sine suorum discrimine Maximianus Armoricã nobilissimã prouinciã, rapinis & omni iniuriarum genere atrocissime afflixit. Quũq; Armorici nec a Valentiniano Cęsare in cuius fide adhuc pstabant, nec a vicinis Gal

5 lis vndiq; vrgentibus bellis sperarent auxilia, & Maximiani ferocissimos conatus auertere nequiuissent, suis diffisi viribus in hostiũ cõcessere potestatem. Occupauit Maximianus aliquot maritima oppida, & alia a mari haud multum diuersa. Inde Redones, numerosissimam prouincię ciuitatẽ (tenebatur ea Sulpitii Valentiniani ducis

10 pręsidio) petiuit cũ exercitu. Vbi quũ parum fœliciter vrbẽ valide defensam oppugnasset, ad agros, vicos & circũiecta vrbi loca depopulãda, latrocinio magis q̃ bello vertitur. Armorici, Etii Legati Romani, qui Galliã tũc Burgundico bello vehementer occupatã obtinebat, pollicitationibus allecti, haud fœliciter rẽ Maximiano succes

15 suram suspicati, quę oppida & munitiones Maximianus occupauerat, cęsis illius pręsidiis receperunt, Maximianus iniuria iritatus, expugnatis Redonibus direptisq; reliquis inde Armoricę oppidis, & eorũ spoliis militibus in pręda͂ datis: quoscũq; Armorici nominis cõperit viros, aut occidione deleuit aut pcul domo multa cũ cõtume

20 lia abegit: ne fœminis quidẽ aut pueris parcens. Tanto siquidẽ odio Maximianus in Armoricos ob fidẽ violatã exarserat. Interim Burgũdis Galliam infestãtibus: Etius Legatus Romanos in Britãnia relictos, qui a Maximiano deficientes in Valentiniani fidem venerãt, in Galliã reuocare est coactus, insulãq; sine præsidio relinquere. Vnde

25 Scoti ac Picti occasionẽ sumpsere Britones adhuc in Maximiani psistentes fide bello mox inuadẽdi. Porro Maximian9 ne Armorica suis armis deuicta, atq; veteri exhausta habitatore vicinis Gallis præda fieret, e Britãnia viros accersit q prouinciã incolerẽt cultãq; ab hostiũ tutarẽtur iniuria. Sũt qui scribãt, cẽtũ milia incolarũ e Britãnia

30 Maximiani iussu in Armoricã traiecisse: quibus postq̃ sedes ibi fixerãt Maximian9 Conanũ nobilẽ Britãnũ, Dionethiq; necessariũ regẽ pręfecit. Prouinciãq; Britanniã a nouis incolis dixit. Sicq; Armorici simul nomen & patriã amisere. Ipse a Burgũdis accitus ad belli summam cõtra Etium gerendũ cũ illis Romanis militibus qui secum e

35 Britãnia in Galliam trãsmiserãt cõcessit. Conanus rex maiorũ nouę gentis cõsilio ne regnũ recenter cõditũ intra vnius hominis ætatem interiret (nulla enim spes prolis sine vxoribus esse potuit) ex Britannia vnde fuerant profecti fœminas quęsiuit. Missi Legati ad negociũ conficiẽdum apud Britannię maiores (Dionethus etenim rex

40 mediis his rebus fato erat sublatus) obtinuere, vt Britonũ qui Ar-

moricę incolendę causa ad Maximianũ transmiserant, filię, sorores,
vxores, neptesq; cũ Vrsula Dionethi regis filia quã Conanus ad cõ-
nubiũ petiuit in Galliam traiicerent. Vrsula Christi tũ sacerdos sin-
gularẽ ob pietatẽ omnibus venerabilis cœnobio vbi perpetuę virgi
nitati vltro addicta sacris ministeriis insistebat, extracta vi nauim cõ 45
scẽdere est coacta ne Dionethi regis propago deficeret. Nã Othilia
Maximiani coniunx altera Dionethi filia absq; liberis dudũ fatis cõ
cesserat, vt viro matrimonio copularet̃. Sequutus traiectus etsi Bri-
tonibus parũ acceptus, Vrsulę tñ & ꝑmultis q̃ cũ ea vehebant̃ virgi
nibus gratus. Enimuero aduerso flatu quũ in Armoricã tẽderent: in 50
Rheni ostia nõ sine vitę discrimine oẽs q in ea classe erãt, sunt cõpul
si. Vbi fœminę i cõtinẽtẽ expositę, quoniã maris sęuitiã ꝑferre nequi
uissent in Armoricã terrestri itinere ꝓfecturę, seu Romã (vt alii scri
bũt, Vrsula videlicet cũ multis virginibus sodalibus suis cõnubia il
la religionis causa auersante & ꝓpterea ꝓfectionẽ in Armoricã de- 55
uitãte) ab Hũnis mox Galliã Othila duce terribili assultu infesta-
turis, apud Coloniam Agrippinam pudicitiam tueri conatę, fœlices
Christi sponsæ ad vnam sunt omnes interfectæ. Effecta est harum tã
sanctarum virginum (sed post annos plusculos) fama tam celebris
per orbem ad posteritatem: vt in earum memoria Christiani sacra so 60
lennibus cerimoniis quotannis peragant. Ad harum rerum famam
Eugenius Rex veluti classico quodam accitus, comperto Britanniã
sine Romano præsidio relictam, patrioq; milite exhaustam, cum
Dursto Pictorum rege, ad colloquium est congressus. Vbi quum
multa super præsentium rerũ statu fuissent colloquuti, placuit Bri- 65
tonibus bellum inferre, celeritate tanta, vt illi non prius bellum sen
tirent q̃ ipsi bellum inferentes adessent. Dictitantes fœdere cũ Ma-
ximiano icto, eo Albionem egresso, sese amplius non teneri. Iussis
itaq; ad certum diem adesse Scotis Pictisq; in armis cum quadragin
ta dierum commeatu ac cæteris quæ militibus vsui forent, reges in 70
sua vterq; se receperunt. Nec longior post hęc mora fuit quin vndi
q; ex Scotorum Pictorumq; regionibus multi mortales ad Calido-
niam syluam condicto iam die conuenerint. Vbi confœderati reges
conspecta multitudine magna alacritate vt milites ad pugnam ani-
marent variis adhortationibus sunt vsi. Eugenius quidem in hunc 75
modum. Nemo est vestrum (viri fortissimi) qui vbi res nostras si-
mul atq; hostium diligentius perspexerit, nobis non esse amplius
cunctandum possit ignorare. Quantis enim malis his paucis annis
res nostræ Romanorum Tyrannide afflictę accisæq; sint, patre meo
huius imperii restitutore fortissimo præter alia infinita prope mala, 80

1 quę perpessi sumus, cęso: Gallouidia, Caricta, Coila, Connygama, cum non paucis aliis nostræ ditionis regionibus, hostibus factis in prędam, videtis omnes. Fuit conflictus ille quo cũ Romanis Britonibusq; Maximiano illorũ duce decertauimus (fateor) parũ nobis
5 prosper, hostibus tamẽ haud incruetus. Aduersa tñ ea pugna vti certis indiciis exploratũ habeo, animos vobis nõ abstulit, nec deterruit a re bellica: sed ad eam magis iritauit. Quantũ autẽ opes nostrę intra paucos hos annos Romanis armis afflictę sint, tantũ eorũ vires fortuna Romanũ imperiũ in perniciem trahente, omniũ pœne gen-
10 tiũ cõmuni odio atq; infestissimis armis sunt attritę: prouincię siquidem Romanę vbiq; terrarũ sunt hostibus in prędã. Vandali Africã possident, Visigothi Hispaniã, Franci ac Burgundi magnã Galliæ partẽ sibi vendicãt, Pannonia, Misia, Thracia, Macedonia, Illiricum. Hũnis cesserũt: quę vero in oriẽte sunt prouincię aut in Romani no-
15 minis hostiũ potestatẽ abierũt, aut excusso seruitutis iugo libertatẽ sibi vendicarũt. Ipsa Vrbs Roma caput olim orbis nuper bis capta est a Gothis, bis direpta atq; incensa. Eoq; vt semel dicamus, calamitatis iam Romana res venit, vt nihil ex tãto nuper imperio extra Italiam Romanis sit reliquũ pter vnicã Britanniã: & eã habitatore Ma-
20 ximiani opera pœne exhaustã, nullisq; pręsidiis fultã. Nõ enim adest dux Romanus qui delectũ faciat, aut facere valeat in prouincia iam viribus ferme exhausta: quive nostras atq; Pictorũ opes debellet, aut qui nobis exitiũ minetur. Sedet Britannia mœsta, viribus pręsidiisq; spoliata, suis iam diffisa opibus, magis prędę q̃ obstaculo inuadenti-
25 bus nobis futura. Ergo viri fortissimi quid in hac re nobis sit agẽdũ, pluribus verbis dicendũ, nõ arbitror: neq; exhortandi estis (opinor) ad hoc bellũ fortiter gerendũ: quũ animi vobis non desint, sed abundent. Pręda siquidẽ ingens vobis proponitur: quãtam nunq̃ antehac maioribus vestris obtulit fortuna. Occasio, rerũ gerendarũ parens,
30 offert se vltro vobis, suadens belli moras omneis tollendas, hortãsq; vos sese consequi: ne si per vestrã ignauiã modo repudiata sit, frustra a vobis postea requiratur. Neq; vos a pulcherrimo facinore fœdus cũ Maximiano ictum deterreat: Romani siquidẽ Britonesq; illorum prouinciales post initum nobiscũ fœdus, nos atq; nostras regiones
35 multis affecerũt iniuriis. Si ergo hostes non distinuerũt tam sancte icta fœdera, quo minus nobis essent iniurii: eadẽ nos haud poterunt obligare quo min9 reddamus illis paria. Accingimini igitur viri fortissimi & ad honestissimã expeditionẽ arma rapite, probatã maiorũ virtutẽ imitamini. Cauentes pręcipue ne in mora sitis, celeritate eñ
40 opus est vel maxima: mõ viros vti estis, fortes vos exhibete, & vicim9.

His dictis accensi milites omne discriminis genus vlciscendę vete-
ris iniurię causa ĩ Britones sese subituros spondẽt. Fecit Romanarũ
opum afflictio vt quę Eugenius in mediũ attulerat credita sint factu
non difficilia. Vnde ingenti alacritate ad pugnã progrediendũ esse
a cũctis magnis vociferationibus est acclamatum. Nec longior inde
mora fuit Picti magna ferocia sui regis adhortatione accensi ad cũ-
cta strenue peragenda sese paratos ostẽderunt. Vterq; igitur popu-
lus alteri9 fretus auxilio Britones tumultuose inuadũt: haud exigua
rerum omniũ quacũq; irẽt iactura: peruagãtes Pithlandiam, Deerã,
Ordoluciam, Vicomagiam, Carictam, Gallouidiã: pulsisq; illinc fœ-
da strage edita Britonibus, in Cumbriã, Vestmariã, atq; Candaliam
& demũ in agrũ Eboracensem peruenerũt. Harũ autẽ regionũ pro-
uinciarũq; vrbes ac munitiones nullo pręsidio munitę breui in præ-
dam hostibus concessere: direptęq; sunt vbiq; ciuitates, cæsi incolæ
quos fuga nõ seruauit: sata incensa, abacti greges & armenta, ac cę-
terę fortunę pœne omnes excisę: Apparebatq; totã Britanniã popu-
latũ iri, nisi Scotorũ Pictorũq; sęuitia arte aliqua cohiberetur. Britã-
ni tam sęuas infestationes haud ęquo animo ferentes Romam ora-
tores mittũt, qui sui perpetua subiectione promissa contra tã imma-
neis hostes auxilia flagitarẽt. Valentinianus itaq; Imperator ne tãto
tãq; sęuo bello insula vexata ab Romanis alienaretur, legionẽ quæ
Parisiis erat pręsidio ab Etio relicta Gallionis Rauẽnatis nobilissi-
mi viri ductu multis cũ auxiliaribus insulanis misit in subsidiũ. Ho-
rum aduentu in Albionẽ cognito Scoti & Picti prouinciis quas nu-
per depopulati fuerant habitatore fortunisq; nudatis, dirutis muni-
tionibus, incensisq; vicis & oppidis pręliũ quod instabat declinantes
domũ abiere, aut nolentes, aut non ausi cũ Romanis quorũ virtutẽ
frequenti pugna cũ maximo sui detrimento fuissent experti, manus
conserere. Fugientes hostes aut fugiẽtibus simillimos insequuti Ro-
mani Britonibus quibusdã itinerum gnaris ducibus, ad Phortheam
æstuariũ assequũtur, vbi tumultuariis pręliis haud paucis ex Scotis
Pictisq; cęsis, ꝙ diutius in Albione, vndiq; Galliam infestantibus ty-
rãnis, manere nequiuerũt: murum ab Abercorneth ad Cludę amnis
ostia quẽ dudũ incœptũ diximus Gallio Romanus dux sumptu pu-
blico priuatoq; erigi iussit: accitis vndiq; opificibus ad opus cõficiẽ-
dum, vt is esset arcendis hostibus pręsidio. Structo muro nõ tam ex
lapidibus q̃ cespitib9 terra excisis, octo cubitos lato, alto duodecim,
acutas sudes infigunt excubiis adhibitis, quę per vices in stationib9
perseuerantes, incolas in Romana perstantes fide noctu accẽso igni
interdiu rerũ quę facile incendi nõ poterãt fumo, ad arma sumẽda, si

Scotos, Pictosve hostile aliquid mouere cōspiceret, vocaret. Capitali pœna edicta in eos qui ad flammę fumive prospectū ad hostes a muro arcendos, armati nō accesserint. Ita Britanię statu Gallionis sententia pacato, procul abactis Barbaris. Romanus exercitus ab Etio reuocatus, in Galliam eodē Gallione duce est deportatus. Scoti & Picti cognito Romanorū in Galliā traiectu, multo ferocius q̄ antea Britones inuadere constituūt: Concioneq; facta Eugenius rex nunc ira in hostē suos stimulat nūc premiorū & spoliorum spe accendit. Prędā prouinciæ & quicquid fortunarū Gallione in Britānia agēte Britones secū in Vestmariam, Candaliā, Pithlandiā, cęterasq; profligatas nuper prouincias apportassent, eorū iam tū addicens peculio. Neq; Pictorū rex a suis militibus adhortādis abstinuit, edicto ꝓposito vt qui omniū primus murū ascendisset: is Cameloduni ꝑfecturā (Erat ea tum inter Pictos venerāda ac nō nisi gentis excellētissimis tributa potestas) adipisceretur. Britones cognito qd Scoti ac Picti molirētur, armati, vt institutū erat ad murū protegendū cōcurrunt: magnāq; militum vim locant in propugnaculis. Aduersus quos vbi Scotorū Pictorūq; cohortes quędā Graimo duce (Nam reges longiuscule a muro cōstiterant cū copiis) missilibus, catapultis, ballistisq; murū nudassent: permulti vt erāt ad id instituti & instructi, ad opus dolabris, bipēnibus, rutrisq; ab imo subruēdū instītere. Nec id admodū difficile factu erat, q̄ structura nō calce, sed terra lapidibus interposita erat congesta. Itaq; nō prius cędebatur q̄ ruebat: vt ꝑ patētes rimas trāsgressa accita cōfœderatoꝝ agmina in Pithlādiā euaderēt. Accepere Britonū quidā hostiū vim ad exitiū vsq; pugna ꝑdurātes. Alii fortunā aduersam experti vrgētibus hostibus cessere, nulla in re magis q̄ fuga spem locātes. Affuere sub id tēpus & alii qdā Scotorū Pictorūq; duces (vt imperauerāt reges) nauib9 ex Otholinia deuecti in Pithlandiā cū altera vtriusq; gentis manu, multo tumultuosius in Britones q̄ reges ipsi & qui cū illis erant milites, cruētissimis incursionibus irrūpentes. Hi iūcti regiis copiis omnia direptionibus cędibusq; impleuere. Villę, vici, nōnullaq; castella recēter reparata ac oppida, habitatore cremātur nudata. Incolę q illuc Gallione authore nuper venerant: reliquis ex Britānię prouinciis licet viribus potētes, hostiū tn̄ terrore perculsi ne tātā sentirēt immanitatē imbecillibus oibus cū fortunis relictis trās Tynam amnē cōfugere. Datū inde regū edicto quicquid agrorū Tuedam fluuiū, & Tynam interiacet militibus diripiendū. Vnde multa irę, multa inuidę, auaritięq;, fœda exēpla sunt edita. Sequut9 tumultus a mari Germanico ad Hibernicū vsq;: quātum furentiū militū ira ciere poterat. Dum

multos dies strage ac depopulationibus cõsumũt Scoti Pictiq́: Britones lapideum murũ ab Hadriano Romanorũ principe quondam ad similes vsus (vti suo loco satis diximus) ædificatum, immenso labore instaurant, multoq́ milite ac vi magna muniũt. Cęterum ab Hadriani valli oppugnatione Scoti & Picti abstinẽtes, q̃ hyems immineret, quando patrio more exercitus esset soluendus: accitis e suis regionibus cõiugibus & liberis, Imperio ad Tynam vsq́ amnẽ protẽlo, vt ĩ agris iure belli receptis inter se partitis sedes ponerẽt, regũ publico mãdatum est decreto. His rebus peractis, populi confœderati ex recenti fortuna facti alacriores, sequutam hyemem, occupati Hadriani valli viciniã validis pręsidiis muniendo, pręliis quieuerũt. Quando Britones veriti (quod euenit) ne aduentante prima æstate hostes in Britanniã transgressi pręeabundi solita immanitate in incolas grassarentur, ad Etium Romanũ ducem in Galliam mittunt Legatos, Romani imperii fidem implorantes & auxilium. Quibus ne vllas quidem copias aduersus sęuiẽtes hostes Etius in Britãniam mittẽdas promisit: dubium vtrum noluerit quia parum amico esset animo in Valentinianũ, quũ iã de tyrannide occupanda cogitare cœpisset: an atrocis belli curę quod per id tẽpus contra Francos gessit districtus non potuit. Reuersi Legati in Britanniam & in consilium quod tum forte Londini maiorũ authoritate, pro publica salute fiebat, introducti, postq̃ Etii responsum retulissent: varie est cõsultatũ, qua potissimũ via immaniũ hostium vitarent iniuriam. Suasere quidam terra & mari rem contra Scotos Pictosq́ gerẽdam: libertatẽq́ quã Romanorum iam armis liberati facile consequi possent, omnibus ad extremũ tutandã. Scribendos non modo viros, sed etiã fœminas, ætate, corporibus atq́ animis pręditas ad bellũ pro cõmuni salute susceptũ alacriter gerẽdũ: atq́ q̃primũ ad Hadriani vallũ, cum copiis, in infestissimos hostes irrumpendum. Experiri potius extrema q̃ perpetuis grassantium depopulationibus & latrociniis fatigatos, necessariam pacem inhonestis conditionibus, cum eisdem tãdem inire. Tum Conanus Camber ex Octauiorum regum Britãniæ ortus familia haud parua inter Britones authoritate, Qui (inquit) imperia parare voluerint, aut parta conseruare vt suarum virium ac temporis rationem habeant plurimũ est necesse. Enimuero dum nobis vires ad huius regni tutamen contra immanissimos hostes suffecere, dũq́ auxilia sperauimus a Romanis, quibus Barbarorum vim nostris finibus procul arcere potuimus: nulla vnq̃ pacis cum perfidis gentibus Scotis ac Pictis, fateor, mentio facienda fuerat. At nũc me miserũ, res nostræ aliud longe expostulant. Superbissimi etenim

tyranni Maximiani iniuria, qui nobis plusq̃ hostis dum orbis impie cuperet imperium, hoc nostrũ regnũ vltimo patefecit discrimini: viribus iam adeo sumus exhausti, vt futuris pręliis (si qua tamen cum hostibus gesturi sumus) nullã prorsus in nostris manibus spem habere possimus. Neq; nostra arma, neq; Romana (quãdo ab illis nulla amplius speramus auxilia) nos deinceps defendent satis. Hostis enim immanis, crudelis, truculentus, nec dura militia, nec inedia, nec laboris improbitate fractus, veteris iniurię vindicãdę cupidissimus non deũ veritus, nõ homines, nõ vulnera, sed ne mortẽ quidẽ, modo quas per longa tẽpora perpessus est nostris atq; Romanis armis iniurias vlciscatur. Apud eũ hostẽ neutrius sexus, nullius ætatis discrimen, dũ innata debacchatur feritate: clementiã prorsus ignorat: insaniãq; habet pro fortitudine, muliercularũ, senũ ac puerorũ corpora, sanguinarius ille atrocibus gladiis aut telis gaudet confodere. Nec pro dedecore habet humanũ sanguinẽ (quẽ perpetuo sitit) vbi fe rierit hostẽ, haurire. Et vt multa paucis dicã, nulla re magis q̃ latrocinio, sanguine & cęde gloriatur. Ergo aut pax nobis sęuissimis cum hostibus (id nostra cogente fortuna) ineunda, aut quęcũq; grauia acerba ac importabilia nobis eorũdẽ ferenda arbitrio. Haud tamen ignoro q̃ id cõtumeliosum q̃ probri plenũ nobis nostręq; fuerit gẽti Verum patiendũ censeo, potius q̃ omni restituẽdi regni spe sublata, fortunas, sedes, imperiũ, ac libertatem omni cũ ignominia prorsus amittere. Hec quę dixi me publicę salutis causa, nec vllius alteri9, & fides in vos integra, atq; in patriã charitas, proceres effari coegit: q̃ falsa sint an vera & an publicę officiãt, an cõducãt saluti vos videritis. Hęc Conanũ quũ circũfusa multitudo loquẽtẽ audiret, vehemẽti ira perciti, Scotoꝝ etenĩ Pictorũq; amicitias infensis animis Britones auersabãtur oẽs: proinde nõ e re Britannica loquutũ arguebant, haud sibi ignotum, dictitantes, qua austutia Britãnię imperium sibi vendicare cõstituisset. Porro magnates vbi aliquãtisper mœstum tenuissent silẽtiũ, suã inter se deplorãtes fortunã, haud ignari q̃ res humanę in lapsum atq; excidiũ sint pronę, nec tã facile crescant q̃ retro dilabantur: multitudinis tandem victi importunitate, quæ facile in deteriorẽ partẽ lapsa, sępius cõtemnit suadentẽ meliora, arma sumere iusserũt. Delectũ vbiq; fieri: sexus (modo integra forent corpora & ad pręliãdũ apta) nullo facto discrimine: diẽ dicũt conuẽtionis, locũq; vnde i hostes foret magno conatu mouẽdũ. Ingemuit sub hãc vocẽ Conanus, cõsilioq; egressus, Deũ, inqt, immortalẽ testẽ facio, me publicę salutis amore ex animo hãc vestram sentẽtiam furiamq; belli detestari. Vnde nihil magis compertũ habeã, q̃ fata hoc vetus

atq; olim venerandum Britonũ regnũ,his nostris diebus , quod sine animi mœrore effari nequeo,ad exitium trahere. Hęc Conarium loquentem Britonũ quidam audientes, vehementer in hominem concitati,& tua magnis vociferationibus clamãtes, in hoc bello quo minus conficiatur,leuis aut nulla fuerit authoritas:multis pugionibus confossum crudeliter interimũt.Ex eo facinore oborto tumultu quũ permulti factũ improbãtes cędis authores ferro peterent,populusq; totus in duas pœne scinderetur factiones,cęsis vtrinq; permultis tumultuãtium turba in multas horas protracta haud sine multorum incõmodo,vix tãdem magistratuũ authoritate est sedata. Sub idem tempus nũcio recentis irruptionis Scotorum ac Pictorũ in Britonũ agros Londinũ delato , pauor ac trepidatio totam vrbem peruadit. Graimus etenim de quo affatim supra quẽ confœderati reges egregiam ob militarẽ disciplinã cõmuni consilio magnę exercitus parti pręfecerant,dum Britones consultationibus ac legationibus mittẽdis tempus terunt,lectis cũ copiis murũ ab Abercorneth ad Cludæ amnis ostia ductum vndequaq; effractum ita diruit funditus, vt ei9 pręter paucula quędam vestigia,tanti operis indicia, quę vel hac nostra conspiciuntur ætate,nihil remanserit ad posteros.Deuenit hinc vt id vallum Gramysdiic .i. Graimi agger aut murus, deinceps ab euersore,vulgo appellaretur. Inde ad Hadriani vallum a mari Hibernico ad Germanicum grassando vagatus cum copiis quas arces & munitiones depopulantium feritas anteacto anno reliquerat intactas,vt Britonibus illuc redeundi spem oẽm deinceps adimeret , dirutas crematasve,solo æquauit. Inter hæc confœderati reges cũ copiis Hadriani murũ aggrediũtur ad eum subruendum omni instrumẽtorum genere adhibito,quæ ea ætate ars excogitauerat: id facile factu arbitrati q; noua structura partim recẽti calce,partim luto interlita iã necdũ erat indurata : vix cęsus,ruebat paries,irrũpentibus hostibus multis locis prębens ingressum,cũ Britones stationarii qui pugnãtes vim hostiũ excipiebãt citius obruti perierũt. Concurrẽtes incolę in stationariorũ subsidiũ,qua primũ aut potissimũ parte ferrent opem, quum omnia cędentium morientiumq; clamoribus streperent,haud satis scire poterant:propterea hostiũ perspecta feritate, pugna relicta fuga saluti consuluerũt. Diruto itaq; Hadriani muro irrũpẽtibus militibus latius in prouinciã,edixere reges confœderati bello tm̃ per ætatẽ idoneos absumentes , cęteris vna cũ mulieribus parcerent,Huic edicto haud vbiq; obtẽperatũ. Nam ira militũ atq; veterũ iniuriarũ memoria,in cędibus faciendis vix vllum discrimen sexus aut ætatis agnouit . Complures deinde dies Scoti ac Picti in

multa strage haud paruã Britanniæ partẽ peruagati, qui Britãnicæ gentis inter Tynam & Humbrũ fluuiũ habebãt sedes ad eã redigerunt necessitatẽ, vt aut fœda occidione caderent aut proximo mergerentur æstuario vel flumine tranando, aut quouis alio modo traiecto, quẽ modũ vrgente tempore parauerat necessitas, in alienas cõcedentes prouincias, hostiũ metu perculsi, iram declinarent. Horum nũcius Britannorũ maiores qui adhuc Londini erant ad noua cõtra hostium iniurias remedia excogitãda, vehementius perculit, Proinde paulo mox, vbi in publico consessu in varias sententias magnates abiissent, cõmuni tãdem suffragio duę legationes sunt decretę, altera ad Scotorum Pictorũq; reges, quæ omnẽ trans Humbrũ fluuiũ regionem cum immensa pecuniæ copia eis polliceretur: Britonesq; illis ab imbecillium cęde tẽperantes nõ irrumperẽt: altera ad Etium Romanorũ Legatũ in Gallia quę Britonũ calamitates deplorando hanc ad eũ darent epistolam. Etio ter consuli gemitus Britãnorum. Quũ nostri maiores, primũ in potestatẽ concessissent Romanã, honestis documentis, & egregiis exemplis, senatũ tutissimũ refugiũ, portũq; optatũ omnibus ad se cõfugientibus fuisse cognouere. At nos eorum posteritas Maximiani Legati, perniciosa in nostram salutem opera, opibus viribusq; spoliati, & ob id immanissimis vrgẽtibus hostibus in vltimo constituti regni ac vitę discrimine, Romani imperii fidẽ implorãtes, neglecti (immo aspernati potius) truculentissimis Barbaris damur in prędã. Quod nobis nõ potest nõ esse argumento, aut Romanos optimos mores in pessimos mutasse, aut amplissimũ eorũ Impiũ, numinis ira iã cęteris nationibus in direptionẽ datũ. Cęterũ si fatale hoc tẽpus appetit, quo Britãnia Romanis adempta, Barbaris subacta seruire cogetẽ, nullius populi magis q̃ Scotorũ Pictorũq; omniũ mortaliũ immanissimorũ Imperiũ, auersamur: quorũ truculentiã olim iam experti, eo redacti sumus, vt qua potissimũ via, perditis fortunis, vel miseræ consulendum fuerit vitæ ignoremus. Nam dirutis vallis, oppletis fossis (quę eorum a nobis feritatẽ prohibebant) non vno crudelitatis genere, in Romanam irrumpentes prouinciã, populatis agris, villis incensis, vicis, oppidis, arcibus solo ęquatis: infantulis, mulierculis, decrepitis, senecionib9 fœda occidione peremptis, pręter funestã vbiq; virorũ stragẽ, nos qui cladi super sumus, victos & ꝓfligatos (quod sine lachrymis quis referat?) ad mare pellunt: vnde rursus qa illud trãsmittere nequiuimus in eosdẽ repellimur: hinc duo nobis exterminii genera nascuntur: aut eñ immergimur, aut Barbarorũ truculẽtia iugulamur. Ergo si quid potest apud te Romani populi decus, si quid nostra fides ac studiũ in Ro-

manũ nomen,iam tot annos continuatũ,obſecramus obteſtamurq;,
ne nos ſinas truculentiſſimorũ hoſtiũ immanitati diutius ſubiacere:
ſed q̃ citiſſime auxilia nobis ſubmittas,ne crudelius a Romanis ꝓdi
ti,q̃ perditi a Barbaris,& ne qſq̃ deinceps illorũ aut imperio aut ſo-
cietati cõfidat,inſigne ad poſteros documẽtũ ſimꝰ.Huiꝰ epl'ę memi 45
nit Paulus Diaconꝰ,Venerabilis Beda,Galfredus Britonicarũ rerũ
ſcriptor,Veremũdus:& poſt eos recẽtiores quidã authores haud im
probãdi.Ad ea Etius,ſe ægerrime ferre Britonũ incõmoda reſpõdit,
& eo moleſtiori animo,ꝙ Romano Impio tot infeſtiſſimorũ hoſtiũ
vltimo diſcrimine laborãte,Galliã immo ipſam Italiã Barbaris irrũ 50
pẽtibꝰ ægre tueri poſſet:Itaq; ſe atrocioris lõge belli cura diſtrictũ,
ſine ſalutis publicę iactura,auxiliares legiones mittere in Britãniam
nõ poſſe:propterea,ſuadere, ſe omni qua poſſent vi cõtra hoſtes tu-
tẽtur,ſecũdioraq; expectẽt tẽpora,quãdo reſtituto Romano Impio,
Barbari iuſtas pœnas repẽdãt.Sub idẽ pœne tẽpus quo hęc ad Bri- 55
tãnię maiores Lõdinũ deferebãtur, Legati a Scotis ac Pictis reuerſi
tulere reſpõſum:nihil earũ q̃ Britones poſtulaſſent cõfœderatis regi
bus placere.Neq; eos a cęde ac depopulatione tẽperaturaos priusq̃
Britãniã aut expugnatã,aut vltro deditã in ſuã receperit poteſtatẽ.
Primũ adeo perturbauit Britonũ magnates ea vox , vt nõ color non 60
vultus cuiq̃ cõſtaret vnus,Inde collectis tandẽ animis , arma rapere
iubent,ſuã deteſtati ignauiã,q Barbaris & audaciã dediſſent,& quã
aſſequuti fuiſſent,parauiſſent vltro cedẽdo victoriã.Porro Scotorũ
Pictorũq; reges,Britonũ cognito ꝑ exploratores conſilio, & quã ab
Etio accepiſſent repulſam,cõtractis vndiq; citius omniũ opinione co 65
piis,in hoſticũ magno ordine ſunt profecti . Fuerũt in primo ordine
Gallouidiani,vallis Annandię incolę,& Picti quos Beruicios dicere
qua de cauſa nõ habemus cõpertũ ea ætas incœpit.Hos ſequutę nu
meroſæ copiæ ex Argadis,Atholis, & iis Pictis qui ad Calidoniã &
Camelodunũ ſedes habuere,cum Otolinis & Horeſtis. Medii in his 70
copiis cõfœderati reges,lectis cũ militibus,ſigniferis p̃cedẽtibus in-
cedebãt.Poſt hos totius exercitꝰ ĩpedimẽta collocata.Seq̃bant̃ reliq̃
vtriuſq; gẽtes nobiles,cõpoſitis ordinibꝰ ſuis cũ aulicis, militibuſq;
bellica arte exercitatioribꝰ.Secũdũ hos gregariũ vulgus oĩm nouiſ
ſimũ (vt gẽtis illius ab initio fuerat inſtitutũ) totũ exercitũ occlu- 75
dens.Britones ad pugnam hoſtibus proficiſcẽtes obuiam, quũ tan-
tas copias cõpoſite adeo incedentes per exploratores cognouiſſent:
ſuaſq; vires ad ſuſceptũ bellũ e re cõficiendũ nequaq̃ potẽtes,impro-
bato eorũ cõſilio qui bellũ in publicã perniciem ſuaſerant,ne ad ſuã
laborarent internicionẽ,de pace agere cõmuni conſilio decreuerũt. 80

1 Mox Legati missi ad reges cōfœderatos, quū pacē haud aliis cōditionib9 īpetrare potuissent, q̄ si Britones se suos liberos & fortunas dederēt hostibus, Idq; delatū ad Britanniç maiores ꝑ exercitū fuisset diuulgatū, hinc ira, hinc desperatione irritante animos, mutato consi-
5 lio ad vnū oēs prçliū poscebāt. Sequuta pugna omniū atrocissima. Britones enim mori ꝓ patria ac simul suā mortē vlcisci decernētes, maiori omniū opinione, ferocia, hostes primo impetu aggressi, permultos prostrauere. Alii inde aliis ferentes subsidium, cōflixere adeo pertinaciter, vt mortē timere viderētur minime. Cçdebantur passim
10 Gallouidiani ac Picti prima acie depugnātes: & iam Argadi, Atholi & q̄ circa reges erāt copiç ac signa militaria Britonū pœne patebāt iniuriç, Graimus (huic viro haud exigua exercitus pars regum iussu parebat) vbi primā aciē ita vrgeri ab hoste vidisset, Hebridianorū militū cohortē, quā impedimētis prçsidio paulo ante locauerat, mo-
15 nuit illico impedimētis relictis Gallouidianis subsidio adessent. Hebridiani celeriter imperata exequuti, primç aciei in magno admodū tū versanti periculo, se coiūxerūt. Horū aduentu, extēplo tanta rerū mutatio est facta, vt Gallouidianorū permulti, vulneribus confecti, & ob id procūbentes hastis aut prçliaribus annixi, prçlium redinte-
20 grarent: & qui fugā occupauerāt, resumptis animis pugnādo cōtractā ignominiā magna delerent virtute. Cçterū cōfœderatis populis vndiq; irruētibus, Britones hostiū multitudine attriti pœne, quū amplius prçlio durare nequiuissent, victoriç spe deposita, fuga se serua-
25 re annixi, in loca paludosa haud procul a pugnç loco cōfugerūt. Tū fœderatorū calones, fugiētes hostes cōspicati, relictis impedimētis, etiā inermes armatos correptis fustibus inclemēter paludibus hçrētes cçdebāt. Absumpsit ea pugna Scotorꝝ atq; Pictorū quatuor ꝓpe milia, Britonū amplius milibus qndecim: quorꝝ haud pauci numero,
30 cœno hçrētes, viribus attenuati, deiectiq; animis, hostibus paruo negocio trucidādi sunt obiecti. Hoc ꝑlio facto, prope ad internicionē Britānicç gentis maiores natu eorum qui supererant, quum nihil victoribus impedimenti ad Albionis imperium occupandum, nihil victis tutum cernerent: omiū consensu, oratore ad victores reges pa-
35 cem supplices petentes misere: spondentes conditiones quascunq; daturi essent hostes, sese accepturos Scotorū Pictorūq; reges, non tam Britonū q̄ sua fortuna ꝑmoti (nōnullos eteni fortissimos vtriusq; gētis ꝑlio amiserāt) aut vt pace fruerent, certo fœderi annuere. Fuerūt hç pacis cōditiones: vt Britāni, nec Legatū Romanū, nec exercitum deinceps reciperēt ī Britanniā, neve Romanos, Gallos, Saxones, aut
40 alios quoscūq; Scotici Picticive nominis hostes, per suos fines sine-

rent transire. Idq; conãtes pro hostibus haberent, & in eos pararẽt arma. Nulla cum gente aut ciuitate fœdus inirent, aut bellum gererẽt sine Scotorũ Pictorũq; regũ iussu. Ab eisdẽ acciti, cõtra hostes ad bellũ proficiscerẽtur. Quicqd esset Albionis vltra Humbrũ fluuiũ, Britonibus inde cũ cõiugibus, liberis, & fortunis abeuntibus, in 45
Scotorũ ac Pictorum cederet possessionẽ. Darent sexaginta aureorũ nũmũ milia fœderatorũ militibus partiẽda. Viginti milia in annos victoribus pẽderẽt. Centũ darẽt obsides regũ arbitrio, Nec octodecim annis minores, neu maiores triginta. Has cõditiones ad Britanniç maiores, corã ad id cõtracta multitudine relatas, quũ multi velu 50
ti iniquas aspnarẽtur: alii licet parũ decoras, necessarias tñ Britonũ rebus expẽsis iusta lãce suscipiẽdas multitudini persuasere. Icto igit inter populos dictis cõditionib9 fœdere, insulę Albionis status paulo pacatior q̃ antea est factus. Hũc itaq; in modũ Britãniã Romanis adẽptã Scoti ac Picti vectigalẽ sibi factã vendicarũt. Posteaq̃ Iulius 55
Cęsar eã primũ ingressus, fecerat Romanis tributariam, anno quadringẽtesimo nonagesimo sexto. Sacratissimi partus virginei sexto supra tricesimũ & quadringentesimũ: Fuitq; idẽ annus regni Eugenii septimus: a Britonũ regni cõditione in Albione per Brutũ q primus in ea gẽte regnauit millesimus sexies cẽtesimus tertius. Et exin 60
de Britonũ vires semper vilescere cœperũt. Scio quę de Maximo & Maximiano, Romanis Legatis in Britannia, & Octauio ac Dionetho, Britonũ regibus, vtcũq; hoc volumine memorię prodidimus: Itidem & q̃ de Saxonũ aduentu in Albionẽ, eorũq; gestis, illico sumus allaturi: a Galfredi Monemutensis scriptis de Britannicis rebus nõnihil 65
discrepare. Neq; id cuiq̃ magnopere admirandũ, q author es quos sequimur, Eutropius, Paulus Diaconus, Beda, Veremũdus: & illis recẽtiores quidã exquisitę eruditionis: nec in rerũ narratione nec in supputatione tẽporũ (vt cuiuis est videre) cũ eo authore cõueniãt. Nulla igitur iniuria nos id multo propius vero in quo multi probati au 70
thores cõsentiũt, existimãtes, q̃ quod vnus Galfredus sine testibus attulit, historiã ex nostris veteribus annalibus sumptã, & in nullo pœne Romanis scriptoribus dissonã, pro ingenii nostri paruitate, animaduersa semper tẽporũ supputatione, vti incœpimus, exequi decreuimus
Viri autem insignes eruditione & pietate, qui cũ Fergusio atq; Eu 75
genio regibus vixere hi fere numerãtur Eusebius Cremonensis, & Philippus Hieronymi assectatores. Hilarius Arelatẽsis, doctrina ac pietate nobiles. Inter nostrates Palladius Episcopus a Cęlestino põtifice maximo ad Scotos in Christũ credẽtes missus vt Pelagianã heresim q̃ iã magnã Britãnię pte infecerat a Scotorũ gẽte arceret po 80

1 pulũq; ad verã pietatẽ a qua cõtinua bellorum atrocitate paulũ aberra uerat rite reduceret. Erat Palladius primus omniũ q sacrũ inter Scotos egere magistratũ, a summo pontifice episcopus creatus: quũ antea populi suffragiis ex monachis & Culdeis pontifices assumeren-
5 tur. Is vtilibus ac piis concionibus Scotos, Pictosq; a quibusdam superstitiunculis gentilibusq; ritibus, nondũ in illis populis post relictam idololatriã exterminatis purgauit: ob quas res Scotorum apostolus a posteritate est appellatus. Post multos tandẽ pios sudores, ac religiosa opera, Christi dogma ppalando pro mortaliũ salute im
10 pẽsa: Forduni (vico in Mernia nomẽ est) beatissimũ huius vitę exitũ sortitus, fatis concessit. Vbi sacrę eius reliquię in multo habitæ honore a multis illuc religionis causa confluẽtibus, vel hac nostra ætate venerandę ostenduntur. Has VVilhelmus Schevves sancti Andreę olim Archiepiscopus, vir vndiq; eruditus, effossas humo mul-
15 tis piis pcationibus, soléniq; apparatu, in capsulã argẽteã honorifice locauit, quarto anno post Christi aduentũ in carnẽ supra nonagesimũ millesimũ quater cẽtesimũ. Palladius Seruanũ episcopũ ad Orcadas insulas missum, vt populũ rudẽ christiana pietate institueret, creauit. Et Teruanũ quẽ infantẽ lustrico lauerat fonte, Pictorũ Ar-
20 chiepiscopũ cõstituit. Eodẽ fere tẽpore missus est & Patricius sanctissimus episcopus, a Cælestino qui Hiberniã iã dudũ veram colentem pietatẽ a Pelagiana impietate sacris monitis & exẽplis tueret. Horũ exacta ac religiosa diligentia, christianę pietatis cultus Romanę ecclesię ritu & instituto, lõge lateq; p tria regna, Scotorũ, Pictorum &
25 Hiberniensiũ, veteribus posthabitis ritibus, sancte ac pie est cõfirmatus. Prodigia plurima i variis Albionis oris priusq̃ Britones cũ Scotis ac Pictis, supradicta pugna cõfligerẽt sunt cõspecta. Luna soli aduersa in quadrã abire visa: & Eboraci sanguineo pluit imbri: & multis in locis arbores de cęlo tactę, aruere in ramis foliisq;, & forũ Lon
30 dini ingenti patuit hiatu. Ædesq; haud paucę in pfundũ sunt absorptæ. Hæc p regiones nũciata vbi multis terrorẽ attulissent, & malũ in nomẽ Britãnicũ vertẽtibus sacerdotibus sedatus est nõ nihil metus. Cõiiciũt qdã in hęc tẽpora Finanũ filiũ Coeli (fyn mak coul vulgari vocabulo) virũ vti ferũt immani statura (Septenũ.n.cubitorũ ho
35 minẽ fuisse narrãt) Scotici sãguinis, venatoria arte insignẽ, oĩbusq; insolita corporis mole formidolosum. Circularibus fabulis & iis q̃ de Arthuro Britonũ rege, passim apud nostrates legunt similimũ, magis q̃ eruditorũ testimonio decantatũ. Huius itaq; viri mirabilibus q ab historica fide haud parum abhorrere oĩbus sunt visa: consul
40 to supersedẽtes, Eugenii regis gesta deinceps prosequemur.

Scotorum Historię Liber Octauus.



Vb idem prope tempus quo Britanniam Romanis ademptam. Scoti & Picti sibi vendicarunt: Vandalis, Gothis, Hunnis, Frācisq; per Hispaniam, Africam. Italiam, Germaniam, & 45 Galliam multa strage peruagantibus (vnde manifesta Romani imperii declinatio apparebat) varia per orbem regna (vt est rerū humanarū vicissitudo in Romanę reipublicę perniciē sunt oborta. Franci etenī (qui vnde habue 50 rint originem non vna est authorū sententia) Rhenū transgressi, & magnā Gallię partem peruagati Parisiorū & Aurelienſiū agris vi occupatis: Tandē ad Sequanā sedes posuerunt. Vbi Pharamundum regem sibi eligentes, inclytissimi Francorum regni fundamenta iecere. Auctū est inde gentis nomen in tota Gallia factumq; tandē vt 55 quicquid terrarū est inter Rhenū & Pyreneos montes, interq; alpes & Oceanū, in Francię prope modum ditionem nomenq; abierit. Cōdidit & Gensericus Vandalorum regnum in Africa, primus qui in ea gēte regiū nomē est assecutus: quod sicuti iniuria, immeritos po 60 pulos lacessendo, impiū habuit initium, ita nō tam externo bello petitum q̄ sua in se versum immanitate, posteaq̄ sex reges in gente illa varia per orbem fortuna regnassent: miserabilē sed iustum sortitum est finem. Cœperuntq; Ostrogothi ac Visigothi & in Italia & in Hispania tum regnare: gētes in Romani imperii exitiū natę: factaq; est Pānonia per idem tempus Hunnorū sedes: vbi & ipsi regnū cōdi 65 dere. Vnde recens nomen sortita videri potest, vt ab Hunnis & Garis, qui simul cōmilitiū fecisse dicūtur, Hungaria sit apud posteros appellata. Vagatęq; sunt per orbem infinitę ꝓpe alię barbarorū colluuiones, sub idem tempus Romano nomini cumulatim clades vndiq; inferentes. Vnde eo deuentum vt quēq̄ sese aut sociū aut amicū 70 aut etiam hostē Romani imperii profiteri, vix capitali periculo vacaret. Si etenim quispiam rogatus, hostē Romanū se diceret: pro hoste habitus a rogāte, fortunis spoliatus, diris cędebatur verberibus. Sin amicū interroganti respondit inuenit etiam qui fatalē ipsi vna cum Romanorū nomine infligeret cladē. Fecit id vt Galli & Francorum 75 & Romanorum militum colloquium atq; congressum q̄maxime tū fieri potuit declinarēt. Britones autē qui Regnum in Armorica paulo ante condiderant, quoscūq; peregrini sanguinis viros, procul suis arcerent finibus: quum quis hostis esset, quis amicus prorsus igno 80 rarent. Maioris Britāniæ incolę hostilibus armis attriti, quādo nul

1 Iam orbis gentem belli iniuria leuatam, quæ sibi opitularetur cōspi cerent: mœstum aliquot annos teneret silentiū, victoribusq; regibus Scotorum ac Pictorū, tametsi gementes frendentesq;, promissum pē derent tributum. Decem inde fluxere anni priusq̄ Britones motū ali
5 quem conarentur in Pictos Scotosue: quibus transactis in Cātio cœ ptum est tumultuari. Conanus etem̄ noui motus author, Conani su perioris, de quo antea dictum est Filius, Octauiana gente in Britan nia creatus, Britonū maiores secretis nunciis in villam medio sitam nemore, vbi venatus causa ęstate frequentius agebat, quo res minus
10 propalaretur ad se acciuit. Eo vbi deuenerant, petiit vti sibi secreto de cōmuni salute cum eis agere liceret. Ea re impetrata. Cernitis (in quit) hanc nostrā gentem olim bello insignem & venerabilem cęte ris orbis populis ciuitatibusq; subactā iam barbaris vectigal quotā nis gentium vltimis pendentem: & quibus ęrūnis, quanto dedecore
15 his nostris infaustis diebus afficiatur. Quid (me miserū) q̄ tantis ca lamitatibus affligimur in causa esse potest: nisi q̄ torpentes desidia, nobis deficientes, iugum bello fractis, spoliatis viribus, Maximiani tyranni perfidia paratum, omniū ignauissimi excutere negligimus, hinc quantū a maiorum virtute, qui Scotos & Pictos, gentes barba
20 rissimas quoties libuisset sedibus prohibere, & procul ab Albione depellere consueuerunt, recessimus, perspicere cunctis est facile. Su periori infœlici pugna, quā cū Scotis & Pictis, decimū abhinc annū gessimus, magnam nos accepisse calamitatem fateor, nobilitate pœ ne omni, atq; equitatu amisso: cum nostris rebus diligenter inspectis
25 fœdus necessarium magis q̄ honestum, cum hostibus inire cogeba mur. At nunc vires, Maximiani tyrannide ac insecuto mox bello ab sumptę, recreuerunt. Est enim in Britannia egregia iuuentus, ad bel lum, & ad omnem laborem subeūdum aptissima: quā si ignauia tor pere siuerimus: nosipsos maiore detrimēto affecerimus, q̄ vnq̄ vel sę
30 uissimi nos affecerint hostes. Opibus abundamus, in quas sęuire cō sueuit Romanus procurator. Ad hostes expugnandos, ad iugum ex cutiendum, non vires desunt, non opes, animis tātum opus est. Ergo pristinę virtutis memores, ignauiam exuite: fidutiāq; & alacritatem & quę ad negocium omne conficiendum potentissima est, virtutem
35 induite. Vnde maiorū veterē excellentiam, cōmodius rectiusq; pos setis referre: vt non solum hostes, sed & cæteri mortales, plus virtu tem q̄ timorem apud vos cęteramq; Britannicę gentis multitudinē, belli glorię semper studiosissimam, facile intelligāt valere. Hac ora tione habita, Britannica quæ aderat nobilitas, in diuersa studia atq;
40 contraria est diuisa. Quorundam etenim mentes mirū in modū con

uersę sunt. magna alacritate bellum poscentium. Alii, & ii gentis nobilissimi, veriti ne liberi, penes hostes obsides detenti, cruciatibus miserabilem in modum afficerentur, bellum in Scotos ac Pictos plurimũ auersabantur: testati frequentius, nullam ob rẽ fidei sacramentũ violandũ. Quumq; in seram noctem, multis altercationibus, concionem protraxissent, vbi in nullam certam sententiam fuisset itum, re infecta, soluto consessu, omnes qui aderant domũ concessere. Britonum cõsilia vbi confœderati reges cognouissent (erãt em̃ inter Britannię primores qui cuncta eorũ facta regibus nũciabãt) & obsides duris cruciatibus torquere, & bellum illico fœderis violatoribus si res nouas molirentur inferre animo destinauerũt. Verum priusq̃ in gentem de rebellione cogitantem bellũ moueretur: statuere legatos ad Britannię primores mittere, qui noui tumultus inter proceres inter agrestes cęterarumq; rerũ omniũ rationem, specie legationis specularentur. Profecti legati quum ad Britones venissent: dixissentq; se a victoribus regibus Scotorum Pictorũq; missos vt eos monerẽt ad amicitiam ictumq; fœdus seruandum, haud credendum iis qui fidei sacramentum violare friuolis quibusdam suaderent ineptiis, ne frustra speratum quærentes cõmodum in propriam laborarent perniciem: attulisse se ad hęc mãdata quędam quæ si auersarentur Britones certo scirẽt atrox bellum quale nunq̃ antea eorum sensere maiores, extemplo in se mouendum. Erantq; hęc tum Regũ confœderatorum in Britones imperia: Ne publicos cõsessus exinde nobiliũ agrestiumve victoribus regibus inconsultis facerent Britones: veterẽ iuris dicendi modum seruarent: Gallorum Romanorumq; neminem, vel negociationis causa admitterent in Britanniã: veteres reciperent obsides, nouos darent numero duplicato, qua ætate superiori fœdere diligenter erat cautum. Ad hæc frendentes Britonum complures suasere parum pacate legatis respondendum neq; obtemperandum tam contumeliosis imperiis, rem omnem cõmittendam potius belli fortunæ q̃ ignominiosas adeo conditiones liberę genti subeũdas. Fuissetq; ingens tumultus populi secutus, nisi gẽtis maiores rebus discussis, obsequentes tempori, iratos frementium animos, blandiusculis verbis paulum demulsissent. Responsum inde legatis ex sententia, tametsi multi Britonũ secreto inter se quę fiebãt ĩprobarẽt, q̃rerenturq; primatũ Britãnię ignauiã. vnde publica salus hostiũ iniurię patefacta plurimũ affligerẽt. Dimissis ita domũ legatis, Britones in publicã perniciẽ paulo post, magnã inter se suscitauere contentionẽ vniuersis & singulis incõmodũ allaturã. Populares etenim raptis armis in primores gẽtis cõspirauere Britãnicę nobilitatis exterminan

dæ consilio. Causati magna tum ignauia a maiorum virtute degenerantium, Barbarorum subactos se imperio, vilissimæq; seruituti addictos. Res tandem ferro est definita. Congressi etenim populares cum magnatibus pugna, quum neq; ordinem seruarent, nec quicq̃ agerent militari ex instituto, victi, fusi, faciliq; negocio in fugã versi, ingenti strage sunt a persequẽtibus hostibus attriti. Nec ea infœlici pugna domita agrestium est feritas. Sed reparatis paulo post copiis, denuo ad sui pœne internicionẽ nihilo tamen fœliciori q̃ antea euentu, cũ magnatibus conflixere. Adeoq; eo prælio popularium vires sunt attritæ: vt exinde relictis vicis, agris, vxoribus & liberis, aut asperis montibus, aut cauernis, saltibusue, victoꝝ declinãtes irã, sese continerent. Vnde frequẽtes incursus, in nobilium greges & armenta, vbi occasio dabatur exercuere. Vltimis tandem vrgentibus, pacẽ peperit necessitas. Nobilitas eñ sine agrestium opera, nec diutius stare potuit: nec sine magnatũ cõsilio & authoritate, populares sufficiebant sibi. Conuenit igitur pax, opibus viribusq; vtriusq; fractis, vtrinq; remissis iniuriis. Attulit id seruile bellũ rebus Britãnicis (vti Albianarum rerũ scriptores literis mandarũt) haud minus incõmodi, q̃ Maximiani tyrãnis, quũ Britanniã & præstanti milite & habitatore pœne spoliaret. Secuta fames ingens tres cõtinuos ãnos in Britannia, mortalium permultos absumpsit. Hãc secuta frugum vbertas, quantã nulla retro acta ætas meminit. Vnde luxuries insolita, omniumq; scelerũ colluuies, inter Britones, deliciis & voracitati, neglecta maiorũ virtute deditos nata: crudelitas insuper, veritatis odiũ, amor mendacii, atq; alia innumera hominibusq; indigna flagitia, adeo vt si quispiam mitius se gereret, aut veritati propior videretur, in eum quasi patrii instituti subuersorẽ, omniũ odia, telaq; torquerentur. Et nõ modo populares (vt refert venerabilis Beda) ea inficiebanť labe: sed & nobiliores gentis, immo Christi sacerdotes, ac dñici gregis pastores, eo tẽporis aleatores facti, ebrietati, litigio, cõtẽtioni, inuidię, cęterisq; hmõi facinorib9, abiecto leui Christi iugo, sua colla impudenter subdiderũt. Perdidit ea lues Britãnicã gẽtẽ, opib9 virtute & belli glĩa olim pollẽtẽ, crudelius lõge q̃ antea vnq̃ gladi9. Accessit & his aliud malũ. Nã corruptę mentis hoies (vt Bedę verbis vtar) acerba pestis corripuit: q̃ breui tãtã vim hoĩm strauit: vt sepeliẽdis mortuis, viui nõ sufficerẽt. Sed nec ꝑeũtium calamitas, nec mortis timor, quos plaga nõ ꝑcusserat, ab aĩ morte potuit reuocare: adeo corrupt9 ille ppĺs, flagitiis sese addixerat. Hæc fuere ĩ causa vt breui gẽs ea, numinis vltiõe suapte culpa Saxonũ armis expugnata amisso regno, regiã maiestatẽ adẽptã, ipsa deiceps nunq̃ pristino cũ

decore receperit. Dũ his incõmodis laboraret Britannia: pax & ociũ
erãt Scotorꝝ Pictorũqꝫ regib⁹, neqꝫ ad aliud qcq̃ aĩos ĩtẽderãt, pterq̃
vt regna post tãta bella, in tã lõgũ ęuũ ꝓtracta, quo opib⁹ & religio
ne clarescerẽt, honestis ac piis formarent̃ ĩstitutis: gauisi numinis fa-
uore, reb⁹ suis ita cõsultũ, vt ipsi suis cũ gẽtibus, secura degerent qe 45
te: hostesqꝫ nõ vno incõmodi gñe attriti, eo essent redacti miseriarũ,
vt nec aliena inuadere, nec sua possent armis ab iniuria tueri. Erat au
tẽ ille Britãnicarũ rerũ status, Scotis Pictisqꝫ admodum gratus. Per
suasum habẽtib⁹, qcqd Albionis Hũbrũ fluuiũ & Deucalionũ ocea
nũ interiacet, in ꝑpetuã ipsorũ possessionẽ cessurũ: Britonũqꝫ regnũ 50
in pristinũ decus restitutũ iri nũq̃. Itaqꝫ Eugenius rex bello ꝑfunct⁹,
quũ nec domi, nec foris haberet hostẽ, ęqssima administratione Sco
torũ regnũ eo extulit fœlicitatis, vt vix vnq̃ antea eã tãtã fuisse no-
strarũ rerũ scriptores meminerint. Hac pace florente, hisqꝫ fortunis,
Eugenius vsus, hũanę atqꝫ fatali necessitati cõcessit: quũ triginta an 55
nis rerũ esset potit⁹. Peruenit eius imperiũ in quartũ circiter annum
Leonis q Cõstãtinopolitanũ inuasit imperiũ. Qua sane tẽpestate Dõ
gardus Eugenii german⁹ (Demortuo etem̃ regi nulli erãt liberi)
oĩm fauore & suffragio Scotorꝝ regnũ est adept⁹: ãno christianę sa
lutis altero supra sexagesimũ & quãdringẽtesimũ. Is fraterno exẽplo 60
ab iusti ęqqꝫ cura, regnũ auspicat⁹ ꝑsuasum cũctis fecit, qualis futu
rus esset rei sũmę administrator. Mediũ erat in Dõgardo ingeniũ, &
pacis videlicet studiosũ: & si necessitas tulisset, nihil a re bellica ab-
horrẽs. Propterea quũ neqꝫ externa timeret arma, neqꝫ domi tumul-
tus appareret, ęq administratores, q ius petẽtib⁹ ęquo dicerẽt libra 65
mine, singulas in regiones misit. Ipse veterib⁹ arcib⁹ reparãdis, ędi-
ficãdisqꝫ nouis, tũ in locis opportunis, vt ad pacẽ, tũ ad bellum, si qd̄
immineret, omnia haberet pręparata, operam impendit diligentem:
haud ignarus nullum regnũ, nullamqꝫ gẽtem fortunæ legibus diu
posse quiescere. Pacem videlicet opes, illasqꝫ flagitia: & flagitia bel- 70
lum tandem parere solere. Ergo quum cæteri, securo ocio agentes,
omnia quippe cernentes pacis & fœlicitatis plena, nihil minus q̃ bel
lum imminere timerẽt: ipse fortunæ risus semper habens suspectos,
castris & arcibus Britanniæ proximis muniendis, præsidiis, armis,
atqꝫ id genus rebus quæ ad bellicum attinerent apparatũ fabrican- 75
dis, perinde atqꝫ bellum instaret, permagna incumbit diligentia. Hu
iusmodi vrbanis actis clarum admodum effectum Dongardum re-
gem, quæ postea pie religioseqꝫ egit cunctis venerabiliorem reddide
re: nẽpe qui Christi sacerdotes, diuũ pręsertim Palladiũ, vitę innocẽ
tia referẽtes, sacri instituti ab eo & iis qui cum eo ab Italia venerant 80

1 conditi,cultores,variis in regni locis prædiis, agris,cæterisq; rebus ad vitę necessitatem accõmodatis, affluenter donatos, magna vbiq; reuerẽtia oĩbus esse voluit:militiæq; vacationẽ eisdem tribuit.locaq; omnia Christo sacra per vniuersas Scotiæ regiones, asila effecit, & 5 ad ea confugientes,seruos fugitiuos,sontes,quouis crimine reos, ne iudiciũ subire publica cogerentur authoritate, dũ illic se continerẽt regio vetat edicto . Nec tñ illis sed & aliis prope innumeris priui-legiis Christo initiatos vt eorum templa,cœnobia,& alia loca sacra augustiora haberẽtur & essent,donauit.Sub tempus quo hęc fiebãt 10 in Scotia,Britones suã deplorabãt sortẽ,omi seruili deteriorem effe-ctam,gentiũ vltimis se subactos,vectigalesq; factos: nec audere nec posse,perigrinos ad se,quo opibus maiorũ more augerent,recipere: fame ad hęc & intestina seditiõe,tetraq; peste,manifesta numinis ira q; flagitiis nimiũ fuissent addicti,accisos . Precati publice ac priua-15 tim,deũ optimũ maximũ vt gentẽ tantis calamitatibus afflictã, an-teactę vitæ pertęsam,inq; maiorũ pietatẽ reductã,in pristinã liberta tẽ restitueret.Fiebant ad hęc, numinis irę placandę causa, vbiq; per Britanniã supplicationes,tanto omniũ consensu,vt rarus esset in gẽ te,qui se exuta veteri ac flagitiosa consuetudine,verũ exinde christia 20 nę pietatis cultorẽ, si tã vile seruitutis iugũ aliquando excuteretur, futurũ non deoueret.Conarius(de hoc viro quantę inter Britones esset authoritatis loco haud multũ ab hoc diuerso a nobis est narra tum)tempus adesse ratus,quo Britannos ad libertatẽ repetendam, mutandamq; publici regiminis formã,facile impelleret,concione ad 25 uocata,gẽtis maiores ita dicitur affatus . Si ea oratio quã apud vos paucos abhinc annos in publico habuimus cõsessu (viri Britãnici) aliqua ex parte vobis mouisset animos,ad bellum aduersus infensos hostes suscipiendũ,superuacaneũ fuisset me hodie ex hoc loco verba facere:quippe q iãpridẽ deuictis,& e vestris regionibus pulsis hosti 30 bus,restitutaq; libertate, atq; ad veteris Britãnię terminos regno ꝓ tẽso,sub Britãnici sanguinis rege,sedes ab omi iniuria immunes me cum haberetis.Sed multis iam incõmodis fracti,fame, interna sedi-tione,tabe pestifera, quantum mali afferat mortalibus luxui addici, nec deos vereri, nec sua tueri iura,vti reor,satis vestro malo edocti 35 estis. Fuere prioribus annis vobis vires,opesq; q̃ nunc ampliores fa-teor: at defuere animi. Non erãt tũc,vt res docuit, mentes quæ quã ti apud vos vestra fuisset libertas, quanta veteris & olim terra ma-riq; regni celebratissimi restitutio, satis saperent.Rediere vt multis experior indiciis,vobis qui aliquando defuerunt animi:saniores sunt 40 mẽtes effectę.Mouet iam vos libertatis dignitatisq; pristinę deside-

rium. Impellunt & quęcūq; libero digna sunt homine, ad fortunā ꝓ
salute publica bello tentandam. Etenim si rem exactius pensitaueri-
mus: hostem cognoscemus indies grauiorē fieri, magisq; nostræ insi
diari libertati. Idcirco non video quid minus nos deceat, q̄ in perpe-
tuo hoc torpore cum nostro omniū dedecore maximo diutius versa 45
ri. Siquidē Ganeis vētrisq; deliciis, vnde omnis nascitur pestis, plusq̄
dicere fas est indulsimus. Reuocemus animos, deū immortalem cu-
ius ira labuntur regna, cuius fauore perstant, lapsaq; nōnunq̄ resti-
tuuntur, sincera pietate colentes, speremus tādem post diras pœnas
quas a nobis manifeste ob flagitia exegit placatum iri: nostriq; mise 50
rescentem, omnia in melius mutaturū. Tempus prospera satis om̄ia
despondet: modo nos ipsi veræ pietatis cultu, deū optimū maximū,
qui ad se confugientium repellit neminē, placauerimus. Et quis quæ
so numine propitio, nisi sua culpa pie decertando, sinistram vnq̄ ex-
pertus est fortunam? Eamus igitur si viri sumus, si eorum vera proge 55
nies, qui Scotos Pictosq; toties victos profugauerint. patrias sedes,
immo libertatem, qua nihil homini antiquius ab iniusto hoste repe-
tamus. Pie capiamus in eos arma q nos impie multiplici clade mul-
tos iam annos attriuerunt: Certam nobis pollicentes victoriam, vel
quia fortunam simul cum nostris animis, hostibus longo ocio torpē 60
tibus iure sperare licet mutatam, vel qđ omnino plus est: quia iusto
prælio cum hoste iniquo congressuri sumus. ¶ Mouit Conarii ora-
tio multitudinē: fuissetq; illico ad arma concursum, si nō pleriq; Bri
tonum ex maioribus patentibus ostendissent indiciis nōdum eas vi-
res Britannis esse, non eam militandi artem imbellibus pœne factis 65
& longa a bello vacatione, & nimia deliciarū assuetudine, multipli-
ci insuper affectis clade, quę sine duce auxiliaribusq; copiis Scotorū
& Pictorum gentes expugnare valeant. Suadere propterea ad An-
droenum (is tum Britonibus in Gallia, quartus a Conaro primo gē
tis rege in Armorica imperitabat) mitterentur legati. Qui regi gē- 70
tisq; illius, maioribus Britonū deferrent querelas: quererēturq; Sco-
torum atq; Pictorum importabiles iniurias: auxiliumq; orarent, ad
auitas sedes a barbaris per iniuriam occupatas armis repetēdas, Bri
tonūq; regnū ad antiquos terminos in Albione protēdendum. Hæc
vbi contractæ multitudini placuisset sententia, ductumq; fuisset in 75
consultationem, quis potissimum ad negocium conficiendum foret
deligendus: suffragia omnia in Guitelinum Londini antistitem, &
Conarium recidunt. hi viri magnæ inter Britones authoritatis, quū
missi legati in Armoricam traiicerent, medio inter Britanniā & Ar-
moricam ipsam transmissu, Conarius corrupto cælo & aquarū inso 80

1 lentia in febrem incidit, quã breui post tẽpore mors est secuta. Tulit Guitellinus pontifex ęgerrime insignis viri interitum: & mox vbi in Armoricam appulsus erat, demortui funus, actis christiano more parentalibus, lugubri pompa, sumptuq; extulit ingenti. Inde ad regem
5 Androenum, celebri comitatu perductus, dato regni maiorũ cõsessu, in hunc modũ dicitur verba fecisse. Si non compertum haberem (regum inuictissime) tibi haud incognitũ, qui sim, qua causa a Britãnica gente, huius tui populi parente, huc venerim, aliũde mihi fuisset orandi principium sumendũ, exactiorq; oratio adhibẽda, vt tuum
10 afflictis nostris rebus fauorem conciliarem: verum q; hęc omnia tibi (vt ex ea comitate qua te iubente ab huius regni primoribus acceptus sum liquet intelligere) abunde sunt nota. legationis summã nihil oratoris ad amicissimũ regẽ officio subnixus breuibus perstringam. Scoti ac Picti omniũ quæ in terris sunt gentes immanissimæ,
15 vbi Britanniã ab Romanis sine præsidiis relictã, patrioq; milite pœne nudatam accepere, primo ꝑ tumultũ & cędem, oẽm agrũ ad Tinam vsque amnem occuparunt, quoscunq; Britannici sanguinis homines ibidem inuenere, armis insectati, aut alio cõcedere, fortunis direptis, aut vitam finire coegerũt. Nec his malis & incõmodis in no-
20 stram gentẽ, sedata est hostium truculentia, immo magis (vt mox videre erat) iritata. Nam paulopost, diruto Hadriani vallo, in omnẽ agrum qui trans Humbrũ est, ferro & igni irrupere: tanta vi vt facile appareret, totã insulã, aut pulsis, aut deletis Britonibus, barbarorum potestati breui subactum iri. Fuissetq; prorsus si ea multitudine
25 exũdassent hostes, qua & Albionẽ potuissẽt colere & ab hostili iniuria tutari. Nostri tot tãq; importabilibus malis attriti, vbi variis legationibus Romanorũ fidẽ frustra implorassent: decreuerũt se oĩa extrema potius experiri, q̃ tantę obnoxios truculentię, vitã tantopere ignominiosam degere. Copiis proinde cõtractis iuere in hostẽ, vt
30 fortes & generosi, quos aut honeste viuere oporteret, aut honestam mortẽ occũbere. Et in eũ prælio cõgressi, post variã inter pugnandũ fortunã fortissimos quosq;, & qui in nostra gente essent optimi, amisere. Secundũ infœlicẽ pugnã, truculentissimi hostes, non tam Britãnicum imperium, q̃ sanguinẽ sitientes: multa cæde per insulam, omni
35 tum patentem iniuriæ, sunt grassati: donec nos viribus fracti, fortunisq; spoliati pacis conditionibus, furentium hostiũ arbitrio dictis, fœdus (me miserũ) necessariũ sed minime honestum, datis tamẽ primorũ Britãnię liberis obsidibus, cũ eis iniuimus. Nostrum cõplures breui deinde mora cepit, licet sero, facti pœnitẽtia. Vnde plębei no-
40 bilissimos quosq;, violatę libertatis Britãnicę, multis obiurgatiõib9

incuſauere. Diſſidiũ inde ortũ, peperit ſeruile bellum, nõ ſine ingenti
noſtro incõmodo vix tandem ſedatũ. Id malũ ſequuta fames, oĩmq;
rerũ inopia: famẽq; vbertas, inſolentię parens, haud minus q̃ fames
ipſa noſtris pernicioſa & moribus & imperiis. Peſtis ex his nata: ab-
ſumpſit tot Britãnicę gentis capita, quot in nulla antea ſcriptorum 45
compertũ eſt memoria. Neq; hęc tam ſęua nos vulnera tantũ afflixe-
runt, quantũ Barbarorũ ꝑpetua crudelitas. Noua quotidie excogi-
tãtur ſupplicia, noui imperantur obſides, noua vectigalia, ſęuitur in
fortunas, in corpora: nulli vſq̃ quippiã tutũ: vbi hoſtiũ feritas degraſ-
ſari queat. Siquidẽ apud eiuſmodi hoſtes, nullus eſt iuris modus, nul 50
lus ęquitatis. Quę omnia mala, tibi perinde atq; nobis (inuictiſſime
rex) vt par eſt exiſtimare, triſtia ſunt ac non ſine animi indignatione
audienda. His autẽ tã intolerabilibus malis nos tandẽ edocti deum
eſſe, iuſtaq; eius vltione, nos in tantas incidiſſe calamitates, in mentẽ
ſaniorẽ reuerſi, decreuimus errata in deũ & in proximos, quãtũ ꝑ ho 55
mines fieri poteſt, emẽdare: pio videlicet cultu cęleſte placare numẽ:
quo ꝓpitio oĩa nobis, vt par eſt ſperare, ſecundiora ſint futura. Conſi
liũ cepimus ad hęc eius Britannię partis, quã ſumma iniuria tenent
hoſtes, te (rex inclytiſſime) authore, repetẽdæ, excutiendi ſeruitutis
iugi, qđ diutius q̃ liberã deceat gentẽ, indigne tolerauimus, reſtituẽ 60
diq; regni Britãnici, ac demũ in antiquę gẽtis fœlicẽ ſtatũ reuertẽdi.
Hęc q̄a noſtris opibus, per tot iã annos bello fractis conſequi nequi
mus (Nã & ſi nobis ſunt animi ad egregie agendum ꝓ honeſto, vi-
res tamẽ ad hoſtẽ, cuius ſęuitia res noſtrę labefactantur, oppugnan
dũ deeſſe haud ignoramus) ad te confugimus ſupplices obſecrãtes, 65
vt gentis Britãnicę, iſtius tui populi olim parentis, fortunam miſera
tus, quo afflicti, & in aperto diſcrimine conſtituti, iamq; iacentes (vt
ita dicam) facilius erigamur aduerſus tã ſęuos hoſtes, tua ex hac bel
licoſiſſima gente, auxiliares mittas: quibus freti, contractã noſtrapte
culpa contumeliam, hauddubie ſumus deleturi. Nam præter te qui 70
Scotorum Pictorumq; feritati pro nobis ſeſe opponat, prorſus inue
nietur nemo. Neq; vero alienas opes tutaberis, ſed tuas tuęq; dom9
fœlicitatem. Tuũ ſiquidẽ futurũ eſt Britãnię regnũ: nãq; vt ex vno
quondã regno res Britãnica in duo eſt diuiſa, ſic nunc vnius ſub im
perio, qñ p̃ter te tuoſq; liberos, nullus regię ſtirpis ſuperſit, in vnũ re 75
deat neceſſe eſt. Ergo oblatã occaſionẽ haud aſpernare, ita rebus no
ſtris, immo tuis, conſule: vt in vtraq; Britãnia, regnes, imperes, oĩaq;
tuo nutu, ductu atq; conſilio fœliciter gubernes. Ad hęc Androen9
rex ſe Britãnorũ vnde originẽ traxit, p̃ſentẽ caſũ tã miſerabilẽ ęger-
rime ferre reſpondit: Nec minus triſtẽ ſibi viſam, q̃ iis q̄bus iniuria 80

fuit illata. Verum humanarũ rerum esse vicissitudinẽ: vt ex amplis-
sima nõnunq̃ fortuna, mortales in maximas deiiciantur calamitates
ex calamitatibus nõnunq̃ in pristinam restituantur fœlicitatem. Ea
præterea lege genuisse homines naturam, vt quicquid eorum esset,
mortale esset, & vt nõnunq̃ secũdã sortem experirentur, nõnunq̃ ad
uersam. Merito itaq; se laudare Britãnicam gentem, ꝙ nihilo mino-
res spiritus alerent, afflictis vndiq; rebus, q̃ incolumi fecissent fortu-
na: & ꝙ spem haberent Barbarorum excusso iugo, pristino recuperã
dę libertatis. Quod vero ad suum in Albionem traiectum attineret,
id tum haud cõmode fieri posse, ꝙ ipsi senio confecto, ad Armoricæ
summã administrationem vix vires suppeterent: filiũ se habere nomi
ne Constãtinũ ętate, viribus & consilio florentẽ, hunc cum lecta mi-
litum manu, missurũ se in insulã: ad Britãnicũ regnũ restituendũ, ad
Scotos Pictosq; Britãnicis pellendos agris, & ad solitam in Britan
niã priusq̃ Romanis armis fuerat subacta, regiminis formã inducen
dã: arma, naues, pecuniã, frumentũ, cęteraq; oia, quibus ad expeditio
nẽ opus foret, afflueter administraturũ. Hęc regi pollicẽti quũ gra-
tias legatus egisset Britãnus: eũ cõfestim, multa veneratiõe acceptũ,
armoricus Britonũ rex familiariter hortatur: bono esset animo, fore
vt quæ postulasset ac longe maiora impetraret. Placuit inde vt Gui
telinus legatus Redonibus, (est ea vrbs Armoricoꝝ Britonũ nume
rosissima) donec milites nauesq;, & quę eis in expeditiõe vsui forent
necessaria cõpararent: haud minori q̃ rex ipse veneratiõe habitꝰ sese
contineret. Secundum hæc iussit Androenus quicquid nauium ha-
buit Armorica in Soliacanum nunc Diui Maclouii sinum conueni-
re. Vnde nautis, epibatis & omni bellico apparatu onerati, Constan
tino imperante soluentes, in Albionem fœlici traiectu transmiserũt.
Ad tãtę classis cũ auxiliaribus aduentũ, Britones insolita affecti ala
critate, vt copias, ducẽq; Constantinũ corã intuerẽtur gregatim ad
littora cõcurrũt. Tũ Guitelinus põtifex, coram Britãniæ maioribus
(Magna etẽm eoꝝ vis illuc cõuenerat) quãta beneuolentia ab An-
droeno rege in Armorica fuisset acceptus, qua habitus veneratione,
q̃ benigne respondisset postulatis, breui aperit oratione, q̃ validum
delectum, cui & filiũ Constantinũ, virũ probata virtute spectabilem
ducem pręfecerat: ingẽti cũ nauiũ numero, in ipsorũ miserit auxiliũ.
Ex edito inde loco, Constãtinũ multitudini gratissimũ oim, quæ an-
tea vidisset, spectaculũ, ostendit. Ad viri aspectũ cũctis ingentes cre
uere animi. susurrãtibus inter se primũ, aperte inde vociferãtibꝰ aut
Cõstãtino duce, aut nullo vnq̃ pristinã libertatẽ vindicandã. Immis-
soq; a paucis ex cõposito, nõ sine Guitelini authoritate sermone Cõ-

ſtantini eligendi in regẽ, ingenti illico populi applauſu, lętis omniũ
acclamationibus, Cõſtantinus regnare inter Britones in Albione eſt
iuſſus. Ita Conſtantinus pręter opinionẽ regium nomen adeptus, cũ
Guitelino antiſtite, cunctis precantibus ei fœlicem ſucceſſum in ca-
ſtra deſcendit: vbi coram patribus, magno adhibito iureiurãdo, ſeſe 45
vouit, ad interitum vſq;, pro Britanniæ decertaturum fœlicitate. Vi
& armis contractum dedecus, reſtituto regno pro libertate recepta
deleturum. Edixit inde ſuffragantibus primoribus vt die qui ab eo
foret quadrageſimus cuncti Britãnicę gentis ad bellum apti, ad Hũ
bri ripam in armis adeſſent: ducũ parituri imperiis. Dimiſſus itaq; 50
populus domum, Conſtantini regis iuſſa gnauiter eſt exequutus. Pa
rantibus ergo ſumma ope bellum Britonibus, nemo erat omniũ, ar-
ma ferre potens, qui a militia eſſe voluit immunis: Tantus omnium
erat cõſenſus, patrię in priſtinũ decus reſtituẽdę. Scoti & Picti Brito
nũ cognito conſilio, obſides penes ſe detentos, variis cruciatibus ad 55
vnum interimunt. Qua imanitate Britones perciti, Cõſtãtino ſuadẽ-
te, ſuſceptã in hoſtes expeditionem maturãt. Cõdicto tandẽ die, Cõ-
ſtantinus contractã multitudinem contemplatus, loco ad id delecto
egregias copias, armis & alacritate, non tam ad Scotos ac Pictos de
bellandos, q̃ ad delendos prorſus ſi opus foret, inſtructas, laudatas 60
plurimũ pro concione, in hoſtem mouere iubet. Interea Scoti & Pi-
cti, in nullo Britonibus ſegniores, quę ad belli erant vſum cõparatis
delectuq; p regiones facto, ingentẽ exercitum in agrum educũt Ebo
racenſem. Vbi caſtris poſitis, exploratorũ quos in Britanniã ante ſe
miſerant expectare decernũt reditum. Poſtridie cognito Britannos, 65
haud amplius paſſuum quatuor millibus abeſſe, celerius q̃ par erat
mouentes, breui in hoſtium deuenere cõſpectum, nullam pugnę mo
ram facturi. Conſtantinus rex colles haud procul ab Humbro occu
pauerat. Vnde confœderati reges, prælio abſtinẽtes, ſignum pugnæ
in ſequentem diem proponunt. Poſtera luce, Dongardus Scotorum 70
rex, priuſq̃ Britannicæ copiæ in æquum deſcendiſſent, ex loco edito
ad ſuos. Nulli (inquit) admirationi eſſe debet, ꝙ Britanni aptis lo-
cis ad pugnam relictis, in montana confugerunt? Eo etenim ſuapte
natura temerarii, præditi ſunt ingenio: vt ſi primum egregia qui-
dem & fortiſſimis digna polliceantur: perſpectis hoſtibus: quorum 75
prius expertam vim non poſſunt non timere: animos penitus remit
tant. Q; faciles ſunt Britones ad nouos motus ſuſcitandos. Q; ven
toſi, infinitis prope pollicitationibus, & q̃ molles in ſuſceptis nego-
ciis exequendis, vbi ſenſerint aduerſarium experientia vos docuit.
Heri, vti certis accepimꝰ indicibꝰ, armati tãq̃ illico manꝰ cõſerturi, 80

poſcētes pręliū inceſſere. Auditę frequētes militū voces, quādo dabi
tur hoſtis? quo fugit? vbi latet? At hodierna die tāti ardoris obliti, vo
bis ꝓſpectis, cōgreſſum declinātes in mōtiū aufugerūt abrupta. Pro
inde quū vobis cū meticuloſis & ingratis: vt quos frequētius victos
5 veſtra ſeruauit clemētia, res (ſi tn̄ fuerit pugnādū) hodie veniat agē
da, fœlicē exitū nō poteſtis nō ſperare. Addit & vobis ingētē victo
rię ſpem, inſignis hoſtis ꝑfidia, quē nulla tenēt fœdera, qui bellū cō
tra fidei ſacramētū prius intulit q̄ denūciaret. Auctę ſunt hoſti vires
fateor, nouarū acceſſione: ſed nihilo meliorē factum aio q̄ antea fue
10 rat, credite. Nūquid Cōſtātinus alieno ex regno accit9, Britonū dux
appellatus, aīos quos ganeę, popinę ꝑpetuę, nephariaqꝫ & cōtinuata
flagitia, ademere gēti pauidę, ſine virtute, & ob id a ſuperū fauore iu
re deſtitutæ, atqꝫ ante initū certamē vinci ſolitę, aduerſus veſtrā ma
nū, quā toties ſenſere victricē, reſiſtere poterit? Nūq̄d nouus & pere
15 grinus dux, mulieroſū exercitū, ex infidis pugnæ deſertoribus, & ad
veſtrū nomē pauētibus cōgregatū ad fortiter agēdū aduerſus victo
res animabit? Credite cōmilitones fortiſſimi, nec timidū leporē vena
ticus canis, nec piā ouem lupus atrociſſimus, maiori vnq̄ ꝑculit ti
more, q̄ veſtri aſpectus Britonū omniū nūc ꝑcellit animos. Neqꝫ vos
20 terreat (viroꝝ fortiſſimi) arcuū, miſſiliū, catapultarū, p̄liariū, cętero
rūqꝫ armorū generū ingens vis & varietas quā apud hoſtes cernitis:
ꝙ hæc ſine animi robore, dextræqꝫ promptitudine, quibus inimicum
exercitū carere apertiſſime cognoſcitis, parū vobis, fugiētibus vero
illis ſi non ocyus abiiciantur, plurimū ſint allatura incommodi. Ve
25 rum non tam hoſtium res q̄ veſtras accurate ꝑpendite. Si pugnādū
fuerit, nulla militari diſciplina egreſſi, in prælium ite. Si perſequen
dum fugientes hoſtes, magnopere curandum, vt ſummo id fiat ordi
ne, ne forſitan effuſe vagantes, victis fugientibuſqꝫ in noſtram contu
meliam fueritis in prædam. Ite propterea fœlices, periculum facturi,
30 an Britones rē ferro decernere voluerint. Ite inquam, vt quibus nec
vires, nec animi, nec conſilium ſit defuturum: & me eum ducem co
gnoſcite, qui fortes & ſtrenuos meritis præmiis, timidos vero & de
ſertores ignominioſis afficiam ſuppliciis. Vix finis erat dicendi,
quum ſtationarii animaduerterent Britonum turmas, e tumulis in
35 æquum deſcendere. Pictorumqꝫ exercitum ordine certo procedere
ad prælium. Tum Dongardus læto vultu miram præ ſe ferente ala
critatem ſuos quo ordine & apparatu, qua maturitate mouerent
edoctos in pugnam iubet procedere: edicens ne ante finitum præliū
Britonum quempiam vel deditum ſupereſſe, neu ſe viuentes in ho
40 ſtium venire paterentur poteſtatem. Atrox prælium illico ſecutum.

Vtrũq; tandẽ Britonum cornu, Pictis Scotisq; cessit. Media his resti
tit acies. qua parte Cõstantinus omniũ ferocissime ciebat pugnam,
trahebatq; certamen. Hunc conspicatus, Dongardus rex, quocunq;
tenderet, aduersam turbãs aciem, manipularibus aliquot stipatus in
genti ferocia in mediũ Britãnicum cuneum fertur: nimiũ Constanti 45
ni interficiendi cupidus. Britones armorici excepere venientem, atq;
vndiq; circũdatum multitudine pugnantiũ, quum se dedere noluis-
set: cęsis manipularibus in terram deiiciunt. Hastaq; innixũ vt in pe
des assurgeret, præliaribus rursum impulsum resupinant. Inde telis
sępius repetitũ obtruncant. Scotorũ cõplures subito regis casu per- 50
culsi, capessunt fugã. Alii ob id ira maiore perciti ingẽti ardore pu-
gnę insistũt. Nec Picti remisere animos, quominus in pugna ferocis-
sime ꝑdurarent. Conflictatũ ita dubio Marte, ad medium ferme diẽ:
quando Britãni, pulsi Scotoꝝ Pictorumq; vi, loco paulũ cedere sunt
coacti. Ostendit trepida eorum fuga post hoc secuta, penes hostes vi 55
ctoriam esse. Funesta ea dies ex Britannis sexdecim ꝓpe millia, ex Pi
ctis & Scotis amplius quatuordecim millia, simul cum Dongardo
rege absumpsit. Constantinus postridie pugnę: quia afflictum exerci
tum, repente nequiuisset reparare, relicto Eboracensi agro, cum reli-
quiis copiarum abiit in Cantium. Scoti Dongardi regis funus defe- 60
rẽtes in Ionã insulã, regio more extulerunt. Extinctus est Dõgardus
principatus sui anno quinto, qui annus fuit Constantino Britannoꝝ
regi primus. Leoni vero imperatori octauus circiter: ab exordio chri
stianę religionis quintus supra sexagesimũ quater cẽtesimũ. Atq; in
eius locum Cõstantinus, Eugenii superioris germanus, ꝙ demortui 65
regis liberi impuberes, immaturi essent ad publicã administrationẽ
oim cõseusu suffectus. Erat is (tametsi ꝓbitatis quædã signa præ se
ferre videbatur) ingenio multũ a fratris indole diuerso: homo videli
cet ad voluptatẽ potius q̃ ad imperiũ natus. virginũ raptor, stupra-
tor matronarũ, & in primis detractorũ fautor, alitorq;. Nunq̃ lętitię 70
signũ in nobiliũ pręsentia, quibuscũ raro cõgrediebatur, emittere cõ
spicatus: tristi semper fuit vultu. Inter Histriones impuros, & quos-
cũq; sordidi generis hoies, hilarem iucundumq; imperatorem: inter
probos autem virtute & authoritate pollentes, tristẽ, imbecillem, de
iectum, seruilemq; sese exhibens. Eoq; factũ vt licet cum Britannorũ 75
rege Constantino conueniret nomine, vitæ tamen modo, ab eodem
plurimum discreparet. Is etenim vrbanis ac religiosis gestis insignis
Britannicum regnum sua maxime opera restitutum, probatissimis
ornauit moribus. Noster ignobilis habitus, cunctisq; iprobat9, post
adeptum regnum, nihil illustre, nihilq; rege dignum edidit. Quippe 80

qui in administrationis initio, quum ad eum frequentes conuenirent Scotorũ nobiles, suaderentq; in Britones acceptam vindicaret iniuriam, delendãq; Dõgardi regis cęde contractam contumeliam: oĩm sententias auersatus, satis se scire quid in publica administratione foret optimum factu, respondit. Aliorum consilio minime indigere, eo se esse ingenio, vt cuncta agenda sua exequi posset sententia, alienis suasionibus nihil. Breui inde post gesta quædam inconsultis regni patribus, satis probauere, regem temere suo confisum ingenio. Nam Britonibus vix petentibus pacem dedit. vectigal remisit, arcibus nõnullis ad Humbrũ fluuium clam redditis. Eratq; omniũ iudicio ꝑmulta in Scotici regni incõmodũ actur9, si nõ primates ocyus temerariis eius restitissent ausibus. Hi etenĩ ægerrime tulere regis corruptissimos mores, iniquãq; haud sine publicę salutis iactura regiminis formam. Quũq; eo res processisset, vt ad rebellionẽ spectare videretur: Dongallus Gallouidianus, cuius veneranda admodum omnibus erat authoritas, in magno procerũ populiq; cœtu validis ostendit rationibus, quantum eo temporis periculi, domesticum bellum si oboriretur esset allaturum, ꝙ Britannicũ regnum denuo restitutum, infensissimis in Scotos odiis exardescens, indies viribus augeretur. Nouusq; Britonum rex vt adolescens, gloriæ cupidus vbi regnum vndiq; stabilisset, arrepta opportunitate, hauddubie in Scotos Pictosq; esset moturus bellum. Britannos vero tum deniq; fœdera tenerent, quando hostis pauerent opes. Picti, gens semper ancipiti animo, frequentius eo inclinarent: vnde victoriam fore suspicarentur. Scotorum rex is esset qui ventris excultores amaret, non animorum. Vorax, mulierosus, nec ad publica, nec ad priuata munia idoneus. Reprimendam propterea iram temere conceptam, quæ nihil consulte agere solet: opportunius tempus expectandum: parendum rationi: imminẽtia mala, sũmo vitanda si vitari possent ingenio: quę afferret necessitas æquis animis toleranda: si reipublicæ optime consultum vellent. Dongalli suasionibus obtemperans multitudo, etsi nõnullis nobiliorum alia esset sententia: infensum tamen regimẽ publicum aliquot annis exinde ęgris animis pertulere. Pictorũ maiores desidẽ Scotorũ regẽ, in quo nulla virtutis cõspiciebant signa, inter meretricũ greges acturũ regnũ rati, ne Britãnia, regno restituto iã ferocior effecta, sũpba insultatiõe in se suãq; gentẽ veteris iniurię memor aliqd pararet icõmodi, In Cõstãtini regis Britãnię cędẽ, qui cum aperto congredi Marte non audebant, viros quosdã subornarũt. hi sanguinẽ mẽtiti, primũ inter seruos, inde inter regios aulicos pro Britannis sunt habiti. Parauit eisdem paulo adulatio prin-

cipum domeſtica peſtis, tantam regis familiaritatem, vt eorum ver-
bis vel in rebus grauioribus certam prȩſtiterit fidem. Vnde ex mo-
re ad regem aliquando ingreſſi, veluti ſecretius aliquid ſemotis ar-
bitris relaturi, ipſum obtruncant. Ad inflictũ vulnus, ſtationarii ge-
mitum audientes, fugientes percuſſores ſunt inſequuti, prȩhenſoſq; 45
manibus & pedibus ligatis, & in accenſam pyram inclementer inie
ctos ad vitæ vſq; exitum flãmis ambuſſerunt. Incidit nefaria Conſtã
tini Britannici regis cædes in quintũdecimũ regni Conſtantini Sco
torũ regis annũ. Neq; is diu poſtea vita ſuperſtes erat. A nobili He-
bridiani ſanguinis viro, ob filię raptum noctu ſtrangulatus : poſtq̃ 50
inglorius annos ſeptẽdecim regnauerat. In cuius locum populi ſuf-
fragiis, authoribus patribus, Congallus illius ex Dongardo fratre
nepos rex eſt ſalutatus : ancipiti vir ingenio, & ad pacem & bellum
parato. Pacis tamen penſitatis Scotorum rebus deſide ſub principe
recenter neglectis, cupidum magis q̃ belli, in principatus ſui initio 55
ſeſe oſtendit. Non deerant qui regi ſuaderent Britonũ iniuriã, ob Cõ
ſtantini principis mollitiẽ nondũ vltam poſt illius mortẽ & Conſtã
tini Britonũ regis cædem, iam ferro vindicandã. Verum nouus prin
ceps, ea re in opportunius tempus dilata, ad labefactatũ regimẽ pu-
blicũ, flagitioſis ſub moderatoribus, vnde exceſſerat reſtituẽdũ, pri- 60
mũ animũ adiecit. viris prȩcipua ſapiẽtia, magiſtratibus dictis, ad-
hibitis ad negocium. hi in litibus cõponendis, in plectẽdis ſontibus,
ſumma vbiq; vſi poteſtate, breui eo redegere om̃ia, vt populus cõcor
di pace, ſecuroq; viuens ocio ſub Cõgalli imperio, nõ tã regię pote-
ſtati, q̃ iuſtitiæ, fidei ac beneuolẽtię ſe cognoſceret ſubiectũ. Dũ his 65
Congallus rex operã impendit: Vortigernus magna inter Britones
authoritate, vir miro aſtu vafroq; ingenio, regnandi oĩm cupidiſſi-
mo, poſt Conſtantinũ Britonũ regẽ extinctũ, Conſtãtiũ demortui re
gis filiũ, maiorẽ natu, quẽ pater, quod ad publicum regimen inepto
prorſus erat ingenio, dudum monachum fecerat: cœnobio vi extra- 70
ctum, vt in patris locum rex ſufficeretur, maioribus Britanniæ ſuf-
fragãtibus, author fuit. Id Vortigernũ callidis artibus egiſſe poſtea
ſatis conſtabat, vt monacho, omnis experti vrbanitatis imperitante,
ipſe regnũ ſuo adminiſtrãs arbitrio, domeſticas primũ augeret opes
regnum inde regia Cõſtãtini domo deleta, tyrãnice occuparet. Et vt 75
cõmẽtũ cũctos lateret, pauciſq; ac publicę ſalutis ꝓbe ſe amicũ ſimu
laret: icto cum Scotis ac Pictis nouo fœdere, cẽtũ Pictici ſanguinis
viros, Scotos totidẽ, muneribus ãplis, maioribuſq; lõge pollicitatio
nibus ad ſe accitos, Cõſtãtii regis corporis adhibuit cuſtodię: quorũ
nõnullos aliquot poſt ãnos, vbi opulẽtꝰ erat factꝰ, tẽpus ratꝰ adeſſe 80

idoneum occupandi regni, clam in regis necem armauit, multa pollicitus si rem exequuti fuissent q̄q̄ vafro id agebat animo, Creduli tamen ac cęci cupiditate, regē custodię suæ cōmissum p insidias petentes noctu fœdissime obtruncāt. Vortigernus vbi cęsum regem audiuerat (nō enim longe aberat rei exitum opperiens) in secretius cubiculum, vbi Constantius multo cruore madens iacebat exanimis, furenti similis irrūpit. Regis percussores pręhensos, ne se insidiarum authorē proderent: illico strangulari pręcipit, inter proceres qui tū forte aderant frequentius dictitans: nihil se Cōstantii, modestissimi rei summę administratoris nece, vnde publicę Britānicę saluti periculum ingens immineret, ægrius ferre,. Accitis inde reliquis Scotis Pictisq;, variis ex ciuitatis locis, patrati sceleris ignaris, atq; cōiectis in vincula, curando funeri regio more haud exigua cum nobilitatis parte (vti tum Britannorū erat ritus) quod reliquū erat noctis consumpsit. Prima luce in forū Londini, suis cū fautoribus (ingentē enī horū numerū largitionibus parauerat) illico prosiliit. Ac multitudine coram, lōga questus est oratione, Scotorū Pictorūq; perfidiam, q modestum regem, suę ipsorū creditū fidei, obtruncassent, spoliassentq; quātū per eos fieri poterat Britanniā moderatore: animo (vti par erat credere) aut gentē Britannicā in duas factiones scindendi, aut cūctas regiones Britannico parentes nomini, iusto rege sublato, hostiū iniuriæ obiectandi: fore nisi tam impudēs audacia q̄ celerrime castigaret: vt maiora longe flagitia (si tamē maiora esse possint) in Britannicę reipublicę iacturam auderēt. Propterea sumendū de perfidis publicū suppliciū, culpam omniū pręsidiorū esse: pręcipuos infandi sceleris authores stimulante ira dedisse pœnas: superesse cōplures ad necem extēplo rapiēdos. Britannica pubes ad hęc vehemēter fremere. At Vortigernus cętera vt orsus erat peragit. Deprompti inde Scoti ac Picti publica e custodia, illico in altissimas cruces cunctis probantibus sunt sublati. Ea res cunctorū animos Vortigerno conciliauit: in eū vnū veluti patrię parentē intuentium, spectantiūq; eius vnius de summa administratione iudiciū. Tū Vortigernus, callido vsus ingenio, ne ambitiose regnū petere videretur, populum rogat, Ambrosiū ne Constātini regis filiū, impuberem regnare vellēt, testatus puerum iustū regni hęredem. At vbi omnes rei summā recēter restitutam impuberi deferendā ingenti acclamatione negassent. Iussit quē vellent regem dicerent: oborta tum magna populi vociferatione, Vortigernus, fautoribus eius (vti prius erat cōuentū) rem inchoantibus, regnare in Britannia est iussus. Regnū igitur eo dolo assequutus Vortigernus arcem Londini fortissimis munit pręsidiis.

domesticos,prędiis agris magistratibusq; donatos,ꝙ cęteris parum
consideret homo facinorosus,secũ manere iubet. Constantinianę fa-
milię viris,cultoribusq;,clam insidiatus,eorũ permultos quęsitis oc
casionibus ꝓscripsit. alios fortunis exutos,ad extrema rapuit suppli
cia.Quorũ facinorũ fama effectũ est,vt Aurelius Ambrosi9 & Vter
Constantini regis liberi (asseruabãtur hi impuberes adhuc in Cam
bria sub pręceptorũ ac pędonomorum tutela) amicorum opera,vt
Vortigerni insidias,quę tum haud dubie imminebant,euaderent,in
Armoricam Britanniã,ad patruũ suũ loci tũc regem nauigio defer-
rentur.Inter hęc Scotorũ Pictorũq; reges,accepto nũcio suorũ con-
tribuliũ,Vortigerni malo dolo,apud Lõdinũ cõtumeliosi interitus:
tãtę impatientes iniurię, Britonũ proximos agros,incursionibus ac
latrociniis nec cęde,nec incẽdio tẽperantes infestauerũt. Britannica
rũ tum regionũ incolę tantis malis afflicti, quum nec hosti resistere
quiuissent,nec ad hostilem vim propulsandã a rege sperassent auxi-
liũ:relictis agris atq; fortunis,quas secũ ferre non poterãt,vt vitę cõ
sulerent,in intima Britannię sese receperũt. Tantę vero agrorũ de-
populationis,mortaliũq; cędis nũcius, Vortigernũ ad ingẽtẽ ex Bri
tonibus exercitũ ocyus cogendũ mouit.Cui Guitelũ Cambrię prin
cipẽ,virũ insigni nobilitate,vt in hostes duceret pręfecit. Ipse haud
ignarus ꝗ̃ inimico in se essent animo Britanniæ primores, ꝙ insi-
dias Constantini tetendisset liberis,malens per alios duces necessa-
rium bellum gerere,ꝗ̃ se non sine capitis periculo multitudini con-
spiciendum ostendere,Londini sub id tẽpus sese continuit.Guitelus
Britannici regni timens ruinam,nisi hostis truculentia vi prohibere
tur:debito in patriam officio motus, profectusq; domo cum copiis,
recta ad hostes contendit:ductusq; per exploratores in eam Britan-
niæ regionem, vbi Scoti ac Picti liberius sine ordine grassabantur:
quingentos prope ex eis interceptos, & mox latrocinii damnatos in
cruces sustulit:reliquorũ trepida ad suos fuga, socios conspicatium
non sine ingenti animi dolore suppliciis talibus affectos, pro nũcio
fuit.His perciti reges confœderati,cõparatis ad militiã necessariis,
Guitelo obuiam proficiscũtur.Octauo exinde die, Britannos ad pri
mũ Scotorũ, Pictorũq; aspectũ vehementer pauentes,timore leuare
aggressus Guitelus,docet cõfœderatos hostes,agrorũ depopulatio
nibus,vetularũ,senũ,& imbecilliũ cęde,plusꝗ̃ pręliis exercitatos, tũ
victoriã assequi,quũ non repugnantẽ,sed timidũ ac de fuga cogitã-
tem sentirẽt hostem.Ergo ad victoriã de latrunculis cõparandã, tñ
constantia in pugna opus esse, omni spe fugæ posthabita. Eo aũt
nullo modo immanes potius ꝗ̃ fortes & generosos debellandos ho-

1 stes, ac pœne nutāti Britonū reipublicę principis incuria succurren dum. Ad huiusmodi verba Britannos paulo alacriores factos, Guite lus castra castris hostiū propius mouere iubet: leuia inde prelia per aliquot facta sunt dies, & singularia nonnūq̄ certamina per alterius 5 partis occasionē, vtrisq; de belli summa discernere timētibus. Demū accensis vtrinq; animis ad pugnā, totis viribus est cōcursum. Atrox admodum ab initio pugna fuit & aliquādiu anceps. Media inde acie vbi Congallus depugnabat, Scoti parū fortiter Britonibus in a cer- rimo prelio perdurātibus restitere. Id malum Galanus Pictorū rex, 10 cui dextera obtingebat ala, conspicatus, iussis qui aderāt locum stre nue tueri, cū delectis militū cuneis, post aciem circūuectus, Britonū cohortes, Congallo obiectas, q̄ maximo potuit impetu est adorsus. Turbauit inexpectata res, pugnātiū Britonū animos. Mox & Scoti qui pœne erant pulsi atq; deuicti, reuersi in certamen, breui ingenti 15 hostium multitudine media acie cesa, vtrūq; Britānorū cornu fugā occupare coegerunt. Pictorum ad hec nōnulli corpore validiores, re gis iussu, vbi hostem profligatum conspexere: hostium castra, celeri cursu occupant, ne ipsa ad ea cōfugiētibus Britonibus forent saluti: Vnde trucidabātur passim ex acie digressi Britones, & qui in castra 20 redire conabantur, & q alio se fuga diuertissent. Quūq; nullus locus pateret saluti, omnib9 certissimā mortē deuictis intētātibus, Britā- ni omissa fuga, quū aliter vitæ cōsulere neqrēt, armis abiectis se sup pliciter hosti dedunt. Cōfœderati reges captiuos ceterāq; predam, militibus, q̄ eo die egregie gessissent pugnā libere distribuerint. In- 25 de cum victore exercitu, Britānicas munitiones & oppida oppugna tum ire pergunt. Absumpsit id prælium præter Guitellum & nobi lissimos quosq; qui eo decertarāt die ex Britānica gente, amplius ac viginti hominū milia: ex Scotis ac Pictis vix milia quatuor. Britāni recenti clade afflicti, Londinū vbi Vortigernus rex erat frequentes 30 cōuenere: vt quibus artibus & quibus viribus perniciosum qđ insta- bat bellum, aduersus truculentissimos hostes, publica seruata salute gerendū foret, cū rege & gentis primoribus qui cladi supfuerāt cō- sultarent. Post varias sentētias quū nihil certi, ad gentē vltimo dis- crimine laborātē periculo eripiēdam afferretur: Vortigernus scele- 35 rum conscius, inopsq; consilii, quū & domi & foris infensissimū ho- stem imminere certo cognosceret: alio concedēdi, Britannia relicta sumpsit consiliū. Re tādem cū amicis cōmunicata, vetuere plurimi, ne ex tam alto dignitatis gradu vltro delapsus, nullam adhuc cum hoste expertus fortunā, se p̄beret cōtumeliosum spectaculū omni- 40 bus exinde irridēdum. Extrema potius dictitantes experiūda, hone-

ſtioreq́ longe conditionē cadentis iniuriā propulſando, q̃ vincentis
iniuriam inferendo. Neq́ diffidendū adeo viribus vno afflicto exer-
citu, opes in Britannia eſſe, ad milites Gallos Germanoſq́ mercede
conducēdos: quibus decertātibus pro Britānis (ſi tñ Britannicā gē
tem belli tędeat) inhumanos Scotos, Pictoſq́ vincēdos ac tādē mul 45
tis affectos cladibus deo propitio ex tota Albione pellēdos. Vix pul
chrius Britānis futurū ſpectaculū, vix certiorē medelam ad publicā
ſalutē ab externa ſeruandā iniuria, q̃ conſpicari hinc immanes Ger-
manos Saxones, populū ſemper intractabilem, hinc Scotos Pictoſq́
gentes innata truculentia, Britānica pro libertate mutuis vulnerib9 50
ſeſe cōficientes. Eo pacto aut nullo tā feros, tam ſanguinarios hoſtes
domandos. Vortigernus hanc ſententiā, omnibus qui aderāt proba-
tam, ſequutus. Legatos ingenti cū auri pondere in Germaniā miſit:
vt inde mercenariū militē, ad patriā aduerſus Scotos & Pictos tutā
dam, adduceret in Britāniam. Fuere eo temporis inter Saxones (ita 55
oēm Germanię maritimā gētem authore Beda tū appellabāt) duo
fratres germani, veteri regū ſtēmate honeſtati: Hengiſtus & Orſus,
militarē rē apprime docti: neq́ vllius rei magis q̃ laudis & glorię in
rebus bellicis cupidi. Hi auditis legatorꝝ oratorꝝ poſtulatis, condi-
tione accepta, lectis cū decē armatorū milibus, triginta triremibus 60
roſtratiſq́ nauibus (Beda triū tm̃ longarū nauiū meminit) in Bri-
tāniam tranſmiſere. Aduentantes gratiori animo accepit Vortiger-
nus quo regnū & caput ſuū propius rebatur eſſe periculo: pecunia
q́ donatos ac varię ſupellectilis genere, ſuaſit vt in caſtris vulgus ſe
contineret & in vrbibus nobiliores, donec corpora laborioſo maris 65
traiectu affecta per alternā quietē priſtino reſtituiſſent vigori. Mox
paulo duo exercitus inſtructi, alter Saxonū, Britonū alter, in Scotos
ac Pictos multo bellico apparatu tendentes, tanta celeritate itinera
confecere: vt prius pœne Humbrū ſint tranſgreſſi, q̃ hoſtibus genio
neglecta militari diſciplina indulgentibus, Saxones in Britanniā ve 70
niſſe fuiſſet cognitum. Scoti igitur & Picti in Britannicis cōſidētes
agris, re ſubita conſternati, quū in aciem cum tantis hoſtium copiis
deſcendere non auderent: eorum quidam corporum viribus freti, fu
gam capeſſunt: reliqui in hoſtium manus incidunt. Saxones vt a ſan
guine & cęde exordium caperent: rati eo fœlicius cętera ſucceſſura, 75
quoſlibet repertos, nullo ætatis aut ſexus habito diſcrimine, ferro ob
truncant. Ingens cędes in agris, vicis, villiſq́ eſt edita: ſed in fuga ali
quantulo maior. Saxones enim non cōtenti regionem omnem circa
Tinam amnem cęſorum cadaueribus oppleuiſſe, prędamq́ oēm ſu-
pellectilis ruſticanæ ac rei pecuariæ dediſſe militibus: confeſtim in 80

1 Deeram vallesq; Deerę vicinas Pithlandiam ducere contendunt: vt Pictorum rebus ferro & igni accisis, Scotorũ regiones facilius aut deditas in suam reciperent potestatem, aut expugnatas militi darẽt diripiendas. Picti horũ nũcio perculsi, Congallum Scotorũ regẽ per
5 Legatos oratum faciunt, illico cũ copiis in Pithlandiam afforet: ad cõmune periculum propulsandũ: maturatoq; opus esse, q hostis adesset, non ex Britannica iuuentute imbecilli, sed ex Germanico robore atroci accitus: ferox, sanguinaria manu insignis: cui aut celeriter occurrendũ, aut cũ liberis & coniugibus mortẽ, vel si quid sit morte
10 crudelius, efferatorũ subeũdum arbitrio. Vix hac legatione ad Scotos missa, nũciatur per exploratores Britones ac Saxones instructis aciebus vix quadraginta passuũ milibus abesse a Pithlandia, flãma omnia & ferro prosternentes. Pictorum rex ad nũciũ contractis quibus potuit copiis, non expectatis Scotis, vt sua ab instanti periculo
15 tueretur, obuiam hosti in aciem processit Hengistus (huic totius rei summã commiserat Vortigernus) ita copias est partitus, vt Pictos vno tẽpore, tribus adoriretur locis: fit prẹlium Saxonibus, duce eos ad pugnã ferociter ciente, egregie decertãtibus: Britãnis vero pauide manus conserentibus: Nõnullis etiã vix ducũ authoritate pugnæ
20 loco retentis. Inclinauere tamen tandẽ Pictorũ res hostiũ multitudine deiectę. Ea dies Saxonibus plurimũ glorię, Britannis parũ ad modũ aut nihil parauit. Notauerat autẽ hos, illis ferociter decertantibus Hengistus, segnius longe q̃ viros decuit certamẽ aduersus hostem inire. Vnde primũ animo tacitus concepisse putatur, post Sco-
25 tos & Pictos Britãnicis agris vi & armis prohibitos, vbi occasio aliqua se ostenderet, Britannicę gentis expugnãdę. Pictorum gens huiusmodi incommodo fœde affecta secundam legationem mittit ad Congallum Scotorum regem, quę recẽtem cladem infœlici pugna acceptam, corã eo deplorando, quantũ immanis gens, religionisq; &
30 verę pietatis expers, ac Christi dogma semp̃ perosa, Saxones essent: quãtũq; malũ in confœderatos reges ac regna cogitarẽt, enarraret: oraret etiã vt opem aduersus truculentos hostes, si socię gentis fortuna, si propriũ periculũ, cui haud dubie proximus esset, ipsum moueret q̃ primũ possit ferat. Qui missi erant legati postea q̃ corã Con
35 gallo & proceribus regni: de Saxonũ iniuria, quã recenti pugna & antea, Picti fuerant perpessi, de moribus feritate ac instanti cõmuni periculo, non pauca dixissent: precati sunt supplices, Regem & qui aderant Scotorũ gentis maiores, ne paterẽtur veteres amicos, immanissimi hostis armis expugnatos, efferatorum rabie, veluti pecora la-
40 niari: viderentq; accuratius, ne si inualescenti malo, segnius obuiam

irent ſocię gẽtis & cõterraneę exiguam habendo curam, atroci incẽ-
dio, quo Picti in breui eſſent conflagraturi, ipſi paulo poſt correpti
arderẽt, Magna eſſe in omnibus rebus tẽporũ momẽta, ſed in belli-
cis maxima. Fore procul dubio, vt Tuedam, Fortheã, & Taum æſtua-
ria Saxones tranſgreſſi, ſi nõ vi aliqua prohiberẽtur: quas pacatiſſi-
me confœderati tenerent terras, ferro & igni popularentur. Hęc Pi-
ctorũ Legati. Congallus autẽ ſocię gentis ac proprio periculo Sa-
xonũq; furia ſi nõ vi aliquãdo ſiſteretur in regnũ ſuũ imminẽti com-
motus, Pictorũ regi ꝑ Legatos mandat: forti eſſet animo, regioneſq;
Pictico nomini audiẽtes, leuibus incurſibus in ſuũ aduentũ aduerſus
hoſtes tueretur: ſe etenim cũ Scotorũ manu maturius affuturũ: me-
tũq; oẽm atq; timorẽ, cęleſti numine propitio, in hoſtẽ breui eſſe cõ-
uertẽdũ. Dimiſſis itaq; cũ his Pictorũ legatis, ipſe Congallus publi-
co mãdat edicto, vt quicũq; Scotici nõis arma ferre poſſent, in cãpũ,
Calidonię ad auſtrũ ꝑiacẽtẽ, die qui ab eo viceſimus foret, cũ duorũ
menſiũ cõmeatu, pręſto adeſſent: capitale fore, ſi quis edicto minus
obtẽperaret. Excita ex vicis, caſtellis, oppidis, atq; munitionibus aliis
militari prędita ætate quadraginta millia armatorũ, cõmunis liber-
tatis tutãdę gratia, condicto ad regem cõuenerũt die. Poſtridie cuiꝰ
ſub ſolis ortũ, recenſitis copiis, Congallus ad Pictos (contraxerant
& ipſi vndiq; ex ſuis regionibus ſub idẽ tempus in Deera exercitũ)
mouere iubet. Quinto exinde die vterq; regum cum altero congreſ-
ſus poſt mutuas gratulationes, ſacris Chriſto domino pro belli fœ-
lici ſucceſſu peractis, in hoſtes, qui vix decẽ ab eo loco millibus paſ-
ſuũ caſtra fecerãt, ducũt. Confœderatorũ quidã conſpectis hoſtibus
(erant enim numero quãtũ ad id tẽpus nullũ perſpexiſſent) terrore
perculſi, in denſiora nemora fugere: Alii in altiores ſpecus aliaſq; la-
tebras ſe ab inſtanti periculo conati ſunt eripere. Porro tantũ ſuo-
rum pauorem cernentes confœderati reges, mittunt illico qui ce-
leri curſu fugientes pręhenderent: atq; in cruces extollerent: vt cæ-
teris eſſent exemplo, ne turpem fugam vel cogitare deinceps au-
derent. Siſtitur his ſuppliciis multorum fuga, metuſq; nonnullis in
iram vertitur. Britanni & Saxones hoſtes adeſſe conſpicati, Hen-
giſti imperio, vires omnes in vnum contulere. Tum Hengiſtus mul-
titndini palam oſtendit, peculiari deorum munere, acceptæ in-
iuriæ vindicandæ in hoſtes occaſionem Britannis Saxonibuſq; tri-
butam: quippe qui nobiles ac populares priſtinæ iniuriæ authores,
atq; eorum opes, vt cernehant ſuæ obtuliſſent poteſtati. Nec ve-
rendum ne non omnia proſpere eſſent ceſſura: quæ iuſte & pie ad-
uerſus hoſtes iniuſtos, alienarum regionum depopulatores, prædo-

nes,latronesq; insignes gerenda essent.Quod ad victoriã attineret,si qua sibi sit scientia prȩuidendi exitus bellicis in rebus, longa ac seuera militia percepta,haud dubitare se hostes,vt primũ senserint Saxonũ ac Britannorum vim,terga daturos: victoriãq; stare vnde iam dii decreuissent.Ea Hengisti denũciatio,Saxones,gentẽ natura bellicosam,facile perpulit ad impetum cõtinuo in hostes factitãdũ: quorum exemplum Britãni sequuti erectis animis iam prȩlium poscere videbantur.Congallus rex perspecto hostium apparatu, quanta potuit diligẽtia opportunis adhortationib9 Scotoꝝ animos firmauit. Neq; Galanus Pictorũ rex in tãto rerũ motu desedit:nihil eorũ quæ ad animãdos milites attinerẽt prȩtermittẽs.Appropinquantes inde acies catapultȩ,ac cȩtera arma missilia, collatis signis paulũ turbarũt,Verũ quũ neutra partiũ alteri propter illa cederet:Britãni qbus dextrũ cornu obtigerat,cũ Scotis magna atrocitate manus cõserũt: nec diu in acie durant,quin hostiũ vi deiecti,capesserẽt fugã. Interea ingens imber grandine mixtus,atra deiectus nube,vtrãq; aciem turbauit.Sequuta caligo,aere obscurato,pœneq; oĩbus adẽpto prospectu,milites ita reddidit cõsternatos:vt an fugiẽtes foret ꝑsequendũ, an sistendũ pugnȩ loco,vix erat qui nõ ignoraret. Saxones,suo more vrgentibus periculis,sese conglobãtes, vires omnes contrahũt ad ducis signũ.Scoti ac Picti,cessante paulum aeris inclemẽtia, rati ad Britannorum fugam,aduersam aciem inclinatam: solutis ordinibus hostium insistũt persequutioni,multos eorũ capientes, ac longe plures occidentes:paulo autẽ post mira serenitas cȩli,cum trãquillitate oborta,Saxonibus pugnȩ adhuc pœne expertibus, & Britãnos ꝑlio victos,& hostes victores incõpositis manipulis fugiẽtiũ persequutioni insistẽtes,ostẽdit.Iubet ergo Hengistus,confœderatos prȩdȩ sine ordine insistẽtes,pugna adoriri,interceptosq; ad vnũ perimere.Saxones impio audiẽtes,hostes magnis acclamationibus aggressi,vbilibet inuẽtos,facili expugnatos negocio,crudeliter necauerũt.Qui vrgẽtiũ manus euasere,fuga dilapsi, haud quieuere donec in pacatum sese recepissent.Fuit ea dies Scotis & Pictis qdẽ funesta:sed & hostibus parũ lȩta , Britannici exercitus maiore parte amissa.Hengistus victoria potitus:ne nõ esset vicin9 hostis,quẽ Britãni formidarẽt:ab ampliori cõfœderatorũ abstinuit iniuria . Ratus id ad Britãnicũ regnũ occupãdũ,vti in animo habuit,nõnihil sibi ꝓfuturũ.Ea propter relictis agris,qui Tinam amnẽ & Tuedã interiacẽt,Scotis ac Pictis ipse cum victore exercitu Eboracum reuertitur:Vnde paulo post militibus, imminente hyeme,dimissis in castra,ad regẽ Vortigernum cõcessit Londinũ.Ibi maiorũ facta cõcione,quãto discrimine Scotos

& Pictos socios populos hactenus Britānię domitores vicerit: lōga
oratione prosequutus: suasit ne tā efferatę gētes, haud quieturę (vt
cōpertū habuit, donec acceptā vindicassent iniuriam) reparatis co-
piis in Britannorū agros crudelius q̄ antea irrumperēt: vt cohortes
ex Britannię regionibus scriptę, per vices iuxta Tinam amnē excu- 45
bantes, sequentē hyemē confœderatorū hostiū impetus, ab imbelli
plębe prohiberent. Spondens sese nouas copias e Germania accitu-
rum: quarū accessione, auctę Saxonum, Britannorūq; vires, ad prima
æstatis signa in Scotos Pictosq; mouentes, vtrāq; gentem (modo
Britānicę glorię id possit conducere) aut prorsus delerent, aut vi & 50
armis procul ab Albione pellerent. Magnatum Britanniæ quidam
suspectū habentes Saxonū aduētum in Britāniā, blandisq; Hengisti
verbis fraudem subesse suspicati, ac veriti quod euenit, ipsum tādem
eam Saxonū multitudinem in Albionem adducturū, quæ & veram
extingueret pietatem, & Britannis vi & armis, patriis sedibus pulsis 55
regnū occuparet: quę ferebātur parū apud se probauere. Verum nō
ausi rem propalare, ne durius quid, Hengisti, cui tum omnia obœ-
diebant, paterentur authoritate, rei euētum taciti opperiētes, omnia
secū summo continuere silentio. Alii in melioris fortunę spem erecti,
probare Hengisti sententiā. Sed nemo æque atq; Vortigernus. Læ- 60
tari is secū, gratiasq; agere Hengisto, ꝙ bellum fœlici pugna & cū
magno hostiū incōmodo inchoarit. Viro postea pro concione lauda
to & opimis donato muneribus, copiarū imperiū, totiusq; bell admi
nistrandi summā permittit. Facta potestate, quę ad bellū cōficiendū
forēt necessaria, vlla sine impēsarum parsimonia, & in Germania & 65
in Britannia, sumptu publico cōparandi. Hengistus gnarus princi-
pum ingenia breui momento aulicorū susurris huc vel huc facili im
pelli: ne Vortigernus, maiorū suasu, cōsilium forte mutaret, apud eū
exinde subsidere, veluti de rei summa, instantiq; bello administrādo,
quū opportunū foret consultaturus instituit. Interea mittūtur regio 70
decreto, qui regni oras, aduersus hostes tuerentur Britāni ad quinq;
milia. Sed ii a Scotis Pictisq; sub hyemem, ingenti apparatu Britā-
norum fines inuadentibus, variis congressibus pœne omnes sunt oc
cisi. Confestim mittūtur alii, duplicato numero: qui & cladem infer-
rent hostibus & acceptā vindicarēt, Hengistus id curarat, vt Britan 75
nicis virib9 indies magis attenuatis, locus pateret sibi regni occupā
di. Neq; hi fœliciori euentu q̄ priores cū hostibus dimicauere, eorū
quibusdā leuibus pręliis occisis, aliis incolarum loci fraude, quibus
minime erant accepti, in hostiū potestatem traditis, Cęteris tandem
sociorū motis periculo, quū & vrgeret hostis, & contribulibus mini- 80

1 me confidẽdum censerẽt, relictis oris regni, in mediterraneũ abeuntibus. Sub tẽpus quo hęc ad Britannici regni oras agerẽtur quinq; Saxonũ milia, cum vxoribus & liberis, octodecim Liburnicis delata e Germania, inuitãte Hengisto in Britãniã venere. Cũ his Hengisti
5 coniunx & Roxiena filia, virgo incredibili formositate. Decẽ quoq; viri illius gentis illustres. Horũ aduentus Vortigerno animũ erexit in spem certam regni deinceps ocio & quiete administrandi: quippe persuasum habenti Saxonũ opera & exteros hostes debellari posse, & Britãnos cũctos sua contineri in fide. Sed longe ab illius diuersa
10 quorũdã Britannici sanguinis illustriũ erat sentẽtia: quos nõ potuit non tenere vehemẽtior suspicio, tãtũ Saxonũ apparatũ, delatũ in Albionem, regni Britannici tandẽ minitari exitiũ. Hengistus coniugis ac liberorum aduentus accepto nũcio, citato gressu ad eos cõtendit. Neq; diu cũ his moratus ad Vortigernũ reuertitur: petẽs vt prędiis
15 nõnullis cũ agris donaretur, vbi coniunx cũ liberis ad incœpti belli exitũ vsq; considerent. Parũ congruere dictitans, fœminas bellico tumultu inter milites versari, simulq; in expeditionib9 cũ viris pugnę interesse, nihil esse sua sentẽtia, quod Britãni Saxonũ cohabitationẽ auersarẽtur: quorũ tantopere ad salutẽ publicã tutandã cupiuissent
20 cõmilitiũ. Vortigernus haud aspernatus Hengisti postulata, aut qa noluit hominẽ amicissimũ vel minimo offendere, aut potius quia nõ auderet: magnam Londisię regionis partẽ (Est ea regio hodie pars Eboracensis agri) simul cũ arce & loci natura & arte munitissima, cui postea Tvvhancastrię nomen erat, ei libere concessit. Sunt qui
25 scribant Hengistum, vbi obtinuisset apud regem Vortigernũ, agri quantũ corrigia clauderet, ad arcem condendã: immẽsum bouis tergus, in gracile duxisse instar fili pitacium, Eoq; in monticulo natura pœne inexpugnabili circũducendo dolose vsum, locũ ad pręcogitatum opus recepisse idoneum. Munitionẽ postea ibi conditã, Tvvhã-
30 castell a corrigia nomẽ tenuisse. Addunt in rei fidem Tvvhancastell Saxonũ lingua, Pitacii castrũ significare. At quocũq; modo aut vndecũq; arx illa nomen est sortita, Saxones ibi primũ posuisse sedes in Britãnia, scriptores nostri omnes prodidere memorię. Hengistus rebus in Londisia rite ordinatis, ad prima æstatis signa Saxones edu-
35 cens castris, per turmas diuidit. Turmarũ cuiq; ducẽ pręficiẽs, q militibus quotiẽs ineũdũ foret certamen, summi imperatoris mandata referret. Mouet inde lento gradu Britannorũ copias nonnihil opperiens in hostẽ. Contraxerat tũ Vortigernus ex Britãnię regionibus, ingẽtẽ hominũ vim, eiq; Vortimerum filiũ, virum insigni fortitudi-
40 ne pręfecerat: ea lege, vt Hengisti imperio in rebus bellicis gerendis

obtemperaret. Post triduũ vtrũq; exercitum inter se iunctum, Hen-
gistus vltra Humbrum Tinãq; amnes in agros quibus hostes con-
sidere rebatur magno ac difficili ducit itinere. Certiores vero facti
Scotorum Pictorũq; reges, ex captiuis, nõnullis Britannis, quę Hen
gistus tanta ope pararet, cum sexaginta hominũ milibus largo sum- 45
pto cõmeatu, hosti obuiam proficiscuntur. At priusq̃ ad Tinam per-
uenere: hostiles copiæ flumen transgressi, vicina loca, militaribus ca
stris occupauerant. Attulit ea res confœderatis nonnihil difficulta-
tis, pręcogitati consilii exequendi. Eratq; in causa vt hostes frequen-
tius prouocarent ad pugnam: quam Hengistus haud ignarus Sco- 50
torum Pictorũq; animos, primis insultibus pugnę acerrimos cũcta-
tione & mora lãguescere, consulto p̃liũ detrectabat. Fuit inter acies
vallis: atq; in ea nõnulla paludosa loca, haud exiguã difficultatẽ cõ-
fœderatis prębentia , totis viribus militari seruato ordine in hostes
irrumpendi. Huic impedimento, vt remedium celerius adhiberetur: 55
iussere confœderati reges, ne suis militibus tẽporis productione re-
mitteretur animus, cespites e terra excidere, illisq; paludes pontibus
sternere: eam prouinciam nauiter sequẽti nocte exequũtur, qui operi
illi fuerant adhibiti. Postera die, sub dubiã lucem, castris profecti cõ
fœderati, parati ad certamen: q̃ hostiũ castra oppugnare haud tutũ 60
crederent, pertransita valle, in colles hostiũ castris imminentes, abie-
runt. Occuparũt autẽ eorũ quidã verticis planitiem, vnde tela in ho
stium cuneos cõiici possent. Natura eius loci prębuit nostris animũ
audẽdi, quę ad hostiũ ordines turbãdos maxime valere existimabãt.
Enimuero quũ Britannos & Saxones, nec castris egredi, nec vllũ si- 65
gnũ futurę pugnę edere conspicerẽt. Excogitato cõmento eos noctu
terrendi, ingentẽ cytisi vim terra radicitus euulsam, in montis iugũ
qđ hostiũ castris imminebat deportant. Est cytisus frutex non satiua
sed sua sponte enascens cuius authore Columella, flos omni pecudũ
generi gratus, natura pœne semper arida, & ob id flãma corripi fa- 70
cilis, illis regionibus maxime exundans. Nocte inde quę eũ diem est
sequuta, ingẽtem fasciculorũ ex cytiso numerũ incẽsum, secũdo ven-
to, qui satis vehemẽs erat, e mõte in hostiũ castra demittũt: facularũ
multitudo sub cõticiniũ e cœlo ĩ castra delapsa, Hẽgistianos ingẽti
terrore percussit. Auxit terrorẽ virgularũ ac stramentorũ, quorũ in- 75
gentẽ copiã super solũ quiescẽdi gratia milites Hengistiani sibi sub
strauerãt in castris: ab igne serpente incẽdiũ. Vnde plurimi a conti-
nẽti flãma adusti, magnũ sustulerũt clamorem. Currere quidã ocyus
ad castrorũ aggeres tutandos, hostium veriti insidias. Alii surgenti
igni extinguendo operam dare. At quũ ad fruticum stramentorũq; 80

motum, nouis continuo cadentibus e monte fasciculis ignis accre-
sceret: augereturq; pecudum (harũ enim ingens vis erat in castris)
hominũq; tumultus, Neq; spes vlla superesse videbatur, oborti terro
ris sedandi: milites rem potius pugnę fortunę cõmittendã rati, si ho
stiles forte adessent copię, q̃ cunctis ita tumultuãtibus flãma exuri:
ruptis aggeribus, castris profecti, in proximũ campũ armati prosi-
liunt. Hengistus & ipse, quum plura ad suos in castris continendos
frustra attentasset: cõmuni vrgente periculo, valida septus Saxonũ
manu, in proximũ tumulum abiens, signum dedit militibus, se ad si-
gna recipiendi: parẽtesq; ocyus imperio, omni qua potuit celeritate,
factis aciebus, in certum ordinem redegit. Itaq; diem haud sine in-
genti hostium pauore opperiebatur. Scoti & Picti, hostes opinati,
graui detrimento affectos, existimantes rei prospere gerendæ occa-
sionem oblatam, montibus noctu relictis, in planitiem descendunt:
vbi compositis ordinibus, factisq; aciebus, hostium castra adoriri pa
rarunt. Propius inde accedentes, vt Hengisti copias rite instructas
comperere ad prælium: tanti exercitus sub noctem oppugnandi de-
posito consilio, vti erant acie instructi, diem expectãt. Congallus rex
prima luce suos breui hortatur oratione. Memores essent maiorum
virtutis: quãtã laudis gloriã reb9 fœliciter gestis fuissent adepti: ne
illorũ gloriã aliquo macularẽt facinore. Seruarẽt egregiũ nomẽ ab
optimis parẽtibus, cũ fœlice republica susceptũ. Turpissimũ habe-
rẽt, hostibus cedẽdo, iugũ sibi parare seruitutis. Honestissimũ patrũ
more, aut vincendo hostẽ ferire in pugna, aut fortiter decertando in
mortẽ occũbere. Est & Pictorũ rex ad suos animãdos in pręliũ haud
dissimilibus adhortamẽtis vsus. Sed neq; Hengistus tacuit, quin mi
lites ad pugnãdũ acri adhortaret̃ oratione, vt cõgrederẽtur alacres,
exciderẽt hostẽ, stirpẽ Britãnici belli: quo deleto, nihil hostile in Bri-
tãnia exinde apparere posse videbat̃, Talia cõmemorãte Hengisto,
Scoti ac Picti, extẽplo oib9 copiis in hostes ĩpetu magno ꝓuolarũt.
Hos Britãni ac Saxones repellere conãtes, tetrã adeo cladẽ sibi cõci
tãt: vt victi primo pœne cõgressu, terga dedissent nisi Hẽgistus cal
lida arte, tria hoim milia, tubę sono e ꝓximo luco, vbi eos paulo an
teq̃ lucesceret locarat ĩ insidiis vt parati forẽt ad ĩpia euocasset in
ꝓliũ. Hi magno sublato clamore, Scotis ꝓlio ĩsistẽtib9, a tergo inue
cti, quũ ante & retro hostis esset, nec satis sciret̃ vnde magis vrgeret
periculũ: rẽ Scoticam vehemẽter turbarũt. Fecit turbã maiorem, ꝙ
quisq; dũ se in hostẽ a tergo pulsantẽ verteret, proximo quo minus
rite ferro vteretur impedimẽto fuit. Itaq; in tali rerũ discrimine, for-
tunę euentus varii sequebãtur. Picti (his eo die cũ Britannis pugna

erat) aduersam aciem egregie deuictam, ingẽti edita cęde, ocyus in
fugam compulere. Sequutiq; fugientes ad proximũ flumen, aut cœ-
no hęrentes interfecere : aut in aduersam ripam non sine vitę discri-
mine tranare coegerunt. Scoti & a tergo & a fronte Saxonũ armis
crociter petiti, post longam & cruentam decertationem, quum vim 45
amplius ferre non possent, lassi & pœne exanimati, hostibus cessere.
Horum alii pugna occubuere, Alii dediti in hostium venere potesta
tem. Cęteri fuga dilapsi abiere ad Pictos. Congallus rex medio ere-
ptus periculo, aulicorũ opera in proximi mõtis iugũ, vulneribus sau
tius est deportatus. Saxones secũdũ fœlicem pugnã, Scotorũ turmis 50
profligatis, quũ Pictos & certamine & deuictorũ hostiũ persecutio-
ne lassos adoriri statuissent, fuissentq; superueniẽte nocte prohibiti,
rem in crastinũ distulere. Huius rei Pictorũ rex certior factus per ca
ptiuos Britannos, haud tutũ ratus, cũ Saxonibus recẽti victoria, so-
lito ferocioribus, denuo experiri fortunã: sua sorte cõtẽtus, sub noctẽ, 55
carros, vehicula, & quę in impedimẽtis erãt vasa simul atq; ingẽtem
lignorũ struem, ante milites collocare: intempestaq; nocte incendere
fecit: vt cõtinens flãma, turmas repente tegeret, ab hostiũ prospectu.
Id vbi actum, Picti & qui cũ illis erant Scoti, suspensis gradibus, re-
lictis ignibus, hostibus ignaris in pacatũ abiere. Confecto varia for- 60
tuna (vt est iam dictũ) hoc pręlio, Hengistus, nusq̃ hoste apparẽte,
recensitis militibus, quũ plures quatuor milibus desideratos compe
risset: cęteram victricem multitudinẽ, Eboracũ ad hyemandũ dimi-
sit vt si Picti Scotive, nouas res in Britannos molirentur: proximi es-
sent, qui continuo eorũ temeritatẽ coercerent. Ipse tã insignis victo- 65
rię nũcius Londinũ ad Vortigernũ, de reliquo belli deinceps gerẽdi
cũ Britãnię patribus consulturus, abiit. Venientẽ rex Vortigernus,
mira beneuolẽtia acceptũ: patrięq; a sęuissimorũ hostiũ iniuria libe-
ratorẽ appellatũ, iussit ciuitatibus Britãnicis, vicis, agris, opibus, suo
vteretur arbitrio: ludi inde publici vndiq; per Britanniã, ac supplica 70
tiones sacrę decernũtur, vt deo optimo maximo, ob partã adeo pul-
chram victoriã, cõmuni omniũ lętitia gratię agerẽtur. Permissumq;
Hengisto & qui cum eo venerant in Albionẽ Saxonibus, piorũ cœ-
tibus, episcopisq; plurimũ aduersantibus, Ethnico more, idolis litare.
Interea nunciatur Vortigerno Britones Armoricanos haud paucis 75
Gallis militibus accitis ad cõmilitiũ, in armis esse: horũ ingentes co
pias cum Aurelio Ambrosio & Vtero Constantini olim regis filiis
(hos loco haud multũ ab hoc diuerso vt Vortigerni declinarẽt insi
dias in Armoricam abiisse diximus) ad paternũ regnũ occupãdum
propediẽ traiecturas in Albionem. Rex ad nunciũ primum conster- 80

1 natus animo (Fatidicum enim quēdam diuinandi arte peritum ipse adhuc adolescens vaticinātem audiuerat, se Ambrosii armis aliquā do casurum. Represso inde pauore, accitum Hengistum sciscitatur, quo ingenio, quibus viribus, Armoricorū arma a se suoq; regno ar-
5 ceret. Hengistus suo more regem blandiuscule consolatus, omnem Armoricani belli vim si quod instaret in se atq; Saxonicam gentem accepit, ea lege, vt Saxones ab Eboraco acciti, maritimis Britanniæ locis, Galliam spectantibus, q̄ eo hostes venturos cunctis esset su-spicio: vrbibus ac munitionibus, impensis ac commeatu viritim tri-
10 butis, considerent. Quo facile ab rege obtento, Hengistus Saxones ex Eboraco vocatos, Orso fratre dicto eorum duce, ad Britāniæ maritima e regione Galliæ occupanda, authore rege Vortigerno protinus dimisit. Cæterum Hengistus, nihil cupidius moliens animo, q̄ vt Britannico regno nomineq; deleto, in Albione Saxonicę genti se-
15 des, sibiq; regnum pararet, hominem Germanicæ originis, simulatum Britannum, subornauit: qui se in Pithlandia paucis ante diebus fuisse diceret, bellūq; ibi & a Pictis & a Scotis summa ope parari in Britannos: artificesq; delectos, variis accitos ex locis, ingentem ad id bellum instruere apparatum: omnia ibi armis strepentia, vicinis gen
20 tibus extremū pro viribus malū propediem intentare. Subornatus autē ille Hengisto clam authore, vbi Londini huiusmodi commenta diuulgasset, accersitus ad regē Vortigernū, & de Scotorū Pictorūq; statu interrogatus. an nondum gentes illas distędere bellí, an pararent etiam nouū: coram Hengisto rem probe dissimulante, coramq;
25 Britannorum primoribus, posteaq̄ multa & magnifica, de confœderatorum apparatu, de copiarum reparatione, ac nouo delectu: fuisset prolocutus, in fabulę exitu, & in tui Hengiste (inquit) necem, cētū florenti ætate iuuenes, quibus nec vulnera nec mors curę est, dum te vnū obtruncent: veluti columen huius belli coniurasse, pro comper-
30 to habeo. Nullam aciem, nullum prelium, timueris, tibi cum horum singulis quorum nonnullos non dubito iam Londini agere, res est: ferrū & hostē in vestibulo, quū minus speraueris habituro. Aderunt singuli, vti sors dederit, in te ablato timore grassaturi: donec fortuna te dederit opportune trucidandū. Nemini etenim confœderatorū
35 nō est persuasum, instans bellum in se tanta cura paratum, te eius authore sublato: illico interiturum. Vortigernus rei fictitiæ fidem adhibens, Hengistum rogat in re dubia sententiam, quumq; ille ambagibus vsus, nihil afferret certi: ex Saxonibus qui astabant quidam vti ex composito Hengistus paulo ante eum instruxerat. Ni-
40 hil est (inquit) quod iure timeas (Vortigerne) vbi Galli leui-

tate & mollitie diffluentes, Scoti & Picti non virtute sed latrocinio semper insignes, in Britannicã gẽtem simul vires omnes effuderint. Tecum est hęc Saxonũ manus, ad istiusmodi gentium futiles conflictationes, vanosq; conatus facile comprimendos. Nec confœderati Scoti ac Picti, bis nuper belli aleam infœliciter experti, stultius quicq̃ 45
in propriã perniciem vnq̃ attentauerint, q̃ si tuam hãc gentẽ iniuria lacessendo, denuo ad certamen iritarint. Qz si Gallorũ multitudo, vnde bellũ a meridie expectatur: sicut ab Aquilone dura ac cõtinuata confœderatorũ militia, aut potius domestica cõiuratio, quã imminere impulsore Ambrosio plęriq; mussant, regios amicos perculit, 50
Occa Hengisti filius integra ætate adolescens, re militari ab ineũte ætate imbutus optime, tertia cũ Saxonũ manu, patris imperio illico affuerit: quo Britannicas trans Humbrũ regiones ab hostiũ iniuria egregie tutãte, Orso cũ copiis ad Gallorũ vim ab insula prohibẽdã, vti iamprídẽ est institutum in oris considente maritimis, Hengisto 55
vero tui corporis tegendi causa cũ delectissimis iuuentutis proceribus tecum vbilibet agẽte, securo ocio, hostili timore vndiq; leuatus, rei summã dexterrime es administraturus. Vortigernus haud asper natus quę dicebãtur, malens alterius q̃ suo ductu, q permulti Britãnici sanguinis ipsum fuissent perosi bellum gerere: Hengisto donis 60
multis sed pluribus pollicitationibus onerato, suadet vt filiũ Occã, nouis cũ copiis excitet e Germania, ad eã Britãnię partẽ quæ trans Humbrũ est ab hostiũ incursibus tutandã. Hengistus dissimulato animo, astu cũcta peragens, primũ iis quę postulasset rex nõnihil aduersatus, afferebat haud tutũ prędiis agrisq; suis, in Germania se si- 65
mul cũ Occa filio, quẽ his regendis dũ peregrinaretur ipse pręfecerat, tam longe abesse. Verum perseuerante rege, & iis Britãnis apud quos pluris erat assentatio, q̃ publica salus, regiis tandem annuit postulatis. Occa paruo post tempore quiquaginta cum Liburnicis, totidemq; corbitis, & epibatarum decem milibus, vxoribus ac liberis, 70
Hengisto inuitante in eum Britanniæ agrum qui Pictorum regnũ, & Humbrũ amnem interiacebat, transmisit. Vbi ad omnem hostium tumultum reprimendum, sua cum gente consedit. Ferunt eam regionem tum primum Saxonicum nomen, Northumberland, id est terram vltra Humbrum ad Aquilonem Latina inflexione Nor- 75
thumbriam, quũ antea fuisset variis nominibus diuersis in partibus appellata, Occa authore sortitã. Cęterũ Vortigernũ nouarũ copiarum aduentu e Germania hilarẽ, tametsi Britãnicę gẽtis pstãtissimi rẽ nõ modo suspectã sed & publicę saluti formidolosam semp habereẽt: enixe hortatur Hengistus, vt in Londisiam quo Occam filiũ, 80

genitricis visendæ causa propediem venturum acceperat, proficisci dignaretur: vbi suos liberos posset & coram intueri, modo luberet, & quibus vellet addicere obsequiis. Addit, haud parum ad sui gloriam conducere, si tanti regis pręsentia, coram illis nobilibus, qui e Saxonia in Britanniã recenter traiecissent honestaretur. Ea re a Vortigerno haud grauate impetrata, vicesima exinde die, Rex Hengisto comite, multis septus stipatoribus, Saxonicę præsertim originis, vrbe Londino profectus, Londisiam perrexit. Vbi arcem ingressus, frequenti conuiuio, multis & exquisitis deliciis, ab Hengisti cõiuge ac liberis est exceptus. Interim dat operã Hengistus, vt rex calente vino, palatum maxime iuuante, cœna in seram noctem protracta largius vteretur. Tum Roxiena, Hengisti filia, ad regem plane incalescentem, pateram vino plenam ferens: vti mandauerat pater accessit inquiens: hoc tibi rex inclyte propino. Vortigernus accepto cyatho, vbi quãtum lubuit ebibisset, virginem amplexu susceptam, iussit secundum se inter conuiuas considere. Multa inde cum Roxiena confabulatus cęco igne correptus, in fœdum libidinis crimen tandem exarsit: quę res non adulterii tm̃ ꝑpetrãdi, sed etiã amittẽdi post paulum ei causa regni fuit. Venere ergo animũ furore cõcitante, quum nec prioris iusti connubii, nec religionis reuerentia, nec facti pudor aut vllius rei metus ipsum contineret, Vortigernus Roxienam tradẽte Hengisto sibi deuinxit motrimonio: cuius facibus domus eius tota postea conflagrauit. Et vt socero nouæ coniugis (immo pellicis potius iustæ coniugi superinductę) recenti amore captus delinimentis perpetuisꝗ blãditiis deuinctus gratificaretur: Cantium Britannicarum regionum pręstantissimam, ei libere erogauit, oppidis munitionibus ac vicis regionis illius in Saxonum cedentibus potestatem. Extemplo Saxones cum coniugibus, liberis & fortunis vndiꝗ illuc commigrantes veteribus pulsis incolis aut addictis seruituti, suos ibi constituere sedes. Porro Vortigernus secũdũ infaustas nuptias lętus cum socero Londinũ adiit. Vbi Roxienã, iusta coniuge abiecta, Britannorũ reginam appellauit. Circa hoc tempus Vodinus loci antistes, vir omniũ opinione pręcipua sanctitate, Vortimero instigante. (Erat is vti antea significatũ est Vortigerni filius) regem vt assolet familiariter aggressus, in secretum abductũ, leniterꝗ castigatum admonuit, Parum religiose fecisse, ꝙ ethnicam fœminam, Saxonum ducis iam ex professo Britannicæ saluti insidiantis, filiam spreta iusta coniuge sibi matrimonio iunxisset. Haud esse Christiani principis, cũ Christi nominis hoste sanguinẽ miscere & genus. Videret igitur, ne voluptas vna bona multa corrũpẽs, & verã pietatem

magna ex parte extingueret in Britannia, & inclytissimũ regnũ tot sub regibus ad ea vsq; tempora incolume perductũ, pulsis aut seruituti addictis, veris incolis propediem in aliã gentẽ transferret. Ad ea rex, Peccaui, inquit. atq; prorsus insaniui, quũ Saxones iam capiti regnoq; meo insidiãtes, e Germania primũ auxiliares aduersus hostes 45 acciui in Britanniam. Id mei furoris initium fuit. At successus longe deterior: quum me insaniente, Roxienę furialis pestis immoderatus amor animũ inuasit meum. Quis futurus mihi sit rei exitus ignoro, tametsi infœlix admodum nisi iniuria in deum illata ocyus expietur certis rationibus est timendus. Lachrymis inde obortis, spondet se 50 pręsenti vulneri, quod possit quando quod velit nequeat, adhibiturũ remedium. Vocauitq; regis gemitus a multis auditus, Hengistũ (is enim haud longe aberat) secretius in cubiculum. Vbi postea q̃ Vortigernũ dure obiurgasset, ꝙ cõmunem lętitiam filię nuptiis celebrãdam, ad profani hominis simulata virtute, verba, mutasset in luctũ. 55 Pium antistitem Voinum & qui cum eo erant, Christianis sacris initiatos, pręhensos & arctissimis nodis vinctos, tumultuoseq; foras in aream tractos, diris cruciatibus interfecit. Vortimerũq; Saxonũ armis ad simile quęsitum supplicium, subitaria fuga sustraxit. Secũdũ hęc Hengistus. Occę filio secretis nũciis mãdat, omni iniuria a Sco 60 tis & Pictis abstineret, agris, oppidis, vicis, & munitionib9 vltra Tinam, libere eis permissis: quas arces intra Tinam & Humbrũ a mari Germanico ad Hibernicum vsq; teneret Britãni: callide occupatas, pręsidiis muniret Saxonicis, optimos quosq; Britãnicę gentis quouismodo confictis causis tolleret. Saxonũ cõmodis, nulla Britonum 65 ratione habita, totis viribus cõsuleret: fore vt omnis Britãnia (modo quę suarũ essent partiũ exactius curaret) breui in Saxonũ concederet potestatem. Iuuenis nũcio certior factus, quid pater fieri cuperet, Eboracum primum occupat. Complures postea arces, partim vi expugnatas, partim deditas vltro in suam recipit ditionem. Eboraci 70 vicinarumq; regionum primores, alios criminando palam, alios in quibus minus speciosa fuit necis causa, occulte interimit. Quumq; accusaretur apud Vortigernum regem, ꝙ tantis incommodis Britannos in totius gentis perniciem afficeret: prætextum paternis artibus instructus attulit, certis indicibus compertum habuisse se, 75 trans Humbrum incolentes, ꝙ eorum opinione Saxones Britonibus rex pluris faceret, inter se grauem rebellionem excogitasse: atq; in Scotorum Pictorumq; potestatem, quorum fautores iam fuerant ex professo, Eboracum cum vicinis arcibus nisi subito periculo sua opera fuisset occursum, tradere procul dubio voluisse. Propterea 80

1 creditum sibi munus, parũ iuste administraturũ fuisse: parũq; regio-
nis sibi ꝑmissę cõsulturũ vtilitati, si eã publicę salutis hostibus non
purgasset. In his tollẽdis Vortigerni regni capitisq; prouidisse salu-
ti. Accumulatæ itaq; Saxonum in Britãnos ac ꝑpetuę iniurię, Vor-
5 tigerni animũ admodũ anxiũ reddiderũt: vt pote q quũ cerneret, no
uis quotidie indiciis inimicã gentẽ de Britannico regno occupando
cogitare, nihilq; ad imminens periculum certi remedii se posse affer
re, mœstum diutius tenens silẽtium, suũ secum infortunium tacitus
deploraret. Non deerant qui regi suaderent, vt Saxonũ audaciã omi
10 bus sine cõtrouersia inuisam opprimeret, dum posset: ne eo procede-
ret res, vt Britanni eorum iniuria fracti, in eam redigerentur calami
tatem, vt neq; ad hostes debellandos, neq; ad patriam tutandã, satis
virium haberent. Rex haud minus Britonum q̃ Saxonũ fidẽ habẽs
suspectam, (neutri em̃ gentiũ acceptũ se sciebat) distulit per pluscu
15 los dies rem tantã attentare. Vnde breui effectũ vt Britones, impor-
tabilibus malis attriti, crudelius Saxonũ iniuria, q̃ vnq̃ antea cuiusli
bet hostis affligerentur. Vix locus erat in Northumbria Britannico
sanguine impollutus, nõ matronarũ, non virginũ, ne sanctimonialiũ
quidẽ parsum pudicitię: sed oĩa & vrbana & religiosa manus ethni-
20 ca fœdauit. Accessit his aliud exitiale malũ. Nam Hengistus Vorti
gerno relicto ad suos in Cantiũ abiẽs, sese Cantii regẽ appellat. Mã
datq; vicinis Britãnis, vt relictis agris sibi suęq; genti, ipsi alio ad ha
bitandũ concederent. In non obtemperantes illico immaniter desæ-
uiens, senatum oẽm ac nobilitatem tollere conatur. In eo motu ni-
25 hil cuiq̃ christiani nominis tutum. templa, loca sacra & prophana in
Cantio ac vicinis regionibus, ethnica feritate promiscue sunt fœda-
ta. Christi sacerdotes integris corporibus, capti & seruilibus adhibi
ti operibus. Virgines quas sacra pontificum authoritas Christo di-
cauerat, dirutis cœnobiis, aut saxonibus matrimonio cedere, aut im-
30 mania ꝑpeti tormenta sunt coactæ. Horũ indignitate Britannię ma
iores vehemẽtius perciti, cõuenientes Londinũ ad Vortigernum re-
gem, posteaq̃ duriter hominẽ increpassent: ꝙ gentẽ ethnicam nõ ad
publica munia: sed ad militiã tm̃ accitam in Britanniã, secretioribus
admouisset consiliis: summis magistratibus, ac pręstantioribus Bri-
35 tannię donauisset agris: eorumq; ductu & sententia in Britannici no
minis perniciem rei summã administrasset: Abiectaq; iusta coniuge,
contra sacras christianæ religionis sanctiones, ethnicam mulierẽ si-
bi connubio deuinxisset: & ꝙ his innumerisq; aliis æque infandis sce
leribus numinis iram in se totãq; Britannicã gentẽ manifeste conci
40 tasset: rempublicã vltimo exposuisset discrimini: maleq; ex omnium

ſententia de vera ſentiret pietate. Sũmo abdicatũ magiſtratu in vin-
cula coniectum, carpẽto in Cambriam auexerũt, vbi per aliquot an-
nos in publica cuſtodia eſt detentus. Et ne Britãnica res principis de
fectu, hoſtium pateret iniuriȩ: in eius locum Vortimerũ filiũ, magno
omniũ conſenſu, regẽ ſufficiunt. Ille autem vt ab aliquo egregio fa- 45
cinore regnũ auſpicaretur: Saxones verȩ pietatis hoſtes ſtatuit gra-
ui bello adoriri. Ad quod conficiendũ, vt externarum virium acceſ-
ſione inſtructior fieret: ad Scotorum Pictorũq; reges confœderatos
quos infenſe odiſſe Saxones haud ignorabat, legatos mittit qui di-
cerent, Scotos ac Pictos non primatũ Britanniȩ ſed vnius Vortiger 50
ni conſilio bello recenter laceſſitos, Britãnos perfidã Saxonũ gentẽ
eodem Vortigerno authore auxiliarem e Germania inuitatã hoſpi-
talitateq; acceptã, ac variis donariis honeſtatã, verſis in contrarium
animis pro adiutoribus iam hoſtem ſentire, cunctã Britannicã nobi
litatem inſectantem ad necẽ, & de nulla re magis q̃ de regno occu- 55
pando & vera pietate in Albione exterminãda cogitantem. Eadẽ tru
culenta gente per Britanniam licentioſe graſſante ſtupratas matro
nas, virgines raptas, virilem ſtirpem ſine vllo ætatis diſcrimine cæ-
ſam, ſancta patrũ cœnobia populata, flãmaq; abſumpta: euerſa Chri
ſti templa, ſacerdotes ſacroſq; antiſtites ad ſupplicia ductos, vetitũq; 60
ab illis Chriſto litare: diis autẽ gentilibus ſacra ethnico more agere
publice iuſſum. Et prȩter hȩc infinita prope alia mala in dei optimi
maximi cõtumeliam fieri in Britannia: Vortigernũ cuius culpa tam
nefaria flagitia pullularũt vt iuſto ſupplicio ſuã lueret impietatẽ re
gno priuatum, cõiectumq; in vincula & publicȩ addictum cuſtodiȩ. 65
Eius loco Vortimerũ omniũ ſuffragiis creatum regẽ: eoq; duce bel
lum in impiã gẽtem iã ſumma ope parari: ad eã ne ampliori veſania
in Albianos deſȩuiant prorſus inſula prohibendã. Precarent̃ ad hoc
cõfœderatos reges vt priſtinis oblitis iniuriis, ad periculũ nõ tm̃ Bri
tãnis ſed & cȩteris Albianis hauddubie iã imminẽs auertẽdũ, animũ 70
intẽdẽtes, cõmuniter arma induerent. Si nõ chriſtianȩ pietatis (cu-
ius ſynceri eſſent cultores) at humanitatis cauſam tuerẽtur: quicq̃d
agrorum vltra Humbrũ eorum tenuiſſent maiores, modo Britãni-
cȩ genti tãto laborãti diſcrimine ferrent opem, abſq; omni moleſtia
exinde poſſeſſuri. Id Britãniȩ maiores authore Vortimero conſeſſu 75
publico decreuiſſe. In eaq; ſentẽtia regem, primates, populumq; Bri
tãnicũ, velle deinceps perſtare. Congallus rex. (Nam ad eũ tum for
te in Gallouidia agentẽ primũ acceſſere legati) Poſteaq̃ Britãnorũ
audiſſet poſtulata, primorũ ſuȩ gentis cõſilio reſpõdit: ſe haud igno
rare quo in periculo rem Britãnicam Saxonum ſtatuiſſet perfidia. 80

1 idq; dolenter multis indicātibus audiuisse. Sed quod eam gētē ethnicā, christiano nomini inimicā, haud ignoraret: nō tā Britānicę rei incōmoda sibi dolenda cēsere, q̄ christianę religionis cultū pietate & officio cūctis mortalibus amplexādum, nisi impiæ temeritati q̄primū
5 obsisteretur breui in Britānia abolitū iri. Propterea, tametsi Britāni in se prioribus annis parū amico fuissent animo, vt suū studiū in veteris Britānicę gentis salutem, omnibus perspectū esset: & vt Christi nominis cultorū consuleret saluti, se in ethnicos, arma velle induere: ad extremūq; pro insulanorū libertate & pro christianæ pietatis
10 protectione cū religionis hostibus decertare, modo sedatis vndiq; inter Albianos bellis, pax nouo fœdere firmaretur: idq; diligenter cautū foret vti legatorū erāt oblata, ne agros quos trās Humbrū tenerent Scoti ac Picti, Britāni vnq̄ deinceps repeterent. Dimissi postea domū legati, cum haud dissimili Pictorum responso, ad quos secun-
15 dum Scotos accesserant: corā Vortimero & proceribus Britanniæ, quę confœderati dixissent referentes, placide admodum sunt auditi. Atq; iis quę attulerant postulatis, cunctis probātibus ex ipsorū a rege sentētia mox est respōsum. Icto inde breui ex legatorū sponsione inter Scotos, Pictos & Britānos fœdere, veteribus conditionibus no-
20 uis superadditis, iniuriisq; hinc inde reparatis: ita vt simultatū certamina inter eos viderentur sublata, vndiq; ad arma contra Saxones est cōcursum. Primus motus Scotorum atq; Pictorū cōtracta hoim vi, odio in ethnicos stimulante, quantā vix antea in aliū quęuis hostē parauerant in eos fuit Saxones: qui intra Humbrū & Tinam pulsis
25 incolis nouas posuerāt sedes. Quūq; omni cura atq; conatu hostium cędi munitionibusq; in Northumbria recenter extructis, ferro & flāma excidendis incubuissent: Occam pari ferocia hostem habuere obuium. Extēplo itaq; vtrinq; acies instrui cœptę. mox Occa aduersam cōtemplatus aciem: quū multo maior illi videretur, q̄ vt tuto cum ea
30 manus posset cōserere: dubius paulū constitit, quūq; certamē detrectare nō posset, ne mora dimicādi si qua intercederet paratis ad prælium, tantas hostium copias cōtemplātibus animorum auferret alacritatem, suis pugnādi fecit potestatē. Æquo Marte primus fuit congressus. Procedente certamine Saxones confœderatorū impetū mul-
35 titudine & alacritate ruentium ferre nō potentes, sensim primū, sine ordinū perturbatione cedebant. Deinde hostibus acrius vim inferentibus, loco moti, solutis ordinibus decoris obliti terga vertere. Obstat Occa fugientibus, in pugnā, nūc minis, nunc honesti causa redire iubēs. Sed metus plus apud pauidos valens q̄ ducis imperium, Saxo-
40 nū fugam effusam fecit. Occa quum aliter vitæ consulere nequiret,

dilapsus inter aliquot nobiles fuga, ad Humbri ostia recta conten-
dit. vnde inuenta Liburnica, in Tamesim fluuium paucis comitatus
difficili nauigatione est delatus. Scoti & Picti crudeliter vsi victoria
saxonibus qui in pugna pertinaciter durauerant, ad vnum cæsis, in
abeuntes e vestigio tendunt. Alius alium hortatur, adderet gradum, 45
nec pateretur tantã ethnicorum, in deum, in homines, iniuriam diu-
tius inultã. Cęsi per hęc multi saxonũ in pręlio. Sed plures longe fu
ga intercepti, sunt necati. Sub idẽ tempus Vortimerus rex Hengi-
stum in Cantio prælio adortus, Saxones qui eã tenebant regionem
ingenti clade afflixit. Enimuero Britannus admodum cupidus impe 50
rii quod gerebat in antiquam maiestatem restituendi, quo magis au
geret copias, Christi crucifixi similachro vsus pro vexillo, vocalissi-
mos per pręcones iubet, cuncti verę religionis amãtes, id sequerent
insigne. Ad octoginta armatorũ milia, ex sacerdotibus aliisq; piorũ
cœtibus & agrestibus ad veræ pietatis causam tutandã, regi illico 55
affuere, qui prioribus Vortimeri militibus coniũcti egregiam de Sa
xonibus victoriam reportarunt. Saxonũ milia decẽ pręlio desidera-
ta. Cantiũ ad Britãnos: regiones quędam trans Humbrũ ad Scotos
& Pictos, vti fœdere erat cautum, rediere. Hengistus fuga seruatus,
cum Occa filio (is paulũ anteq̃ manus cum hoste consereret venerat 60
ad patrẽ) ac reliquiis exercitus in Northumbriam consilio ea in re-
gione donec copias nouarum virium aduentu reparasset: cũ suis de-
litendi, magnis itineribus contendit. Sed inde repulsus Scotorum
atq; Pictorum armis, edita Saxonum ingenti cęde, ne in hostium ve-
niret potestatem, inuẽtis nauibus ad Hũbri ostia, cum nobilioribus 65
Saxonicę gentis qui cladi superfuerãt, & Occa filio, reliquis eiusdẽ
gentis per Britannorꝫ agros, vti sors dederat, dispersis, in Saxoniam
transmisit. Vortimerus rex mansueto vt erat ingenio, victoria quam
diximus eũ in Cantio cõsecutũ, in nullos crudeliter vsus, Saxonibus
captiuis, armis exutis, libere in patriam redeũdi fecit potestatem, iis 70
qui eiusdẽ gentis agrestes Cantiũ incolebant, Britannorũ subactis
seruituti & cum vxoribus ac liberis illic degere permissis: Roxienã
Hengisti filiã Vortigerno authore reginã appellatam, q̃ ferret vte-
rũ nihil passam aduersi, Londini in arce custodibus adhibitis regio
ꝑpe more esse voluit. Ad Christi templa deinde restituenda, ad repa 75
randã ethnicorũ crudelitate labefactatam religionem, toto conatu
animũ intẽdit. Nã Saxonũ feritate, Britãniã ꝑuagante, alii Britonũ
gentis a vera pietate alienati ethnico more malis litabant dęmonib9
Alii & multo plures ritum eum auersati. Pelagianam hęresim semel
abiuratã, denuo sunt amplexi. Sed vt vtroq; errore Britãnia purgare 80

1 tur, Germanus Altisiodoreñ, & Lupus Treceñ. multa sanctitatis & doctrinę celebritate antistites, e Gallia Vortimeri regis opera acci-ti: multos ac pios impẽdere sudores. Vortimerus primũ idolorũ cul-tores insectatus, aut Britãnia ocyus exulare, aut diris pœnis vltima
5 subire coegit. Inde vt Britãnorũ antistitũ, suadẽte Germano Londini cõuẽtus indiceret, author fuit. Tenuit disceptatio inter Pelagianos & orthodoxę fidei ꝓpugnatores plures dies. Sed quũ Pelagiani resi-stere nõ possent, eorũq; plane causam iudicarent oẽs inclinatam, qui ex eis resipiscere cõtumaciter spreuissent: flãmis regionũ magistra-
10 tuũ opera sunt adusti. Cęteri ꝓ admisso delicto pontificũ authorita-te pœnis adacti, recepti sunt in gratiã. Vortimerus ita restituta vera in Britãnia pietate, aliquot exinde annos deo charus, omniũ iudicio, atq; hominibus acceptus, ab nullo petitus hoste regnũ fœliciter ad-ministrauit. Eratq; iã vrbanarũ ac religiosarũ rerũ gloria cũctis ad-
15 mirationi: quũ Roxienę nõnullorũq; Britãnię magnatũ, cũ ea sentiẽ-tium fraude, veneno est extinctus. Cõmoti Britannię maiores subita-ria regis morte, incertiq; inter luctus & consilia, qua potissimũ via publico regimini foret consulendũ, cõsessum nobilitati Londinũ in dixerunt. Plures dies tenuit consultatio, an Vortigernus publica cu-
20 stodia ad eum vsq; diem detentus, supremæ potestati admoueret: an potius Constantiniani liberi ad paternũ regnũ e Gallia ad eã essent accersendi. Fuere qui dicerent Vortigernũ prioris facti in publicam perniciem vehementi captũ pœnitudine, expertum quantũ afferat in cõmodi, regnũ impie administratũ, populiq; ducẽ vesanę mulieris ca-
25 pi illecebris: iam nihil ęque atq; Saxonũ ꝑfidiam infense odisse: virũ corpore integrum nõ senio, nõ labore confectũ. Prudentẽ, publicæq; administrationis haud inexpertũ: quali ambiguis Britãnicis rebus, dũ & a Gallis & a Germanis bellũ expectat, vehemẽter esset opus: propterea eũ virũ, in regnũ reducẽdum, sacramẽto prius adactũ, nũ-
30 q̃ externi sanguinis viros in Britãniã se ad militiã recepturũ: perse-quuturũq; vi oñi qua posset, & ferro & flãma Saxonũ gentẽ: si dein ceps reditũ molirentur in Albionem. Quod ad Constantini liberos in regnũ paternum e Gallia vocandos attineret: id parum sese vtile iudicare: q̃ ipsi vix puberes & militaris rei ignari, haud satis idonei
35 essent, quibus regnũ tot tãtisq; hostibus breui (vt credere par erat) petendum cõmitteretur. Ad ea & Francorum gentem, regni recẽter in Gallia conditi, protendendi cupidissimam, quorũ magna vis cum Constantinianis liberis esset in Armorica, expectare solũ in Britãniã trãsmittendi occasionẽ: regnũ in insula quo iure quaue iniuria haud
40 minus Saxonibus optare. Horum ergo in Britanniam accessum, iu-

xta atq; Saxonũ, nisi Britones in suũ exitium faciles esse velint, sum-
mis conatibus, reb9 vt tũ erãt, pẽsitatis ꝓhibẽdũ. Alii cẽsuere haud
tutũ magnatibus quẽ regno abdicauerint, coegerintq; in carcerẽ, de
nuo i regnũ reducere: fore vbi id actũ esset, vt q publicã salutẽ fuis-
sent tutati, Vortimeriq; partes secuti, aut ꝓcul patria exularent, aut
capitalia subire cogerent. Vicit hãc prior sentẽtia, cũctis pœne con
clamãtibus, Vortigernũ virũ modestũ, iniuriarũ immemorẽ, qui po
tius sui q̃ alioꝝ in se crimẽ vlcisci velit: haud ignarũ, q̃ bene reipubli
cę cõsuluissent, qui Vortimerũ filiũ, virũ ad publica munia obeũda
omniũ aptissimũ se exposcentibus flagitiis regno, summæ admoue-
re potestati. Secũdũ hãc cõsultationẽ, Vortigernus, magno oĩm ap-
plausu, custodia publica eductus, summęq; restitutus administratio-
ni, oẽm simultatẽ, offensam, iráq; aduersus eos cõceptam, qui ipsum
regno priuauerãt illico deposuit. Nec eorum cuiq̃ nocere deinceps
sustinuit. Maiores populi mira ꝓsecutus beneuolẽtia, donariis mul-
tis ornauit. In militibus cõparãdis mercede, certisq; redigẽdis ordi-
nibus, vt essent in pręsidiis, in castris, ad oẽm euẽtũ parati, profusissi
mis vsus est sumptibus. Exercitus cohortes & manipulos, composi-
te retinuit: perinde acsi iam tunc in hostem foret dimicãdũ. Quæ res
affectam adeo illi plebẽ reddidit, nobilitatẽq; Britãnicam, vt quisq;
agitaret apud se volutaretq; animo donaria, nouos honores, quibus
animi beneuolentiã Vortigerno ostenderet. Apud Scotos & Pictos
obtinuit per legatos vt pax quã cum Vortimero rege inierant, no-
uo fœdere firmaretur. Hortatus vt quo studio & officio cum filio
perstitissent, secũ permanerẽt. Dũ his operã daret Vortigernus, nũ-
ciatur Hengistũ cũ numerosa nauiũ classe & filio Occa, ac duobus
fratribus, incredibiliq; Germanoꝝ multitudine, ad Temnadẽ (insu
læ nomẽ est ad Temesis ostia) applicitũ exposuisse ibi copias in ter
rã: nulla incolas affecisse iniuria, cũcta insulæ reliq̃sse intacta hoĩes,
segetes, rẽ pecuariã. Mot9 Vortigern9 tã apparẽti malo, mãdat Bri
tãnię maioribus q̃ maximis possent copiis, & q̃ maturissime in Can
tiũ ad se cõuenirẽt. Ita facto opus esse. Infensissimũ adesse hostẽ Hẽ
gistum: multis cum armatorum milibus: animo (vt credere par
erat) aut Britanniæ depopulandæ, aut incolis adempta libertate
in suam redigendæ potestatem. Cuius crudelissimis conatibus, ni-
si magna ac diligenti occurratur vi, nusq̃ securum locum, & nusq̃
tutum Britannis futurum. Eo nuncio accepto, venere ocyus Britan-
niæ principes, cum delectu cunctis ex regionibus contracto, ad re-
gem Vortigernum. Sentiensq; variis indiciis Hengistus, Britanno-
rum animos vehemẽter in se concitatos, neminẽ in contracta multi-

tudine esse, qui Saxonũ nomẽ infense nõ odisset: haud tutũ sibi futurum ratus, cũ gẽte adeo irritata, pro religione, pro patria, ad vltimũ dimicatura, vbi sine ingenti suorũ strage victoria parari non posset, manus conserere, quod armis absq; iactura assequi nequiuerat, dolo malo nititur experiri. Ergo callido ingenio, legatos mittit ad Vortigernum, qui dicerent, ipsum Hengistum haud venisse in Britanniã, vt generum quem syncære semper amasset, qui summa abdicatus potestate tot ęrumnas in carcere passus fuisset, regno dimoueret: paruulumve nepotẽ (ex Roxiena etenim Vortigernus virilis sexus prolẽ susceperat) omni studio atq; officio a se protegendum, patrio fraudaret regno: aut cuiq̃ Britannici sanguinis contumeliam inferret. Sed vt Vortigerno foret auxilio: ad supplicium de his sumendũ qui Vortimerum omniũ qui sua erant ætate virum optimũ veneno extinxissent, vt nepoti tutoris præstaret officium. Ne qualibus dudũ Vortimerus, ipse peteretur insidiis. Et quod nõnullis indicãtibus accepisset Vortigernum, longo carceris fatigatum squalore, eo valetudinis redactum, vt vel annũ superesse natura nõ pateretur, eius filio ex Roxiena Britãnię regnũ ad maturã vsq; ætatem vt seruaret incolume. Hæc si placerent mansurum ipsum cum paucis Saxonum gẽtis, quocunq; Vortigernus diceret loco. Cæteris Saxonibus maiorũ Britãnię arbitrio, in Germaniã vel quo iuberent ipsi modo id rei Britannicę vtile foret, abituros. Non arces, non agros aut oppida, quibus aliquando donati fuerant repetentes: sed supellectilem atq; fortunas, quas Britãnia profecti in Cantio reliquere. De his rebus velle Hengistum, cũ Vortigerno & primoribus Britannicę gentis, aliisq; nõnullis negociis, ad perpetuam gratiam & amicitiam inter populos spectantibus, agere. Cupere idcirco vehementer aliquem locum diemq; vtriusq; colloquio dicerent Britanniæ proceres: illuc ipsum Hengistum quotum iuberent in armis aut sine armis vt vellent affuturum. Hęc legatorũ postulata, posteaq̃ in Britãnorũ cõsessu sunt audita, consultatũ aliquot dies inter patres, an placerẽt Hẽgisti postulata: an veluti quibus dolus subesset, reiicienda forẽt. Erãt q Hẽgisti perfidiã frequẽtius experti, blãditiis eius subesse fraudẽ non potuerũt non suspicari. Alii veriti Saxonũ in bello virtutem, ne Britãnicæ opes toties fractæ, denuo peregrinis affligerentur armis, censuere blandis Hengisti postulatis per consimilem technam blanditiis occurrendum, minimeq; Saxonũ speciosis verbis pollicitationibusve fidendũ. Sũma aũt adnitendũ opera, vt quoquo modo relicta Britãnia amici abscederẽt. Id vt assequerent Britãni, nec labori, nec sumptui parcendũ. Vocandũ amicũ Hengistũ, honorandũ donariis:

modo cũ copiis redire vellet in Germaniam . Sin aliter petendũ ar-
mis, omniq; qua possent vi ad extremũ debellãdum. Iuuẽtutẽ Britan
nicã semper in armis continẽdã, ad omnẽ euentum paratam, donec
Hengisti consilia si qua conceperit animo in Britãnorũ perniciẽ, tẽ-
pus casusue aliquis aut ipse forsitan rei exitus ostẽderet. Hẽgisti col 45
loquiũ cum Vortigerno vbi de summis rebus acturũ se dicit hone-
stũ videri: modo comitibus paribus, procul ab exercitibus inermes
vtrinq; cõuenirent. In hanc sententiã q̃plurimi ex multitudine iere:
fore rati, vt Hẽgistus receptis fortunis in Cantio (dũ illinc pellere-
tur) relictis, regiisq; donariis honestatus, in generum ac nepotem 50
charitate, nulla Britãnis illata iniuria amicus abscederet. Suspicabã
tur alii monstri quid inter saxones ali. Neq; ociosum esse q; tãta clas
sis tot & tã validis fulta epibatis appulsa esset in Britãniã. Dum his
aut similibus altercationibus certaretur vulgo inter Britãnos, diem
colloquio principes condixere: q ex eo decimus foret, magno vtrinq; 55
fidei iureiurando exhibito, vt principum singuli cum trecentis viris
(alii huic numero centũ superaddunt) ex his qui ex vtraq; gente es-
sent optimi, designato ad cõgressum loco conuenirẽt. Planities erat
haud procul a Saris (nunc Sarisburia) in ea mõticulus est satis edi-
tus (Ambrium tũ vocarunt Britanni) quo Vortigernus & Hengi- 60
stus (vti cõuentũ erat) ad colloquiũ cõuenere. Subornauerat Hẽgi
stus suos priusq̃ illo venissent, in Britãnicę nobilitatis cędem impe-
rio tradito, vt Saxonũ quisq; pugionem manica dextra clam abditũ
gestaret: quo dũ signum daretur Britannum qui proximus sibi esset
extemplo confoderet. Paruere subornati, & medio colloquio signo 65
dato ab Hengisto, Britãni nobiles qui illuc conuenerant, Saxonum
fraude pœne omnes sunt interempti. Perpauci cladem euasere, & ho
rũ pręcipuus Heldolus vir magna inter Britãnos celebritate. Is ar-
repto a Saxone quodam pugione, in hostes grassatus, postq̃ nõnul-
los occidisset: tribus vulneribus sed nullo letali sautius sese pericu- 70
lo eripuit. Vortigernus rex captus & in vincula coniectus, ad Saxo
nũ castra ignobiliter est perductus. Hac Britãnorũ nobiliũ cęde, do
lo ita ꝑpetrata, Hengistus hostiũ leuatus timore suas copias in Can
tium perduxit. Pauentes ad horum tristẽ nunciũ Britannorũ turmę,
percitiq; tantorũ tamq; fortiũ virorum fraudulenta cæde vbi se pau 75
lum luctu occuparant: lachrymis in iram versis, Saxonũ perfidiã vl
cisci statuũt. Verum quũ dux nõ adesset, qui imperatoris munia in
bello gerendo obiret: neq; qui disciplinam egregie calleret militarẽ
fortissimis quibusq; Britanniæ dolo malo sublatis: essetq; ira sine vi
ribus absq; copiarum rectoribus habita oĩbus vana: caput gẽtẽq; 80

1 Hengisti vehemēter execrati Britāni, solutis copiis, haud sine animi indignitate domū abiere. Vortigern⁹ imminēte sibi morte quotidie sęuissimis Saxonū minis, vt periculo liberaretur cuncta oppida, munitiones & arces Britāniæ in Hengisti tradidit potestatem omni cū
5 auro & argento, priuato publicoq;. Vinculis inde solutus Britānica cū nobilitate, q̄ recentē cladē euaserat, agrestiūq; maiori parte, cōiugibus & liberis, ac fortunarū quātū Saxonū patiebatur immanitas exemptis armis in Cābriā nūc Gualiā mœsto sub silentio cōcessit: vbi pœne omnes qui de Britānica gēte regnarūt in Albione, sedes
10 deinceps tenuerūt, cæteris Britāniæ regionibus Saxonū gēti ad inhabitationē cedentibus. Qua vero causa aut quando Cābrię regioni nomē Gualię sit inditū, parū ex authoribus qui Britānicas res memorię ꝓdiderūt liquide constat, varias fictitiasq; adferentibus. Verū vt ex his ac nostris scriptoribus est intelligere, certo cōperimus, re-
15 gionē tēpore haud multū ab hoc diuerso in nouū nomē veteri abolito trāsisse. Cęterū Hēgisti in Britānia egregia gesta domū nūciata germanorū multitudinē priori lōge copiosiorē cum agrestib⁹ ad agriculturā vxoribus & liberis vocauit in Albionē: quorū accessione auctę sunt Hengisti vires adeo vt Britonū opes ad Saxonū colla
20 tę in Britannia pœne nullę oībus facile viderentur. Vortigerno igitur quo dictū est mō regno exuto, patria expulso, ac fugato in Gualiā, Hengistus vt regnū sibi stabiliret in Britānia maiorū Saxonum gētis Londini cōsessu facto, lętis populi acclamationibus rex declaratus, sanxit oīm suffragiis Britānię nomē deinceps in Albione abo
25 lendū. Dicēdūq; id regnū olim Britonū nūc Saxonū. Exinde ab Hēgisto eius conditore Hēgistis land, id est Hengisti terrā. gentē vero Hengistis man, id est Hēgisti populum. Deuenere ea vocabula ad nos, sed mutata paulū vt pro Hengistisland England, latine Angliam. Pro Hengistisman Englisman latine Anglū dicerent: quę loquē
30 tiū longa cōsuetudine vsus retinuit. Vetitū & eodē decreto ne quispiā Britānici sanguinis in Albione extra Gualię fines post eū qui vicesimus ex eo foret dies inueniretur. Neue quis profiteretur Christi dogma, christianove ritu sacra perageret, capitali pœna i edicto minus obtēperātes ꝓposita. Eo ꝑtereunte die exercuere Saxones crude
35 liter pœnā in rebelles. Cœperatq; ꝑ procaces in vtriusq; sexus omnē ætatē in regionibus q̄ Saxonū cessissent nomini cędes: euagari. Seuitū immanissime in Christi sacerdotes, tēpla, cœnobia. Et (vt Bedę q huius meminit calamitatis verbis vtar) ruebāt Saxonū iniuria ædificia publica, simul & priuata. Passim sacerdotes inter altaria truci-
40 dabant, cędebant ꝓsules cū populo sine vllo respectu honoris, ferro

pariter & flãmis. Nec erat qui tanta intereptos crudelitate sepelire
auderet. Nõnulli de miserandis Britonũ reliquiis in mõtibus cõpre-
si, aceruatim iugulabantur. Alii fame confecti, procedẽtes, manus ho
stibus dabant. Pro accipiendis alimentorũ subsidiis, ęternã seruitutẽ
subituri si non continuo trucidarentur. Alii quibus poterat nauium 45
esse vsus transmarinas regiones dolentes petebant. Alii permanen-
tes in Britãnia, trepide mortalium omniũ aspectum declinantes, mi-
serrimã vitam in montibus, syluis, vel rupis arduis, mẽte semper age
bant suspecta: Et Saxones per hunc modũ recepta Britãnia oppidis
ac munitionibus vndiq; suis præsidiis munitis, vera abhorrentes a 50
pietate: in quę ethnici erãt instituti & idolis colendis & spurcissimis
in sacrificiis diligenter obseruare præceperunt. Christi olim templa,
ac sacris pontificibus pia habita veneratione, deorum simulacris, ac
spurco & immolatitio sanguine stultę gẽtilitatis more, cõtẽpta ve-
ra religione fœdissime cõtaminauerunt. Et ne hostium aliquo subita 55
rio peterentur incursu, regionũ recenter occupatarũ oras fortissimis
vndequaq; muniuerunt p̃sidiis. Accersebãt & indies nouos populos
e Germania, vt & Scotos & Pictos regionibus Britãnicis quas trãs
Hũbrũ tenebãt vi depellerẽt & armis. Dũ huiusmodi rebus magna
ope intẽderent Saxones, Vortigernus regno spoliatus, quũ & domi 60
& foris hostis immineret (Eñuero nõ tã Saxones & Galli q̃ Britãni
ob regnũ eius culpa amissum hoiem infense oderãt) neq; e cęlo sce-
lerũ conscius, neq; e terra fauorẽ affore ratus ad regnũ recuperandũ
multis terroribus agitatus ad sortes (vti plęrũq; vltimo constituto
rum discrimine desperãtiũq; mos est) ingeniũ vertit. Et Merlinũ va- 65
tem quẽdã qui ei & vitę exitum & regni futurũ statũ prædiceret ad
se accersit. Constans tum fama erat, Merlinũ incubi, ac nobilis Britã
nici sanguinis fœminæ cõcubitu ꝓgnatũ, magicis carminibus ma-
los dęmones ad colloquia excire: & ex his quę futura essent cogno-
scere. Is ergo ad Vortigernũ adductus, vbi inter alia rogatus fuisset 70
de belli exitu, quis esset: de Britannici regni restitutione, de regę re-
giisq; liberis, an post Vortigernũ quispiam eius generis regnaturus
esset in Britannia: an Gallorũ armis iacturã pateretur: vt experiẽtiã
daret artis Merlinus, audaci aĩo respondit: fore vt breui Vortiger-
nus cũ liberis ab Aurelio Ambrosio bello victus, cũ omni gaza cre 75
maretur: domesticũq; regnũ cũ vita sic finiẽdũ. Id Merlini vaticiniũ
haud irritũ fuisse rei exitus probauit. Nam haud multo post tempo
re, Aurelius Ambrosius & Vter Cõstantini olim Britonum regis fi
lii (de his antea frequens est facta mentio) cum florentissimis copiis
ab Armorica, vbi Vortigerni declinantes insidias regio more fuerãt 80

1 educati. Venere in Gualiam in Vortigernũ quẽ ob cęsum patruum Constantiũ infense exosum habuerant, cõstanti omniũ opinione illico moturi. Vortigernus Merlini oraculo parũ fidei habens, celerius cõtractis copiis, relicto filio ingẽtiq; auri copia in arce omniũ muni-
5 tissima, in aciẽ cũ Ambrosio descendit: ratus honestius si cadendum foret: in pugna q̃ alio se loco casurũ. Inito prælio Vortigerni milites quibus prima credita acies, vt Ambrosio gratificarẽt, in propriũ ducẽ, cuius perfidiam semper erant clam exosi, conuersi: tetrã cladẽ edidere. Estq; per id Ambrosium victoria facile secuta. Incredibili cõstã-
10 tia nixus eo die fatalẽ necessitatẽ superare Vortigernus, regali abiecto insigni, gregariis militib9, vt vel inter eos occũberet se ingessit. Sed amicorũ opera violenter raptus extra pugnę locũ, celerius vt instãti periculo eriperetur ad arcẽ est deportatus. Victor Ambrosius cognita Vortigerni fuga, & quo sese recepisset: iubet in abeuntẽ e ve-
15 stigio tendere, arcẽ arctissima circũdare obsidione. Quũq; alterũ diẽ itidem atq; tertium in arcis oppugnatione consumpsisset: ne mora in periculũ victorẽ traheret exercitũ: excisis proximis ex nemoribus lignis, fossisq; celeriter oppletis, superiectis inde ingentibus struibus fasciculorum, accensisq;, arcẽ cũ Vortigerno simul ac liberis & for-
20 tunis (vti Merlini erat vaticiniũ) incendiũ consumpsit. Quis vates hic fuerit malo dęmone genit9 (vt fama est) nec ne liceat ne pie existimare huiusmodi nefariã geniturã fieri posse, haud susceptæ a nobis ꝓuincię est definire. Verum quoniã de malorũ dęmonũ infando cũ fœminis cõcubitu incidit sermo: ne rẽ prorsus silentio prætere-
25 mus, nõnulla quæ paucos ante annos q̃ hęc cõmentaremur inter nostrates cõtigerũt operępreciũ puto breuissimis recitare. Anno christianæ salutis sexto supra octogesimũ millesimũ & quadringentesimũ, nauigãtibus e Phorthea æstuario negociationis causa in Flandriam, tãta ventorũ oborta est vis, vt velis, malo, armamẽtisq; ruptis
30 nauiq; fœde inter tumẽtes vndas iactata, certissimã mortẽ cuncti expectarent. Nauicularius tantã tãq; insolitã aeris inclemẽtiã, eo tẽporis demiratus (suberat enim solstitiũ ęstiuũ) quũ id nõ sideri sed malorũ dęmonũ qui hominib9 semꝑ sunt infesti, insidiis magnis tribueret clamoribus: reddita est vox ex ima naui mulieris se misere incu-
35 santis, q̃ incubo humana sub effigie, qui cũ ꝑ multos anteactos annos habuisset consuetudinem, iam tum fuisset cõmixta & ab eo subacta: mari ergo celerius se tradendã, vt ipsa pereunte quæ tanti mali imminentis causam præstitisset: cæteri dei benignitate permanerent incolumes, Accedens ad lachrymantem fœminam iubente naui-
40 culario sacerdos, eius atq; cæterorum saluti consulendi causa, crimẽ

iam palã fatentẽ,horrentẽ ſcelus, vehemẽter alto e pectore ſuſpiriis
indicibus pœnitentẽqꝫ facti,pie eſt hortatus,ne ſibi deeſſet:cui certo
cognoſceret numinis fauorẽ adeſſe:crimina lachrymis ac animi pœ
nitudine deleri:tantã miſerẽtis dei clemẽtiã eſſe erga mortales,vt al
tius,vel in malorũ ꝓfundũ lapſos,reſipiſcẽtes nõnunq̃ ad maiorẽ lõ 45
ge q̃ vnq̃ antea habuiſſent gratiã,recipiat. Media pii ſacerdotis ad-
hortatione,quũ multis ſuſpiriis afflicta mulier admiſſum facinus de
ploraret:cũctis viſa eſt atra nubes e nauis ſentina ꝓſiliiſſe,ingentiqꝫ
ſono flãma,fumo, atqꝫ fœtore ſeſe deieciſſe in mare. Sedatũ eſt inde
cęlũ,pacatũqꝫ mare, & negociatores cũ naui cũctis ſuis rebus ſaluis 50
in optatũ portum abiere. Haud multis annis q̃ hęc facta fuerant in
Gareotha regione, vico quatuordecim vix paſſuũ millibus ab Aber
donia,adoleſcẽs multa formoſitate, coram Aberdonẽ antiſtite que
ſtus eſt palam,ſeſe a dęmone ſuccuba(vt dicunt)gratiſſima omniũ
quę vidiſſet forma, multos antea menſes infeſtatum eandẽ occluſis 55
foribus noctu ad ſe ingredi blanditiis,in ſui amplexus cõpellere.Du
bia luce abire ſine ſtrepitu pœne,nullo ſe poſſe modo quũ plures at
tentaſſet a tãta,ac tã turpi veſania liberari.Iubet cõtinuo optimꝰ epi
ſcopꝰ adoleſcẽtẽ,alio ſe cõferre,& vt chriſtiana religiõe magis lauda
tis,ieiuniis & orõnibꝰ plus ſolito accõmodaret aĩm: fore vt piis ope 60
ribus intẽto,victus cacodęmon tãdẽ terga eſſet daturꝰ.Euenit ado-
leſcẽti ſalubre cõſiliũ religioſe exequuto,paucos poſt dies vti venerã
dus antiſtes erat p̃fatus.Idẽ pœne ſub tempus accidit & aliud haud
diſſimile miraculũ,malo dęmone illudẽte mortalibꝰ haud reticẽdũ
in Marrea regione,vti ex iis qui fœdiſſimã rẽ cõſpexerãt accepimꝰ. 65
Puella natalibꝰ altis, forma cõſpicua, cõpluriũ nobiliũ auerſata cõ-
nubiũ,in infandã cũ cacodęmone incidit cõſuetudinẽ:quę quũ vterũ
ferret,parẽtũ rigore coacta edere ſtupratorem:adoleſcẽtẽ mira pul-
chritudine frequẽtius ſecũ noctu,interdiu nõnũq̃ cõueniſſe.vñ veniſ
ſet quove ĩde abiiſſet neſcire ſe reſpõdit.Parẽtes tãetſi filię parũ cre- 70
derẽt,accuratius rẽ aduertẽtes,cõſilio qs eſſet,q gnatę expugnaſſet
pudicitiã explorãdi:cognito tertio poſt die indice ancilla, ſtuprato-
rẽ adeſſe:recluſis foribus,accẽſo tędarũ ingẽti numero,cubiculũ in-
greſſi,horrẽdũ mõſtrũ,figura ſupra humanã exiſtimationẽ terribili,
in filię amplexibus ſunt cõſpicati. Cucurrere ocyus cõplures ad fœ 75
dum acciti ſpectaculũ.Inter eos ſacerdos ꝓbatę vitę,ſacrę diſciplinę
haud ignarus,cęteris aut trepide abeũtibus,aut pauore terrę illiſis,
quũ Chriſti apl̃i Ioãnis euãgelii initiũ recitare orſus ad eum locum
Verbum caro factũ eſt perduxiſſet , malus dęmon,horrẽdo ſublato
clamore,cubiculi tectum ſecum aſportans,omni ſupellectili incenſa 80

abiit. Fœmina periculo seruata post triduũ enixa est mõstrum vndequaq; fœdum aspectu, quale nusq̃ antea (vt ferunt) inter nostrates visum. Id obstetrices ne seruatũ in contumeliam esset familiæ, accensa ingenti pyra citissime cõcremarũt. Hęc de incubis nostris diebus conspecta placuit paucis historię inserere (Etsi plura similiaq; haud sine multorum admiratiõe prioribus seculis euenisse accepimus) vt legentes dignoscerent, haud prorsus esse fictitia, quę de malorũ dęmonũ cum hominibus consuetudine feruntur. Cęterum Merlini vaticinia (licet horum nõnulla nostra ætate videantur adimpleta) legenda sint an prorsus abroganda viderint sacrarum literarum professores. Satis ipsi videbimur assequuti, si nullum in re tanta temere ferentes iudicium, diuinarũ rerum dispensatoribus audientes, sobria cœna contenti, in his vti cæteris ambiguis nos intra nos modestius continebimus. fortiũ etenĩ gesta quomodo a maioribus scripta sunt enarrãtes, neq; tutemur partes, neq; sumus impugnaturi. Nusq̃ ergo egressi nostro officio, susceptũ negociũ vti ab initio instituimus nostra pro virili fideliter prosequemur. Ad Aureliũ Ambrosium, victo exterminatoq; Vortigerno, Britonum magnæ fiebant accessiones. Quumq; indies ei vires accrescerent, suaderentq; amici paternum regnum repetendum: in Hengistum Saxonumq; gentem vt & christianũ nomẽ restitueret in Britannia & paternum regnũ armis recuperaret, lecta cum militum manu statuit mouere. At ne plures simul vrgerẽt hostes, haud satis gnarus inimico ne animo essent in se Scoti ac Picti, eorum amicitiam atq; societatem, per legatos petiuit. Qui missi fuerant legati, apud Congallum Scotorum regem facile obtinuerunt, patrum more fœdus inter gentes feriẽdum, scribendumq; exercitum in Aurelii aduersus Saxones auxilium. Præfectus exercitui est, dum in expeditionem duceretur Conranus, qui post Congallum regnauit: laborabat enim tum rex Congallus articulari morbo frigore & multis laboriosis aduersus Saxones, ac Britannos expeditionibus contracto. Id nisi pio regi graui fuisset impedimẽto, suis cũ copiis Aurelio sociatus pro religione tutanda, cum impia gente in certamen ipse descendisset. Profecti inde Aurelii legati ad Lothum (Tenebat is tum Pictorum rempublicam) elegantem iuuenem, procera statura, & gloriæ cupidissimum: multaq; ab eo beneuolentia suscepti postulata magno omnium fauore impetrarunt. Dum his legationibus Scoti & Picti Aurelio ex sententia respondebant, Britanni qui aut in Scotorum agros, aut in Pithlandiam, aliove Saxonum fugientes iniuriam abierant, ad Aurelium veluti principem diu desideratum, ocyus conuenere. Tantam militum vim Aurelius

ad se venientem conspicatus, quibus vnus esset consensus pristini re
gni in Albione recuperandi, in locum editũ primatũ septus corona,
vt populo gratularetur cõscendit. Sequutam multitudinẽ primum
Vortigerni immania scelera in Constantinianã domũ atq; in Britan
nicã rem publicã & gentem. Inde Hẽgisti Saxonũq; atrocem in deũ 45
atq; homines iniuriã longa questus oratione, incensam perpulit, ma-
iorũ cędis vindicandę ac restituendę verę pietatis causa, ad arma ce
lerius assumẽda. Acceptauerunt cuncti qui aderãt, ingẽtibus animis
bellũ in Saxones. Et vt esset cuius ductu rei summa administraretur
Ambrosium cuncti iubẽt regnare. Est per hæc Aurelius Ambrosius 50
(hunc venerabilis Beda Romani sanguinis virũ appellat, aut quod Ro
mana matre prognatus, aut quod prisca Romana virtute cũctis specta
bilis haberetur) Britannorũ regno admotus anno Christi seruatoris
octauo supra nonagesimũ quadringentesimũ. Posteaq̃ Vortigernus
cum Vortimero filio septẽdecim ãnos summũ in Britãnia tenuisset 55
magistratũ. Aurelius itaq; regnum adeptus, Frãcos & Armoricos q
secum e Gallia transmiserant, atq; Britãnos ad militiam scriptos in
vnum coegit exercitum: quem sicuti in Gallia variis expeditionibus
versatus didicerat, in turmas, cohortes ac manipulos distribuit: eorũ
cuiq; duce cui audiẽtes forent pręfecto. Dicto paruo post tẽpore ad 60
proficiscendũ die, sacris christiano ritu peractis, sublatis signis, ordina
tisq; rite copiis, in hostem pergit Aurelius. Cui sexto exinde die Lo-
thus Pictorum rex, Conranusq; dux Scotici exercitus, ingentibus cũ
copiis mouẽti adiunguntur. Eos duces Aurelius mira charitate com
plexus, spondet se Britannicãq; gentem, si quãdo opportunitas dare 65
tur paria tanta pro beneuolentia relaturum. Ad Mahesbellũ (loco
est nomẽ vbi postea cũ Saxonibus est conflictatũ) tres validi exerci
tus, tribus ex gentibus contracti, quo Hengistũ cum copiis venisse
per exploratores acceperant mouere. Castris ergo vtrinq; in propin-
quo positis, primo pauci equites erũpẽtes, in planitiẽ hostes ad præ- 70
lium prouocarũt. subiere exinde plures, ac mox alternę fiebãt excur
siones, quibus iritamẽtis tãdẽ iritati copias oẽs in certaminis studiũ
effundunt. Et quũ prælio atroci, ancipitiq; Marte, non tã viribus q̃
odio aliquãdiu fuisset certatum: Britones Armorici nouo genere pu
gnę aduersam hostium aciẽ cuneis penetratã, vehemẽter turbarunt. 75
Iãq; Scoti ac Picti vtrãq; Saxonũ alam, ita attriuerãt: vt trium gen-
tium Scotorum Pictorum Britannorũq; militaria signa, strata per
hostes via, illico coitura viderentur. Vertit ea res Saxones ingẽti cla
de affectos in fugam, pedibus ignobilem salutem quærentes. Tum
Hengistus prælium redintegrare frustra conatus, iactis contu- 80

melius in fugientes, quos nec pristinę virtutis cōmemoratio, nec pudor potuit reuocare, quū nullū locū saluti relictū videret: ad id vsq; tēpus summi ducis & strenui militis partibus functus, oim postremus inter aliquot equites fuga se periculo eripuit. Abeuntē conspicatus Aurelius, odio in Saxonicū sanguinē stimulante, tanta vi tāq; infestus equū in eū admisit, vt ad primū incursum lancea trāsfossum deiectumq; equo interfecerit. Qui aderant Saxonici equites regis sui casu territi magis q̄ iritati relicto Hēgisti cadauere inter hostes ad ludibriū, Occam graui vulnere sautiū secū deportātes in proximos montes pręcipites abiere. Ambrosius secundū fœlicem pugnam, Lōdinū olim Britannię regni caput, cū copiis mouet vt ad acceptæ calamitatis nunciū, omnia ibidem metu trepidantia facilius opprimeret. Qui Londini erant in præsidiis Saxones, cognito Hengisti casu, q̄ infœliciter pugnassent sui contribules, & q; ingentem accepissent cladem cōploratione oborta, desertis pauore mœnibus, patefactisq; portis, oēs apud victorē gratiam quęrere. Ambrosius pręsidio circa portas dimisso, ne cuiq̄ pateret exitus, donec cōmuni dignosceretur consilio, quid de deditis faciundum foret: ad arcem occupandā, quæ fortissima erat, lecta cum iuuentute, recta pergit. Aduenięti Saxonū nobiliores, quos eo Hengistus præsidii causa reliquerat, obuiam progressi genibus aduoluti, omnem (inquiunt) vt posses in nos exercere vindictam dii tibi dederunt: fortuna & virtus tua semper inuicta. Sed si miserabiles deditosq;, quos iusta deorum ira in malorum vltima deiecit, apud victorem, vitę necisq; dominū, vocem supplicem licet emittere: si veniam, si misericordiā implorare: precamur per victricem tuā dextrā, perq; fœlicem hāc victoriam, quæ te mortalium omnium iustissimum contra iniustissimū hostem egregia pugna est sequuta: per regium nomē, quo iure iam polles in Albione, quod nostræ genti fortuna iure ademit, nobis omnium miserrimis hanc des veniam: vt cunctis nos fortunis exutos, vestibusq; (si ita fuerit visum) virgis cæsos, contumelia, & supplicio quolibet citra extremū affectos, hinc libere abire sinas: id si feceris, non solum victoriæ in tot tamq; sæuos hostes, sed æternum clementię, & ad exteras gentes & ad tuam posteritatem defereris exemplum. His aut non multum dissimilibus verbis permotus Ambrosius, recepta arce, Saxonibus, nihil in eos mali molitus, vt omnibus cum fortunis abirent libere, fecit potestatem. Migrant inde Ambrosii edicto populariter e Britannia in Germaniam cuncti Saxonum generis ad bellum idonei: cæteris vectigalib9 factis: ea lege vt Christi dogma profiterētur in Albione manere ꝑmissis. Veniętes haud multo post tēpore ꝑegrinis e

regionibus Britãni,in quas Saxonũ dudũ arma declinãtes confuge rãt,patrias sedes abeũtibus Saxonibus occuparũt.Christi tẽpla Am brosii pia opera restituta.Põtifices sacerdotesq; suas sũt vocati in se- des:vera religio vndiq; culta:deorũ gentiliũ statuę effractę:qui gen tilitatis sacerdotes inuẽti in Britannia,diris suppliciis affecti.Sacris 45 supplicatiõibus plures dies Lõdini est opera nauata,sacrę ædes aper tę,refertę odoribus plateę,publicarũ priuatarũq; ędium parietes au leis ac tapetibus ornati:musici dulci harmonia vbiq; strepẽtes,oĩa lę titiã suo more prę se ferre ostẽderunt.Ambrosius rex populo cõmu- ni gaudio lętos ita dies agente,Lothũ Pictorũ regẽ ac Conranũ du- 50 cem Scotorũ.(Nã hi copiis haud procul Londino in castris relictis cũ rege venerãt in ciuitatem) vt se tam fidis atq; necessariis amicis gratũ ostẽderet:frequẽtibus regiis cõuiuiis honoratos, amplissimis donariis ac summis honoribus affecit:edicens patrũ cõsilio vt vbiq; ꝑ ciuitates regionesq; Britãnicas prędicarẽtur, inter alias Lothi Cõ 55 raniq; laudes:eorũ maxime opera Saxonũ vim fractã,patriã Britan- nis redditã:leges,veterem patrũ maiestatem, & deniq; quod christia ni nominis cultoribus in primis erat optãdũ,veram pietatem,ethni- cis explosis spurcitiis,restitutam.Ad hęc fœdus inter reges & popu los veteribus cõditionibus,de agris trans Hũbrum Scotis & Pictis 60 cedẽtibus,de Saxonibus,cõmunibus exinde habendis pro hostibus, de cõmilitio vrgente hoste faciendo,vno omniũ cõsensu est ictum.Id vehementer firmauit sequuta affinitas.Erãt Aurelio duæ sorores ele ganti forma.Anna & Ada,virgines ambę. Harũ maiorem natu An nam Lotho,alteram Conrano matrimonio locat: consilio Albianos 65 reges diutina concordia retinendi . Hæc in Scotiam cum viro ma- gno ducta apparatu vix superfuit bienniũ.Enitendo etenim simul cũ fœtu mortua,contractæ cũ Ambrosio affinitati finis fuit.Ex illa Lo thus liberos sed aliquot post annos suscepit, Modredum, Valuanũ & Thametem. De quibus suo loco sermo est futurus . Diuturna fe- 70 staq; pace aliquot exinde annos,Britanni,Scoti ac Picti, nulli trium gentium aperta hostium imminente iniuria,floruere. Verum Saxo- num nõnulli in Britannia,Ambrosio permittente remanentes, chri- stianam ementientes religionem, clam idolis litabant:qua re com- perta, capti sacrificuli,cæsi loris, vlla sine commiseratione ad vnum 75 sunt cremati.Inter hæc Congallus Scotorum rex, longa valetudine confectus, vita fungitur.Posteaq̃ non sine ingenti laudis gloria rem Scoticam viginti tenuisset ãnos.Eius funus communi regum sepul- chro,iustis parẽtalibus regio more pactis,in Ionã est elatũ. In cuius locum Cõranus frater germanus, ingenti omnium applausu rex est 80

surrogatus, Anno virginei partus quingẽtesimo primo qui Ambrosio regni fuit quartus & Anastasio Romanorũ principi duodecim9. Fuere hac tempestate vel certe haud multũ ab ea diuersa, viri sanctitate & doctrina pollentes: Remigius Remensiũ antistes: qui Clodoueum Francorũ regem sacro lauacro admouit. Is rex sacra lustratus aqua, & chrismate cęlesti munere delibutus, ad Luteciam Parisiorũ ædem tũc suburbanam Petro & Paulo apostolis sacram, vbi postea sepultus est, construxit: Genouefę nunc est, in cuius diuę tutela vrbs Parisina: est arx, caputq; Francorꝝ regni ex eo tẽpore habita. Maxentius abbas, Leodegarius, Arnulphus, viri doctrina insignes, ac in diuorum numerũ relati. Theodorus Syrius antistes. Is in hereticos ecclesiasticos libros scripsit: Cęsariensem Eusebium imitatus. Inter nostrates Colmãnus Priscus, Medanus, Modanus, & Euchin9 episcopi Christi dogmatis per Scotorũ & Pictorum agros pii cõcionatores. Passi sunt cõplures sub idẽ tempus antistites & sacerdotes propter Christi nominis confessionẽ a Saxonũ feritate in Albione, vti q Britannicas res memorię prodiderũt, literis mãdauerũt: constantissimis animis martyriũ: alii alio fugientes secundioribus se rebus seruauerũt: & inter eos Patricianus episcopus vita & disciplina insigni apud Congallum regem, a quo prędiis & agris in Mona insula donatus, vitam plane Christiano dignam docendo & exhortando ad meliora peregit. Quieuit is beatissimo fine perspicuũ cunctis exemplum, studiosam vitã deoq; optimo maximo semper acceptã relinquẽs, Conrano rege Scotis imperitãte. De quo iam sequẽs contexetur enarratio.

Scotorum Historiæ Liber Nonus.



Onranus (hunc alii Goranum vocant) Scoticarum rerũ potitus, vt Congalli liberi impuberes, Eugenius, Conuallus, & Kynnatillus, in Mona insula Pędonomorum cura (vti ab initio erat institutum) moribus & disciplinis patrio ritu imbuendi ad maturã vsq; ætatem asseruarẽtur: omniũ primũ curauit: veritus ne pax & ociũ externis bellis sopitis, populo nouarum rerũ studioso, motũ aliquem parerẽt: Idcirco ne locus tumultui foret, Scotorum regiones inuisendo. sontes & qui cęteris per insolentiam insultarãt vbicũq; inuentos, sanguinis nullo habito discrimine, diris afficit suppliciis. Et vbi interlustrandũ regiones animaduertisset agrestes nobiliorũ insolẽtia iniuria affectos, nõ ausos fuisse

iniurię authores regiis ministris prodere. Ideoq; imbecillibus ac qui
bus tenuiores essent fortunę publicę iustitiæ administratoris opera
frequentius (poscente necessitate) minus subuētum: Sanxit omniū
regum primus vt sontium nomina exploratoribus ad rem delectis,
tabulis regiis simul cum deliquiis, quę in publicā aut priuatā cōmi- 45
sissent salutē, in singulos annos secretius inscriberētur. Quorū si per
regios ministros postea accusati conuincerentur iustas pro criminis
modo darent pœnas. Mansit exinde genti ea tabulis inscribēdi ratio
(indictū vocant indigenę) ad hanc vsq; ætatē. Ea res aliquoties fœ
liciter tentata permultos ne proximis iniurii essent, deterruit. Scri- 50
bunt quidā Conranū solitū, quū iuri administrando alicubi daretur
opa, vel adesse, quo ob regis pręsentiā, iudices populo metū quēdā
ac reuerētiā incuterēt: vel proximo nemore ne longe abesset feras ve
nari: eoq; regnāte rē memorabilē accidisse. Ceruū canibus petitū, in
Atholia haud procul a Grampio monte, longo cursu lassum tādem 55
captū: interēptūq; ingentē serpentū vim e ventre emisisse. Homines
rem adeo insolitā demirati: eoq; magis ꝙ cerui cornua serpētis mor-
sui mederi venenosaq; animātia fugare cognouissent: miraculum il-
lud cui nusq̄ antea simile conspectū erat, inter prodigia habuere. Dū
in hoc statu res Scotorū essent, Aurelius Ambrosius Britānorū rex, 60
in lentū morbū (Hecticam vacāt febrē) incidit: quo diutius crucia-
tus, medicis (tametsi quę suarū erāt partiū nō omitterēt) opem mi
nime ferētibus, cōfecto corpore in vltimāq; maciem redacto, Lōdini
decubuit. Nec illic diu morato, sed vt salubriori aura vesceretur rus
deportato, eo tandem processit febris, vt nulla laboranti daretur re- 65
quies: ipseq; ita imminentē mortē quotidie expectaret. Horū nuncio
Occa & Passentius, Hengisti filii in Germania veluti nouo excitati
classico, rati Ambrosio rege sublato, regnū in Albione facile recupe
randū: ingenti belli apparatu, vicinis Germanię principibus vndiq;
ferentibus opem, in Britanniā (ipsi Hengistilandiam. i. Angliā tum 70
dixere) transmiserūt. Erat per idē tēpus Vter Ambrosii regis Ger-
man⁹ in Gualia graui febre ac ventris profluuio laborās. Vnde Bri
tānicus populus pœne absq; duce cui pareret, relictus: de instāte bel
lo aduersus Saxones veteres hostes gerēdo: facto cōsilio in diuersas
nō sine publicę salutis periculo scindebatur sentētias. Ambrosius eo 75
malo animaduerso ne rebus gerendis summus deesset ministrator:
Saxonicū bellū valetudinarii corporis nulla habita ratione, in se sus-
cepit: lecticaq; inter duos equos procerę staturę ne corpore quatere
tur vectus, iubet in Saxones gentē antea Britannicā virtutē expertā
mouere. Ad negociū Scotos & Pictos amicos & cōfœderatos popu 80

los per oratores accersit. Verũ tam vrgentes tãq; cruenti erant Sa-
xonũ conatus, accrescẽtibus indies virib9, vt necessum habuerit Am-
brogus, inexpectatis amicis copiis hostes pugna excipere. In incitã-
dis igitur militũ animis pręstãtis ducis munere omniq; bellica arte
vsus, signa cũ hoste cõtulit. Primo congressu cessere paulũ Britani,
apparebatq; ingẽtẽ cędẽ imminere. Tũ hortari Aurelius suos mili-
tes (Is inter suos lecticę insidebat nihil honestius ducẽs q̃ cũ tã vali
da iuuẽtute si fatis ita fuisset decretũ occũbere) manibus in cęlum
tensis vt pręlio durarent, memores se pugnare pro patria libertate,
veraq; Christianorũ religione ꝑ quibus vel vitã fundere viris forti-
bus gloriosum esse deberet. Milites autẽ ad ducis verba cõtinuo no
ua orta alacritate, obliti vulnerũ & laboris, ad delendũ dedecus in
pręliũ reuertũtur. Attoniti Saxones primũ cõstitere, deinde acrius in
stãtib9 Britãnis fugã capessere cœperũt. Aurelius fugiẽtes ꝙ nocte
imminẽte hostiũ insistentẽ persecutioni militarem ordinẽ conseruare
nequiuisset: receptui per æneatorẽ canens, vetuit longius insectari.
In sequẽtẽ noctẽ Britanni loco pugnę se cõtinuere. Illucescẽte cęsorꝝ
spoliis arreptis partitisq; ex militari instituto ac recẽsitis copiis, vbi
cõperissent maiorẽ lõge cladẽ accepisse victores q̃ victis intulissent,
Aurelius verit9 ne viribus ita fractis, si denuo fortunę aleã experiret
haud forsan ex sentẽtia vt antea res succederet, pactis cũ Saxonibus
quatuor mẽsiũ induciis, solutis copiis Gvvyntoniam perrexit. Obti-
nuit inde paucis emensis diebus per oratores apud Scotorũ Picto-
rũq; reges, vt vtriusq; gentis delecta manus, pręstãtibus cũ ducibus
Britãnis ex fœdere auxiliares, post quartũ mẽsem adesset. Occa horꝝ
haud ignarus, Passentiũ fratrẽ pro maioribus viribus illico mittit in
Germaniã. Nõ desunt qui scribãt Passentiũ, dũ in Germaniã tende-
ret, aduerso flatu pulsum in Hiberniã. Inde ingenti militũ manu cõ-
ducta, breui ad fratrẽ Occam in Britanniã reuersum. Sed vndecũq;
fuerint, an ex Germania an ex Hibernia, Galliave, satis constat Sa-
xonũ copias in Britãnia ingẽti militũ numero Passentii reditu adau
ctas. Veritus autẽ licet Occa egregias copias duceret: ne cũ fortuna
quã experiebatur Saxonibus tum aduersam, superstite Aurelio foret
dimicandũ, statuit animo, hominẽ dolo e medio tollere. Subornatus
igitur in regis Aurelii necẽ Saxo quidã, vir Ethnicus (Copę illi no-
men fuisse perhibẽt) genus patriã religionẽq; mentitus (Britannũ
etenim monachũ Christi religioni deuotũ medendi peritũ se simula-
bat) petẽs Gvvyntoniam, ad regẽ magno melioris valetudinis desi-
derio detentũ facile est admissus. Cõplura loquut9 inde de morbi vi
pollicitus est se operã daturum, vt potionibus rex paucos post dies

morbo leuaretur. Iuſſus itaq; medelã parare Copa vt ſibi fides adhi
beretur: primũ in ſirupis guſtui afferẽtibus delectamentũ, ſaccharo,
amomo, liquoreq; roſaceo cõditis, aliquot dies eſt verſatus. Hinc oc
caſionem nactus, potionẽ cui venenũ ſimul cũ iure hęrbę ſoporiferæ
callidus veterator immiſcuerat, ad regem deferens, iubet exhaurire
nihil ea magis ad ſanitatẽ attinere conſtanti vultu affirmans. Cre
dulus Ambroſius, quẽ nulla veneni tenuit ſuſpicio, poculũ intrepide
exhauſit. Mox iubente Copa, quieti datus, quo vis medicaminis inte
rius recepta, ſomno per totũ corpus funderetur: duob9 cubiculariis,
ſemotis reliquis tãtũmodo adeſſe iuſſis. Inſtat Copa fomentis, graui
buſq; odoribus, donec regem in ſoporem cõperit ſolutũ: quo cogni
to ipſe lętus & ſimulata ſpe plenus, futurã regi ſanitatem, indice tã
alto ſomno placidaq; eius quiete, audacter aulicis promittit. Curren
tibus neceſſariis ſciſcitantibuſq; quieſceret ne rex: indicentibus aliis
cũctis ſilentiũ, dilapſus Copa per medios ſtationarios in nemus pro
ximũ aufugit, vbi criminis cõſciis adiũctus, pernici impoſitus equo,
inſequẽtiũ ſiqui fuiſſent periculum euaſit. Aurelius veneno in venas
diffuſo, ſenſim toto corpore vitalibus ſpiritibus defugientibus, vno
tãtũmodo gemitu emiſſo, ſpiritum exhalauit. Cubicularii nullã exin
deaudientes vocem, rati Aurelium altiori ſomno poſt multam vigi
liam detentum: ne quid in cubiculo ſtrepitus fieret, quo regi quies rũ
peretur, omnia diligentiſſime obſeruãt: durauit omniũ ſilentium in
multam lucem, horam obſeruantiũ, qua rex expergiſceretur. Id quũ
diutius non ſine omniũ admiratione expectaſſent, accedens vnus itẽ
& alter, quũ ne ſpiritum quidẽ ſenſiſſent: exanime tandem corpus cõ
ſpicati, veneni indiciis fœde maculatũ, querulis conclamant vocib9,
regem perfidiſſimi Saxonis inſidiis veneno extinctũ. Nec tanti do
loris tot lamenta, intra vnius oppidi mœnia ſe cõtinuerũt: ſed in ci
uitates ac regiones, longe lateq; diſperſas ocyus diffuſa, Saxones tã
dem Aurelii exitus certiores fecere. Occa ad gratũ ſibi nũciũ in lęti
tiam effuſus, ꝙ Ambroſium extinctũ, Vterum in Gualia graui mor
bo laborantẽ, modicaq; ſpe iam vitã trahentẽ, & pręter hos nullum
ſupereſſe ducẽ, cui Britãni audiẽtes forẽt, certo dignoſceret, vt inui
ſam ſibi gentẽ prius q̃ alicubi conglobaretur opprimeret: longe cru
delius q̃ vnq̃ antea in Britannos deſęuit. Fugerũt Britones vix locũ
Saxonicę feritatis expertẽ videntes, alii in Pithlandiam, alii ad ſoli
tas ſedes in Gualiam: plęriq; ſuppliciũ aut ſeruitutẽ hoſtium arbi
trio ſubeuntes, inter Saxones permãſere. Interea Scotorũ Pictorũq;
validi exercitus, omni apparatu bellico inſtructi, ad Ambroſium mo
uẽtes, vt Chriſtiani nominis hoſtes pellerent ex Albione, multũ con

1 fecerant itineris. Sed horum tantos armatorũ ordines, tam salubres cogitatus, Aurelii Ambrosii regis mortis nũcius, interrupit. Copiarũ etenim duces, haud satis gnari vtrũ factione ac dolo Ambrosius fuisset extinctus, & an cũcti Britanni idẽ in gerendo bello sentirent:
5 minus tutũ fore rati expeditionẽ eo ducere, vbi qs hostis, qs esset amicus ignoraret, cõmuni cõsulentes saluti, pedẽq; referẽtes, dimissa Britãnia domũ quo ordine venissent redeunt. Gesserat Ambrosius Aurelius Britãnicũ imperiũ septẽ pœne annos. Ferũt eius funus in Cœnobiũ de Stenthend, vbi percelebre monumẽtũ in nobiliũ memoriã
10 (quos Hengistus insidiis petitos quondã occidit) extruxerat, regio more elatũ. Sub tẽpus quo Ambrosius vita excessit, prodigia quędã Guyntoniæ primatibus sunt nũciata, alia cõspecta, quę quo magis credebat vulgus interprete Merlino eo etiã plura nũciabantur. Crinitam stellã (cometã vocant gręci) faces emittentẽ longissimas, ac
15 draconis effigiem coronatã & in cęlo ardentẽ, cõplures noctes conspectas, Londini etiã subito arsisse arbores virentes, veteraq; ligna iã pridẽ excisa floruisse aut fronduisse Tamesim fluuiũ cruẽtũ visum. Eboraci fontẽ medio foro exiliẽtẽ, tanta sanguinis vi fluxisse: vt platee vrbis cruẽtę viderẽtur. In Cantio fœtũ in vtero matris risisse au-
20 ditũ. Hęc ostenta Merlino interprete, Britannos aduersus Saxones, sed infœlici euẽtu ad arma cõcitarũt. Ferũt eñ Merlinũ cometã, Ambrosiũ Aureliũ: draconẽ coronatũ, Vterũ regẽ: sanguinẽ, cruentam eius manũ in Saxones: ignẽ, eorũdem tandẽ exterminationẽ portendere interpretatũ. Credulũq; Vterũ interpreti, aureũ draconẽ coro-
25 natũ, cęlici coloris quẽ azureũ vocant stamine variegatũ, in expeditionibus exinde pro insigni tulisse. Vnde Vterpendragon vulgo ad posteros est appellat9. Cęterũ primores Britãnię pactis regiis iustis ꝙ parẽtalibus, pio Christianoꝝ ritu, celeriter Guintonia profecti, in Gualiam ad Vterũ properarũt: eoq; vix leuato ægritudine, rege om
30 niũ suffragiis declarato, delectũ extẽplo fieri decreuere, instruendũq; omni apparatu in Saxones exercitũ. Vter rex iuuẽtute cõscripta ad militiã, Nathaliodo cuidã, homini obscurę originis, longa familiaritate viri magis ꝙ̃ virtute pellectus, summã defert belli administrationẽ. Tulere permoleste Britannorum maiores, virum nec opibus
35 nec natalibus parem sibi in magistratus dignitate prælatum: querentes inter se iniuriam, consusurrantesq;, accusant clam & nouum regem: ꝙ in magistratus summi initio, nondũ regno illi stabilito, virum obscure natum, Britannica posthabita nobilitate, tam præcellenti dignitate decorasset: fore rati, vt pacem nactus, sopitis bellis
40 (si tamen ea aliquando sopiri contingeret) gentis primatibus in-

simi generis viros, in dignitatū & honorū aditione prælaturus sit. Hę nobilitatis querelę, ne Britānicis rebus discrimine tum laborāti bus officerent, prudentum consilio repressę silentio continebantur. Nathaliodus etsi satis sciret, quo in se animo essent Britānicę gētis proceres, susceptum tamē imperium alacriter exequutus, iubente re ge, conscriptum exercitū ducit in hostes. Occa horum gnarus (Erāt enim cum Vtero rege qui Britannorū consilia per internūcios Occę indicarent) postea q̄ Britannicas copias e Gualia profectas in se du ci est allatum, nec noctu, nec interdiu intermisso itinere, aduentanti bus obuiam cōtendit. Fit pugna Britannicę iuuētuti parū prospera. Abiens enim Gothlois, vir inter Britānos amplissima nobilitate, cū acie sibi credita, sub primū copiarum cōgressum in proximos tumu los, Nathaliodi aspernatus imperiū, cęteros Britannici exercitus, ho stium obiecit iniurię. Qui acie depugnauere Britanni, videntes se so ciis nudatos, omni ex parte hostiū armis peti, diffisi viribus, instante acrius Saxone: fugam capessere cœperunt. Occa, quia Gothlois fu gam credebat ad insidias spectare, ingenti voce prohibens fugientes Britones insequi, æneatoris tuba suos ad militaria signa reuocauit. Gothlois vero sub noctem pugnę loco relicto, ne pręda hosti fieret, citato gradu, cū suis abiit in pacatum. Illucescente, Occa campos mi lite vndequaq; nudatos conspicatus: se pro victore, Britānos habens pro victis, nihil timendū sibi in Britānia existimans, mandat Vtero regi per fęcialem, vt in Gualiā vniuersa cū Britānica gente, Anglia Saxonibus, q; eorū esset iure belli, relicta: denuo concedat. Alioquin haud aliud expectaret q̄ cūctos Britānos absq; sexus ætatisq; discri mine, Saxonum armis crudeli occidione delendos. Vter animo vol uēs, q̄ atrox ancepsq; futura sit pugna, si cū Saxonibus iterū foret cō grediēdū: quātūq; afferat mali, odio & viribus perpetuo digladiari, posse facile qđ hostis moliretur: dū bello insisteret sibi parari excidiū humanas res pace florescere, dilabi discordia, detestatus belli incom moda, Saxoni p̄ caduceatorē respōdit, se deposito odio de pace velle agere: nō q; Saxonica virtus Britānis esset formidini: sed q; amicitię societatisq; amator, gētis suę prospiciēs quieti, dissensionē pœne na tura odisset. Cupere se vehemēter, bellū si nō leuibus expiabilibus tū causis inter Saxones Britānosq; ortū, rebus adhuc pœne integris ex tingui. Rem vnde tā atrox dissensio orta inter populos diutius du rauerit, quatuor viris ex singulis gentibus, præcipua fide & autho ritate delectis, credendam: qui eam cognoscant cōponātq;. Horum sentētię standū: vt duarū fortissimarū gentiū in Albione tenentium sedes, vnus deinceps cōsensus, cęteros orbis populos, ne Albianis in-

1 iuriã inferant cõmoueat: vel qđ frequentius euenire solet, plane deterreat. Suscepit Saxo placido vultu oblatã conditionẽ ducens eã ex imbecillitate potius animi q̃ ex magnitudine profectã: gauisusq; regnũ vltro sibi delatũ: qđ sine ferro multoq; cruore (cui quantus & 5 vnde fluat dũ sub signis statur, nec lex nec ratio est vlla certa) nunq̃ fuisset adepturus. Partim inde per literas, partim per legatos, quatuor viri Saxonici nominis, totq; ex Britãnis singulari prudẽtia sunt delecti, ad diutinã cõtrouersiam extinguẽdã. His authoribus fœdus inter populos, ea pręcipue est lege sancitum vt quę Britannię regio 10 nes Germanico alluũtur Oceano Hengistilãdię. i. Anglię exinde nomine dictę, Saxonibus cederẽt: quicquid reliquũ veteris esset regni, maneret Britannorũ. Ictum fœdus pax, pacẽq; opulentia, quiescente vtroq; populo, neutroq; alteris petito iniuria mox est insequuta: Saxonibus ethnica impietate, in idolorũ fanis malis dæmonibus sacri 15 ficãtibus, Britannis autẽ pie Christũ colentibus, & in tẽplis adorantibus. Sed horũ nonnulli Pelagii delirio polluti, minus recte de vera sapiebãt religione. Alii errorem detestati, veros Christiani dogmatis assertores, viuẽdi more ac fide imitabãtur. Interim Vter vir alioqui spectata virtute, in fœdũ libidinis crimen incidit. Nimiũ eñ ocium 20 ac delicię, quibus tum fere Britanni erant immersi, fuit homini in causa, non solũ vt adulteriũ, sed & homicidiũ, vnde cruẽta bella Britannis postea sunt nata, perpetraret. Siquidẽ inter conuiuandũ forte Londini Natali (vt ferũt) Christiano: Britanniæ primoribus cum cõiugibus. Vteri imperio assistẽtibus, in mulierẽ excellenti forma cõ 25 uertit oculos. Erat ea Gotlois Coronei ę principis vxor. Hãc eximiã ob pulchritudinẽ deperiẽs, ad se ꝑ cubiculariũ donariis & pollicitationibus accersere sub noctẽ instituit. Sentiẽs Gotlois regẽ muliero sum, suo ac familię honori parare insidias, ne vxoris pudicitię illuderetur (Nã & ipsa plurimũ regios auersabatur amplexus) Londino 30 clam rege profectus, magnis itineribus abiit cum coniuge in Coroneiam. Vter rex sublatis pudore ac probitate, fugientes extẽplo bellico apparatu insequitur: interceptam fœminam (fugerat Gotlois vt regis iram vitaret in arcem omniũ quę in Coroneis erãt munitissimam) cupide compressam, pręgnantẽ haud multo post reddidit. 35 Suscepit Vter eo ex concubitu, statutos post menses, filiũ Arthurũ. Isq; post patrẽ regnauit in Britãnia, vti posterior ostẽdet enarratio. Gotloidem vero longa obsidione fatigatũ, captũq; tãdẽ pretexẽs, ꝙ Nathaliodum, in pugna aduersus Saxones, contra regiũ imperium in Britannię reipublicę perniciem deseruisset, sed reuera, vt vxore ei9 40 liberius potiretur occidi mandauit. Sunt qui scribant, Merlini oꝑa,

Vterum in Gothlois specié transformatum, eo commento mulieris
potitũ amplexu. Sed vtut res sese habuit, satis cõstat omniũ sentẽtia
qui aut res nostras aut Britãnicas scriptis mãdarũt, Vterum regem
ex aliena coniuge suscepisse Arthurum: eũdéq; posteaq̃ adoleuisset,
quod nullos ex iusta coniuge haberet liberos, vocatis Britannię ꝓ-
ceribus ad concionẽ, ostendisse post se regem salutandũ. Omnesq; sa-
cra Christi euangelia contingentes, vltimis adegisse execrationibus,
vt ne quẽ aliũ pręter Arthurum, secũdũ se in Britannia regnare per-
mitterẽt. Concitauit ea res Pictorũ iram in Vterum: Ægerrime eñ
ferebat Lothus rex Pictorũ, ex aliena vxore, damnato cõcubitu susce-
ptum Arthurum, suis liberis, iustis Britãniæ hęredibus in regni ad-
ministratione pręlatũ iri. Tentauit ergo cõpluribus internũciis Vte-
rum regem, a tã iniusto proposito diuertere. Quod cũ nequiuisset im-
petrare: amicorum consilio, ꝗ Vtero rege superstite petendi regni
Britannici, nec sibi nec liberis esset locus: rem silentio pertransiẽs, in
tempus distulit opportunũ. Interea Britannorũ quidã, frequẽti cum
Saxonibus cõmercio, vera relicta pietate, Ethnicis erroribus, idolorũ
q; spurcitiis, fœde se cõtaminarunt: quidã Pelagii dogma sequuti, vi-
uendo, docendoq; contribules Christi religionẽ in Britannia, multis
& doctrinis & factis impiis euertere sunt conati. Eo tãdẽ dira pestis
est euagata, vt nõnulli ex gente, paruulos sacro lauachro admouere
palam vetuerint. Alii male excogitatos errores, pro pręcepto legeq;
viuendi accipiẽtes, negarẽt pertinaciter, quę sancta affirmaret eccle-
sia. Lamentari interim secũ Christi sacerdotes, corruptissimos contri-
bulium mores vsqueadeo inualescere: vt quidã ex sinceris fidei culto-
ribus, vera relicta pietate, Christi nominis hostes palam efficerẽtur.
Rursus ergo beatissimũ Germanũ antistitem multis precibus ora-
tũ faciunt, vt Christi causam quã semel tutandã susceperat, tutarẽt.
Nec defuit Germanus pię petitioni: sed adiuncto sibi Seuero totius
sanctitatis (vt Bedę verbis vtar) viro, qui erat discipulus beatissimi
patris Lupi Trecassiorũ episcopi, & tũc Treueris ordinatus antistes,
gẽtibus primę Germanię dei verbũ pręducabat, mare cõscẽdit: & cõ-
sentiẽtibus elementis, tranquillo nauigio Britannias petit: vbi salu-
bri disciplina imbuẽdę multitudini, tantã adhibuit diligẽtiã: vt diui-
nus sermo, ꝑ eũ quotidie nõ modo in tẽplis, sed etiã per triuia, per cõ-
pita, per rura pręedicaretur. Addita sunt miracula verbis. Elabii enim
viri inter Britannos percelebri fama, filius, diutius paralyticus, solo
Germani tactu sanitati restituitur. Arida quorũdã membra recipiũt
humorẽ: vt neruis debitum exercendi redderetur officiũ: quibus &
multis aliis miraculis, salubri doctrina firmata, populi Britannici ꝑ-

uaricationē dolentes, abiectis atq; damnatis stultę gentilitatis execrandis ritibus, cū Pelagiani erroris vesania, verā religionē cupidissime amplectuntur. Obtinuit & Germanus apud Occam Saxonū regē in Anglia, virū a Christi pietate alienū, motū tamē vitę ipsius integritate doctrina & miraculis, vt impune inter Saxones Christi dogma prędicaret: capitali pœna indicta in eos qui Germanū aut Seuerū vel leui afficeret iniuria. Dū hęc fierēt in Britannia, duo viri nobilitate insigni, Terdix & Kenricus, cū copiis e Germania trāsmisere in Angliā: quorū alterū posteaq̄ vtrūq; in regni societatē suscepisset Occa Cantio, alterū Vestfeci regioni ducē pręfecit. Kenricus autem immanis in Christi cultores hostis, nō multis iter aduētū interiectis diebus, ꝙ sanctū virū Germanū cū comitibus, dū Christi doctrinam piis cōcionibus seminaret, multa aeris intēperie noctē totā sub dio permanere coegisset, a rustica turba, multis iniuriis postridie acceptus, agresti manu crudeliter est interfectus. Aduentus eñ horū ducum in Angliam cōtra fœderis leges Vtero suspectus, opinionē facile incussit, Occam iam pacis tędere occasionēq; plane quęrere vnde bellū saltē apparenti causa indiceret Britānis. Propterea caduceatorem ad eū mittit qui hortaretur, initā amicitiā cū Britannis aliquot iam annos fœliciter cōtinuatā, coleret: tēperaretq; ab iis quę occasionē essent prębitura, veteris dissidii inter populos suscitandi. Terdicem & Kenricū cū copiis in Angliā cōtra fœderis legis receptos, remitteret in Germaniā: quorū armata manus recenter trāsmissa in Albionē, noui belli suscitādi nō posset cūctis iure non esse suspecta. Alioqui parū quiete Vterū Britānis, Occāq; Saxonibus deinceps imperaturos: mussitantibus multis bellū inter eos mox gerēdū nisi ipsi qui reges essent voluerint fœdera tenere. Parū eñ consulte actū, dū fœdus inter populos iceretur, qđ breui adeo labefactandū esset. Superbū existimauit Occa sui, Saxonicęq; gentis moderatorē Vterum videri velle: & ab eo cū quo paulo ante deuictis Britannis quos delere tum poterat, fœdus icerat nunc absterreri ne amicos amplius in Angliam vbi ille nihil iuris haberet, reciperet. In hanc igitur respondit sententiā: se haud alio animo erga fœdus seruandū inter populos esse q̄ Vterū regē velle esset æquū: nihilq; post initam pacē iniuriæ egisse in Britannos vnde illis iusta querela esse possit: nec se sed Vterum dissidii inter gentes occasionē quęrere, ꝙ amicum Saxonū populum amicosq; ad se veniētes solita humanitate recipere perinde ac si totius terrarū orbis obtineret moderamē vetuerit: iusseritq; hospitaliter receptos non sine cōtumelia reiicere. Terdicem & Kenricum viros summa necessitudine sibi iunctos, neq; venisse in Angliam ex

Britannorũ imperio,neq; inde ex eodẽ profecturos.Cauendũq; Vtero,& primoribus Britannicę gentis,ne dũ talia suis dominis mandarent,ipsos nimia temeritas e tranquillo ducat in scopulum : & ne id auidius cuperent,q̃d regnũ capitaq; traheret in perniciem. Qȝ si velint bellum,vti imperiosa legatio,atq; iniuriæ quibus agrestes Saxones Britannorũ latrociniis iugiter affligerentur prę se ferre videbãtur,id se alacri animo accipere:eodẽq; ad alterius populi internicionem,quãdo decertare adeo placeret, gesturũ. Hęc ad Vterum regẽ Britannorũq; maiores relata,vehementer omnes turbarũt. Secundã ergo legationẽ ad Occam misere, multis cũ donariis pollicitationibusq;,vt regis animũ a bello auerterẽt. Occa rex,primatũ sententia, receptis donariis , pollicitationibus ægre auditis , ꝙ illis fraudem subesse plęriq; cõclamitarẽt:Legatũ multa cõtumelia affectũ,vllo sine responso,domũ dimisit.Ea iniuria perciti Britanni,quãdo nec fœdera tenerẽt Saxones,neq; pacẽ cõsequi possent: quęcũq; ad bellum vsui forẽt,summa ope parant.Indictoq; bello paucis inde post dieb9 inter Saxones & Britãnos, Picti quos dissidiũ inter populos non latuit,Occę regi vltro ad cõmilitiũ aduersus Vterũ se offerũt,Lothus Pictorũ rex causam belli prętẽdit:ꝙ Vter suos liberos Britãnico regno in quod iure succederent,per vim fraudare conaretur . Accepit Occa Pictos libens in belli societatẽ.Acciti Scoti Pictorũ legatis ad idẽ bellũ,cõmilitiũ plane renuere:cũ ꝙ fœdus inter se atq; Britãnos, vltimo fidei sacramẽto firmatũ haud violandũ putarẽt,tũ ꝙ Christi nominis inimicis,aduersus verę pietatis cultores suppetias ferre,parũ religiosum ducerẽt.Horũ Britanni certiores facti,Saxonũ Pictorũq; perfidiã execrati,ꝙ impio bello se lacessere decreuissent:ad sanctissimos antistites Germanũ & Seuerũ,Ethnicorũ questi iniurias , querelas deferũt.Iubent pontifices extẽplo exercitũ contrahere: fore docentes,vt modo ex animo verterẽtur ad Christum,victoriã de hostibus procul dubio assequerẽtur.Britanni pontificũ imperio, Vtero rege authore obtemperantes, in exercitũ ocyus coacti , ad bellũ etsi permulti hostiũ vim plurimũ formidarent sunt profecti . Erant sanctissimi pontifices in castris cũ Vtero rege , vbi sub paschale tẽpus (id eñ tũ instabat) haud paucos Britãnici sanguinis,quos ꝑtim Pelagiana hęresis,partim stulta gentilitas illuserat: relictis huiusmodi deliriis, ad Christi baptisma cõfugientes, sacro admouebãtur lauacro.Quũq; cuncti pontificũ & verbis & exemplis moniti,reuerentia dominicę resurrectionis feruentius sacris hęrerent:affertur Saxonũ Pictorũq; exercitus adesse,ad pugnã expeditos. Ad nũcium arma capere,ad pręlium procedere Vteri regis imperio cũcti festinant, Ma-

dida ergo baptiſmo exercitus parte, aduerſus Chriſtiani nominis ho
ſtes, verę que religionis cultorum procedēte, Germanus ſe primę aciei
ducem profitetur. Procedūt cūcti ad pugnam, mouētque celerrime in
hoſtem, fiducia in Chriſto magna armati, ſacerdotibus pręcedētibus
quaſi vim pręlii i ſe primū accepturis. Hoſtes ea acierū forma cogni
ta, victoriā quaſi de inermi multitudine pręſumētes, aſſumpta alacri
tate, feſtinant ad cōgreſſum: Germanus ſignifer, & primę aciei dux,
omnes admonet: voci ſuę vno clamore reſpondeant. Appropinquā-
tibus hoſtibus, allelu ia ter repetitū, ſacerdotes exclamant. Sequitur
vnus clamor omniū: repercuſſoque aere cū ex montibus cauernoſis ve
hemēter multiplicatus redderetur, hoſtile agmen terrore proſterni-
tur: & ruiſſe ſupra ſe nō ſolū circūdantes rupes, verū ipſam cęli ma-
chinā cōtremiſcunt. Vix ſufficere pedū pernicitas ad effugiū creditur.
Paſſim fugiūt, arma proiiciunt, gaudētes vel nuda ſe corpora tanto
eripuiſſe diſcrimini. Plures etiā timore pręcipites, vicinū flumen, dū
id tranare conarētur, deuorauit. Sicque hoſtibus ſine ſanguine ſupera
tis, lectis ſpoliis, ſacrorū antiſtitum meritis triumphant Chriſtiani.
Huius pugnę, quo ordine eſt geſta, venerabilis meminit Beda. Cuius
verbis in ea ſcribenda vſi parū a tanto authore digreſſi ſumus: niſi
quod cęleſti ope partam hanc victoriam, diuo Germano duce, non pri-
mo eius in Britanniam aduentu vt Beda, ſed ſecundo Veremundum
in illo (vt in aliis multis) ſequuti, dicimus contigiſſe. Verum quo-
cunque euenerit tempore, Britanni ſecundum eam fœlici, ſuperbi ſuc-
ceſſu, contemptis Saxonicis armis, neglectiſque ſuis, poſteaquam Germa-
num & Seuerum, clemens cęlum, pacatumque mare, ſuis reddidiſſent
ſedibus, popinis & ganeis, longa conſuetudine ſe adeo addixerunt:
vt turmatim biduum nonnunquam triduum (authore Beda) potando,
epulandoque conſumentes, ex ſtrenuis in ſordidiſſimos plerique verte-
rentur ganeones. Ægerrime infamem populi luxuriem, pontifices
Britanniæ, & qui cæteros erudiebant ſacerdotes, tulere: vaticinati
frequentius inter concionandum, ſi tanta peſtis in gente non exter-
minaretur, fore vt Britanniæ regnum, toties extremo obiectum
diſcrimini, totieſque dei benignitate in priſtinum decus reſtitutum,
tādem in vltimum dilaberetur exitium. Neque ſacros antiſtites fefel-
lit opinio, Occa enim paucis poſt annis Britannos flagitiis infames
denuo bello eſt adortus. Nec ei in difficili res fuit: pugna enim vix cō-
miſſa Britāni victi ac profligati, Nathaliodū preſtātiſſimū ſecūdū regē
ducem cum quindecim hominū milibus in ea cæſos deſiderauerunt:
victrices autem Saxonū copię, Occam regem, ſecūdis rebus ferocē,
procul a ſuis temere inuectum in hoſtem, quingētis cū equitibus &

pauco admodum peditum numero amiſere: vnde nec Saxones ſecū-
dum prǫlium fœliciter confectum, Britannos tanta clade perculſos,
armis amplius infeſtari ſunt auſi. Sed ne ſine duce eſſent, Occa ſupe
rioris Occę nepote ex fratre Oiſto, dicto rege, omnē belli vim verte
re in Pictos : cauſati Lothum regē, indicibus captiuis, contra fidem 45
ſacramenti, auxiliū, recenti pugna tuliſſe Britānis. Ad id bellū aduer
ſus Pictos conficiendū Occa ferus natura adoleſcens, regno ſibi de-
lato ferocior factus, Colgermū, virū tum multa nobilitate inter Sa-
xones, e Germania acceſſit promiſſis illi agris, quos trans Humbrū
haberent Picti, ſi inde inimicam gentem, perfidia infamē, armis ex- 50
pelleret. Colgermus breui affuit: & in Northumbria cęde, incendiis
direptione omnia miſcuit. Exciuit ea cruenta lues Pictorum Scoto-
rūq; qui tum ibi nōnulla tenebant loca, numerum ingentem. Aucta
eſt eorū clades, Occę regis altera cum Saxonū manu, ad Colgermū
acceſſione. Is etenim audito Colgermi in Northumbriam aduentu, 55
pactis cum Vtero in annū induciis, celeriter ad eum cū exercitu cō-
tendit. Pauor fugientium in Gallouidiam & Pithlandiam, ad Lothū
& Conranum perlatus, vtrūq; regem ad arma aduerſus Saxones, cō
muni animo conſilioq; induenda, cōmouit. Itaq; iritati iniuria Picti
ac Scoti in Saxones ducunt. Quūq; copiæ ſtricto ferro paratę ad pu 60
gnam ſub ſignis ſtarent, multorum oborta eſt trepidatio inter cōfœ
deratos, vehementer timentiū tanto cum Germanorū exercitu ma-
nus conſerere. Hic autē timor primū ortus eſt a Britānis, quorū per
multi ad Scotos & Pictos Saxonū odio auxiliares venerāt, plurima
de Germanorū bellica virtute, corporis robore, ac magnitudine ar- 65
tuum prędicantibus : tantāq; illorum vim eſſe in certamine, vt non
nunq̄ hoſtes vultu atq; oculorum acie in fugam compulerint : Diſ-
fuſus inde per maiorem copiarum partem, permultos ni pudor ho-
mines cōtinuiſſet, vt a prælio diſcederent permouiſſet. Tantum ani-
maduertētes malū cōfœderati reges, vtriuſq; gētis primoribus voca 70
tis ad cōcionē, q̄dā cui regū iuſſu res erat demādata ita ad eos ver-
ba fecit. Non poſſunt, cōmilitones optimi, principes nr̄i nō admirari
mētes vobis eo defluxiſſe, vt veſtrū plęriq; in hoc ornatiſſimo exerci
tu, & om̄i apparatu bellico munito, hoſtiū turmas pauore ſubito p-
culſi, plus q̄ ſit hominis pertimeſcāt: & de propria virtute, ducūq; di- 75
ligentia, nullo adhuc periculo facto, penitus deſperent, Nā Saxones
non tanta prędítos eſſe virtute, vt mortaliū nullus cū eis in aciem au
deat deſcendere, frequenti experientia in Albione cum ſumma laude
ſummoq; triūpho didicimus. Victi enim ſunt duce Vortimero rege
Britannicis armis, profligatiq;. Victi deinde pleno Marte ab Aure- 80

1 lio Ambrosio, prælio cessere, quē virū q̄ cū eo pugna congredi amplius nō essent ausi, vt innata genti perfidia cūctis patefieret, nefando extinxerūt dolo. Et Britāni quoq; multi nūc Saxonibus merēt, cōplures abhinc annos vestris cesserunt armis: vestraq; (vt ita dicam)
5 fuerūt prœda: vobis longa in tēpora facti sunt vectigales. Ergo ne vobis timendi (viri fortissimi) quos Britāni, toties vestris manibus deuicti, tantis cladibus affectos frequētius vicerunt? Addite instans bellū impie vobis illatū, Saxones vobis iniuriā inferre, vos propulsare: & vbi culpa fuerit, ibi iusto dei iudicio cladem fore, quis verę reli
10 gionis cultor iure non sperauerit? Nihil est idcirco (viri fortissimi) qđ in hoc bello fœliciter conficiendo, ducēdoq; ad fœlicem exitū iure vobis fuerit timendū. Qui inter vos timorē (si tamen vestrū iam quispiā timeat) in Germanorū artuū magnitudinem, molēq; corporis conferūt, iudices sunt stolidissimi atq; iniustissimi: siquidem Sco
15 tis ac Pictis, formosa esse corpora & integra, & ingenti mole, prędita, nō minus q̄ Germanis, nemini qui omneis eas nouerit gentes, perspicuū nō fuerit. Porro si Germanis ingentes, vobis autē remissiores sint animi, id vestrę quis non dederit ignauię: q̄ corporibus, elegāti forma, laborisq; patiētissimis creati, virtutes animi decora ad quę na
20 tura rerū omniū parens vos genuit, & quę in vos cupidissime expetit trāsfundere, aut negligitis, aut potius omnino cōtēnitis? Absit vt vestrū quispiā naturā in corpore creando accuset: modo integer alacerq; fuerit animus. Enimuero quū vestra corpora, decenti mole, pręsentiq; ad labores omneis tolerandos prōptitudine sint conficta: ve
25 strū est ab animis degenerē prohibere, & ignobilē timorē: eosdēq; debito patrię egregie exornare officio: vt qui certo scitis nihil vobis posse cōtigere cōtumeliosius & cū grauiore iactura, q̄ hostibus, q iā in prospectu stant vobiscum pugnaturi, sine pugna victoria tradita, patriā ꝑdere: & sic cōiuges, liberos & vitā deniq; ꝓpriā amittere cū
30 sūma ignominia. Qđ vero ad impatoꝝ attinet officiū, haud aliud vobis ab eis fuerit expectādū, q̄ ituros eos in pliū, aduersus Saxones, intellecturosq;, vtrū apud Scotoꝝ Pictorūq; nobilitatē, pudor atq; officiū, an timor vltimis vrgētib9 plus valitur9 fuerit. His verbis mira cupiditas gerendi belli, non sine ingenti alacritate, cūctis est exorta.
35 Priorūq; ordinū milites vt regib9 satisfacerēt, sese nec vnq̄ timuisse, nec de summa belli se aliter q̄ impatores existimauisse, corā oib9 deierant. Reges ea professione militū laudata, mandant in hostes progredi. Saxones celeriter venientiū fortiter accepere impetū. Pugnatūq; acerrime, pluribus vtrinq; cęsis. Confœderatoꝝ tandē fuga vbi
40 hostium vim ferre diutius non poterāt, Saxonibus fusos ferro perse-

quentibus, victoriã partam ostendit. Nox persecutioni finem facere coegit. Postridie confœderatorũ regũ alter in Gallouidiam, alter in Pithlandiam cum exercitus abiit reliquiis. Occa Saxonũ maioribus adolescentẽ impellẽtibus nimia crudelitate vsus victoria, quotquot Pictici ac Scotici nominis inter Tinam & Tuedam amnes inuenit: 45 fœde cruciatos interemit, eorũq; opibus ac regionibus fretus, præsidiis arcibus egregie munitis, & nouis incolis ex sua gente inductis, Colgermum Northumbriæ ducẽ appellatũ, vt rei summã secũdũ se illis administraret, extemplo præfecit. Ipse in Britannos rupto fœdere, ꝙ fama esset eos Scotis ac Pictis in dudũ cõmisso prælio opem tu 50 lisse, bellũ molitur: quo ex sententia gesto, & Vtero rege deuicto, profligatis insigniter copiis, pulsis Anglia, quibuscũq; Britannici sanguinis, fugatisq; iam tertiũ in Gualiam: Londinũ primũ, ciuibus fama futuræ obsidionis territis se cum vrbe dedentibus, inde regiones omnes, quas Hengistus, qui primus Saxonici sanguinis regnauit in 55 Albione, olim tenuerat, recepit. Saxones in tot fœlicibus successib9, fortunam, quæ nõ semper eodẽ fauore aspirat mortalibus, suspectã habentes, haud prius totis viribus exinde cum hoste contẽdere, ꝙ regnũ aduersus futuros insultus egregie stabiliuissent, decreuere. Intenti propterea veteribus munitionibus reparandis, nouisq; ædificã 60 dis vndiq; per Angliam Britannos, Scotos, ac Pictos frequentibus incursibus, tãtũ vt bello se implicitos intelligerent hostes, quotidie infestãt. Media rerũ turba, Vter rex, in Gualia, dum febre correptus æstuaret, limpide aquæ haustu e proximo fonte, quã quidã Saxo ad id subornatus toxico infecerat, est extinctus: posteaq̃ Britannicarum 65 rerũ potiri incœperat, anno decimooctauo, Christi seruatoris altero supra vicesimũ & quingentesimũ. Floruere hac tempestate vel circiter eã viri doctrina & sanctitate præstantes, Marlanius Armoricus Brito, Redonensis antistes, pauperũ piorũq; fautor, Albinus & Victor, vterq; Gallus, doctrina ac pietate insigni. Diuus Boethius, Ro 70 manus ciuis, in diuinis literis, phĩa, mathematica, cęterisq; humanis disciplinis, apprime eruditus. Cuius in scribẽdo dicẽdoq; dignitatẽ, illa ætas plurimũ est admirata. Scripsit is de trinitate opus excellẽs: in dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, musica, astronomiaq; docte adeo & copiose, vt harũ disciplinarũ præcipuus excultor, iure 75 ad posteros sit delatus. Is tandẽ, Theodorici Arriani, Ostrogothorũ regis rabie in innoxiam gentẽ, veræ pietatis cultricem furente, cum Ioanne pontifice maximo, & Symmacho, potissimũ ꝙ sacræ religioni addicti, Arrii auersabãtur deliriũ, Rauennæ arctam in custodiam est coniectus. Vbi cũ eodẽ pontifice, atq; Symmacho est interfectus. 80

1 Vlta est pietas sese, sanctissimosq; viros, nulla mortaliũ ope: paucis diebus superstite Theodorico, nomineq; Gothico aliquot post annis obliterato: Christiq; prefatis martyribus, in diuorũ numerũ relatis. Benedictus quoq; vir sanctissimus, patria Nursinus, hoc prope tẽpo
5 ris, Sublaco vrbe Italię, monachorũ ordinẽ, quem antea Basilius in oriente cõstituerat, instituit. Vnde quũ a freqũẽtibus adiretur, vitãdę glorię gratia profectus, Cassinũ oppidũ adiit. Vbi Apollinis tẽplo, diuo Ioanni Baptistę dedicato, cõditoq; Cœnobio, sodales regula a se condita, religiose viuere docuit. Hi tãta fœlicitate coaluerũt,
10 vt plurimę ex eis postea familię, institutis amictibusq; diuersæ emanauerint. Pontifices etiã maximi quatuor supra viginti: Sũmi ecclesiastici ordinis viri (cardinales vulgo) centũ supra quatuor & octoginta: Aliiq; sanctitate & doctrina insigni, quot facile numerari non possunt. Plurima inter nostrates celeberrima sunt huius instituti cœ
15 nobia: hactenus viris pietate clarissimis habitata, virtute fortassis insigniori, maioriq; veneratione apud mortales perseueratura, si ad ociũ & luxũ, regũ munificẽtia, tãta sagina ea nõ onerasset. Decessit Benedictus Cassini Anno Christianę salutis quingentesimo decimo octauo: Vbi & tumulatus est vna cum Scholastica sorore sanctitate
20 quoq; insigni, Seniore Iustino, Romanis imperitãte. Inter nostrates Brigida sanctissima virgo. Hęc decimoquarto anno vix superato, ad Sodorẽsem epm in Monã insulã (huius autẽ viri sicuti aliorũ cõplurium vetustate nominis memoria periit) paternis fortunis, quę amplissimę erãt, cõtẽptis, aufugit: precibus nõ sine lachrymis petẽs, vt
25 perpetuę virginitati, põtificia authoritate addiceretur. Pontifex acceptã mira benignitate Brigidam, virginẽ deo sacrauit: deditq; vt alba tunica scortea intercincta zona vteretur: tegumẽto capitis lino cãdẽti quadrato, a ceruice ad humeros deiecto. Effecta est eiusdẽ virginis ad posteritatẽ ob pietatẽ insignẽ celebris adeo memoria, vt Scoti, Pi
30 cti, Hibernici, & q illis gẽtibus vicinas habẽt sedes Angli, eã inter fœminas, quas Christiana ecclesia in sanctorũ numerũ rettulit: secũdũ deiparam virginẽ, pręcipua sẽp habuerint veneratione. Tẽpla Brigidę nomini inter hos populos sacra, quot vix alicuius diuorũ, huius rei certa sunt indicia. Defungitur tandẽ vita post plurima miræ
35 sanctitatis opa duodeuicesimo Cõrani regis anno. Cuius corpus ab Hebridibus, in Dunum (oppido est nomen in Hibernia) ferunt delatum: ac eodem loco cum Patricio Hibernicorum Apostolo sepultum. Nostrates (Nam & hi eundem honorem sibi vendicant) diuæ Brigidæ funus Abirnetho (aliud tum loco nomen fuit) in templũ
40 ornatissimũ canonicis & presbyteris, ad diuina exequẽda institutis,

eius nomini dicatum,elatum constanter asseuerant. Vixit & tempo-
re haud multum ab hoc diuerso Gibirinus nostras, vir insigni pieta
te.Qui Ethnicorũ in Albione iniuriam declinans,cũ fratribus ac so-
roribus,quos eadẽ in Christo mouerat charitas,trãsmisit in Galliã:
vbi Remensem ciuitatẽ,vitę sanctimonia & miraculis ornauit. Sub
idem etiã tẽpus,supplicationes sacrę quę tribus diebus ante Christi
Ascensionis celebritatem fiunt:diuo Mamerto,Viennensiũ episcopo
authore,sunt in Gallia institutę:ac a Scotorũ sacerdotibus , Cõual-
lano egregio Christi dogmatis cõcionatore suadẽte,magna cũ vene
ratione receptę . Erat Conuallanus monachorum qui in Iona insula
Christo pie militabãt abbas:vita probat9,insignis doctrina. Nostri
habẽt veteres annales,hũc multa prędixisse de Pictorũ Britãnorũq;
regni excidio,De Scotorum regũ successione,Anglorũq; gentis fu-
tura in Christum pietate. Aperuisse permultis etiã nobilibus secre-
tiora flagitia,quanto discrimine salutis,nisi resipiscerent laborarẽt.
Vnde complures iniquitatẽ pertęsi,sacris monitis audiẽtes,verę pie
tatis operibus sese accõmodarunt.Peruenit Conuallanus in Arthuri
tempora,quẽ post Vteri obitum Britanni in Gualia regem declara-
runt.Paululo anteq̃ id fieret,Lothus Pictorum rex,Britannorũ maio
res per legatos postulauit,vt Britannię regnũ sibi deferrẽt:causatus
legem in Albione longa cõsuetudine, hominũq; moribus roboratã,
vt qui virginem matrimonio sibi copulasset , in eiusdẽ hæreditatem
(si quã foret habitura) ipse primũ,liberi deinde connubio suscepti,
succederent . Annam igitur quã iustam habebat coniugem, Aurelii
Vteriq; regũ Britannię sororẽ legitimã,ꝙ vterq; sine liberis cessisset
fatis,regni esse hęredẽ.Ex ea virilis sexus proles susceptas Modredũ
& Valuanũ quẽ alii Galuanũ dicũt , per ætatẽ nõdũ aptos ad regi-
mẽ publicũ.Debere ergo se,si legi parẽdũ est,ad filiorũ maturã vsq;
ætatem,in regni esse administratione : iustisq; hæredibus id seruare
incolume. Britãni, Pictorũ legatos ęgre auditos,multisq; cõuiciis e
curia explosos,non modo Lothũ,sed & Annę filios,veluti peregrini
sanguinis hoies, & ꝑ id inidoneos qui Britãnicarum rerũ potirẽtur,
prorsus sunt aspernati. Dimissi itaq; ꝑ cõtumeliã Pictorũ Legati,do
mũ rediere.Mox Britãnię maiores,violato non modo Britãnico, sed
& gẽtiũ iure,quia apparebat Pictoꝝ arma Saxonibus cõiũctũ iri:vn
diq; ex regionibus cõtractis militibus,inuitatisq; ex Armorica Britã
nia auxiliis,in Saxones priusq̃ Pictis & iis qui in Northumbria erãt
Germanis , iungerentur : Arthuri regis ductu , arma mouent. Pu-
gnatum primũ decem passuum milibus a Londino: vbi primo præ-
lio,item & altero fracti Saxones, ingens tributum pendere iussi, le-

1 ges etiã graues, magistratusq; Arthuri arbitrio accepere. Gratulati Britannorũ primates fœlicibus Arthuri regis initiis, regnumq; ei faustũ futurũ precati, Lõdinũ copias admouere. Qua in vrbe paruo negocio expugnata, Arthurus consultãdi causa de summis rebus cũ
5 Britanniç patribus, aliquot mẽses se cõtinuit. Auctis inde multo bellico apparatu copiis, in Saxonũ gentem quç trans Humbrũ incolebat: cui Pictorũ delectũ icto recenter fœdere inter Lothum Colgermũq;, reparatis vtrinq; iniuriis cõiunctũ didicerat per exploratores,
10 celerius ducere instituit. Veniẽtes Britãnorũ turmç in Eboracensem agrum, haud ꝓcul a Saxonib9 & Pictis (Illi etenim illic prius cum armata manu consederãt) castra posuere. Om̃ibus postera die ad pugnã spectãtibus paratis, Arthurus Hoelũ Armoricorũ ducẽ, cũ parte copiarum Pictis obiecit. Ipse in Colgermũ manus conserere cum
15 expeditis copiis decreuit. duplice pugna sequuta: vbi plus virium stetit, illic acrius concursum. Fuit prælium anceps nulla omniũ acierũ pulsa, Ad Britones tandẽ fusis fugatisq; Pictis, ac multa occidione disiectis, victoria inclinauit. Saxones postq̃ diu in acie ꝑtinacius steterant, accepta clades, sed magis Pictorũ fuga conspecta ad Ebora-
20 cum prçcipiti cursu petẽdũ impulit. Arthurus duplici prçlio victor, obsessam illico vrbẽ omnibus viribus expugnare nititur. Cõtra, Saxones mœnia egregie tutãtur, eruptionibus in Britãnos vbi minus viriũ esse cernebant nõnunq̃ vsi. In tertiũ mẽsem tenuit obsidio, quã do de vrbis deditione, deficiente cõmeatu, inter Saxones agi est cœ-
25 ptum. Diuertit ab eo ꝓposito obsessos, coactus ex Pictis & Saxonibus nouus exercitus, extẽplo ducendus in Arthurũ, tanto omniũ ardore, tãtaq; mole, vt vltima desperatione crederẽtur rem ferro velle decernere. Ad hæc Occç regis (fugerat is paulo ante clam posteaq̃ infœliciter pugnauerat aduersus Arthurũ ne in hostiũ veniret pote-
30 statẽ in Germaniã) cũ nouis copiis aduentus in Hũbrũ: eisdẽ sublato timore animũ reddidit, habẽtibus ꝑsuasum Britãnos si aliquãtisper obsidione durarent, hostiũ turmis circũuallandos. Sentiens Arthurus se ab hostibus vndiq; impetitũ iri, ne Britãnos diutina militia fatigatos, recentibus Saxonũ, atq; Pictorũ turmis obiiciendo rẽ vlti
35 mo committeret discrimini: priusq̃ hostes adessent, soluta obsidione, diurnis nocturnisq; itineribus, abiit in Gualiam. vbi gregarios milites & qui ex Armorica erãt in castra ad hyemandũ, cçteros vero domũ dimisit. Londinũ inde cũ delectis Britãnorũ cohortibus, sub hyemẽ petiit: ad oẽm Saxonũ qui in Cantio ac vicinis erant regionibus tumultũ reprimendũ, si quẽ molirentur paratus. Vbi liberalissimũ
40 se gessit principẽ, haud ignarus ea virtute, multitudinis gratiã po-

tissimũ cõparari:adeo(vt ferũt)pecuniarũ in milites nõnunq̃ profu
sus,vt minus q̃ par esset ad vsus domesticos relinqueret.Secundum
hyemẽ exactam,magna ope paratis in vere quę militibus ad bellum
rebatur necessaria,expeditionẽ in Colgermũ & Occam(hi sub id tẽ
pus a Northumbria profecti,cęde & sanguine per Britãnorũ agros
grassabãtur)cũ magno conatu curaq; ducit. Bisq; cũ illis congres-
sus,prælio victor euasit.Inde ꝓgressus Eboracum triduo obsedit.In
qua vrbe erat Britãnus quidã longa cõsuetudine ꝓ Saxone cunctis
habitus,callido vir ingenio,nec exigua inter Saxones authoritate.Is
delectissimos Britãnorũ,occulto itinere, ꝑ internũciũ certũ ostenso,
sub silentio noctis in vrbẽ admisit:quorũ opera,refractis portę quæ
proxima erat foribus,Arthuri copiæ instructę ad pugnam intro ad-
missæ,deiectis vigilibus præsidiisq; muros occuparũt. Cædem quũ
illucesceret fieri cœptam,prohibuit Arthurus ne exuta clementia in
deditos desęuire videretur.Reliquũ ęstatis, leuibus præliis Saxoni-
bus Northũbrię agros ac munitiones, Britãnis Eboracum tenenti-
bus,exinde cõsumptũ.Habuit ea vrbs, tũ numerosissima ꝑ sequutã
hyemẽ Britãnicam nobilitatem,militesq; gregarie collectos sub te-
ctis,voluptatibus deditos,somno,ebrietati, epulis,scortis,p̃teritæq;
victorię magis q̃ pręsentibus viribus confisos.Ferunt Christi serua-
toris natalis celebritatẽ,tam pomposa epularũ structura ac appara-
tu,iã diu in Albione ꝓfanatã:& quã & Angli & nostrates tredecim
cõtinuos dies in singulos annos,crapulosam obsoniorũ indulgentiã
& gulã pro sũma ac fœlicissima libertate habẽtes,quũ sordidissima
sit seruitus,atq; hac nostra ętate tam accurate obseruant:ab Arthu-
ro sub idem tẽpus sumpsisse initiũ.Sed vndecũq;,& quocũq; autho-
re,fœdissima illa ingluuies sortita est originẽ: adeo Anglorũ nostra
tiumq; infecit ingenia,vt natalitiis Christi diebus, non virtutem sed
voracitatẽ:non Christũ dñm,sed ventrem perinde, atq; in vnam gu-
lam coniurassent omnes,colere apertissime iudicares:tamq; religio-
sa festa,tanta pietate priscis patribus olim celebrata in Albione,hoc
nostro infœlici ęuo mutata in bacchanalia,floralia,& priapalia dice
res.Itaq; vbi exacta hyeme Arthurus in hostes,qui ad Humbri ripã
castra posuerant,ducere iussisset:milites perditi mollitie, veluti nũq̃
antea laboribus assueti,animis corporibusq; deficiẽtes,itinera carpe
bant: ganearum memores,magis q̃ honestę in hostem expeditionis.
Fuit id in causa: vt aliquot exinde ãnos Saxones sub pellib9 esse ab
initio suetos,Britãnorum arma,tametsi Arthurus pręstantissimi du
cis munia egregie semper obiret,parũ lacessiuerint.Neq; prius spes
vlla Saxonũ in Northumbria vincendorũ Britannis effulsit: q̃ cum

1 Lotho Pictorum rege, fœdus icisset Arthurus. Fœderis leges erant. Arthurus ad vitæ exitũ in Britannia regnaret: eo vita functo, Modredo eiusq; inde liberis (si qui homini nascerentur) Britãniæ regnũ deferretur. Picti cũ Britãnis aduersus Saxones acciti facerẽt cõmilitium.
5 Cum Scotis in veteri perstarent fœdere. Quantũ agrorũ trans Hũbrum Saxonibus bello adimeretur, tantũ Pictis cederet. Modredus Gavvolani viri secundũ regẽ inter Britannos nobilissimi filiæ copularetur matrimonio, qui ex eo cõnubio nascerent liberi, in Britannia aui cura educarentur & tutela. Gavvanus germanus Modredi, præ
10 diis & stipẽdiis donatus ab Arthuro, inter regios amicos numeratus cum eo & domi esset & militiæ. Erant ad hæc & aliæ leges aliis fœderum conditionibus adiectæ. Post ictũ fœdus opportunitatem nactus Arthurus nullius magis cupidus q̃ insulæ Albionis christiani nominis hostibus purgandæ, Scotorũ Pictorumq; reges per legatos hor-
15 tatur, vt veræ pietatis causam secũ tutandã assumẽtes, ethnicæ Saxonũ gentis debellandæ causa, ad Tinæ amnis ostia, quocũq; dicturi essent die, vbi se cum copiis obuiũ haberent in armis adessent. Conranus Lothusq; reges confœderati, quibus vnus erat consensus vnusq; conatus violatæ in Albione religiõis christianæ vindicãdæ, piis Arthu-
20 ri postulatis nõ defuere. Ductus est paucis inde emẽsis diebus, egregius exercitus Britannorũ, Scotorum, Pictorumq; in Saxones. Nam & illi eorum quæ fiebant certiores facti per exploratores, ingenti armatorũ multitudine coacta, quo hostes vẽturos audiuere, rege Occa duce, se contulerant. Quũq; sub signis starent vtrinq; acies. Colger-
25 mus Northumbrorum Saxonũ princeps, equo insigni pnicioq; vectus, ad Pictorum prope copias accessit, Lothũ ac Pictorũ maiores haud sine contumelia increpitans, q, leues essent adeo in consiliis capiẽdis & nouarũ rerũ studiosi, vt quos nudiustertius habuissent pro hosti-
30 bus, multis calamitatibus eorũ iniuria affecti, in amicitiam susceptos, absq; iniuriarũ reparatione, armis contra veteres amicos. quibuscum fœdus haberent, susceperint tutandos. Qui si pergerent eo die Britonibus opem ferre, sentirẽt proculdubio, an sua perfidia, an Saxonũ fides, in nullo Pictis in eam vsq; diem violata, ad victoriam, deorũ be-
35 nignitate, plus valeret assequendã. Ad ea Pictorũ rex nihil motus, signa in hostes iubet efferre. Et dũ propius Saxones accederent, Picti magno conatu hostes lacessere incœperũt. Arthurus & i acie instruẽda, & incitandis militũ animis ad prœliũ, omni arte bellica vsus, vbi certamẽ a Pictis inchoatum animaduertit signo dato, suos iubet ala-
40 criter pugnã inire. Pugna inde acris secuta. Scoti qbus dextra obtigit ala, obiectos hostes cæso Cheldrico altero Saxonum duce in fu-

gam celeriter pepulerunt.Colgermus (is Pictis sinistro cornu depu
gnantibus obiiciebatur) Lothum rem strenue gerentem conspica-
tus,glorię cupiditate stimulante in eum tãta vi tamq; infestus equũ
immisit, vt ad primũ incursum equo deiecerit. Eum duo Pictorum
equites, Lothi regis casu iritati, diuersi hastas in Colgermi vtrunq; 45
latus dirigentes, celeriter confodiunt: deiiciuntq; moribundum. Lo-
thus beneficio loricę: illęsus saluusq; astantium auxilio suis est red-
ditus.Colgermi cadauer vix mediis surreptum hostib9 triste his qui
aderant spectaculum,Saxonibus fugam prębuit.Interea media Sa-
xonum acies alis nudata,Arthuro paulum cedit.Hãc magna vi pre 50
mentibus Britannis,nec vllum dantibus laxamentum,quum a fuga
se Occa rex continere non posset,graui vulnere accepto,vix telis ho
stium ereptus, inter nonnullos equestris ordinis viros, fuga salu-
tem quęsiuit.Delatusq; non multo post tempore ad mare (Id enim
non longe a prælii loco aberat) naui in germaniam est deportatus. 55
Hoc pręlio ita confecto,Saxones viribus fracti,quum amissis duci-
bus hostium multis lacessiti iniuriis, spem nullam haberent exerci-
tus reparãdi,abiectis armis,nudis pedib9 capitibusq; ante Arthurũ
regem prostrati supplices precati sunt veniã. Supplicibus regis pe-
percit clementia,ea lege, vt sacro lauacro admoti, christiani fierent, 60
exinde in Albianos nunq̃ armis vsuri.Aut si id min9 placeret,fortu-
nis ac armis exuti,insula excederent. Dies abeundi dictus ex eo die
quartusdecimus:capitali edicto proposito, in eos qui post illum diẽ
in Albione,ethnico ritu aut habitu inuenirentur. Abierũt in Germa
niam ii ex Saxonibus qui cõmeatum ac naues inuenerunt.Quorum 65
conspecta miseria,quũ nudi pœne & fame confecti,in Germanię lit-
tus expositi fuissent,mouit loci incolas,ad tantam iniuriam si quan-
do daretur tempus opportunũ vlciscendum.Alii Saxonum, verã re
ligionem mentiti, secundiora tempora in Albione opperiebantur.
Necabantur alii gentili errori, pertinaciter inherentes, qui Albio- 70
ne per inopiam excedere nequiuerant.Paucis admodum veram Chri
sti pietatem amplexis.Pacatis ita Britãnorũ rebus in Northumbria
Saxonibus aut deletis aut diræ addictis seruituti, Arthurus in repa
randis Christi templis,Saxonum labefactatis iniuria, Eboraci præ-
sertim(Ea etenim vrbe in loca religiosa pulsis inde aut cæsis piorũ 75
cœtibus maxime desęuierat ethnicorum feritas)Reliquũ anni con-
sumpsit.dicto pontifice,cleri suffragiis,qui sacerdotes crearet.resti-
tueret diuina,& Christi dogma propalando,populũ vniuersum piis
exemplis & hortamentis doceret.Sequuto anno Arthurus, accepto
nuncio Saxones qui Vectam tenebant insulam, Cantianis adiũctos 80

1 stragem ingentem in populares Britanos exercuisse. Londinum mo
uit cum copiis, ad orientales meridionalesq; Saxones (sic ipsi se tum
vocitarunt, quando aliter Britanicas res pacare nequiuerat in exitiũ
ducendos. Ad bellum gerendũ Pictorũ decem milia ex fœdere, Sco-
5 torũ par numerus largo munere ab Arthuro accitus, breui affuere.
His Eugenius Conrani regis nepos ex fratre Congallo, egregius tũ
militari laude adolescens imperitabat. Illis Modredus Lothi filius
ex Anna susceptus, adolescẽs acri ingenio ad publica munia obeun-
da & pace & bello (vt tum omniũ erat sententia) accõmodato. Ar-
10 thurus quantũ dispendii vrbanę delicię militibus afferrẽt, prioribus
annis expertus, sub pellibus exercitum cõtinuit. Pretergressusq; Lõ-
dinum, in Campo haud longe a Tamesi amne resedit. Ipse cum no-
bilioribus exercitus vrbem ingressus, pro fœlici rerum successu, tri-
duũ supplicationes fieri iussit. Quarto die sacris per loci antistitem
15 peractis, habita in foro concione publica, Christo deiparæq; virgini
cuius effigiem in clypeo pro insigni exinde eum gessisse ferunt, suã
totiusq; exercitus salutem cõmendauit. Vrbe profectus iussit vt mi-
lites alacritate quali christiani essent Athletæ mouerent in hostem.
Antecessere agmen Modredus Guallanusq; Modredi socer cũ equi
20 tum quinq; millibus. Quumq; a Saxonibus non amplius quinq; pas
suũ millibus abesset (Nam & illi accepto tãtam parari in se expedi
tionem vires vndiq; contraxerant) venere ad eum hostiũ legati, ma-
gnopere ne longius progrederetur orantes. fore modo eius bona li-
ceret venia, vt Saxones omnes, saluis fortunis, sine Britanorũ amplio
25 ri iniuria excederent Albione. Id quũ nõ impetrassent legati, tridua-
nas petebant inducias. Neq; huic petitioni Arthurus consensit. Ra-
tus qđ erat, cunctis eorũ postulatis insidias subesse. Tamẽ sese haud
longius duobus passuum milibus eo die cum exercitu processurum
pollicitus, redeundi ad se postridie si liberet, audituris quod in ea re
30 maiores exercitus cõstituissent legatis fecit potestatem. Saxones, dũ
Britanni legationibus intenderent, nihil minus q̃ fraudẽ timentes,
gradũ addentes gradui in Modredi copias q̃ celerrime grauẽ impe-
tum fecere. Sentiens Modredus armis se imparem Saxonicis virib9
sustinendis, neq; fuga, absq; honoris vitęq; discrimine locum esse sa-
35 luti, militem equo desilire iussit: vt si Saxonum fraude moriendum
foret manibus vindicarent interitum. Milites extemplo ducis parent
imperio: initoq; prælio plures eorum sunt occisi. Cæteri in fugam de
lapsi, haud prius fugere destiterunt, q̃ venissent in totius agminis cõ
spectum. Modredus & Guallanus, militum opera equis impositi, ad
40 exercitum deuecti sunt incolumes. Arthurus re cognita legatos (hi

nōdū e Britānorū castris erant ꝓfecti) apud se in crastinū esse iussit. Postridie re cū Modredo Gavvano Guallano Eugenio & exercitus maioribus cōmunicata, legatis accitis in concionē respōdit. Neq; se velle deinceps Saxonū oratores audire, neq; quascūq; cōditiones ab his gētibus accipere, quę ꝑ dolū dum pacem vltro per legatos a se peterent, pręliū cum suis iniissent: se iā satis compertū habere Saxonū ꝑfidiā, haud opus esse experiri ampliorē. Irēt ꝓpterea, nūciarētq; domū, haud aliud ꝑfidę gēti dū sup̄stes foret, ab Arthuro, q̄ cruentū bellū expectandū. Concione nōdū soluta venere quadraginta Saxonū nobiles ad regē Arthurū, qui reiecta hesterni conflictus culpa in paucos, parū aduertentes, quid statuissent primores, & ob id temere cū Britannis iniisse pugnam: Saxonicā nobilitatē criminis immunē ostendere conabantur. Sed persuasum habēs Arthurus nouā legationem, nouis dolis instructam iussit eos prioribus cū nunciis in castris inter pręsidia detineri. Ipse secunda vigilia, cū oīlbus copiis, castris eductis, triplici instructa acie, mouit in hostes. Celeriterq; trium milliū passuū itinere confecto, prius ad Saxonū castra Stationariis partim cęsis, partim fugatis ꝑuenit, q̄ vnde turba esset liquide poterant iudicare. At cognito Arthuri subitario aduentu quū ignotum fuisset, quid legati apud eum impetrassent. oborto inter milites tumultu, vehementer pauore in castris est laboratum, fremitus & anceps motus, certa in rebus dubiis timoris indicia, Modredum hesternę acceptę iniurię memorē, ad castra oppugnanda inuitarūt. Irrumpente igitur Britannico milite, Modredi iussu, in aduersa castra, q Saxonū celeriter arma induere poterāt, inter carros atq; impedimēta pugnātes, hostibus paulisper restitere. Cęteri, q̄ Britānis acrius gradum inferentibus, capiendi arma, aciemq; instruendi locus non esset, rupto aggere fugam occuparunt. Equitatus ad fugientes consectandos ab Arthuro immissus, ingenti edita strage, terrore Saxones concussit adeo vehemēti vt eorū plærįq; ne ferro ita crudeliter perirēt, in flumen proximū morituri, vltro sese proiicerent. Neminiq; vel sese dedere volenti victoris ira eo die pepercit: vndiq; auditi morientium miserabiles gemitus: cāpi cadaueribus, auulsisq; morietium mēbris referti, fluenta currentia corporibus sanguineq; mixta, victorum sęuitiā in deuictos vbiq; ostendere. Absumpsit ea adeo cruenta dies tam ingentē Saxonū numerū, vt ad Britānos in Albione debellandos, viderentur nunq̄ exinde vires resumpturi. Secundum eam fœlicem pugnam Arthurus, Saxonibus Britannorū in castris pridie q̄ hæc fierent detentis in Germaniam abeundi facta potestate, imbellem gentis illius multitudinem ingens tributum pendere iussam duræq;

adactam seruituti q̃ inepta esset ad militiã lege qua Christi dogma profiteretur in Albione manere permisit. Scotos vero & Pictos post eaq̃ Londini cõmuni omnium lætitia, recreationis causa aliquãdiu mansissent, donariis regia pro magnificentia egregie ditatos nullam expertos in expeditione calamitatem, domũ dimisit. Post hęc ita Britannicis armis, Arthuro principe fœliciter gesta, Scotorũ quoq; regnum sub idem tempus quo ea fierent mira est dexteritate administratum. In Conranũ enim regem tandem, dum per seniũ ipse corpore confecto non satis aptus esset labori, & qui publico munere regia fungebantur authoritate, omnia in populi dispendiũ expilarent, essetq; per id multitudinis animus exulceratus: a nobilibus nõnullis ita est coniuratum. Tõcetus quidam obscurę originis vir, supremus iuris minister (nunc dicunt iustitiarium) erat in Morauia, cui nihil ad extremã asperitatem in damnandis hominibus, & pecunia emungendis, quo principis aucuparetur fauorem deerat. Siquidem Conranus, vt regum plęrunq; sunt ingenia, quos fisci rem curare dignouerat, inter amicos habuit vel maxime dilectos. Is Toncetus multa violenter factitans, opulentos aliquos negociatores Forestę (Erat id tum primarium Morauiæ oppidum) vocatos in ius, leui de causa quo eorum potiretur fortunis, veluti maxime noxios necare fecit. Morauiæ nobiles Forestę præsertim accolæ (Nam hi negociatoribus nonnulla iungebantur necessitudine) iritati iniuria, Toncetum iurgiis primum impetentes, deinde medio in foro, dum ius diceret multis vulneribus confossum interimunt. Quæsiti cædis authores ad supplicium, vt quibus nulla veniæ supererat spes, desperatis rebus, in asperos montes abiere. Vnam relictam sibi salutem rati si patratum nuper facinus, maiore aliquo facinore cumularent. Conranum itaq; regem interficere constituunt. Cuius culpa, populus Scotus tantis incommodis eorum opera, sub quorum esset tutela, vexaretur: vt vel eo, magnatum quorum animos regi iamdudum infensos dinouerãt fauorem conciliarẽt. Aliquanto post Donaldus Atholorum præfectus, magna apud regẽ fide atq; authoritate, non omnino inscius coniuratorũ consilii, apud eos agit secretis internũciis, vt Enuerlotheam vbi tũ forte rex agebat, ad se venirent ipsorum partibus vltimis execrationibus suã opem pollicitus. Venientes ad eum nunciũ coniuratos secretius vti mãdata acceperant Enuerlotheam, Donaldus intempesta nocte, in regiis cubiculum, reclusis foribus immisit: ipse alio veluti omniũ esset ignarus, se conferens. Sentiens Conranus rex in se paratas insidias percussoresq; adesse, desiliens grabato humi procumbit: obsecrans parcerent seni, a quo nihil ac-

cepiſſent iniuriarũ:fideq́ꝫ regi ac beneuolentiã ſeruaret̃. Illi nihil ma
gis veriti q̃ vt ſuas manus euaderet Conranus,extemplo eum inter-
ficiunt.Periit is talem ſortitus exitum,quinto ſupra triceſimũ ſui re-
gni anno,q fuit Arthuro regi decimuſſextus.Iuſtiniano Romanorũ
imperatori viceſimus . Et a virgineo partu, quintus ſupra triceſimũ 45
& quingẽteſimũ. Funus Conrani regis,pompa tum fieri ſolita dela
tum ad Ionam in ſacris regum monumentis eſt reconditum.Iuſtinia
nus Romanoꝝ princeps (quando de eo incidit ſermo) erat cæteris
imperatoribus rerũ bene geſtarũ gloria haud inferior.Leges eñ Ro
manas in epitomẽ redigẽdas curauit: tãta rõne ac ſermonis venuſta 50
te,vt nulla ſit natio tã fera, vel ab hũanitate abhorrens,quæ eas non
fuerit admirata.Perſas Romani imperii limites prętergreſſos,paca-
uit.Africam a Vandalis,Italiam a Gothis, Dalmatiam Mũdi cuiuſ-
dam tyrãnide per Belliſarium nobiliſſimũ omniũ ſuæ ętatis ducem
liberauit. Romã ab Theodorico Oſtrogothorum rege plures ãnos 55
tota cum Italia detentam eiuſdem Belliſarii opera recepit.Is Belliſa
rius cum Totila Gothorum rege multis cruentis pręliis cõgreſſus
ab eiuſdem gẽtis armis Vrbẽ Romã egregie eſt tutatus.Sed capta
tãdẽ,Belliſario graui morbo implicito,victrix orbis terrarum Vrbs
a Totila,dirutis mœnibus munitionibuſqꝫ, ſimul ardẽtibꝰ cũ capito 60
lio publicis priuatiſqꝫ ędificiis,in auentino,quirinali, cælio,cęteriſqꝫ
Vrbis collibꝰ,cęſiſqꝫ ad vnum incolis,in vltimũ ducitur excidiũ ma
gnũ cunctis mortalibus in omne æuũ documẽtũ, q̃ parum ſit huma
nę fœlicitati confidendum. Eſt Roma hac miſerabili clade afflicta,
anno chriſtianæ ſalutis quingenteſimo & quinquageſimo, quum an 65
tea in ipſa adoleſcentia capta a Gallis Senonenſibus fuiſſet, dire-
ptaqꝫ & incenſa.Inde poſteaq̃ rerum cõplures annos fuiſſet potita:a
Gothis halarici ductu : nec multo poſt ab Athaulpho qui Halarico
ſucceſſit.Sequuti inde Vandali Gẽſirico duce, eam haud minus fœ
de,q̃ Romani olim Carthaginem diripuerant.Mox Odoacer & ipſe 70
Vandalorum princeps,in ea geſſit imperium . Quo ſublato Theo-
doricus Gothorum rex,plures annos eam tyrannice occupauit:rece
ptam inde a Belliſario, ac paulum dignitati priſtinæ reſtitutam,bis
obſidione fatigatã,Totila Gothorum rex captam vi,vltimo dedit ex
cidio.Hęc vrbs tot fortiſſimorũ geſtis clara,tot doctorum celebra- 75
ta pręconiis,domitrix humani generis,breui annorum ſpatio, toties
capta,barbaris centum ſupra triginta & octo annos,tãto habita lu-
dibrio,oſtendit mortalium opera, quibus nihil firmũ, mortalia eſſe
oportere:ſed ad noſtra vnde defluxit redeat oratio. Eugenius Cõgal
li filius,quem cum Arthuro aduerſus Saxones diximus cõmilitium 80

1 fecisse,secundũ Conrani interitũ,primatũ Scotorũ facta concione,in Argathelia lapidea cathedra(vt tũ fiebat) locatus,populo ei cõprecãte fœlicitatẽ summo magistratui est admotus.Erãt ex Cõrani amicis,q̃ nouo regi suaderẽt,patrui iniustã necẽ vindicaret,authorũ tã a-
5 trocis facinoris supplicio, quo admonerent͂ posteri ne temere man9 suas regio sanguine polluerẽt.Ad ea nihil motus Eugenius, nõ modo Donaldũ Atholũ, cęterosq; Cõrani ꝑcussores, ob infandũ scelus nõ admouit supplicio,sed veluti placeret patrui cędes, eos asciuit in cõsiliarios.Vñ ꝑmulti suspicati sunt, Eugeniũ cõspirationis in Cõra-
10 nũ clam fuisse authorẽ.Cuius rei popularis susurratio effecit,vt Cõrani cõiunx,cum liberis Reginano & Aidano, timens ne insidiis vti eorũ pater aliquãdo eẽnt perituri, in Hiberniã aufugerit.Vbi haud paucos annos morata,simul cũ Reginano filio,fatum obiit.Aidano loci regis tutela,honoratissime asseruato.Principio regni Eugenius,
15 vt se principẽ oĩbus plausibilẽ ostẽderet,mira clemẽtia fuit in subiectos:nihil agens q̃d præ se mansuetudinẽ ferre non videret͂: iudiciis publicis frequẽti9 assistẽs,quos suspicabat͂ parũ iuste damnatos, iterũ causam agẽdi potestatẽ fecit.Miseros quibus ad causas tutandas facultates nõ suppeterẽt,publico iuuit sumptu.Vetuit ne q̃s pupillũ
20 legitimã ante ętatẽ vocaret in ius:neue vidua vltra mille passus,proprias extra ędes ad iudiciũ traheret: fures receptatores latronesq; diris cruciatib9 cõpescuit.Fides vti in fœdere erat Pictis Britonibusq;, vt inuiolata obseruaret͂ laboris plurimũ ĩpẽdit.Sũt qui scribant Arthurũ regẽ ꝑ hęc tẽpora,Scotiã,Hiberniã,Islandiã,Finmarcheã,Or-
25 chadas insulas.Daniam,Suetiã, Liuoniã,Lituaniã,Prutiã,Pomeriã, Zelandiã,Gothiã,Hollandiã,Zelandiã alterã,Brabantiã,Flandriã Morinũ,Northmãniã, Armoricã Britãniã, totã deniq; Galliã vi expugnasse:suaq; accepisse in ditionẽ,incolis gẽtiũq; ducibus vectigalibus factis.Inde cũ regibus Gręcorũ,Persarũ,Medorũ, Arabũ,Æ-
30 gypti,Africę,Hispanię, ac demũ cũ Lucio Romano imperatore simul manus cõserẽdo euasisse victorẽ.Sed horũ fides sit apud eos authores qui talia memoriæ prodiderũt . Satis eñ cõstat Arthurũ vixisse ac oppetiisse mortẽ Iustiniano rẽ tenẽte romanã qñ Gothi,Vandali,Burgũdiones,Frãci,& alię varię orbis gẽtes Romanũ imperiũ
35 fœde lacerabãt. Parũ ergo ꝑspicue tradit͂ tot gẽtes & populos, tot reges inter se diuersa & inimica sentiẽtes in vnũ vt cũ Arthuro pugna cõgrederent͂ contrahi potuisse . Adde cruentissima bella inter Frãcos & Gothos sub idẽ tẽpus in Gallia atq; Italia gesta.Et qui horum meminere de Arthuro nullã fecisse mentionẽ.Sed & Northmã-
40 norum regnũ,eo tẽporis nondũ sumpsisse originem. Verũ vtut res

se habuit (nõ em̃ hic detrahẽdę alicuius glorię partes agimus) fuit rex Arthurus rerũ egregie gestarũ gl'ia & amplitudine nõ minus q̃ Britãnię reges q ante eũ vixere insignis. vñ opes & vires Britãnis eo regnãte plurimũ creuere. Arthurũ ad hęc scribũt pugilũ certamine delectatũ Athletas habuisse isigni arte militari familiares, quos quũ epulãdũ fuerat, vel de negocio militari cõsultandũ in coronã ne quis piã ꝓximo ꝑlat9 videret', sedere iussit. Sessionis locũ rotundã Arthuri tabulã & nostrates & Britãni, & cęterę natiões vulgo appellitãt. Verũ nõ tã pugilũ q̃ Arthuri famã tametsi dign9 fuerit cui9 memoria clara sit ad posteros, circulares, atq; aniles fabulę incertis authoribus de eis cõfictę plurimũ vident' maculasse. Cęterũ quũ Britanni lõgo ocio & quiete nimiũ lasciuirent, fœderis qđ olim cũ Lotho rege icerant pœnitẽtes parũ honestũ rati, aut Britãnico tutũ imperio Pictici sanguinis virũ rei summã inter eos administrare. Arthurum oratũ faciunt, vt virũ ipsis ostẽderet, quẽ post se regnaturũ iuberet. Arthurus nihil postulata auersatus, iubet adolescentẽ cõmuni dicerẽt suffragio, veteri regũ sanguine honestatũ in quo futurę ꝓbitatis signa iã incepissent apparere: & illi qñ alieni generis viri imperium nõ placeret regnũ secundũ se deferrẽt. Primates populo indiscretis vocib9 gratulabũdo habitis gratiis liberalissimo regi posteaq̃ in re ardua adeo parũ ꝑ cõsultassẽt: Cõstãtinũ Cadoris Cornieię pricipis filiũ egregiũ adulescentẽ corpore validũ, ętate florẽtẽ, idoneũ singularẽ ob virtutẽ testati, qui Arthuro in regnũ succederet prehensum lętis acclamationibus in curiã deducunt. Arthurus haud aspernat9 oblatũ, multitudine suffragãte Cõstãtinum Britãniæ principẽ declarauit. Erat tũ regni principis declaratio, nõ regia dignitas, sed q̃ aut hęreditario iure, aut electoꝝ suffragiis gradũ ad regnũ faceret. Inoleuitq; ea appellationis cõsuetudinaria ratio, vt regũ filios cęteris natu maiores, parẽtibus successuros, etiã hoc nr̃o ęuo, regnoꝝ pricipes vocitemus. Mõstratus hoc mõ Cõstãtinus Britãnico pp̃lo, vt q post Arthurũ regnaret, varia ac multa ꝓbitatis signa oĩbus ostẽdit. vñ egregiũ, atq; ꝑclarũ nomẽ, nõ sine excellẽtis virtutis opinione, apud Britannos est adeptus. Horum fama ꝓmotus Modredus, tũ Pictoꝝ rex (nã Lothus paulo ante fatali cõcesserat necessitati) Pithlãdię nouũ a se nomẽ Laudonię, egregiã ob probitatẽ relinquẽs ad posteros, legatos ad Arthurũ, primoresq; Britãnię mittit: qui dicerẽt parum ad regum fastigium res publicas rite administrãtiũ attinere, sancita fœdera, nulla interueniẽte causa, temere violare. Fœdus esse inter Arthurũ & Modredũ reges sanctę fidei sacramẽto cõfirmatũ: Cautũq; eodẽ inter cętera, ne quispiã, præter Annę Lothiq; liberos, & qui ex

y

1 his prognati forēt, fatis cedēte Arthuro, ad regnū admoueretur Britannicū. Pictorum genti iam cōpertum, Constantinū Coroneianum, Britāniç regni principē, qui post Arthurū regnaret, fide violata, publica concione declaratū. Arthurū inde placide monerēt, ne adulato
5 riis populi suasionibus, quib9 nihil sancte aut pie cōstitui solitū, oīa & diuina & hūana iura euertēdo annueret: sed in sancto pioq; fœdere integra fide ꝓstaret: queq; publice sancita essent regia cōseruaret dignitate. Ne Britānus populus solutis impie fœderis legib9, numinis irā, sacrorū fœderū vltricē, breui ingēti cū incōmodo experiret.
10 Ad hęc authoribus Britāniç primoribus respōsum. Fœdera inter Arthurū regē & Lothū icta ea lege, vt eoꝝ altero vita functo, alterū nō teneret. Idcirco, ꝙ Cōstātinū virū clarissimū, in quo ꝑclara virtutum oīm essent seminaria, Lotho vita functo ppl'o ostēdissent post Arthurū publicę administrationi admouēdū, haud in fœderis leges pecca
15 uisse. Regnātiū esse, ne regna i ꝑegrini hoīs potestatē venirēt sūma tueri & ope & ꝓuidētia. Cōstātinū Britānici sāguinis virū insigni ꝓbitate, Modredū Pictici: a quo hoīm gñe Britānos, si qñ in Modredi cederēt potestatē ꝙ illi semꝑ Britānicæ saluti fuissent aduersarii nō posse nō aliqd formidare iniuriæ. Difficile siqdē eē duas gētes quæ
20 inter se ꝑ tā multa secula depopulationib9, cędib9, atq; id gen9 iniuriis aliis desęuissent sub alterius gētis principe in vnū cōcordēq; populū coalescere: qñquidē cōsueuissent principes originis suę gētē cęteris mortalibus ꝑferre. Pictis ergo suis terminis si saperēt (vt saperēt potius) cōtētis, nō esse aliena expetēda regna: foreq; si rē tētarēt
25 pristino more vicinis iniurii esse pergentes, vt quantū incōmodi sua ipsis afferret temeritas, quando aliter pacari nō possent, propediem essent experturi. His domū ꝑ legatos relatis, fremebant multi, Britannorum execrati perfidiā, quos nullum teneret sacramentum, nullumq; puderet violasse fœdus: suā adhoc incusantes imprudentiam
30 ꝙ cū eis cōtra Saxones arma sumpsissent. Haud igit' tātā iniuriā cū tāta deuorādā ignominia: sed mouendū illico bellū in ꝑfidū hostē in eoq; bello, oībus Britānicę ꝑfidię hostibus perseuerādum: donec Britanni opibus fracti in pristinā redigerentur seruitutem, a qua Pictis adiutoribus, olim iam liberati fuerant. Cuncti qui aderant Picti in
35 eam discesserunt sententiam. Verum tentandos Scotorum, Saxonumq; animos, velintne in partem belli aduersus Britānos secū ire priusq̄ res adeo grauis inchoaretur. Quorum vbi sententiam cognouissent, tū deniq; rē pace vel bello gerendā. Assensus horū opinioni Modredus legatione Eugeniū Scotoꝝ regē, iā tū Britānis infensum
40 ꝙ Scoticę nationis quosdā exilio damnatos, hospitaliter recepissent

& equis pecuniaq; ad incursus faciēdos in Scotos Britāniæ ꝓximos
iuuissent, sollicitat, ad arma secū in Arthurū sumēda, gētis videlicet
Britānicæ ꝑfidia in fœdere ipse soluēdo: atq; in Cōstātino regni prin
cipe dicēdo, fraudulēta iā iniuria detecta. Petitis eo libētius assensit
Eugeni9, q Arthurus regnū Britānicū Scotoꝝ reipublicæ hostibus, 45
statuisset (vt tū cōstās ferebat fama) certissimū esse receptaculū. Ar
thur9 denūciato bello, maritimis locis aduersus Saxones ꝑsidiis fir
matis, mouit q̄citissime potuit, ingēti hoīm cū multitudine, i Scotos
ac Pictos. Habuit.n. ꝑsuasū, si Saxones in insulā venirēt, vt quoꝝ fra
ctæ iā essent opes, paruo vincēdos negocio. Verū ingēs Scotoꝝ Pi 50
ctorūq; vis, ad Hūbri ripā, priusq̄ illuc venisset Arthur9, affuit sub
signis: locū.n. delegere ad pugnā cōfœderati, veluti fatalē Britānis
(vti frequēti9 euenit) deuincēdis. Stātib9 inimicis acieb9 in ꝓspectu
ex sacris triū gētiū pōtificibus quidā admoniti publicæ salutis, & q̄
atrox & cruēta foret dimicatio, si i bello ꝑseuerarent mēte ꝑspiciētes, 55
de pace iter duces agere cœperūt. Aggressi cōfœderatos reges, mul
tis rōnibus ostēderūt a bello cessādū, & q iexpiabile imineret malū
cūctis Albianis arma ita infensa, infestaq; sumētibus: quos natura in
eadē insula, vt salutē cōiter tuerent ab cęterarū gētiū iniuriis, loca
uit. Et q Saxonibus Albianoꝝ fœlicitati semꝑ infestis, q ex nullius 60
rei spectaculo q̄ ex illoꝝ exercituū ꝑnicioso cōcursu, maiorē capere
possint voluptatē, oīa in Albione subuertēdi vltro offerret occasio.
Modredus itaq; & Eugenius huiuscemodi tēpestiuis pōtificū verbis
ꝑsuasi: modo Britānis iis quæ ꝑsancte iurassent, dū fœdus cū Lotho
rege icerēt stare placeret, arma deponere decreuerūt. Progressi inde 65
ad Arthurū pōtifices post mlta bellū dissuadētia in mediū allata, in
clināte iā regis aīo ad pacē Cōstātini principis necessarii (ii tū non
modica erāt authoritate apud Arthurū) iactis i piētissimos epos cō
uitiis: cōfœderati (inqūt) reges pri9 Arthuro bellū q̄ ipse eis indixe
re. Indictū ne capessat bellū rex semꝑ inuict9, qs Britānici decoris as 70
sertor, author eē possit? Stulte itaq; agere eos q pacē suadeāt Arthu
ro dū aduersa acies instructa vocet ad bellū, aut dū signa ꝓpe belli
cū canāt: nisi forte exercitū ꝑdere, dū de pace ageret, velint. Vix fi
nis erat dictis, quū oborto vtrinq; clamore e vestigio summa cōtētio
ne animi, est dimicari cœptū. Offuit Britānis tametsi ferocissime pu 75
gnabāt loci iniquitas, quorū nō pauci paludosis locis hęrētes nec ꝑ
liaribus pro corporis robore, nec solita virtute rite vtētes in hostes
pugnare coguntur. Extractum pręlium in plures horas, tantam vim
hominū absumpsit: vt Hūber fluuius pugnę loco proxime decurrēs
multo cruore infectus aquas sanguine tinctas mixtis cadauerib9 ex 80

ea planitie in mare secũ detulerit. Medio in certamine clamatũ est ꝑ quendã vocalissimũ Britãnica lingua ad id subornatũ: perinde ac si Britãnis fuisset cõmuni cõsulẽs saluti, Arthurũ Britãnicęq; gẽtis nobilissimos quosq; cęsos: ꝓpterea nõ amplius manibus cõfidendũ, sed fuga aut nulla via saluti cuiusq; cõsulẽdũ. Vox ea Scotos ac Pictos ingenti affecit lętitia: Britãnos aũt tãto pauore, vt abiectis armis ꝑmulti se in fugã proripiẽtes, nec ducũ signis, nec æneatoribus receptui canẽtibus obtẽperarẽt. Durabãt alii, id cõmẽtũ hostiũ dolo cõfictũ vti erat rati, ad internicionẽ vsq; in pugna extitere. Victores tãdẽ cõfœderati ꝓfligatis hostiũ copiis & cęde quãtę depugnantiũ nemo ante meminerit, edita. Desiderata enim sunt ex Scotis ac Pictis eo funesto cõflictu hoĩm amplius viginti milia cũ Modredo rege & vtriusq; gentis ingenti nobiliũ multitudine. Ex Britãnis & auxiliaribus Armoricis milia ꝓpe triginta: inter eos Arthurus rex & cum eo Valuanus Modredi frater, tãta in Arthurum cui merebat fide vt aduersus germanũ eo die dimicauerit. Insuꝑ Caimus & Guallanus ac vniuersa pœne Britãnica nobilitas. Capti aũt sunt cõplures. Nã Hũber cũctis pœne p̃lio excedẽtibus fugã vlteriorẽ p̃clusit, & ii p̃ter nobiliores, ad vnũ ferro trucidati. Postridie direpta Britonũ castra. In his Guanora regina, Arthuri cõiũx nobilesq; nõnullę fœminę viriq; Britãnici sanguinis repti, pręter hęc ãplissima spolia occupata militari instituto inter victores partita. Scotis vehicula p̃ciosa Britãnica suppellectili onerata equi & forma & ꝑnicitate insigni arma ac captiui nobiles q̃dã sorte euenere. Pictis Guanora regia fœminę ac viri illustres cũ cętera p̃da. Hi ducti ĩ Horestiã Pictoꝝ regionẽ Dovvnbarre munitissima tũ arce (manet nr̃a ętate loco nomẽ etsi arcis p̃ter vestigia supsit nihil) detẽti reliquũ vitę suę miserrima seruitute egerũt. Extãt in rei fidẽ cõplura ibidẽ loci (vt cuiq; est videre) captiuoꝝ Britonũ monumẽta in agro Migill (vico nomẽ est in Angusia olim Horestia decẽ ꝓpe passuũ millibus a Deidono oppido) mortuoꝝ sepulturę sacrę haud ĩcelebria. Ornatissimũ hoꝝ maximeq; celebratũ Guanorę reginę vti admonet titulus. Cõstãs in ea regione ꝑseuerat fama mulieres si id sepulchrũ calcarint, exinde vt erat Guanora, steriles ꝑmanere. Sed an res ita se habeat viderint eã exꝑti. At ipse affirmare ausim fœminas id monumẽtũ, vt pestilẽtẽ locũ obhorrere vsqueadeo vt ne videãt q̃dẽ libẽter. Idẽq; suas docere filias. Nec me p̃terit Galfredũ Monemutẽsẽ Britãnicę rei scriptorẽ, certamẽ ĩter Modredũ & Arthurũ nõ ad Humbri fluminis ripam, sed in Guintonię ciuitatis vicinia Arthurũq; viuũ p̃lio extinctũ. Guanoram aũt ꝑditis rebus sacro velo assũpto cœnobio sacratã, esse authorẽ: ideoq; ab

iis quę de eo bello scribimus, haud parũ discrepare. Sed Veremũdũ Turgotũ, ꝓbatosq; alios nr̃arũ rerũ scriptores ꝙ vero similiora i scribendis heroũ gestis sine circulatorũ fabulis memoriæ ꝓdiderunt, in his vt & in aliis seqmur. Cęterũ vbicũq; cruentissima hęc pugna gesta fuerit, satis euasit cũctis manifestũ triũ memoratarũ gentiũ opes ex ea adeo accisas vt Scoti ac Picti ꝑ aliquot inde secula pristinũ decus haud recuperare potuerint. Britãnoꝝ aũt vires paulo post Saxonũ armis petitas in exitiũ vsq; ꝓlapsas. Fama aduersę pugnę ꝑ Britãniã ꝑcrebescẽte, Britãni extẽplo Cõstãtinũ vti antea erat institutum regẽ declarãt. Et ne in Britãnia esset q de regno cogitaret occupando, Modredi liberos Guallani cura educatos in matris sinu opẽ implorãtes & officiũ, fœde trucidarũt: quoꝝ nece Modredi familia penitus est extincta. Fuit annus ille quo Britãni cæteriq; Albiani tã funesta clade sunt ꝑcussi, Christi in carnẽ aduẽtus secũdus supra quadragesimũ & quingẽtesimũ: Arthuri regni vicesimus tertius: Eugenii aũt octauus. Quo anno paulo ante funestũ certamẽ multa prodigia in Albione visa enũciabant. Cruentas hærbas in Eboracẽsi agro cõspectas, per cõplures dies durasse. haud ꝓcul a Cameloduno vitulũ bicipitẽ natũ: agnũ masculũ eundẽq; fœmellã, solẽ die medio sanguineũ prę se tulisse colorẽ: cælũ dies duos cõtinuos fulsisse stellis. Monedulas, parras, ac cornicũ ingẽtẽ numerũ cũ coruis haud multo minori i Gualia dimicasse, secutãq; auiũ cędẽ quãtã nulla prior ętas audiuit. Reuersus aũt Eugenius domũ reliquiis exercit⁹ recẽsitis, benignus princeps qui cladẽ euaserãt in officio ꝑstãtes, largis beneficiis ꝑ meritis affecit. Eoꝝ liberos q fortiter agẽdo ꝑiissent aut gn̄e ꝓximos prædiis & agris afflũeter donatos certis virtutũ insignibus voluit exinde vterentur: vt quantũ strenue pro republica eorũ maiores multa in principẽ fide decertassent, quãtũq; regia eos beneficia honestauerint monimẽta ꝑferãt ad posteros. Assequutus rex ea beneuolentia celebre inter nostrates nomẽ, populoq; charissimus habit⁹ regnũ exinde clemẽtia magis q̃ iuris rigore administrauit. Saxones interea vt accepere Arthurũ infœlici cõgressu extinctum, celocibus, liburnicis, ac corbitis cõmeatu epibatisq; refertis venere in Albionem: vbi paruo negocio subactis Britonibus pulsisq; in Gualiam eorum cum rege Constantino, Anglorum restituerunt regnũ. Hũc Cõstantinũ scribũt nõnulli Gualiæ regno aliquot annos administrato liberis & cõiuge orbatum terreni regni ꝑtesum clam suis abiisse in Hiberniã. Ibiq; i pistrino pauperũ obsequiis amore Christi aliquãdiu deseruisse incognitum. Inde monachi suasu cui qs esset patefecerat tonso capite sacratũ cœnobio inter pium cœtum Christi militię de-

uotum imitandę virtutis fratribus se pręstitisse exēplū. Ad Scotosq; tandē missum a loci antistite vt populum Christi dogmate erudiret impiorum manibus passum martyrium. Cui aliquot post secula rela to in diuorū numerū tēpla nōnulla sacrorū pontificum authoritate dicata inter nostrates adhuc conspicantur. Anglis quū Cōstātinus in Gualiā pelleretur imperitabat Iurminricus ab Hengisto, vt Beda scribit quintus. Is Iurminricus tametsi a vera pietate fuisset alienus, Christi tamē doctrinam haud vetuit inter Anglos propalare: fideiq; cultor diligentissimus, Fœdus icit cum Scotis ac Pictis quod inuiolatū ad eius vitæ exitū permansit. Eugenio regi pax erat ꝑ reliquum vitę nullo aut extero bello, aut interna seditione agitato. Moritur demū tricesimo quarto anno posteaq̄ rerū Scoticarū potiri incœperat: qui fuit christianę salutis octauus supra quingentesimū & sexagesimū, Tyberio secundo Romanorū principi annus sextus. Extincto Eugenio (quo regnante Alboinus Lōgobardorū rex gētē eā postq̄ in Europa varias tenuisset sedes, in Italiam vbi hactenus cōsedit adduxit) eiusq; funere in Ionā more regio elato, Cōuallus germanus ipsius pietate ac iustitia insigni regnū omniū suffragiis est adeptus. Mira sunt quę de huius principis religione memorię sunt prodita. Siquidē vt summis arcibus oppidisq; salutiferæ crucis signum depingeretur: quo admonerentur hoīes frequētioris Christi culturæ eius erat edictum. Ipse quoties aliquo proficiscebatur crutem argenteam cū crucifixo ante se veluti verissimū christiani principis vexillum deferre iussit: quā priusq̄ equū ascenderet osculatus tota cū præsenti tum multitudine adorare consueuerat: lamina argentea crucis stipiti affigebat᷑. in ea incisum aureis characterib9, Christianoꝝ gloria. Vetuit ne quispiā crucis figurā pauimēto pingeret sculperetve, ne salutiferum signum irreuerenter pedibus calcaretur. Nunq̄ sacerdotē quēpiā sine magna reuerentia est alloquutus. Nūq̄ in tēplo tecto capite est cōspectus. Leges tulit q sacerdotē manu ꝑcussisset eadē ei manus acuto ferro adimeret᷑: q occidisset sacerdotē publicatis fortunis cremaret᷑ viu9. Edixit ad hęc vt decimas oīm terrę nascētiū cūcti in sacerdotū horrea deferrēt: vtq; q sacris sacerdotū authoritate fuisset ꝓhibit9 hoim ꝓhiberet᷑ cōgressib9: salutaret᷑ a nemine: petētiq; ei ius negaret᷑. Nec vlla illi9 testimonio eēt fides, publicisq; cōsiliis ac cōcionibus esset arcēdus. Christi tēpla ornauit donariis, ꝓuētibusq; ad ministroꝝ sūptū: & vt ecclię pastores (vicarios rectoresq; vocāt) liberi9 in sacris rite agēdis exeq̄rent᷑ officia, cuiq; horū in tēpli vicinia ꝑdiū, quo a vulgo secretus ad petētiū obsequia parat9 habitaret libere erogauit. Cōuallo itaq; principe mirū in modum inter

Scotos Christi floruit religio,cunctis pœne sese in regios mores(ꝗ
optimi erãt)transformãtibus.Fama tãtę in Rege religionis, sancti
simũ Colũbã ab Hibernia vbi haud paucis patrũ cœnobiis præfuit
cum piorũ cœtu ꝑtraxit in Albionẽ. Breui huius viri sanctitas inter
Scotos Pictosq; inclaruit,adeo vt vndiq; ad eũ frequẽtes cõfluerent 45
mortales: fœlices se arbitrati si tantũ virtutis exẽplar daretur aliqñ
corã intueri.Cõtraxit is monachos sparsos ad id tẽpus ac soliuagos
in vnũ, indeq; per cœnobia quę Cõualli pietas struxerat distributos
moribus & vita parum vulgatę obseruationis instituit . Progressus
in Laudoniam Brudeũ Pictorũ regẽ(Erat is Lothi regis de quo an- 50
te memoratũ est,nepos ex fratre cui Melothon nomen : & ob id Lo-
tho sua cum posteritate extincto Pictorum regno admotus) simul
cum gente pie docendo ac disserendo de Christianæ fidei arcanis a
Pelagii delirio,quã pestem Pictorum quidam longa cum Britannis
consuetudine docti secum domũ retulerant,purgauit: veraq; religio 55
ne instituit. Venere cũ eo in Albionẽ viri duodecim Christi dogma-
te insigniter imbuti,sed magis longe sanctissimis decorati moribꝰ:
Bathenus & Cominus, qui post Columbę exitum monachorũ clau-
stris pręfecti inter Scotos haud mediocre Christi ecclesiæ decus at-
tulere.Cibthacus & Ethernanus Columbę nepotes ex fratre,Christi 60
sacerdos vterq;:Domitius, Ruthius & Fethuo haud parum nataliũ
amplitudine,sed magis longe religione honestati. Scandalaus, Eo-
glodius,Totaneus,Moteferus,& Gallanus.Hi viri Columba in Hi
berniã transmittente,sedem statuentes in Iona insula Scotorũ Picto
rumq; regiones piis lustrando sudoribus:docendo disserendo,scribẽ 65
do vtrũq; populum optimis moribus & religione imbuerunt.Colũ-
bæ coætaneus fuit egregius antistes Kentigernus regia ortus stir-
pe.Erat enim ex diua Thamete(Themi aliorũ sentẽtia) Lothi regis
filia dum eius pudicitiã nobilis quidã adolescẽs (Sũt qui eũ asserãt
Eugeniũ cuius nuper mẽtionẽ fecimus, regem fuisse)vi expugnaret 70
genitus.Tenuit Kentigernus primariam sacri magistratus sedem
Glasgvv(aliud tum loco nomen fuisse crediderim) quicum sancti
simus Abbas Columba sacro colloquio cõgressus multa de christia
nę religionis arcanis pie & erudite corã Brudeo rege disseruit . Ali
quãto post tẽpore Kentigernus Colũbã ad castrum Calidonię comi 75
tatus in cœnobio quod Cõuallus suadẽte Colũba recẽter extruxerat
Athalos,Calidonos,Horestos ac vicinarũ regionũ ĩcolas, quorꝫ ma
gna vis ꝑ singulos dies ad eos Christi dogmatis audiẽdi causa cõflu
xit,docẽdo,monẽdo,hortãdo ad verę pietatis obseruationẽ instiga-
rũt.Est eo nũc in loco vbi olim Calidonię castrũ tot authorꝫ celebra 80

tũ testimoniis tẽplũ celebre(vti videre licet) polito quadratoq; lapi de mira arte tabulatũ diui Colũbę dicatũ nomini, vbi sacra episcopa lis sedes(Dovvnkeldensem vulgus appellitat) prędiis ac ꝓuẽtibus ad pontificis & canonicorũ sumptus Scotorum regum(sed aliquot post tempora)munificẽtia magnifice donata. Profecti a Calidoniæ castro sexto post mense sanctissimi viri vtriq; alteri gratulantes, piis lachrymis fusis Kentigernus Glasgvv, ad solitã sedem: Columba in Hebrides primũ inde in Hiberniã abiit. Rogatus Hermathię Colũ ba(nam eo loci primũ se contulerat) a nobilibus ac piis viris q ei9 visendi causa eo cõuenerant, quę vidisset in Albione miracula: An re gibus populisq; fuisset acceptus. Respondit Scotos ac Pictos se ho spitaliter excepisse, auidisq; audiuisse animis quę de religione disse ruisset. Miraculũ in Albione qđ cętera quę antea vidisset, vinceret cũ ingenti admiratione a se prospectũ: Regem videlicet Conuallum in mediis cõstitutũ deliciis, cuiq; multo plura essent ad malum q̃ ad virtutẽ incitamenta, cũ sacerdotibus, monachis & venerandis episco pis de vitę sanctimonia cõtendentem. Cuius probata virtus cunctis suę gentis adeo esset reuerendã, vt ipsi nec aliis esse iniurii, nec de re ge ipso hiscere sinistri quippiã auderent. Vnde effectũ esset vt plus spectata in rege virtus ferocẽ populũ a solitis flagitiis domesticisq; seditionibus in quas natura ꝓcliues essent, q̃ eiusdẽ authoritas coer ceret. Anno qui hunc fuerat sequutus Columba Aidanũ Conrani re gis filiũ (quẽ Eugenii insidias declinãtem in Hiberniam cũ matre secessisse supra diximus) Cõualli regis iussu secum ducens vt auito regno prȩficeretur in Albionem est reuersus. Vix Columba e naui in Albianũ littus descenderat, quũ ei nũciatur Conuallũ decimo re gni sui anno qui erat a Christi natali quingentesimus septuagesim9 octauus diem obiisse: & iam tum eius funus in Ionam vt regũ monu mentis conditetur lugubri pompa cũ ingenti omniũ mœrore effer ri. Ad quẽ nũcium Columba extẽplo in Ionam vt amici regis fune ralibus interesset traiecit. Quũq; parẽtãdo pio regi extrema reddẽs obsequia religiosis cũ viris perseueraret, Kynnatillus Cõualli frater in Argadia dictis comitiis populi suffragio rex est designatus. Ad hęc nihil motũ Columbam incœptũ iter prosequutũ. Kynnatillus rex in Albionẽ aduentantẽ prȩter omniũ opinionẽ mira excepit be neuolentia. Sed & Aidanũ placide complexus admirantibus cũctis iubet bono esset animo, fore dictitans (quo spiritu incertũ) vt bre ui auito regno potiretur. Ex eoq; nascerentur qui Scoticam gentem olim multis leuarent incõmodis. Erat Kynnatillo animus (vti extre ma valetudine est fassus) summa se potestate abdicandi, restituẽdiq;

Aidano regni. Consiliũ interrupit superueniens regi ægritudo. Vicesimo etenim die q̃ rex creatus est Brãcho atq; Angina morbis correptus est. Vnde publico regimine Aidano permisso, in cubiculo se continere est coactus. Sequuta febris longo ocio putrescente pituita post quartũdecimũ mẽsem regem extinxit. Affuit Kynnatillo dũ in 45 extremis laboraret diuus Columba adhortans pieq; obsecrans vt verum Christianũ quemadmodũ viuens fecerat moriens se exhiberet, sperneret insana mundi gaudia, aspiraret ad cęlestia quę breui ꝓcul dubitatione esset adepturus. Sacris Columbę monitis quantũ morbus patiebatur, rex obtemperans, regno Aidano per manus tradito 50 fœlicem spiritũ in Columbę decumbens sinu exhalauit. Elato postea maiorꝝ more in Ionam Kynnatilli funere, Columba & qui cũ eo erat piorum cœtus funebrem pompam multũ decorauerũt. Cõuẽtu inde secũdũ regis parentalia rite peracta, vniuersę Scotorum gẽtis facto in Argadia diuus Colũba maiorũ hortatu Aidani capiti fatali mar- 55 mori insidentis regium diadema imposuit. Mox silentio facto dextra manu supra regis caput, leua tenens lituum (asseruatur is aduncus baculus nostra hac ætate laminis argenteis circumductus, non sine veneratione in Dunkeldensi templo) ita ad Regẽ populũq; locutus fertur. Arbitror iam vos religionis non esse magnopere admonẽdos 60 (viri fortissimi) quę vt videre videor, multo vobis maiori est curæ hoc tempore q̃ pridem fuisse accepi, Verũ vos potius admonendos habeo vnanimis consensus debitiq; officii in Aidanũ a vobis dei nutu electum regem. Enimuero nõ tã vestris adhortationibus q̃ diuino impio ego ad hũc celeberrimũ admot9 consessum, Aidano regiã ad- 65 moui coronam. Habetis ergo regẽ nõ modo humana sed etiã diuina voluntate regnare iussum. Cuius partiũ erit, imperiũ dei benignitate aditũ æqua lance administrare, populũ quantũ fieri per ipsum poterit in pace continere, iniuriã inferre nemini, illatã pro viribus propulsare. Vestri autẽ muneris est beneuolo viuere consensu vt vestris for- 70 tunis cõtẽti alienarũ inuadatis nihil: memores quãtis beneficiis deus optimus maximus vos hodierna tẽpestate donauerit, sacris vos erudiens dogmatibus vt sibi charus peculiarisq; sitis populus: regemq; dederit non modo ex omnibus eligendũ, sed ab omnibus ob singularem virtutẽ iure diligendũ atq; obseruãdum. Nam si quę vestrarum 75 sunt partiũ rite fueritis exequuti, nũq̃ a verę pietatis cultu auersi, sed semper iis qui recta monent audiẽtes: rexq; ipse Aidanus vt facturũ cõfidimus pro publica salute semper insudauerit, & quę gesserit honesta, in publica administratione ad diuinã prouidentiã retulerit: vobis cũ multa fidutia sperãdũ fuerit cęleste numen huic semper impe- 80

rio pręsens propitiũq; affuturũ:regnũq; hoc ita fide & religione illu
stratum cęlesti fauore protegendũ,vt nec domi nec foris dehinc ho-
stis vestris rebus iure fuerit timendus.Sin contra(quod omen opti-
mus auertat dominus) a Christiano ritu pie vobis tradito , & a pa-
trum legibus institutionibusq; digressi,nec æquo nec iuris admini-
stratoribus parueritis in omne scelus præcipites abeuntes : aut ipse
Rex Aidanus diuini beneficii immemor rei summã minus iuste ad-
ministrauerit : tum variis plagis,intestina seditione, & hostili manu
Scotorũ hoc regnũ haud dubie percussum iri nisi subito resipiscen-
tes diuinã irã placaueritis,ac tandẽ diro exitio extinguendum noue-
ritis.Cauete igitur summopere suadeo (finite quęso persuadeã) ne
aliquãdo secũdis rebus insolentiores facti numinisq; prouocãtes irã,
priuatã publicãq; salutem vltimo tandẽ exposueritis discrimini.His
aut similibus concionantis Columbę verbis motus populus vniuer
sus se Aidano regi sacrisq; sacerdotũ monitis deinceps auditurũ iu-
reiurãdo vltro est pollicitus.Soluta illa concione rex in Gallouidiã,
ꝗ eo Britannorũ latrunculos grassantes irrupisse acceperat , diuus
Columba in Hebrides,cętera multitudo quę pompę affuerat pręter
delectas ad expeditionẽ cohortes domũ concessere . Vbi autẽ rex in
Gallouidiam peruenit inuentis paucis latrunculis, suppliciõq; affe-
ctis,cęteris audito eius aduentu fugientibus, regionẽ grassantiũ in-
iuria cõpssa,paruo negocio reddidit pacatã. Sollicitus inde Aidan9
de Scotorum gentis meliori statu in tribus regni partibus Gallouí-
dia,Loquhabria,& Cathanesia confirmãdo: de summis rebus cõsul-
tandi ac administrandi iuris causa in annos singulos primorꝫ gentis
conuentũ edixit.Cui Columbã vt religionis obseruationi consuleret
affore precatus est . Pio regi gens vniuersa eo libentius paruit ꝙ id
numini placere diuo referente Columba didicerat.Itaq; fœliciter ali
quot annos Aidano imperitante in summo iuris & æquitatis cultu
constitit Scotorum regnũ.Sed vt res sunt humanę,vix cuiꝗ populo
in secũdis rebus diu sapienter agere datũ est : nõnulli enim Scotorũ
nobiles secundioris fortunę impatientes inter venandũ leui ex causa
oborta seditione atrocem cędem edidere : quęsiti criminis authores
ad supplicium, regiis ministris fœde pulsatis quũ parum tutum ar-
bitraretur Scotorum in agris permanere, in Laudoniam ad Brudeũ
Pictorum regem in voluntariũ aufugerũt exiliũ.Aidanus rex exules
ex more poposcit a Brudeo vt in sontes , ob manifestũ homicidium,
crimenq; lęsę maiestatis ex more ageretur legibus . Brudeus rex ni-
mia in proscriptos adolescentes cõmiseratione motus,dũ contẽdẽdo
frequẽti legatione apud Aidanũ rẽ inuisam iustã facere conatus est ,

alienas iniurias suũ fecit bellum. Aidanus etenim Brudeo suppliciũ
ab adolescentibus vehemẽtius deprecãti, ꝙ eos interpellatus per fe-
cialem ad ius subeũdũ nõ reddidisset, factus infensus iubet prędã in
iniurię vltionẽ ex Horestia abigi. Procurrẽtes itaq; Scotorũ cõplu-
res (vt hominũ sunt mores in malũ q̃ in bonũ frequẽtius ꝓcliues) 45
ingentẽ prędã, cęsis ex Pictis qui fortunas retinere conabantur non
paucis, ex Horestia abegere. Ægreferẽtes Pictorũ maiores eiusmodi
cõtumeliã & vt ipsi interpretabãtur, iniuriã ex Gallouidia & ipsi ꝑ
dã nõ sine incolarũ cęde auertũt. Res tandẽ ferro inter populos de-
creta. Coactis enim copiis in Vicomagia haud procul a Calidonia 50
Scoti & Picti pugna congressi post ingẽtẽ cędẽ vtrinq; editã victo-
ria Scotos est sequuta, Pictorũ exercitu partim cęso, partim longin-
qua fuga seruato. Desideratus in ea pugna Arthurnus Aidani filius
natu maximus, a patre exercitui pręfectus maiori lõge mœrore Sco-
tos q̃ victoria affecit lętitia. Diuus Colũba fama horum permotus, 55
accedens ad regẽ Aidanũ, acriter eũ est obiurgatus ꝙ diuinorũ mã-
datorũ ipsum cepisset obliuio & ꝙ nulla pœne causa vel saltẽ facile
expiabili bellũ tã cruentũ in sociã mouisset gentẽ: & quia tot inson-
tes eius culpa periissent, totq; fortunis spoliati in extremam redacti
essent inopiã: futurũ prędicẽs nisi ocyus iniuria reparetur, vt rex to- 60
ta cũ domo grauẽ iacturã numinis pateretur vindicta. Aidanus Co-
lnmbę verbis exterritus nec locum excusationi intelligens, obsecrat
virũ sanctissimũ, doceret quo id scelus expiandũ esset piaculo: abeũ-
tẽq; dei virũ irato similẽ rex supplex remorari aggressus, rogare ob-
secrareq; ne se quem deo authore regno admouerat, consilii inopem, 65
malorũq; expectatione cõfusum, destitueret: fateri se peccasse, sed sce-
leris vehemẽter pœnitere asseuerãs inter suspiria se quodlibet expia-
tionis genus libentius subiturũ. Ad tantas tãq; pias Aidani lachry-
mas Columba orta animi cõmiseratione, ingẽti cũ fletu passus est se
exorari. Profectusq; ad Pictorũ regem re cũ eo cõmunicata, q̃ temere 70
illud bellũ fuisset incœptũ, quãta continuatũ iactura docens, animũ
piis suasionibus flexit ad pacẽ. Cõpluribus legationib9 vltro citroq;
postea functus, pacisq; factus arbiter litem cõposuit, dissidiisq; sopi-
tis gentẽ in veterẽ societatẽ atq; cõsensum redegit. Inde Scotorum
Pictorũq; res ita in Albione pacatas relinquẽs in Hebrides ad solitã 75
sedẽ vt dei famulos sacris monitis & exemplis doceret, traiecit, Vbi
breui senio grauatus ægritudinẽ exundante pituita contraxit, quę ei
ad vitę finẽ permansit. Interea Saxones Britãnos in Gualiam pulsos
iniuriis indies maioribus afficiẽtes ne illis esset in pristinas sedes re-
deundi locus quos eorũ agros in Albione vi & armis obtinebant, in 80

1 septem partes ductos, Septem Saxonum regna, vt author est Beda, constituũt. Northumbriæ: erat ea regio, regnum Pictis tum proximũ factum præfuit Edelfredus homo in Britannicum genus infensissimo odio, auaritia singulari protendendiq; regni cupidissimus. Is
5 Brudeo Pictorum regi suasit Scotos denuo bello adoriretur causatus iniuriam priori bello acceptam Scotorum armis haud digne reparatam. Polliceturq; se ad bellum conficiendum auxiliarem & ꝙ veteri ex gente Agathirsica (vnde & Pictis origo) oriundus esset & ꝙ Scotos Saxonũ gẽti semper sensisset infestos. Id bellum suasit Edel-
10 fredus nulla charitate ductus in Pictos sed eorũ regni vbi vires fractæ essent per vim occupandi consilio. Brudeus primũ Edelfredi postulata auersabatur, sed primatum nonnullorum suasionibus confictas causas afferentium quos largitionibus corruperat Edelfredus, victus bellum in sociam gentẽ suscepit. Denunciandi vero belli præ-
15 textus fuit: ꝙ diceret ablatas res minime ex fœdere restitutas ac Pictos qui Scotis proxime incolebant fœdo Scotorum latrocinio quotidie infestari. Sensit Aidanus rex & Saxonum dolum, & Pictorum perfidiam: quibus vt parem viribus se præstaret, cum Britannis fœdus iunxit: ea lege si Picti & Saxones primũ in Britannorum agros
20 irrumperent, Scoti in Britãniam ad cõmilitium venirẽt. Sin priores ducerent in Scotorum agros, Britãni illico Scotis ad propulsandã iniuriam auxilio afforent. Saxones fœderis & eius conditionum certiores facti, vt Scotos extra suos fines tractos temporis productione cõmeatus affligerent inopia: coniunctis secum Pictis: hostiliter Bri-
25 tannicum agrum sunt ingressi. Aidanus illico ex fœdere affuit cum exercitu Britannis subsidio. Hũc regem venerabilis Beda, vbi huius meminit belli, Aidanidem vocat. Prælium Edelfredus ac Brudeus aliquot dies detrectare, & ampliores opperientes copias, & Scotorum exercitus (nam tũ a suis sedibus longe aberant) vigiliis atq; inedia
30 fatigandi gratia. Sub diem qui pugnæ tandẽ est dictus, affuit Cenlinus Vestsaxonũ rex, alia cũ militum manu, priori longe ampliore. Scoti ac Britanni pauentes, ad horũ aspectũ iam congredi horrebãt. Verum vbi nullam spem nisi in dextris habẽdã perspicerẽt. Cenlinũ prius ꝗ Edelfredi copiis iũgeretur, pugna sunt adorti. Cæsoq; primo
35 congressu Cutha Cenlini filio, disiectisq; signis & ingenti Saxonum cruore effuso in fugã hostes cõpellunt. Aidanus victorẽ militem fugientes persequendi cupidũ haud passus e loco pugnæ excedere, vt quid Edelfredus moliretur experiri posset, æneatoris cantu reuocat ad signa. Auditæ tũ voces in victore exercitu multã præ se ferẽtes ala-
40 critatem. Militũq; applausus cũ ingẽtis lætitiæ signis factus, choreis

tripudiis, cantilenis, muſicis inſtrumẽtis quorũ tum erat vſus ſuaue
ſonãtibus. At conſpectis rurſum hoſtibus cũ expeditis copiis moué
tibus ad pręliũ, quibus Cenliani recenter victi fugatiq;, receptis ani-
mis ſenſim iũgebãtur, cũctis repẽte ſilentiũ incuſſum. Neq; de parta
victoria nec vt ingruẽtes denuo hoſtes fortiter repellerẽt in exercitu 45
verbũ vllũ. Aidanus ſilentiũ illud nõ irarũ molẽ meditãtiũ, ſed deie-
ctorũ animorũ eſſe indiciũ ratus, militũ humeris elatus, quo a cũctis
facilius proſpiceretur. Vbi (inquit) cõmilitones Martius ille vigor?
vbi veſter inuictus animus? ſolita ne alacritate defungimini ante cõ-
ſertas manus? ſolo ne hoſtis proſpectu deuicti eſtis, qui nuper copio- 50
ſiorẽ lõge exercitũ fudiſtis? Abſit a vobis vt deficiẽtes, tãtũ exercitũ
prodideritis hoſti. Abſit vt hoſtis veſtra aliquando culpa glorietur,
perpetuã ſine ſanguine de vobis ſe adeptũ victoriã. Quin ad vos pri-
ſtinãq; alacritatẽ reuerſi, piam vobis, hoſtibus impiam pugnãdi cau-
ſam dignoſcite. Perfidũ Edelfredũ, concitatorẽ belli, facemq; eſſe. In 55
eum vlciſcimini iniuriam. In eũ procellam hanc & belli contorquete
molem, a quo tẽpeſtas exorta: laboris pręmia quęcũq; vobis pollice
ri poſſim, victoria (quę iã veſtris eſt in manibus) parta, haud dubie
recepturi. Aggredientiũ hoſtiũ impetus, dicẽdi erat finis. Saxones in
fronte inſtructi, egregie initio pugnantes, aduerſam aciẽ ſenſim pe- 60
dem referre cogebant. Nec defuit Edelfredus ſuos hortatus, ad ho-
ſtem quem toties ante vicerant ſolita feriendum alacritate. Brudeus
dextrũ cornu ex Pictis conflatum, egregiiq; eiuſdẽ gentis duces, ſini
ſtrum promouentes, dira cęde noſtros affecere. Mox Britannos (hi
mediam tenebant aciem) afflictos noſtri conſpicati, & ipſi fugam 65
occupant. Cæſi ſunt eo congreſſu ex Scotis, Brẽnius Monæ inſulæ
pręfectus, Dongarrus tertius Aidani filius, dũ patrem in vltimo cõ-
ſtitutum periculo ſe pro eo trucidandum obiiciens pio officio eripe-
ret: pręliaribus confoſſus cũ nõ modica iuuẽtutis parte quę Aidano
proxime depugnaret. Ipſum Aidanum periculo filii opera ereptum, 70
pernici equo a pugnæ loco auectum, fuga ſeruauit. Ex Saxoni-
bus Theobaldus, Edelfredi germanus. Cutha Cenlini Veſtſaxonum
regis filius numeroſa cum militũ multitudine, Edelfredus rex altero
oculorum priuatus. Brudeus accepto in femore vulnere ex acie auli-
corum opera delatus, multis ex Pictis pereundi fuit in cauſa. Parta- 75
hac victoria ad Deglaſtonem (loco nomen eſt in Britannia, vbi
tum eſt conflictatum) Edelfredus haud contentus, delectu Saxo-
num facto cum Brudeo atq; Pictorum copiis, æſtate quæ proxima
eſt inſequuta in Gallouidiam mouit eius cum vicinis agris depopu-
landæ cauſa, vt vel eas regiones in ſuam redigeret poteſtatem, vel in 80

1 supremum duceret exitium. Aidanus cognito, quid in animo Saxo Pictusq; haberent: & quid cepissent consilii, in Galloudiã cũ copiis accitis per fęciales Britãnis, ex fœdere ad commilitiũ magno itinere cõtendit. Is primo aduentu, hostem effuse vagantẽ, intentũq; prædę,
5 nõnullis cęsis, in castra redire compulit. Eadẽq; insequuta nocte pręgressus Britannorum turmis (ii sub id tempus venerant in Annandię vallem) postea est adiunctus. Pictorum Saxonũq; duces, locum sua opinione adepti hostilibus copiis delendis idoneum, Annandię fauces occupant. Restabat iter vnũ exercitui, e valle proficiscen-
10 di, per infirmã arenam & amnem raris locis vadosum. Scoti ac Britanni sentientes se ita valle inclusos, castra erectis turribus propugnatoribus ac stationibus veluti illic permansuri q̃ citissime firmãt. Ipse Aidanus custodias vigiliasq; circumeundo, laborisq; patientia & vigilantia cum militibus contendens, exemplo magis & pudo-
15 re q̃ voce, quos sub signis habuit ad virtutem decusq; acuebat. Et cũ hostis minime suspicaretur, sub noctem ignibus in castris structis, & amne diuersis vadis superato, citato gradu per arenas, locorum gnaris quibusdam ducibus, in Cumbriam, inde in Northumbriã simul omnes abiere: vbi ferro & igne fœde omnia vastarũt. Horum nũcii
20 Edelfredum Brudeumq;, in Northumbriam ad hostium conatus cõpescendos vocarunt, nulla data militi quiete nec noctu nec interdiu, donec in Scotorum Britonũq; venissent prospectum. Postridie, milite vtrinq; pręlium poscente, sublato vndiq; clamore, concinentibus tubis, cruento Marte est congressũ. Multis Saxonũ sua sibi audacia
25 necẽ attulit: ꝗ nullis armorũ generibus cedẽtes in cõfertissimas hostiũ turmas se temere ingererẽt: & nimio mortis cõtẽptu, sautiis cadẽtibusq; semꝑ succederent recẽtes, mitterẽturq; subsidia a ducibus cuiq; parti exercitus, vt maxime laborabat. Pugnatum ita aliquantisper fortuna neutro inclinante. Præter Aidanũ, quatuor erant exer-
30 citus duces, Constantius & Alencrinus, vterq; Britannus. Callanus & Mordocus, Scotici sanguinis viri. Hi diuisis inter se partibus, timiditatem suorum increpantes, ignauiam vehementer exprobrabãt ꝗ hostibus suapte culpa pereũtibus, victoriã iã tũ in manibus ipsoꝝ hęrentẽ ocyus nõ amplexarentur. Rogitantes subinde expectarẽt ne
35 donec victoria ad hostes inclinet, ipsi turpem fugam subeant, atq; in ea per cędem cruentã, æternũ expectent dedecus, & tã clari regni excidiũ. Scoti itaq; & Britones ad ducum verba furentes, velut iniecta rabie certatim extrema subeuntes pericula, Saxones & Pictos solutis ordinibus in fugam vertunt. Cędit fugientiũ terga Scotus mi-
40 les: tãto odio vt pœne maioꝝ in fuga cędes q̃ in acie edita sit. Diuus

Columba vti nostrarum rerũ scriptores memoriæ dederunt, prius q̃
hoc pręliũ hostiles acies inirent, rem oẽm diuinitus intelligens, cum
piorũ cœtu cui pręerat in sacro Columcęli aditu (sic cœnobiũ suũ
in Iona insula vocitabat) pro Aidani regis Scotorũq; salute cęli nu
men religiose est deprecatus. Nec vlli postea dubium fuit, quin tanti 45
viri piis orationibus, Aidano regi eiusq; militibus animi sint atq; vi-
res additę. Id magis liquide constabat ex eo, ꝗ quo momento Saxo-
nes in fugã fuerãt dilapsi, senex diuino plenus spiritu, gaudioq; ꝓfu-
sus, Aidanũ victorẽ, hostes deuictos, fratribus corã plane fuerit vati
cinatus: & ob id deo immensas habere gratias cũctis imperauerit. 50
Cæterũ Aidanus secũdũ fœlicem pugnã, ad signa cantu receptui edi
to coeuntibus, vehementer gratulatus est, ꝗ strenue adeo egissent in
acie, nec hostiũ multitudine, nec bellico apparatu, etsi procul essent
patria territi: pręmiũq; tanta pro virtute non quale meruissent, sed
quale ipse erogare poterat, postq̃ venerant domũ, liberali est vultu 55
pollicitus. Vis ingẽs mortaliũ in hoc cõflictu cęsa dicitur. Cenlinus
Vestsaxonũ rex cũ Cialino ac Quhittellino pręstantissimis Saxoni-
cę gentis ducibus cęsus, cladem reddidit funestiorẽ. Postridie victo-
re exercitu, opulenta pręda potito, quãtũ Scotis in Gallouidia & ei
vicinis regionibus hostiũ iniuria surripuerat, regis imperio est resti- 60
tutum. Quod erat reliquũ decima pars preciosa cũ supellectili ad or
natũ templorũ datũ sacerdotibus. Cętera militibus cessere. Saxonũ
atq; Pictorũ vexilla opimis cũ donis rex Aidanus in Ionam ad diuũ
Columbã misit, ibidem perpetuo obseruanda: vt insignis victorię po
steris forent indicia. Anno qui hũc est sequutus Columba omni vita 65
deo dilectus hominibusq;, senio iuxta atq; morbo confectus, in Iona
insula in discipulorum amplexibus, quos piis institutis formauerat,
quasi quietẽ arripiens, vt nostri tradunt annales, fato est absumptus.
Beda Columbam in Heu insula vita functũ asseuerat. Hibernicarũ
rerum scriptores in Duno oppido Hybernię, ibiq; magna veneratio 70
ne eius extare monumentum. Huiusmodi suprascriptione insigne.

Hi tres in Duno tumulo tumulantur in vno:
Brigida Patricius, atq; Columba pius.

Nec diu post Aidanus rex superstes fuit. Audito enim diui Colũbæ
trãsitu, mœrore magis q̃ morbo correptus, breui est extinctus: postq̃ 75
septem supra viginti regnasset annos. Peruenit eius principatus in
Mauricii Romani principis imperiũ, & in annũ Christi omniũ regis
sexcẽtesimũ & sextũ. Viuẽte Aidano vt supplicationes publicę quas
vulgus maiorẽ letaniã vocat, ad pestilẽtiã Tyberis inũdatione ortã
Romę extinguẽdã, quũ longo tẽpore ea Romani defungi non pos- 80

sent, Gregorio magno postea summo pontifice authore, quotannis diui Marci euangelistę festo fierent,est institutũ:quando a tota vrbe diuersis tamen ordinibus,ad diuinam misericordiam implorãdam, pie supplicaretur.Quem morem cęterę per orbẽ Christianę pietatis ecclesię sequutę,eũdem diem singulos in annos festum agentes,sanctis supplicationibus,ac parsimonię, simul cum toto populo pie dat operã.Sũtq; tẽpore nõ multum ab hoc diuerso a Gregorio tum põtifice maximo, viri insigni pietate, & in his Augustinus & Mellitus missi in Albionẽ, vt Anglorũ gentẽ verã ad eã vsq; diem maiori ex parte pietatẽ auersatã,Christi dogmate rite instituerẽt: quorũ pdicatione & hortatu,Hetelbertus Saxonibus qui Cantiũ tenebãt imperitans,tota cũ gente orthodoxam fidẽ suscipiẽs, sacro lauacro immersus est.Aspernabãtur vt plurimũ Saxones(Angli tum & exinde vocitati) Britonũ sacerdotũ tũ Gualiam incolentiũ doctrinã: tametsi veram profiterentur inuisę gentis magis q̃ disciplinę, de qua multa atq; pręclara frequentius audiuerãt,odio permoti.Horum exemplũ Angli in Albione ad meridiem & orientẽ sedes tenentes sequuti,detestati impietatẽ,baptisma Christiano ritu alacres susceperunt.Edelfredus horum nuncio percitus,minatus est adhibito iuramento, australibus Anglis,q patrum desertis institutis,deorum violassent religionem,perinde atq; Britonibus & Scotis se deinceps hostem futurum.Vixere ea tẽpestate his qui dicti sunt viris sanctis,ferme coętanei:diuus Valdredus Scotus genere Pictorũ doctor: qui vbi Pictos recta fide pio instituisset sudore, in Bassa(Arcis est nomen in Laudonia loci natura omniũ munitissimę,scopulo altissimo amplius duobus passuũ milibus a continenti, vndiq; mari cincto sitę) vita defungitur.Quũq; trium parochiarum viri Aldhamę,Tynnigamę,& Preston,pro efferendo funere decertarent:omnibus vt tam sancto pignore honestarentur contendentibus, spectaretq; res prope ad iniuriam:Placuit omniũ consensu,sequentem noctem,piis assistentes precationibus sacras agere vigilias. Postridie quod loci pontifex(is tũ forte illuc vt sacrę supplicationi adesset venerat) in re faciundũ diceret absq; lite exequerentur.Exacta nocte,tres capuli tribus cũ corporibus,vestimentis sacris decenter ornati, nullo inter se magnitudine aut colore aut alio quouis discrimine,a sacerdotibus sub dubiã lucẽ inuenti,iubente episcopo,piis ac lętis populi acclamationibus, ad tria vicina templa sunt delati. Vbi idem funus diuina opera tribus in locis,celebri pompa,honestisq; sarcophagis conditum hoc nostro æuo a religioso populo piis votis honoratur. Drostanus regis Aidani auunculus postergatis mundi illecebris monastico conten-

tus instituto multa sanctitate insignis. Et Côuallus diui Kentigerni discipulus, cuius reliquię celebri monumento in Inchénen haud procul a Glasguensi ciuitate a Christiano populo hactenus ĩ magna habẽtur veneratione. Affuit is Aidani regis funeri dum a Kylsthorain in Cantio funebri pompa efferretur in insulam Ionam. Affuit & nõ 45 multo post populi comitiis in Argadiã indictis, patribus authoribꝰ regis noui in demortui locum eligendi causa: vbi Kennethus Keyr, Conualli olim regis filius, in Aidani locum, cunctis suffragantibus, veteri regis substituendi instituto rex est suffectus. Qui ꝙ haud diu in administratione vixit (quarto etenim mense postq̃ regium diade- 50 ma adeptus fuerat, Catarrhi in Tracheam arteriam defluxu subitaria morte est extinctus: nec qualis in publico regimine futurus erat ostendere, nec quicq̃ rege dignũ potuit prestare. Paulum anteq̃ mortem obiret, Engenio Aidani filio primoribus suffragantibus regnũ per manus tradidit. Ferunt hunc Eugeniũ (Brudum alii vocant) a 55 sanctissimo viro Columba patri roganti quis liberorum secũdum se Scoticarum rerum potiretur, cæteris fratribus, quos prodẽte numine, bello cędendos agnouerat, posthabitis, qui Scotis imperitaret diuinitus ostensum. Suffectus itaqꝫ Eugenius, quartus qui in Scotoꝝ principum serie id nomen tulit, in regem, diui Columbæ dogmatis 60 vt in primæua adolescẽtia erat imbutus, haud immemor magis sua pie tueri, q̃ inuadere aliena studuit. Fuit eius principatus Christi sacerdotibus, plębeis, agrestibus. & nobilibus ęquitatis cultoribus, ad modum acceptus, grassatoribus, & iis qui vitam alienis sustentare consueuerant laboribus, ingratus. Quos ociosos comperit diligenti 65 magistratuũ indagine, mimos, histriones, bardos, parasitos, & similis generis homines coegit aut patria excedere, aut manuaria arte victũ quęrere. Furtum in primis habuit flagitiis. Id delictum pœna longe acriori q̃ rapinã aut homicidiũ prosequutus. Nullum æque atqꝫ nobilem grassantẽ aut cuiq̃ iniuriũ supplicio castigauit. Neqꝫ quẽpiã 70 studioso nobili: maiori affecit honore. Quo tandem regimine probis omnibꝰ acceptus gratusqꝫ, improbis admodũ terribilis est effectus. Pictis Saxonibusqꝫ Northumbris parum amicus fuit: ꝙ hi in Saxonica perseuerarent impietate. Illi Ethnicorum essent fautores. Verũ pactis induciis, ita cũ vtraqꝫ vixit gente, vt neutra partiũ alterã, ex in 75 de aliqua affecerit iniuria. Decimo prope Eugenii magistratus anno Cinegellus Vestsaxonũ rex, & Edelfredus rex Northumbrorũ, Pictorum auxiliis adiuti, Caduallonem Britonũ regem, bello victum in Scotiam pepulere: qui haud diu ibi moratus in Britanniã Armoricã traiecit. Adiutus nõ multo post tẽpore a Cadoallo loci rege, in Gua- 80

liam trāsmisit, deuictisq; hostibus & multis Saxonū milibus interēptis in regnū est restitutus. Sub id tempus Redualdus & Ethelbrethus, orientaliū vnus, alter meridionaliū Anglorū reges, vt iniuriæ quā Merchioꝝ (quibuscū fœdere erant iuncti) genti, impia Edelfredi perfidia intulerat se prębe rēt vindices (Nam paulo ante Edelfredus Merchios Saxones (Tenuere hi sedes Northumbris ad meridiē proximas) q; Christi religionē fuerāt amplexi dispēdio ingēti afflixerat) arma in Northūbros induere. In campestri loco Humbro adiacēti haud procul a Vintringamo atrociter est dimicatū. Victus Edelfredus maiori exercit⁹ parte amissa in media acie est interēptus, ferunt eū quū telo confossus ac in terram deiectus lapidi illideretur: dixisse: Deorum religionis protector, Christianiq; nomini hostis, vt vixi morior, talibusq; blasphemię verbis, infœlicem animam æternis cruciatibus reddidisse. In eius locum Redualdus & Ethelbretus Anglorum reges tum Christianissimi, Edvvinū Christianę pietatis cultorem suffecere. Dum hæc fierent septem Edelfredi filii Eufredus, Osualdus, Oslaus, Osuinus, Ossas, Osiurdus & Olsicus, Pictorū detestati perfidiam, q patri Edelfredo vltimis vrgentibus periculis auxilio ex fœdere esse noluissent: & Edvvini timentes insidias, ad Eugeniū regem confugere. Ebba vnica Edelfredi filia capta, raptorem diuina euadens ope, Scapha arrepta, per Humbrum in mare absq; humana ope deuecta est: ac tandem in Forthęę ostiis ad promōtorium qđ ab ea Ebbę nomen ad nos tulit in terram exposita, sacro ab antistite loci, accepto velo inter sanctimoniales ibidem degentes est numerata. Mater tandem ac antistita sanctarum virginum effecta, sese virtutum exemplar cūctis imitādum pręstans, probatis moribus ac sancto viuēdi instituto, ad vitę exitū fœliciter perseuerauit. Edelfredi autem vti dictum est filii ad se confugientes Eugenius, omni destitutos auxilio, etsi eoꝝ pater plurima Scotis incōmoda intulisset, hospitaliter receptos, apud se honore (vti regios decuit liberos) retinuit. Qui breui pontificum ac monachorum piis cōcionibus (his etenim id temporis antistites operā adhibebāt) adolescentes Ethnicam detestati impietatē, sacro baptismati vltro sunt admoti. Restituit Eugenius sacras ædes, quas in Gallouidia & vicinis regionibus, impia Saxonū feritas fuerat demolita. Restituit & arces fortibus pręsidiis ad omnem inde euentum munitas. Defungitur inde post longam quietem vita, egregiis operibus clarus, in Gallouidia: quintodecimo anno posteaq Scotoꝝ regnū ei fuisset delatum. Fuit idē annus Christo seruatori vicesimus supra sexies centesimū. Conditū est eius funus in Iona inter sacra maiorū monumēta. Tempore non multum ab hoc

diuerso Bonifacius Queritinus, venerabilis antistes, cũ piorũ cœtu
veniens ex Italia,, nauigio in Taum æstuarium delatus, ad exigui flu
minis ostia qđ Gouream regionem nunc secat ab Angusia, primum
in terram descendit. Hunc quidam asseuerãt in demortui Gregorii
magni pontificis Romani locum suffectum, breui cessisse pontifica- 45
tu: atq; ad Scotos populum vltimo orbis recessu constitutum, sacro
dogmate confirmandos, traiecisse in Albionem. Inter pontifices ta-
men maximos ab Romanis scriptoribus qui eorum acta in vita, exi-
tũq; scribunt non numeratũ, ꝙ citius sacratissimo se magistratu vl-
tro abdicarit, q̃ vt quicq̃ ad posteros referendũ, dum Petri teneret se 50
dem, prestare potuerit. Sed quisquis is fuerit, siue Bonifacius tertius
Sauiniani successor, qui vix nouem menses Romanum gessit ponti-
ficatum, vt quidam opinantur, siue ab hoc pontifice missus legatus,
& ob id rudi populo papa creditus, insigni vir pietate & in literis sa
cris apprime eruditus, multis indiciis ad nostra secula est delatus. 55
Quo loco etenim in terram descẽdit templũ diuo Petro Christi apo-
stolo sacrãdũ a fundamentis iecit. Inde profectus, concionabũdus, ad
Tellein vicum, tribus passuum millibus ab Alecto, alterum templũ
eiusdem apostoli nomini dicatũ condidit: tertiũ ad Restẽnotũ nunc
canonicorum diui Augustini cœnobium. Illic aliquot annos mora- 60
tus, ad se confluentem populum, posteaq̃ salubri doctrina frequen-
tissimis concionibus confirmasset: Angusię reliquũ Meruiam, Mar-
ream, Buthquhaniam, Bogeuallem, & Morauiam, Christi dogmate
gentes erudiens, penetrauit: haud paucis templis, variis in earum re-
gionũ locis, in Petri apostoli honorẽ cõditis sacratisq;. Tãdem vero 65
deuenit & in Rossiam, vbi ad vitę exitũ moratus, multis & piis sudo
ribus ꝓ verę pietatis cultu impẽsis, sanctitate & eruditione insignis.
fœlicẽ animã cęlo reddens, corpus apud Rosmarkẽ sepeliendũ reli-
quit. Adiũctus est viro sanctissimo Scotorũ agrũ penetranti diuus
Molocus, egregius antistes, ætate tum grauis: qui sacram doctrinã 70
primęua adolescentia a Brandano venerabili abbate acceptã sequu-
tus, plerosq; in Argadia atq; Marrea i quibus regionibus frequẽtius
est diuersatus, proprię salutis, mortalium vitia acrius carpendo, fecit
admonitos: factusq; itineris socius Bonifacio, multo cum piorũ nu-
mero, in Rossiam migrauit. Ibidẽq; nonagesimo & quarto anno vi- 75
tæ diem obiit: in eodẽ templo cũ Bonifacio sepultus. Argadi (nam
& hi eundem honorem illi exhibent) asseuerant constanter apud se
Moloci reliqas esse, in Lismorensi basilica, illius nomini dicata, olim
terra conditas. Sed siue hic siue illic sepultus sit, vbiq; per Scotorum
regiones, a pio populo ingenti habetur veneratione. Eodem Eugenio 80

1 regnante Guillermus & Columbanus, veteri Scotorum stemmate insignes, verę religioni deuoti in Gallia multa habiti sunt veneratione. Sub idem prope tempus Bonifacius quartus (egit is tum summum pontificatum) Phocæ Cæsaris permissu Pantheon, vetustum
5 Marci Agrippę opus, deiparę virgini diuisq; omnibus dedicauit: sanciens excluso malorum dęmonum cultu, quorum illic simulachra in multo fuerunt numero, expiatoq; loco, kalendis nouēbribus, quotannis in ea æde Christo domino, eius genitrici, ac superis omnibus religioso apparatu sacra fierent solennia. ¶ Eugenio in regnum Scoto
10 rum successit filius eius Ferquhardus. Tres enim Eugenio fuere liberi virilis sexus, Ferquhardus, Fiacrius, & Doneualdus. Hi a patre sanctissimo episcopo Sodorensi Cōnano, moribus ac literis instituēdi traditi, haud vndequaq; pręceptoris monitis obtemperarunt. Ferquhardus ac Doneualdus, præsulem & docentem literas & recta
15 monentem libentes quidem audiere: verum regio tumentes stemmate, tanta animi decoramenta veluti parum profutura regnantibus, haud ex animo sunt complexi. Fiacrius pontificem saluberrimū & continentiæ & parsimoniæ exemplar, studio imitatus, consiliū concepit omnis humani fastigii dimittendi: concedendiq; aliquo,
20 vbi procul ab hominū frequentia, secum gereret bellum: taliq; sancto conflictu, Christo perpetuo militaret. Ergo humili assumpta veste, quo minus cognosceretur, a patria clam profectus, vbi in Galliā deuenit solitarium quęrens locum, a sancto Pharone Meldensium tum episcopo, agello in quo nūc religiose colitur est donatus. Con
25 stans ea in regione est fama, nefas esse fœminam sanctissimi viri sacellum ingredi. Et quæ id aliquando attentauerint, aut oculis priuatas, aut actas in amētiam. Ferquhardo (quem nuper diximus regno secūdum patrem potitum), regnante, nullis externis bellis vrgentibus, intestinis inter Scotos seditionibus non sine multorum iactura
30 est laboratum. Quibus extinguendis rex omni scelerum genere inuolutus, persuasum habens continuatis factionibus nullam in se rebellionem suscitatum iri, vltro negligentem se præbuit. Mox Scotorum regionibus cędibus ac depopulationibus ita exundantibus, vt nullus locus ab inimici iniuria cuiq; esset tutus, Idq; facinorosi re
35 gis incuria euenisse non esset qui non attestaretur: exitiale omnium in eū odiū est concitatū. Eoq; tādē res processit, vt Ferquhardus nec deū veritus, nec publicę curator salutis, cūctosq; timēs, a nullo suorū timeretur. Aspernati primores gētis illaudabilē adeo publici regiminis formā, pacis arbitris dictis, oēm litē inter factiones reparatis in
40 iuriis rege composuerūt incōsulto. Erat id tēporis multorū sententia,

Ferquhardum flagitiis,pudore ſublato,totũ addictũ, in Pelagii de-
lirium,qđ antea Scotorum regi acciderat nulli abiturum. Auxit ru-
morem populi,regis Ferquhardi cum Britãnicis ſacerdotibus,quos
peſtis ea infectos per longa tenuerat tempora diutina & continuata
conſuetudo. Notatus eſt aliquando riſiſſe paruulorũ baptiſma: pec- 45
catorũq; ad ſacerdotis aurem confeſſionem . Scotorũ maiores horũ
fama impulſi,Ferquhardũ ad concionẽ per fęcialem vocant: vt an ve
ra eſſent an falſa dignoſcerent:quę vulgo ferebantur . Renuentẽ ad
fęcialis vocẽ venire aggreſſi vi expugnata munitione qua ſe tũ ille
continebat capiũt & in vincula coniiciunt adhibitis cuſtodibus,qui 50
cũctorũ mortaliũ ad eũ acceſſum prohiberẽt. Facto inde conſeſſu de
regno adminiſtrando,de Ferquhardo,an regno abdicandus eſſet,an
publica perpetuo aſſeruãdus cuſtodia,varie poſtq̃ erat cõſultatũ:itũ
eſt omniũ ſuffragiis in hanc ſentẽtiã, vt legati mitterẽtur in Galliã,
qui Fiacriũ ad paternũ regnũ occupandũ in patriã reuocarent . Id ſi 55
nullis ſuaſionib9 obtinere ab eo poſſent:ꝙ monaſtica vita forte plus
æquo delectatus humanũ omne aſpernaretur faſtigiũ:Clotariũ regẽ
qui tũc Francis imperabat,adirẽt: peterẽtq; vt eius authoritate Fia-
crius regni hęres, in patriam ſummi adminiſtratoris defectu multis
fluctuãtẽ incõmodis,remitteretur. Nouerãt eñ fama referẽte q̃ deo 60
charus eſſet Clotharius,q̃ ſacerdotũ venerator, q̃ diligens ęquitatis
ac religionis cultor:q̃q; regibus reſpublicas rite adminiſtrãtib9 ami
cus. Legati imperia exequẽtes,in Meldenſem agrũ poſt lõga itinera
deueniũt,vbi Fiacrius deo ſeruiebat. Facti igitur certiores,ad ſanctiſ
ſimũ virũ,loci incolarũ opa,ꝙ aſpectu venerãdi viderẽtur:ocyus ſũt 65
adducti. Fiacrius nũciorũ aduẽtus ꝑ quietẽ ſupne admonitus,numẽ
cęleſte piis lachrymis obſecrauit , ne deliciis ad quas per ſolitariam
vitam dei benignitas ipſum admiſerat, quoquo modo fruſtraretur.
Exaudiuit omnipotẽs depcãtẽ,effecitq; vt aduẽtãtib9 legatis, lepra
infecto ſimillimus hominũ aſpectui appareret. Nũcii itaq; ad Fiacriũ 70
veniẽtes,cõſpectũ virũ fœdiſſimo morbi genere,vt apparebat,labo-
rãtẽ,frigide rogarũt,cuperet ne redire ĩ patriã:vbi natiui alimẽti fre
quẽtia,poti9 q̃ pegrino,opitulãte natura, cõtractã tabẽ fortaſſis tã-
dẽ euaderet:ſe a Scotorũ primoribus ad hoc miſſos,vt ipſi obtẽperã
tes in iis q̃ cuperet ad oĩa affluẽter miniſtrarẽt impẽſas . Ad ea Fia- 75
crius,magiſtratũ oẽm nõ aliter q̃ tetrã peſtẽ auerſatus,Cernitis(in-
quit)opinor vt vltro in priuatã abiẽs vitã,ſolitarius agere potius q̃
hominũ frequẽtia delegerim:tametſi plaga quã in me cernitis, vitæ
poti9 emẽdatio atq; ad humilitatẽ ĩcitamẽtũ videt̃ ęſtimãda,q̃ aliqs
naturæ error . Satis mihi eſſe cognoſcite,cellam,veſtem, holera,his 80

manibus pręparata.His enim cōtētus nihil est humani fastigii,vtut res meę sese habent,quod prę illis cōcupiscerem.Ite ergo & germanis,nostręq; gētis maioribus renūciate vt deum in primis reuerētes, religionis obseruationi incūbant:rectūq; colentes,virtute se muniāt & pietate:quas nulla hostium vis vnq̄ expugnabit. Me impensis vti cernitis non indigere:eoq; dei benignitate deuenisse:vt meo viuendi generi,priuata vita magis q̄ publica deinceps cōuenerit.Erat Fiacrio soror,virgo sanctissima,nomine Syra: quæ audita fratris sanctitate ad eum in Meldensi agro anachoreticam vitam agētem cum maiusculo sanctarum virginū comitatu se recepit:quæ ab eo cum sodalibus in sancto proposito confirmata ad Gallicanam Campaniam se contulit,vbi per vitæ sanctitatem:& clara sanctitatis signa, insignē sui reliquit memoriam . Reuersi autē supra dicti legati in Scotiam, quo in statu Fiacrium inuenerant, q̄ tetro laborantem morbo,aspectuiq; humano fœdum vbi in publica patrum cōcione narrauissent; consilium sumpsere primores, regni administrandi per quatuor eximię virtutis viros, quos ea ætas custodes vocitabat , donec in re arduissima exactius consultaretur.Interea Ferquhardus multis variisq; vexatus morbis detentus publica in custodia,ne tantis calamitatib9 diutius superesset in cōtumeliam,mortem sibi intulit: vt qui seditionibus ciuiūq; cędibus viuens,impie fuisset delectatus:sibiipsi in vitæ exitu non parceret.Incidit Ferquhardi mors in Christi seruatoris annū sexcentesimū & secūdū supra tricesimū:qui fuit eius regni tertius decimus.Secūdum infœlicem Ferquhardi exitum, comitia regis eligēdi vniuersæ Scotorum genti maiorū authoritate in Argadiā sunt indicta:vbi condicto ad id die,Doneualdus tertius Eugenii regis filius e Mona insula cū Conano pōtifice accitus,populi suffragiis,authoribus patribus rex est salutatus.Doneualdus adepto regno in patrios mores se ttāsformās,quę religiosa aut vrbana Ferquhardi ignauia labectasset:in pristinū decus restituit. Per id populo regni initio charissimus effectus.Interim Caduallo Britonū rex, ac Penda Marchiis Anglis tū imperitās,inita societate, cōmilitiū i Edvvinū Northūbrorū regē facientes,eū vita siml & regno priuarūt. Debacchati inde nō sine ingēte incolarū clade,per Northūbriā,Deerā,ac Pictorū agros,magnā partē eorū, Brudeo vi & armis ademerunt. Quūq; tantam vim Picti ferre nequiuissent,frustra a Doneualdo Scoto auxiliū petentes(ob veterē enim eorū perfidiā abnegauit ipsos) iniuriā ægris animis pati sunt coacti.Audiens Doneualdus Edvvini interitum, Caduallonē amicū regē per legatos interpellat vt Eufredū Edelfredi regis quē impius,Edvvinus regno spoliauerat, filiū in pa-

ternũ regnũ admitteret: quo haud grauate obtento, Eufredus fratri-
bus in Scotia relictis, profectus in Northũbriã, Caduall one ac Pen
da authoribus Beruiciorum regno est admotus. Diuiserant enim illi
sub idẽ tempus Northumbriam in duo regna, quorũ alteri Beruico
indiderũt vocabulũ: cui Eufredũ, vt iam dixi, alteri vero Osricũ virũ 45
nefarium & dissimulato ingenio pręfecerũt reges. Sequuta aũt (sed
aliquot post annos) est illorũ affinitas. Osrici enim filia Eufredo da
ta matrimonio: effecit vt inter se in summũ nefas consentientes & a
vera pietate (quã sanctissimis episcopis Conano & Paulino autho-
ribus paulo ante fuerãt amplexi) alienati, & Beruiciam & Deeram 50
pulsis Christi sacerdotibus, gẽtilibus repleuerint institutis. Serpsit
pestis in viciniã permultos ex Pictis inficiens. Sed hi sacris pontifici-
bus proditi, suę a veritate discessionis dignas dedere pœnas. Cadual
lo rex iniquissimo animo, Osrici atq; Eufredi quos paulo ante ad re-
gale fastigium promouerat ferens delirium: ꝙ vt canes ad euomitũ 55
antea virus reuersi, malorum dæmonũ, q̃ verę religionis dudũ susce-
ptę cultores & esse & haberi maluissent: conatus est primum delirã-
tium animos pio sacerdotũ interuentu ab impietate ad salutiferam
Christi doctrinã reuocare. Sed nũcii fœde ab apostatis pulsati re in-
fecta ad Caduallonem paulo post sunt reuersi. Obiurgati inde Osri- 60
cus & Eufredus Christianorum in Albione principũ minacibus lite-
ris: iniuste in pios Christi sacerdotes illudentes, nũciorum quosdam
necarunt, aliosq; ad tẽpla confugiẽtes simul cum ipsis sacris ædibus
concremarunt. Aucta est clades sęuientium furia in Christi nominis
cultores: quibus regionibus præfuere Osricus & Eufredus, intãtum 65
vt nisi quosdam seruasset fuga, vix piorum quispiam ferrũ euasisset.
Ad tantam perfidorum regum in Christum contumeliam percitos
Albianorum principes, consilium cepit, Northumbros infandũ sce-
lus in deum & homines ausos, prorsus exterminandi. Summa rei ge
rendæ Caduallonι & Pendę Merchiorum regi omniũ consensu de- 70
lata. Ad eos duces, ex Britannis, Pictis, & Saxonibus pietatis tuẽdæ
causa, haud pauci conuenere. Penda & Caduallo, alacri multitudine
freti, nihil magis Ethnica impietate habentes exosum, in Northum-
briam irrumpũt. Congressi cum eis Osricus & Eufredus, victi sunt,
profligatoq; exercitu capti, atq; in publicam coniecti custodiam: vbi 75
paucis post diebus asperioris metu supplicii mutuis vulneribus sese
conficientes infœliciter interierunt. Nullus in Ethnicos eo die seue-
rior: nullus militum ad fortiter agendum maior concitator Osual-
do (tametsi Eufredi regis esset germanus) in pugnam est conspe-
ctus. Vnde extinctis Osrico & Eufredo, Northumbrorũ rei summa, 80

1 vt in patrium succederet regnum, Osualdo omniũ consensu est dela
ta. In quo administrando, verum christianę pietatis cultorem se ostẽ
dens, vt a pietate initiũ auspicaretur, a Doneualdo rege Scotorũ, pe
nes quẽ octodecim annos prope exularat, ꝑ legatos petit, probatæ
5 disciplinæ & virtutis virũ, qui Northũbros, a Christi religione Osri
co & Eufredo authoribus alienatos, vera pietate denuo institueret:
pollicitus se impẽsas, & quę ad eã rem vsui forent, affluenter admini
straturum. Doneualdus piis Osualdi postulatis annuit, memor qua
pietate in deum, in hominesq; fuisset: dum secum degẽs, baptismi cõ
10 sequeretur sacramentum. Missus est igitur Cormanus, vir grauis vi
ta, & eruditione insignis ad Northũbros vero Christi dogmate in-
stituendos: qui vbi annũ totum Northumbriam lustrasset multis in
locis frequenter concionatus: ingerens fortassis (vti plæriq; nostræ
ætatis faciunt concionatores) sublimia dei arcana, ac curiosa, super-
15 bo verborum strepitu, vix homini literato intelligenda, ad multæ le-
ctionis ostentationẽ potius, q̃ ad Christi oues erudiendas: tantũ ab-
fuit a ꝓfectu, docendo hortandoq;, vt nihil iis quę attulisset ad emol
liendos animos, & ad bonos mores inducendos, sit inefficacius vi-
sum. Sequuto anno, Cormanus in patriã reuersus, sacrorum antisti-
20 tũ vocata concione, longa oratione est prosecutus: vt nihil Northũ-
bri sua doctrina profecerint, gentẽ eã surdam, inexorabilẽ, haud eru-
ditionis capacẽ, non modo rectis monitis non audientẽ, sed auersan-
tem veluti parũ ipsorum instituto conueniẽtia, quę concionibus af-
ferrentur. Propterea in tam sterili agro, nec sibi nec alteri cuiq̃ exin-
25 de laborandũ. Patres auditis quæ Cormanus attulerat, varie eo sup
negocio cõsultant. Sanciuere quidã, Cormanũ cum nõnullis aliis in
signi doctrina & probitate viris in Northumbriam ad pium regem
Osualdum remittendũ christianiq; gregis cõsulendum saluti, nec in
tam necessario negocio parcẽdũ labori: fore vt qđ breui apud rebel
30 lẽ populum obtinere nequiuerat Cormanus: continuato diutius la-
bore, modo cuncta syncęro humanę salutis fierent amore, haud du-
bie cõsequerentur. Alii hanc sententiã parũ probantes rati aut Cor-
mano viro graui diuinis literis apprime erudito Christi dogma enũ
cianti, aut nulli Northumbros audientes fore: idcirco quũ tanti viri
35 sacris monitis, ꝓbatis tot eruditorum testimoniis parere noluerint
Northumbri, reliquũ esse vt nullius pręceptis forent obtemperãtes.
Tum Aidanus sanctissimus pręsul, cuius sententiam cæteri episcopi
in re decernenda expectabant. In hominibus (inquit) ab impietate
alienandis, instituendisq; in vera religione (patres amplissimi) pluri
40 mũ ad doctorẽ attinere arbitror, ostendere in primis quęcunq; inter

docendum dixerit, audientiũ salutis causa, ex syncæro in deũ amore proficisci: ac vbi eo auditores dociles reddiderit, eorundẽ parto fauo re, fidei christianę rudimenta, sonãtia pietatẽ maxime, multo sine ver borum strepitu adiiciendo, ab iis quæ aut difficiliora sunt intellectu aut rudiorẽ superant mẽtẽ, prorsus abstinere: humana etenĩ ingenia vti nõ illico a mala trahunt consuetudine, ita & optimis quibusq; ar tibus sensim sunt imbuẽda, sumpto ab illis quę captu faciliora sunt initio. Eo ordine (inquit) reor, citius auidiusq; capi præcepta & te nacius fideliusq; hominũ mentibus hærere. Qz si reuerẽdus antistes Cormanus, hũc aut similẽ obseruasset ritum: abstinuissetq; inter do cendum rudem populũ, & ethnicis corruptũ erroribus, ab altissimis nostræ religionis quæstionibus, Northumbros (mea sententia) sa luberrimis pręceptis tãdẽ reddidisset audiẽtes. Ergo q; piis Osualdi votis haud fuerit ex sentẽtia responsum, q; pauci admodũ eius ex gẽ te relicta impietate Christi nomẽ fuerint secuti: non tã id populi eue nisse culpa q̃ ipsius doctoris, sublimia nimis, nec vulgo dicenda, cõ muniaq; hominũ ingenia vel longissime superantia ingerentis: dan dus venit propterea, vt suadeo (modo visum ita vobis fuerit) doctor pietate & eruditione insigni, qui denuo mittatur ad Northumbros qui Christi doctrinã profitendo, infirmis pectoribus, lac primũ, fir mius inde alimentũ, multa cũ mãsuetudine suadendo, hortando, mo nendo nõnunq̃ administret. Eo aut nullo mõ (vt mea est inquit opi nio) populũ tot deliriis assuetũ, ad Christi pietatẽ cõuersum iri. Epi scopi, Cormani docẽdi ritus, haud ignari probata Aidani sententia, eũ simul oẽs hortantur: piũ obiret munus, Osualdiq; regis sanctũ expleret desideriũ. Tũ Aidanus, ne sentẽtiã quã ipse exequi noluisset tulisse videretur: proficiscendi onus in Northumbriam, lętis omniũ suffragiis, ad se suscepit. Quo quũ peruenisset, aut orationi sedulus, aut prędicationi dulci semper affatu vacauit. Conuenere ad piũ con cionatorẽ frequẽtes Northumbri, tãtaq; mortaliũ vis eo prędicante frequenter est conspecta: vt quũ nulla sacratarum ædiũ capi posset: sub dio verba ad eos facere prorsus esset necessum. Aidano tamẽ in sacro munere exequendo, offuit plurimũ Saxonũ linguæ imperitia, quo minus a populo intelligebat. Huic vt impedimẽto cõgruũ af ferret remediũ pientissimus rex Osualdus, ex secundo suggestu, quę patria lingua dixisset Aidanus, extẽplo in Saxonicã traducta, retu lit: pius interpres ad populũ. Sciebat optimus rex Scotice iuxta atq; Saxonice, quarũ alterã linguã domi, alterã extorris apud Scotos di dicerat. Quocirca ad Christi pietatem amplexãdã populũ mouit, nõ tam reuerendi antistitis Aidani religiosa ac cõtinuata cõcio: q̃ regis

1 Osualdi, in multitudine rite imbuēda, tā pius ac feruēs labor. Eratq; per hęc vterq;, tanta apud omnes veneratione, vt quęcūq; iussissent, multitudo libēter exequeretur. Eoq; effectum, vt Aidanus septē perpetuis diebus, mortaliū amplius q̄ quindecim millia, sacro ac lustri-
5 co fonte abluerit: quorū haud pauci, vitæ fortunęq; rebus contēptis, sacrę doctrinę ac orationi addicti, in vitā abierūt solitariā. Aidanus per hęc sacro magistratu in Northumbria potitus, dictus ad posteros Northumbrorū pōtifex piū gregē, vt bonū decuit pastorē, & sacris monitis, & viuendi exēplo erudiuit, atq; ab ethnicorū impulsu,
10 additis nōnunq̄ dei virtute miraculis, egregie est tutatus. Scoti monachi ac sacerdotes, sacra doctrina insignes, variis ex locis, ciente Osualdo, cōfluxere ad Aidanū: vt sanctissimo viro in populo erudiēdo auxiliares essent. Imbuti his docētibus in saluberrima Christi doctrina tū nobiles tū agrestes, & eorū liberi, construxerunt, Osualdo
15 authore magnifica in Northūbria templa, nōnulla Christi seruatoris nomini: alia diuæ virgini dicanda. Creuit breui vera pietas in Northumbria adeo, vt nulli Anglorū regioni in vrbanis & religiosis operibus, ea aut haberet̃ aut esset secūda. Interea Penda Merchiorum rex, cui aliena virtus, & om̄is laus ex ea nata, semper fuit inuisa:
20 permoleste ferens fœlicem Osualdi successum, innocentię & pietati regis inuidere cœpit. Deq; Northumbrorū regno occupando cogitare. Secutum odiū, hominē impulit ad Osualdū bello petendū, quē victum tandem eius profligatis viribus, inclementer interemit. Est idem Osualdus rex vitę sanctimonia, & miraculorū claritate, sed ali-
25 quot post annos, insignis habitus, sanctorū pontificum authoritate, in diuorum numerū relatus. Incidit Osualdi cędes, in Doneualdi regis annū duodecimū. Neq; is amici regis ęgerrime ferens interitum diu superuixit. Quippe qui quintodecimo anno post initū inter Scotos summū magistratum, Tao lacu, dum incautius recreationis cau
30 sa cum aulicis piscaretur, depressa naui est extinctus. Corpus eius aliquot emensis diebus, furcinulis aqua extractum, delatumq; in Ionā, regia inter monumenta est sepultum. Anno a partu virgineo, quinto supra quadragesimū & sexcentesimū. Rem Scoticam tenente Donealdo, extinctum est illud malorum omniū in terris seminarium Ma
35 humetus: natus Ferquhardo Scotis imperitante, ex patre malorum dęmonum cultore, an Arabe an Persa incertū, matre certe hismahelitide. Institutus aūt iste Mahumetus, & paterno & materno cultu a pueritia, quū neutrum probaret, inter christianę pietatis viros diutissime versatus, rem perniciosam humano generi, duabus ex legib9 est
40 cōmētus. Nam postq̄ adolescens furaci quęstu primū victum q̄ęsi

uiſſet, exercuiſſetq; inde latrociniũ, comparata latronum manu, vno atq; altero facinore illuſtratus, viduę mulieris nuptias ſibi concilia uit: per quam grandem pecuniã & caſtella quædam conſecutus, ani mum ad maiora longe extulit. Perq; varios tandem ſucceſſus eo eua ſit, vt iura ac leges daret Arabibus. In quibus ferendis, a Sergio mo nacho, Neſtorianę impietatis viro, eſt pręcipue adiutus. Huius Ser gii ductu legem propoſuit, quę vt popularior eſſet ex omniũ gentiũ ſecta aliquid aſſumpſit. Cum veris Chriſti cultoribus probat bapti ſmum: Chriſtum faſſus natum ex intacta virgine. Pſalmos laudat & euangelia. verum per ſuum Alchoranum (vt falſo aſſeuerat) emen data. Cum Iudęis affirmat circunciſionem. Cum Sabellianis negat trinitatem. Æqualitatem patris & filii negat cum Eunomio. Cũ Ma cedonio ſpiritumſanctum creaturam dicit, & cum Nicolaitis vxo rum multitudinem vehementer probat. Multas illecebras quibus fa cile mens capitur humana ſua in lege admittens. Creuit res peſſima luxurioſe (adeo eſt humana vita pronior in lapſum, q̃ in bono con ſtantior) infecitq; innumeras gẽtes: per Aſiam, Africam, magnamq; (vti nunc eſt videre) Europæ partem. Initium ſumpſit hæc peſtifera lues, anno domini circiter ſexcẽteſimo triceſimo quinto. Noſtris an nalibus datum eſt memoriæ, ſub idem tempus claruiſſe in Gallia multa vitę ſanctitate Furſeum, Stoilanum, & Vlcanum germanos, quos Philtanus Hiberniæ rex, ex Galghete vxore, Scotorum regi bus prognata ſuſceperat, ac variis monaſteriis ibidem conditis reli gioſam ſane exegiſſe vitam. In Scotia vero Connanũ, Columbanũ, Chroniacum, Dimaum, Bigitanum & Damianũ eximię pietatis epi ſcopos vitę ſanctimonia illuſtratos. Ad hos ſcripſere epiſtolas Hila rius archiepiſcopus, ſeruans tum locum ſanctę ſedis apoſtolicæ. Ioã nes eiuſdem ſedis conſiliarius, & Ioannes primicerius, vti Beda vene rabilis ſcriptũ reliquit poſteris. Eſt enim is author omniũ pœne quę de Aidano rege, diuo Colũba, diuo Aidano, reliquiſq; epiſcopis ſan ctiſſimis mandauimus literis. Iidem hortatu ſummi pontificis, erro rem quem in Paſchę celebratione ſequebantur emendarunt. Hęc au tem Doneualdo regnante tranſacta ſunt. Cui fatali neceſſitate ſubla to, Ferquhardus eius ex fratre Ferquhardo nepos ſucceſſit: vir acri ingenio, ſed ad malũ poſt adeptum magiſtratum inclinato: adeo vt vulgo dicerent, eum ex viro liberali ac omniũ humaniſſimo, in inſa tiabilem ac cruentã beluam mutatũ. Priuatus etenim ſupra faculta tes munificũ cunctis ſe pręſtitit. Nobiliſſimo cuiq; petẽti, vt vel fun dũ redimeret, vel filiam nuptui traderet pecuniam fere ſit affluenter elargit9. Sacerdotes ac pios dei cultores pauperes p̃ſertim q̃ ex opu

1 lęta fortuna in inopiam fuissent deiecti, frequētibus iuuit beneficiis malens se q̃ cōtribulium quępiam (vti plęriq; habuere persuasum) videri inopem. Multitudinis per hæc comparata beneuolentia, haud erat quispiam, qui Ferquhardum dū priuatus esset, summa potesta-
5 te dignum non iudicaret. At regno potitus, non vt antea liberalem, pium in deum, iustum censorem, castigatorem errorum, abstemium sobriumq;: sed extortorem bonorū, religionis hostem, cruentum carnificem, sordidam & inexplebilem charybdim, se cunctis palam ostēdit. Quod priuatus nobilium cuiq̃ libero dono dederat, perinde atq;
10 id mutuo dedisset, impudenter repetiit. Seq; vel leuiter excusantem spoliatum fortunis, carcere interdum, nōnunq̃ etiam vltimo mulctauit supplicio. Sacerdotes Christi, quos fama pecuniosos ferebat, quæstionibus adhibitos, haud torquere cessauit, donec argentum omne (si quod haberent) confessi, in suam contulissent crumenam. Vnde
15 nōnulli piorum, quæstionū impatientes extrema obiuere. A pontificibus tam immaniū scelerum durius incusatus, Colmanno Finnanoq; (hi tum inter Scotos præcipuæ venerationis habebantur) & q; contumaci animo, monitis non pareret, sacris tandem prohibitus, contempta religione, aliis templa adeuntibus, ipse venatum se con-
20 tulit. Plures quos id vitæ genus delectabat, illi adhæsere. Adeo parati sunt mortales, in omnem vitę licētiam. Ter singulos in dies nulla re magis q̃ ventris ingluuie delectatus, exquisitis epulis contra patrium ritum est vsus. Vini & cuiusuis inebriantis potus quocunq; tempore & loco appetentissimus. Cœnam in seram noctem, longis
25 comessationibus, varia obsoniorum copia, pœne semper protraxit. somno inde datus, magnis & fœdis vomitibus stomachū exonerare consueuit. Nulli auium popinonibus probatæ, cælum tutum. Nulli piscium generi mare: quo minus vtrūq; monstruosi principis popularetur gula. Omnibus per hæc odiosum, sacri pontifices diris ex
30 ecrationibus, q; Christi ecclesiam temneret sunt persequuti: quorum spreta authoritate, abiens in scelera maiora, filiabus suis stuprum intulit. Vxorem quod nefas dissuaderet propriis manibus iugulauit. Cæterum vbi aliquot annos, tyranni durasset delirium, cogitare quidam de eius morte cœperunt. Consilium tandem non sine maiorum
35 regni conscientia cōmunicatum, ne fieret prohibuit Colmānus. fore dictitās, diuino spiritu edoctus, vt rex Ferquhardus cōmissa vehemēter detestās, vltore deo pœnas dignas breui esset daturus. Nec eius sententia est vana inuenta. Vix enim mense exinde elapso, Ferquhardus quum lupum venaretur, vrgereturq; bellua acrius a canibus, de-
40 sęuiens in regem, eum in latus crudeliter momordit. Rex siue lupi

morſu,ſiue alia quauis occaſione, in morbum omniū fœdiſſimū inci
dit. Virulentus enim humor, lento calore membra ipſius exedebat:
cruciabatq; multo fortius morbus intus q̃ foris. Aderat inexplebi-
lis cibi voracitas nutriebatq; ſequa ingluuies horrendum malum. Ti
biȩ,pedes,& inguina haud ſine intolerabili fœtore, luridam emitte- 45
bant ſaniem.Erat venter inſtar hydropici inflatus,duruſq;.virilia pu
tredine corrupta ſcatebāt vermibus. Quūq; duos ꝑpetuos ānos his
malis afflictus, cruciaretur indies magis magiſq; : eſſetq; omnibus
deteſtabilis:ad ſe reuerſus,ſolutus in fletū,Colmāne(inqt)Colmā-
ne,ſi tuis paruiſſem monitis,haud tam fœdo morbo,in hac gente ha 50
ctenus incognito,viua carne in vermes abeunte, diuina vltione iure
percuſſus,cunctis mortalibus,mihiq; ipſi deteſtādus fuiſſem conſpe
ctus.Docent inſolitȩ plagȩ,docent inflicti cruciatus, me omī & hu-
mana & diuina ope,niſi mei tandē miſereat̄ deꝰ,deſtitutū,i deū & in
hoīes grauiſſime deliquiſſe.Infœlicē me,q dū licuit,recta monētibꝰ 55
parere cōtēpſerim. Vermibus mea ex carne natis,edētibuſq; eādē,in
fœlicius lōge,viliſſimis naturȩ animātibus,emoriar.Sub has voces,
quas magni ſeq̄bant̄ eiulatus, currere miniſtri rogareq;, cuperet ne
ſacerdotis officiū?Rex ꝑſſis ſingultibꝰ,Colmāni,inqt,opē depoſco.
Accerſitus itaq; ocyus Colmānus eps(Is tū ampliꝰ viginti millibꝰ 60
paſſuū ab illo aberat loco)pœnitētē anathemate leuauit. Inde pctā
cōfitētē,benigne ſolatꝰ:ſuaſit forti eſſet aīo,ȩternā ſparet ſalutē,itel
ligeretq; quantacūq; ꝑpetraſſet flagitia:dei miſericordiā haud ei de-
futurā.Id Chriſti legē,id diuinā hūanāq; oēm polliceri.Id dei optimi
maximi ore,quo magis cūctis foret creditū,ꝓlatū : quū mortales ad 65
pœnitentiā vocaret:diceretq;:Cōuertimini ad me & ſalui eritis.Fer-
quhardus ꝑ hȩc in ſpem veniȩ erectus,diuinā multis lachrymis im-
plorans miſericordiā,humi procūbēs,diuo iubente Colmanno ſacrā
Chriſti cōmunionē reuerēter accepit. Vili inde ſacco volutus, dela-
tuſq; a paucis miniſtris in campū proximū,extremis vrgētibus, Col 70
māno aūt quȩ erāt optimi ſacerdotis in principis tranſitu exequen-
ti,cælum aſpectans,ſpiritū exhalauit. Anno q̃ Scoticam rem tenere
incœpiſſet.Decimo octauo.Chriſti domini ſexcenteſimo ſexageſimo
quarto.Ferquhardo ſuperſtite,Aidanus ſacer antiſtes Northumbro
rū,defunctus eſt vita, ac in eius locū ad ſacrū Lindefernēſis eccleſiæ 75
magiſtratū,(ita Northūbrorū epiſcoporū ſedē tū vocabāt)diuus
Finnanꝰ,de quo loco haud multū ab hoc diuerſo locuti ſumꝰ)icola
rū ꝑcibꝰ accitus e Scotia,ſuffectꝰ eſt:vir pius,nec minoris q̃ Aidanꝰ
doctrinȩ.Defungit̄ & is vita ſcdm Ferquhardū,& dū ſupſtes eēt,&
poſt obitū miraculis clarꝰ.Traductꝰ eſt poſt eū extinctū Colmānus 80

1 episcopus ad Lindefernẽsem ecclesiã, qui sacris monitis & ante alia
vitę innocẽtia, ingentẽ Saxonũ multitudinẽ & inter eos Pendã, Pen-
dę superioris filiũ, ad verę pietatis cultũ adduxit. Nec desunt q Pen
dam maiorẽ, regem a Finnano sacro lauacro admotũ asseuerant. As
5 sequutus per hęc & alia Colmãnus, venerabile inter Saxones nomẽ,
omia pœne eorũ in Albione regna, sacrum Christi dogma ꝓpalãdo
plęrisq; eius monitis obtemperantibus, ꝑlustrauit. Incidit eius tradu
ctus ad Lindefernẽsem sedẽ in Malduini qui Ferquhardo in Scotoꝝ
regnũ successit tẽpora. De quo iã futura est enarratio. Malduinus si
10 quidẽ Donevaldi filius, post Ferquhardũ extinctum, & in Iona insu-
la sepultũ, in regnũ suffectus, pacẽ cum vicinis gentibus, Pictis, Sa-
xonibus, Britãnis, ac Christi religionẽ summopere coluit, populari-
bus ac nobilitati spectaculum imitandũ. His accessit diligẽs in pu-
blica administratione, sontibus suppliciis afficiendis: populoq; quie-
15 te omni ab iniuria tutando cura: ita ei cũcta ꝓspere initio regni ces-
sere. Orta deinde seditio inter Lẽnossenses & Argados, rẽ paulũ tur
bauit. Pastorũ.n.iurgiũ seditionis initiũ nobiles ad cruẽta cõcitauit
arma. Iũcti Hebridani Argadis, & Gallouidiani Lẽnossensib9, rẽ in
maximũ traxissẽt discrimẽ, nisi Malduin9 egregio apparatu, ĩ factio
20 sos audaciã eorũ excursionesq;, authoritate & armis coercẽs, ocyus
cõtẽdisset. Is aũt non populũ duces secutũ, sed ꝑcipuos seditionis au
thores quęrebat: at illi necessitate versa in virtutem, in concordiã re
deuntes, vt Malduini arma declinarent, in Hebrides trãsmittunt. In
sulę fugitiuos, ne regis ampliorẽ irã in se concitarent, protegere no
25 lentes, petẽtibus militibus ad suppliciũ tradiderũt. Captiq; ita factio
nũ primarii duces, atq; in vincula cõiecti, ductiq; in loca, vñ ipsis fue-
rat origo de furca suspẽsi vitã finierũt. Motus temere incœptus, sic
breui oppressus, adeo formidabile Malduini nomẽ cũctis reddidit:
vt deĩceps eo regnãte, primates intestinis cędibus abstinuerint. Rex
30 inde in Ionã insulã, maioꝝ monumẽta visẽdi causa, traiecit. Illic vet9
tẽplũ cõspicatus ruinosum, cõparatis q̃ ad noui structurã forẽt vsui,
demoliri iussit. Fanũ extẽplo regiis impẽsis ędificari est cœptũ. abso
lutũq; priusq̃ vita excederet, Seruatori Christo ac Colũbę est dicatũ:
donariisq; instructũ haud vulgaribus. Sub idem ꝓpe tẽpus labora-
35 bat magna orbis pars triẽniũ cõtinuũ pestilentia, mortaliũ pluribus
ea absumptis q̃ eam euadẽtibus. Nec orbis lue est defunctus, donec
supplicationibus, ieiuniis piisq; aliis operibus numinis ira fuisset pla
cata. Nostrates non tam id temporis q̃ longa exinde secula sicuti &
ab omni pœne febrium acutarum genere liberi, ita nullam huiusce-
40 modi luem sunt experti. Neq; tam mortiferę pestes prius in Scotos

desequerũt: q̃ omissa veteri ac salutifera patrũ parsimonia, in omnem ingluuiẽ delapsi, sese cunctorum morborum iniuriæ obnoxios fecerunt. Colmãnus episcopus Lindefernensis, Saxonũ gentem magna ex parte, inuisa plaga pereuntem conspicatus: regi loci permittente, cum discipulis, ne & ipsi tam atrocis pestilentię vi absumerentur: re- 45
uersus est in patriam. Inde concedens in Hebrides, monasterium cõdidit: in quo cũ fratribus in sancta religione reliquã vitę peregit militiam. Scotorum agros post Colmãni abscessum, Northumbri adiuti Pictorum armis, plurimũ infestare latrocinijs cœperunt. Iniuriã Malduinus maiori cum Northumbrorũ iactura vltus, & Pictorũ & 50
Saxonum infensissimũ odium in se cõcitauit. Quũq; plures vltro citroq; factę fuissent incursiones, & Saxones ac Picti, in Scotorũ odiũ tum fœderati, bellũ fuissent indicturi: Malduinus in humanis esse desiit, nocte vxoris opera ob pellicatus suspitionem strangulatus. Nec scelus veneficũ diu mãsit inultum. Die etenim quæ regis cædem est 55
secuta, pręhensa cum criminis consciis, edito lcco flãmis est consumpta. Fuit annus quo Malduinus est extinctus, humanę salutis quartus supra sexcẽtesimũ & octogesimũ, summæ eius administrationis vicesimus. Quo anno Eugenius qntus Malduini nepos ex fratre Dõgardo, rerum inter Scotos omniũ suffragiis est potitus. Qui regnũ 60
adeptus ad Egfredũ (is northumbris imperitabat) legatos mittit, qui pacem omni quo possent modo regi suaderẽt. Egfredus auditis legatis, pacis se amatorem simulans, etsi de nulla re magis, q̃ de bello cogitaret, vndecim mensium inducias, vt interim quæ bello forẽt vsui cõmodius cõpararet, Scotis concessit, his legibus vt Scoti iniu- 65
riam omnẽ Saxonibus Pictisq; illatam repararent, restituerẽtq; ablata: quæ vero Saxones eis ademissent & Picti, reciperent: ne Scoti, incursus, furta, latrocinia, depopulationes, aliamve iniuriam in Saxones Pictosve interim facerent: fraudiq; Scotis futurũ: si contra induciarum conditiones, vel in aliquo agerent: Liceretq; Northũbris im- 70
pune, cũ auxiliaribus populis, tum in eos arma sumere. Egfredi animi haud ignarus Eugenius, summa ope & ipse parabat bellum. Verum ne fraudis iure insimularetur: vetuit edicto, ne quis Northumbris Pictisq; per induciarum tẽpus, foret iniurius: locatis extremis in regionibus pręsidiis ad oẽm Scotorũ motũ in vicinis prohibẽdum. 75
Decimo mẽse cuncta ad belli vsum comparata habẽs Egfredus, Saxones in Scotorũ agrum, pacis turbandę causa immisit. Qui paucis popularibus cæsis, ingentẽ pecudũ prędam, in Northumbriã secum reduxere. Missi illico legati, a Scotorũ rege ad Egfredum, ad res repetendas, post aliquot dies, ęgre ad eum admissi, facta dicendi pote- 80

1 state, quid petentes venerint, impauide exponunt: res repetunt ablatas & cũ eis imbellis populi percussores: veteri ex fœdere postulant ad suppliciũ. Ad ea Egfredus rex, Nunciate, inquit, regi vestro, Saxones hoc vno minus iuste fecisse, ꝙ non lõge maiori iniuria Scotos
5 nullo fidei fœderisq; sacramẽto retẽtos affecerũt, qui post pactas inducias, prioribus iniuriis non reparatis, furtis ac latrociniis per fraudem summã vicinis populis intulissent nouas. Propterea nullã exinde a se expectarent amicitiã: sciretq; in octauũ exinde diẽ bellum eis indictũ. Eugenius rex accepto Egfredi responso, questus pacẽ impie
10 violatã, precatus est deũ optimũ maximũ perfidię vltorẽ, cladẽ belli in eius caput regnumq; verteret, qui id impie indixisset, aut indicendi præbuisset occasionẽ. Coactaq; armatorum multitudine Gallouidiam petit, ꝙ illuc primũ Saxones ac Pictos moturos per exploratores acceperat. Ingens Saxonũ Pictorumq; manus in Gallouidia insi
15 debat. Dovvnskã fortissimã tũ regionis arcem oppugnans priusꝙ̃ Scoti eam ingrederentur regionẽ. Et quũ adhuc exitus in dubio foret: necesse fuit Egfredo, omissa obsidione, aduersus Scotos copias mouere. Ad fluuiũ Leuicem tum forte frequẽtibus nimbis altum rapacemq;, signis collatis pugna atrox est cõmissa: ꝙ Scoti decreuerãt
20 dataq; mutua fide, ac iureiurãdo firmauerant se ex ea pugna nõ cessuros hosti viuos. Primũ ęquo res gerebat̃ Marte: Egfredo suos hortante, vt pristinę virtutis memores, solita vi hostem repellerent. Nec tacuit Eugenius rex, quin suos circũlustrando hortaretur, inuictum vt animũ præstarent: fore vt fortuna fortes adiuuaret. Interim Picti
25 abstinentes pugna, in proximos monticulos abiere. Cuius rei Saxones admoniti, Pictorum veriti ne insidiis a tergo peterentur, deiectis animis sensim cessere. Sentiens Egfredus suos gradu paulum motos ne fuga sequeretur, ingẽti munerũ pollicitatione Saxones hortatur, acrius se hosti inferrẽt. Quũq; multo clamore inter antesignanos vt
30 militẽ accẽderet ad pugnam versaretur, sagitta ictus in faciẽ (quam armis nudatam hortando ad pugnam tenebat) moribundus cecidit. Saxonum acies eo inclinans, funditur, fugaturq;. Nulla exinde pugna sed sola cędes fugientium fuit. Saxones enim quocunq; poterant modo, salutem quęrentes, pericula omnia præ hoste contemne-
35 bant: quorũ alii Leuicem fluuium ingressi armis graues, victi eius rapacitate altitudineq;, interiere. Pauci armis abiectis, nudiq; tranantes, salui in ripam vlteriorem deuenerũt. Qui terrestri itinere fugam arripuere, eorum quidam locorũ ignari, paludosis locis, anfractibus crepidinibusq; intercepti, vrgentibus hostibus interimuntur: nõnul-
40 li sed pauci, ad cęsos collati, nudi pœne præcipiti cursu, abiere in pa-

eatum. Viginti prope milia Saxonum cum Egfredo pugna absum-
psit. Scotorum paulo amplius ac milia sex: maiori parte reliqui exer
citus vulneribus confecta. Afflicta est non modo Northumbria ex
ea clade, sed & cæteræ Saxonũ gentes, quarum magna vis, vt Egfre
do auxiliares essent, ad eam pugnã conuenerat. Videns Brudeus Pi- 45
ctorum rex, neq; Scotis neq; Saxonibus amicus ex animo, vtrãq; gẽ-
tem alterius armis afflictam: maiorẽ tamen longe cladem Saxones
cęso Egfredo rege accepisse. Cõuersus cum copiis in Northũbriam
tum recenti prælio accisam, incolas ingenti clade afflixit. Subegis-
setq; procul dubio suo imperio, aut excidio id regnum dedisset, si nõ 50
diuus Cuthbertus (Tenuit is per id tempus sacrum Lindefernẽsem
episcopatum) non armis, sed piis precationibus, imbellem muniuis-
set populum. Egfredo autem regi idem sanctissimus antistes bellum
priusq̃ indiceretur, multa ratione dissuaserat: haud ignarus vniuer-
sam Northumbrorum gentem, simul cum rege, si bello perseuera- 55
rent in tam innoxiam Scotorum gentẽ, diras pœnas impietatis lui-
turam. Tenuit Pictorum debacchatio per Northumbriam, donec ꝓ
præda partienda oborta contentione, conuersi in sese fœdam stragẽ
edidissent. Id in causa fuit, vt Deerę Ordolucięq; agris, Beruiciis tũ
Anglorũ lingua vocitatis, quos Saxones eatenus vi occuparant, pul 60
sis inde incolis, contenti, ampliori in Northumbros abstinerent iniu
ria. Eugenius cum victore exercitu ingenti præda potitus, expeditio
ne in Saxones defunctus, sub tẽpus quo Picti in armis erãt, Northũ
brię depopulandę intenti, domũ abiit: Saxonũ res exinde decrescere
cœpere in Northũbria. Nec post multos exinde annos, vti Beda Ve 65
remundo in horũ narratione consentiens memoriæ prodidit: pristi-
num decus recuperarunt. Insignis victoria Eugenio regi vltimũ fuit
mortalium operum: quarto imperii sui anno, & Christi secundũ car-
nem originis octauo supra sexcentesimũ & octogesimum vita desti-
tuto. Probati scribunt authores sarracenos, tempore nõ multum ab 70
hoc diuerso, ex Ægypto soluẽtes, Siciliam inde Africam magna cũ
christianoꝝ iactura occupasse. Illiricumq;, nunc Bosnam, a Bulgaris
impia tum gente ad Paludem Męotidem tenente sedes, expugnatũ.
Ita imperatorum segnitie simulq; flagitiis, rem christianam ethnico
rum iniurię sub id tempus obiectam. Post Eugenii quinti regis obi- 75
tum, Eugenius sextus Ferquhardi filius, Adãnani reuerendi antisti-
tis ductu & tutela bonis moribus educatus, ad Scotorum peruenit
imperium eximius verę religionis cultor. Cuthberto etenim & Adã
nano suadentibus fœdus icit cũ Northũbris. At nulla ratione indu-
ci poterat, vt fœdus cũ Pictis iniret, adeo gentis exosus ꝑfidiã & ꝙ 80

A

1 Scotis hostes se impie ostendissent, & q Northūbris in bello dudū cū Scotis gesto parū seruassent fidē. Verū annuas inducias eadē cū gente pepigit. Quibus tandē q frequentius nō sine Scotorū incōmodo violarent, solutis: bellū p fœcialē Pictis indixit. Annixi Cuthber-
5 tus & Adānanus olim cōiunctissimas gētes in cōcordiā redigere, vltro citroq; frequēti vsi legatione frustra se rē tētasse sentiētes, ad diuinā opem recurrere: sacris supplicationibus, variis in Albione locis, quibus ipsi affuere, p regū oim cōsensu factis. Ferūt sanctissimos pōtifices obtinuisse apud deū optimū maximū, cuius nutui cūcta im
10 peria hoīmq; mētes & domi & militię subiacēt, vt eo bello pseuerāte Scoti & Picti nūq̄ totis viribus cōgrederētur. Cōtinuatū est ergo hoc bellū, leuibus incursibus, varia fortuna partiū decertantium, magna sine iactura ad Eugenii exitū, qui incidit in salutiferi partus annū sexcētesimū & septimū supra nonagesimū: & principatus ipsius
15 decimū. Elatum eius funus in Ionam, cū prioris Eugenii corpore cōmuni sepulchro est locatum. Nostris annalibus datum est memorię, multa & insolita prodigia eo anno in Albione conspecta. Nauiū species omni bellico apparatu in Humbro fluuio, multis mortalibus visas, subito euanuisse. Camelodunі in templo concrepuisse arma. In
20 vltimo insulæ recessu pluisse sanguine: lac in Pictorum quibusdam agris in cruorem versum: & caseum in massam sanguinariam: segetes autumno collectas cruentas visas. Hæc ostenta, quibusdam visa atq; aliis deinde nunciata, multis ingenti fuere terrori. Ambirkelethus posteaq̄ Eugenium regem vita destituisset, Eugenii quinti re-
25 gis nepos (alii filiū volūt, qd̄ vero propius videtur) regno est admotus. Cui adeptus magistratus mores mutauit, mentēq;. Siquidē ante initū magistratum studiosus, ac acerrimus imbecillis plebis sacerdotumq; defensor, tanta cum virtutis habebatur apparentia: vt futurus ad posteros totius honestatis diceretur exemplum. Sed regnum ade
30 ptus, gastrimargia, libidine, auaritiaq; insigni, ac demum vitiorum vniuersitate obrutus, præter omnium opinionē in spurcum atq; infamē Helluonem deprauatus est. Et quū nihil viro dignum attentaret, appareretq; regiminis formā monstruosi regis flagitiis ac hebetudine labefactatū iri: Garnardus Pictorū rex, ratus se opportunum
35 tempus pristinæ iniuriæ in Scotos vindicandæ adeptum, valida hominum manu coacta, in Scotorum agros ducens, dira strage incolas affecit. Increpatus vero tandem rex Ambirkelethus plurimū, q mollitia diffluens regnum hostium iniuriæ patefaceret: collectis tandem copiis, primatum medius, vix caput, q omnia paueret,
40 scelestus cuiq; committere ausus, in hostes vtcunq; est profectus.

A ii

Metatus castra ad Tai ripã, egressusq; post cœnã dubia luce ad na-
turę requisita, duobus famulis tñ comitatus, sagitta ab incerto au-
thore emissa confixus interiit: annos duos dũtaxat imperio potitus:
sepultusq; est maiorũ more in Iona insula. Primores aũt gentis haud
ęgreferẽtes tãti mõstri interitũ, ne exercitus ducis defectu in aliquo 45
cõstitueret discrimine, Eugeniũ septimũ extincti regis germanũ, in
eius locũ extemplo sufficiũt. Virum insigni corpore, nec ab honestis
studiis abhorrẽ. Qui rex salutatus recensito exercitu, ac inuẽto pa
rũ idoneo qui hosti obiiceret: pacẽ cũ Garnardo rege Pictorũ, datis
obsidibus vtrinq; reparandarũ iniuriarũ sanxit. Abeũtibus Pictis se- 50
cundũ id, ipse soluto exercitu vt maiorũ more regale insigne marmo
ri insidens reciperet, Scotica cũ nobilitate abiit in Argadiam. Secu-
ta affinitas firmauit initum inter reges fœdus. Spontana Garnardi
regis filia, Eugenio matrimonio copulata. Quę quũ secuto anno vte
rum ferret, a duobus germanis Atholicis natione, patris supplicio 55
iritatis, conspirantibusq; in regis necem, in regio cubiculo Eugenii
loco (is forte tum aberat) noctu est trucidata. Eugenius nefarię cę
dis, populi susurris insimulatus, in fœdũ tandem incidit discrimen.
Coactus cum multa indignitate, & personę quã sustinebat suggilla
tione, publico maiorũ regni cõuentu parricidii causam dicere. Adeo 60
erat Spontana regina cũctis venerabilis. Sed criminis expers dephẽ
sus (Nã sub iudicii tẽpus sceleris authores pręhensi ad patres in vin
culis sunt adducti) omniũ cũ gratulatione est absolutus. Qui infan
dum crimen ꝑpetrarant damnati: atq; pedibus in sublime elatis, ma
ximis rapidissimisq; cum canibus, vt viui lacerarentur, nudi in cruci 65
bus sunt suspẽsi. Eugenius sua declarata innocẽtia, eos qui calumniã
sibi intenderant ad necẽ persequendi habuit animũ. Verum Adãna-
ni pontificis, sacris monitis õbtẽperans, abstinuit iniuria. Ad religio
sas post hęc & vrbanas res conuersus, Scotorum regum qui ante se
fuerant gesta, vt historicorum monimentis consecrarentur, quæ po 70
steritas virtutis studio accensa lectitaret, diligenter curauit: San-
ciens tam sancta monimenta in Iona insula splendido loco ad id in
monachorum cœnobio olim constructo, tũ vetustate ruinoso denuo
egregie reparato, perpetuo seruanda. Additis scriptoribus eruditis
non tñ Scoticarum rerum, sed & gentiũ cęterarum, qui illic exinde 75
publico sumptu honeste alerentur. Templorum diuiniq; cultus au-
thor, sacros antistites mira veneratione atq; beneficẽtia prosecutus:
sacerdotia ad id tempus admodum exilia, vt ad honestos clerico-
rum sumptus suppeterent, prædiorum, agrorumq; magnifica dita-
uit donatione. Initoq; cum Pictis & Saxonibus fœdere, dum viue- 80

ret in eo perdurauit. Periit Abbernethi charus patribus ac plebi cũ septẽdecim regnasset annos. Cuius vltimus annus fuit a christianæ salutis origine septingentesimus & decimus sextus. Viuente autem Eugenio septimo valuit plurimũ ad cõmouendos ad pietatem hoĩes Doneualdi Scotici sanguinis viri sanctitas, q in solitudine Ovvgilluy sex prope passuum millibus ab Alecto oppido inter Pictos vitæ sanctimonia insignis vixit. Huic nouem erant filiæ Mazotę maiori nomen, Fincanę alteri: cęterarum nomina vetustas aboleuit. His arctissima vita degentibus panis ordeaceus cibus fuit, & aqua pot⁹: semelq; dũtaxat in die exiguo reficiebantur cibo, perpetuę fere orationi aut rei rusticę quo tenuẽ vitam sustentarent deditę. Ferunt Mazotam (hæc vti ętate ita virtute maxima habebatur) anserũ siluestriũ ingentem vim eo cõuenire solitam ꝙ patris segetes multo maxime cõsumerent, ne deinceps illuc redirent vetuisse, paruisseq; alitem sanctissimę virginis interminationibus. Cuius rei fidem plęrisq; facit ꝙ nulla illius generis auium ad patrum vsq; nostroꝝ tempora in agro illo exinde fuerit conspecta. Post extinctum patrem virgines (Nam mater multo ante fatali morte decesserat) haud tutum ratæ solitudinem sine castitatis custode inhabitare, Garnardum Pictorum regẽ adeuntes habitandi locum quærunt, vt Christo cui tenera ab ætate virginitatem sacrauerant a virorum semotę consortio liberius seruirent. Rex piis virginũ postulatis annuens structas Abbernethi ędes cum oratorio, redditusq; ex proximis agris ad sumptus eisdẽ libere erogauit: Vbi post religiosam deoq; gratissimam vitam exactã beato fine quiescentes ad immensę quercus radicem sunt sepultę. Ostenditur locus etiam hac nostra ætate, christiano populo illuc religionis causa confluenti in multa habitus veneratione. Erat id temporis Abbernethi Pictorum oppidum, nomine. Otholiniæ, numerosissimum, primaria illius gentis episcopi sede honestatum: sed dirutum incensumq; postea præter diuorum templa ac sacerdotum ędes Scotorum quum Picticam gentem exitio darent, armis & flãmis: vsque adeo vt nunq̃ ad pristinum decus redierit & ornamentũ. Pręfatas in eo oppido nouẽ virgines non sub regis Conrani regno cũ diua Brigida (vti vulgaris est opinio) sed Eugenii septimi tẽpore claruisse scribunt nostrarum rerum præstantes authores. Eundemq; Eugeniũ regnante Garnardo quicum tantisper dum viueret fœdus habuit & societatem: sanctissimũ virginũ cœtum inuisentem opimis donariis donasse. Ibidemq; paulo q̃ vita excederet Mordaco succedenti magnatibus qui ibidẽ erant suffragrantibus per manus, Scotorum tradidisse regnum. Mordacus (erat is Eugenii Septimi nepos ex

fratre Ambirkeletho) ita regnũ adeptus posteaq̃ in Argadia fatali
insidẽs lapide a cũctis patrũ ritu rex fuisset salutatus, vt miti erat in
genio, ac liberali ante tãtũ fastigiũ adeptũ: talẽ postea omni vita cũ-
ctis se ꝓbuit. Sũmopere annixus rex optimus, vt quas gentes aleret
Albion insula idẽ teneret cõsensus, pacẽ cũ Britonibus, Pictis, ac cũ-
ctis Anglorꝝ regibus nouo fœdere firmauit. Vixere eo regnante, vti
venerabilis Beda memorię tradidit, quatuor gentes in Albione (Bri
tãniã aũt ille totã insulã Romanorũ secutus morẽ vocat) in ocio ac
pace, tametsi moribus, lingua & institutis plurimũ differrent. Saxo
nes (Anglos vocat Beda) Britones, Scoti & Picti. Huius authoris
de his rebus verba ꝙ plurimũ ad nostra cõferre videnť huic loco in
serere operępreciũ duxi. Pictorum (inquit) natio tempore hoc & fœ
dus pacis habet cũ gente Anglorꝝ, & catholicę pacis & veritatis cũ
vniuersali ecclesia particeps esse gaudet. Scoti qui Britanniam inco
lunt suis contenti finibus, nil contra gentem Anglorũ insidiarũ mo
liuntur aut fraudiũ. Britones, q̃uis & maxima ex parte domestico si-
bi odio gentẽ Anglorũ & totius catholicę ecclesię statũ, pascha mi-
nus recto, moribusq; improbis impugnẽt: tamen & diuina sibi & hu
mana prorsus resistẽte virtute in neutro cupitũ possũt obtinere ꝑpo
sitũ. Quippe qui q̃uis ex parte sui sint liberi nonnulla tamẽ ex parte
Anglorũ seruitio mancipati: qui arridẽti pace ac serenitate tẽporũ,
plures in gẽte Northũbrorꝝ, tã nobiles q̃ priuati sacros libros depo
sitis armis satagũt lectitare, magis accepta tonsura se monasteriali-
bus ascribi votis cupiẽtes q̃ bellicis exerceri studiis. Quę res quẽ sit
habitura finẽ posterior ętas videbit. In his verbis Beda suã claudit
historiã ad annũ gratię septingẽtesimũ tricesimũ primũ terminatã.
Quo anno Mordacus fatali cessit necessitati, postq̃ sexdecim rei Sco
ticę pręfuisset annos. Is aũt anteq̃ vitę sortireť exitũ, nõnulla pia lo
ca diruta bellico tumultu nondũ maiorum opera reparata ingenti
sumptu restituit. Inter cętera Candidã Casam vbi beatissimus ponti
fex Ninianus quotidie tot miraculis claret, quot diuorum nullũ vel
ante vel post eũ in Albione claruisse est auditũ. Beda locum Pictimi
niam vocat, Actamq; antistitem qui sub id tempus sacræ sedi Candi
da in Casa pręfuit eumq; virum primum post diuum Ninianum ibi-
dem gessisse episcopatum. Id si ita est põtifices sedẽ tenere in Candi-
da Casa postea desiisse necessum est dicere, ꝙ nostris sit ꝓditũ anna-
libus, Hebrides, Gallouidiã, ac illis vicinas regiões Sodorẽsi episco-
po, cui in Mona insula sedes erat sacra. vsq; ad Malcolmi tertii regis
tempora in rebus paruisse diuinis: ab eodemq; rege sacrum Candidę
Casę magistratum non institutum, sed restitutum fuisse. Nostrarum

rerũ scriptores venerabilẽ Bedã haud diu post absolutã gẽtis Anglorũ historiã in humanis egisse asseuerãt. Quippe qui senio cõfectꝰ, vti piẽtissimus vixit in deũ & hoĩes, ita mediis discipulorũ amplexibus, fœlicissimũ Dunelmiæ (Est id oppidũ in Northũbria nũc episcopalis sedes) sortitus est exitũ. Anno humanę salutis quarto supra tricesimũ & septingẽtesimũ. Italia cũ Albione ꝓ Bedæ incunabulis cõtẽdit: asserẽtibus Italis virũ Genuæ natũ, ibidẽq; vltimã soluisse naturę necessitatẽ. Sepulchrũq; eius in rei fidẽ hactenus eadẽ in ciuitate cũctis haberi venerabile. Verũ vndecũq; traxerit originẽ, & vbicũq; diẽ clauserit, satis cõstat & ex eius & alioꝝ scriptis, adolescentẽ eum in Italia, senem in Northũbria, frequẽtius inter piorũ cœtũ Melros (Abbatię monachorũq; cœnobii id nomẽ est in Scotorũ agro pientissimis viris & religioni deuotis semꝑ insignis) habitasse, diuersatumq; esse: extinctũ vero Ethfino Scotoꝝ regnũ administrante. Erat aũt Ethfinus Eugenii regis septimi filius, post Mordacũ patruelẽ publico Scotorũ regimini admotus. Vir ad pacẽ iustitiamq; colendã natus: fœdere qđ cũ vicinis populis, Britonibus, Anglis, ac Pictis coluerãt Eugenius & Mordacus ante eũ reges, nõ excessit. Regnũ maleficis purgare, imbellẽ tueri plebẽ, & religionẽ sanctã colere, summa cura ꝑ totã studuit vitã. Auctę itaq; sunt eo imperãte, Scotorum opes: pace, ocio & religionis obseruatione. Grassatores eñ & qui litem ciere inter nobiles, aut agrestibus quoquo modo infesti esse consueuerãt, ꝑ eũ sunt sublati. Ea aũt reuerẽtia apud cunctos erat spectata in rege virtus, eaq; formidine & obseruãtia, ob ęquã regni administrationẽ cũcti eũ suspiciebant, vt nemo oĩm esset, qui de eo sinistri quicq̃ hiscere, vel ausus sit vel iure potuerit: tãtisper quidẽ dũ ꝑ se regnum administraret. At eo graui senio cõfecto, dictis quatuor viris maiorũ decreto, Dovvaldo Argadię q̃store, Collano Atholiæ, Mordaco Gallouidię præfecto, & Conratho Thano Morauiæ, qui regni essent ꝓcuratores, haud ea qua antea dexteritate res Scotica ꝓcessit. Dictorum enim quolibet non adamussim tenente æquitatem, sed sedulo agente pro necessariis, nobilitatiq; pristina insolentia, & iuuentuti nimia licentia cõcessis, ingens est perpessa Scotoꝝ politia dispẽdiũ. Donaldus eñ insularis, vir procero corpore, sed ingenio a virtute alieno, grassatorũ principatũ gerẽs, ꝑ vicos & agros vagabũdus, quę ad humanũ erant vsum, arbitrio suo cuiq; surripiẽs, nullo se ꝓbẽte iniurię vindicẽ, plus q̃ in seruitutẽ, agrestes in Gallouidia redegit. Neq; Mordacus Gallouidię secũdũ regẽ administrator, tãtã Donaldi in gentis perniciẽ audaciam compescuit: siue ꝙ necessitate quadã ei iungeret, siue potius ꝙ criminis conscius particeps esset prædæ.

Gemere plebei,in extremã inopiã diutina depopulatione tandẽ reda
cti,querelasq; ad Mordacũ deferẽtes,repulsam sunt frequenter passi
ꝙ rege extrema valetudine laborãte nullus esset q malo illorũ me-
delã afferret:manibusq; in cęlũ tẽsis,suas inter se deplorare ærũnas.
Sed quo magis quererent̃ iniuriã,eo ampliori semꝑ Donaldi sęuitia
sunt affecti.Nullaq; afflictę gẽti spes vitę trãqllioris effulsit, donec
Eugenius Octauus Mordaci regis filius post Ethfinũ tricesimo re-
gni sui anno extinctũ ad summũ assumpt9 erat magistratum,Anno
Christi circiter septingẽtesimo sexagesimo secũdo.Eugenii regni ini
tiũ felix fuit oib9 iudicatũ,ꝙ post Ethfini funus in Ionã elatũ & post
sumpta in Argadia veteri instituto comitiis ad id dictis regalia insi
gnia,nec noctu nec interdiu quieuerit,donec captũ Donaldũ nõ sine
cruẽto milite vna cũ scelerũ eius cõsciis iustis pœnis scelus luẽtẽ po
pulo ostẽdisset.Nec eo supplicio satiata est regis ira. Sed etiã Mor-
dacũ adhibitũ q̃stionib9 sceleribusq; affinẽ se fassum publicatis for-
tunis,agrestibusq; Gallcuidianis facultatũ habita ratiõe partitis,ca
pite puniuit.Dovvaldũ,Collanũ, & Conrathũ accusatos maiestatis
lęsę,ꝙ Donaldũ ita imbellis plebis fortunas diripere ꝑmisissent,illis
vt se imunes ostẽderẽt cõtẽdẽtibus,nõ sibi sed Mordaco Gallouidię
administrationẽ Ethfino rege valetudinario demãdatam, haud vnde
quaq; culpa vacare iudicatos,pecuniaria multa castigauit.Pacatę res
hmõi suppliciis ĩ Gallouidia regis nomẽ cũctis reddidere formidabi
le:adeo vt neq; rebellio neq; intestinę lites,aut inueterata militum in
agrestiũ fortunas debacchatio,eo regnãte viderent̃ robur aliqđ resũ
pturę.Populus itaq; se regẽ adeptũ,cui pluris eẽ videret̃ publica sa-
lus q̃ vita ꝓpria:q pacẽ coleret,religionẽ amaret, ꝑstaretq; prioꝝ re
gũ more in sancito cũ Anglis Britãnis & Pictis fœdere,vehementer
est gauisus.Sed vt hũana sunt ingenia,licẽtia semꝑ in malũ ꝓcliuia,
Eugenius sub pace & ocio impitãs in fœdissima scelera est ꝓlapsus,
luxu maiore q̃ q sit hoĩs diffluẽs: quippe virginũ nobiliũq; matrona
rũ pudicitię expugnator,ganeis,popinis nouarũq; voluptatũ ac mõ
struosi cõcubitus reꝑtoribus (qđ hoĩm genus sibi iucũdissimũ esse
oĩmq; horarũ amicũ palã est ꝓfessus)nimiũ est delectatus.His itaq;
vitiis ĩmersus(vt fit)in deteriora in dies abiit flagitia,extremã aua-
ritiã,parricidiũ,quo opulẽtoꝝ fortunis liberius potiret̃, religiõis cõ
tẽptũ in sacerdotũ sacrorũq; põtificũ opes vt sceleratũ cœtũ inexple
bilia illa vitioꝝ mõstra explerẽt sublato pudore desęuiẽs.Nec diu tã
ĩmania scelera inulta ꝑmãsere.Patres.n.aĩaduertẽtes,nec ꝑ sacra epõ
rũ monita,nec ob dei diuorũq; reuerẽtiã regẽ a tã fœdis atq; ꝑnicio-
sis coerceri aut inhiberi flagitiis, ipm̃ in curia leges ita detorquentẽ

1 vt ciuē quēdā opulētū sed innocētē morte afficeret eoq; scelere hoīs potiret fortunis: cōiurati nobiles pugionibus ex cōposito cōfossum interimūt. Pręhensumq; scelestū cœtū regi vbicūq; assistere solitum, & furcis appręhēsum gratū populo exhibuerunt spectaculū. Talis
5 erat Eugenii octaui exitus postq̄ tres annos Scotorum rei summam gessisset. Cuius corpus tametsi plęrisq; visum fuit, in cloacā aut cāpum abiiciendū ad feras, tamē ne eo tali affecto contumelia, maiorū gloria eleuaretur ac sorderet, magistratuū authoritate deportatū in Ionam regū inter monumenta recōditur. ¶ Secūdū Eugeniū Scoto-
10 rum reipublicę administratio ad Fergusium tertiū Ethfini regis filiū deuenit, non multū ab Eugenii diuersum indole. Qui regiū sortitus nomen marmori in Argadia admotus, cūcta simul vitia ad id tempus dissimulata impudenter profundens, Eugeniū flagitiis vincere videbatur anniti: ex abstemio temulentus ingluuieiq; addictus:
15 ex casto plus q̄ mulierosus omniū iudicio effectus: neglectaq; reipublicę administratione in maximū euadēs helluonem, ligurire & helluari suetis acceptus, cęteris infenso odio habit9, pellicū gregem domi habuit, quibus iustā coniugē in contumeliā ancillę redactam vel sordidissimo ministerio seruire coegit. Id mulier ægerrime ferens, re-
20 gem pie admonuit tā indignis homine flagitiis si studiosus summæ potestatis administrator esse cuperet, abstineret: fore testata si genialem thorum toties lupanari macularet infamia, & in tantopere detestandis perseueraret sceleribus, vt vbi minus timeret, debitas pœnas in regię familię dedecus exolueret. Huiusmodi increpationibus iri-
25 tatus magis q̄ emendatus Fergusius, quum in flagitia in dies abiret maiora, fœmina ira excandescens & ꝙ coniugali fide fraudaretur & ꝙ propter facinorosam regis vitam populi odiū semper in eū accresceret, malens se connubii iure priuatā q̄ tot pellicum iniuriis affici, Fergusiūq; e medio tolli q̄ diuturniori impunitate cōcessa seruari ad
30 maiorem cōtumeliam: ipsum regem noctu strangulauit. Delatū est regis corpus postridie funebri apparatu ī curiā: vt facta inquisitione (licet perpauci Fergusii interitū ægreferrēt) quis tātū ausus fuisset attentare scelus, dignoscerent. Regii amici mœsto silentio affuere ac optimates quidam precati vt sceleris authores omni diligentia per-
35 sequerentur. Multi capti ex regis familiaribus (Nemo autē omniū Reginā antea semper modestā habitā maritalis cędis vel tacite insimulabat) quęstionibusq; adhibiti quum nullus vel in ipso cruciatu crimen fateretur: Regina non tam admissum crimen q̄ tot innocentes torqueri dolens, celeri gradu ad locū deuenit. In editoq; constitu-
40 ta ad populū ita infit. Nescio popule meus, nescio quis deus me exa-

gitat queve diuina vltio tam variis me affligit cogitatibus, vt hodie & post concubiũ qđ hũc pręcessit diem nulla prorsus mihi aut mẽte aut corpore quies detur. Vbi vero innocẽtes adeo inhumane torque ri acceperim, nisi modestię quę exigua fateor in me est reliqua, paulũ obtemperasset ira, vltimũ omniũ malorum mihi ipsa consciuissem. 45
Regis cędes meũ est facinus. Cogit me conscientia vel propriã deserentem salutẽ ne innoxii iniuria perirent scelus fateri meum. Igitur certo cognoscite istorũ neminem quos quęstionibus adhibuistis, culpę esse affinem. Ego mediusfidius ea sum quæ Fergusium cuius de cęde altercationẽ inter vos ortam video, nocte proxima his scelestis 50 manibus strangulaui, duobus amarissimis in fœmina stimulis incensa, libidinis impatiẽtia & ira. Cõnubii debito frustrauerat me Fergusius pellicibus immoderate vsus. Vnde quũ viri reconciliandi frequẽtibus suasionibus omnis spes fuisset sublata, ingens excandescentia oborta me ad tantũ nefas impulit. Malui ergo adulterum tollere, q̃ 55 viro destituta, regioq; fraudata honore perpetuę pellicũ iniurię prostitui. Cunctos itaq; regię cędis insimulatos absoluite. Vt vero me vnã sontem legũ decreto pœna afficiatis opus non erit. Ipsa de me q̃ tã infandũ scelus ausa sum corã vobis nũc sumã suppliciũ. Quid honoris mortuis debeatur videritis. Hęc fata cultrũ quẽ sub veste abdi 60 tum habebat in cor defigit, prolapsaq; illico in vulnus moribunda cecidit. Permulti tantã stupere mulieris audaciam, laudare quidã qđ vt insontes vltimo liberaret discrimine crimẽ sit fassa: & ne ludibrio supesset, aut causam parricidii in omne dedecus dicere cogeret, vim sibi intulerit: alii damnare vtrũq;, veluti æquo inimicum: haud licere 65 dictitãtes quẽq; vel propriũ, vel alienũ scelus detegere, vel ob scelus etiã immanissimũ admissum, sine iuridica animaduersiõe, mortẽ sibi consciscere. Dum huiusmodi sententiis scinderetur multitudo: Fergusii funus in Ionam magistratu iubente est deportatũ, regni sui anno tertio humani generis seruatoris septingentesimo sexagesimo se 70 ptimo. Regię cadauer q; manũ ipsa sibi intulerat sacra caruit sepultura. In demortui Fergusii locũ sufficitur Soluathius: Eugenii octaui filius, vir ad magna si fata vndiq; fauissent natus. Tertio enim regni ipsius anno vi frigoris, quo inter venandũ vehementius affligebatur, podagrã articulorũq; morbũ contraxit: qui ne domi aut foris 75 pręstantis ducis munia rite exequeretur ad vitę exitũ ipsi perdurans haud mediocre pręstitit impedimentũ. Eo incõmodo laborantẽ regẽ tumultus qdã excepere. Primus ab Hebridibus est ortus. Banus enĩ Makdonaldus Tirę (nomen est insulę) regis beneficio p̃fectus, nouarum rerũ cupidus, scelerata Hebridianorũ iuuentute munitus re 80

1 giis arcibus dolo occupatis, se Hebridum regē appellitans, insulas vniuersas partim vi, partim vltro deditas in potestatem recepit. Nec his cōtentus multis triremibus deuectus in continentem Cantyr & Lorn ingenti strage affecit. Duthquhalum Atholorū præfectum &
5 Cullanū Argadum lecto cū milite, rex huius tyrannidi obiicit. Qui primo congressu deuictū Banum fugientē cū profligato exercitu in iniquissimū locū compellunt. Est campus latus herbidusq; in Lorn asperrimis montibus iugorū perpetuitate cōiunctis, alto riuo, q sub his fluit petrosis insuperabilibusq; ripis vndiq; pœne cinctus: vnica
10 via in eū ducit, neq; alia egressus patet. In hunc Banus loci ignarus cōpulsus, qua venerat via (ꝗ aliunde non pateret egressus) redire conatus cū turbis, montiū fauces hostibus occlusas repperit. Tum Hebridiani defixi cōstiterūt, alii alios intuentes, multaq; iactātes inter se qua arte inde essent abituri. Et quū variis, cōtrariisq; nōnūq cō
15 siliis diem cōsumpsissent, nox incertos oppressit: quū vigiles sine alimento in stationibus perseuerantes requirētesq; inter se quæ omniū fortuna esset futura nihil cōsolationis inuicē prębere potuerint. Mœstum inde fuit sequutū per biduū inter insulanos silentiū die deinde insequēti extrema vrgente inedia Duthquhalum & Cullanū Banus
20 per fęcialem supplex precatur, liceret Hebridianis depositis armis q bus dicturi essent cōditionib9 vita tātūmodo salua, in insulas abire. Quo nō obtēto post multos irritos conatus iniquissimo loco egrediendi varia per montiū loca, sub dubiā tandem lucem raptis armis irrumpētes in hostes ad vnū sunt necati. Id Duthquhalus ac Culla-
25 nus iusserant, vt Hebridianorū casus cęteris foret documēto quātū periculi in se contineat impia in principē rebellio. Profecti secūdum hęc duces cū victore exercitu in Hebrides omnia reddidere pacata. Hūc motum alius sequutus in Gallouidia Gillequhalmo Donaldi (quē tumultuantē ab Eugenio rege octauo victū ac cruci affixū lo-
30 co parum ab hoc diuerso diximus) filio latronū multitudine collecta res vndiq; turbante. Sed is motus authore & sociis paruo negocio superatis, cęsisq; ducibus, ab eisdem qui Hebridianorum tumultus cōpescuerant, facile est sedatus. Sub idē tēpus in Anglia Saxones, Britonesq; in Gualia internis seditionibus laborabant. Discor-
35 diam enim regū multitudo, ritus diuersi, longa quies, & inde sequutę opes pepererunt. Neq; Picti sine occultis tn̄ simultatibus fuerunt. Tantę autē ciuiles inter populos Albianos seditiones fecere vt nulli vicinis gentibus aliquot exinde annos bellum inferrēt. Soluathii ꝑ hęc, regnū tranquillum fuit: primatūq; opera, cunctis Scotorum re-
40 gionibus in officio perstātibus, perinde atq; rex omnes quotannis lu

strasset:sublatis prędonibus, rite administratū est. Viginti ānis erat Soluathius in administratione: quibus emensis omnibus venerabilis reuerēdusq; vita excedit. Anno a seruatoris ortu septimo supra octīn gentesimū & octogesimū. Insignes habiti sunt eruditione & vitę innocentia inter nostrates Saluathio Scotorū rem tenente Machorius episcopus cuius nomini pręcipuū Aberdonense tēplū, vbi nūc sacra episcopalis sedes est, dicatū. Deuinicus archidiaconus, Conganus abbas, Dunstanus & ipse abbas plurimorū monachoꝝ pater. Hi & ꝑmulti post eos eorū discipuli egregii Christianę legis concionatores nostratibus veluti illuminatissimę faces pium atq; salutiferū attulere splendorem. Non desunt (satis scio) qui hos sanctissimos viros in alia reiiciunt tēpora. Sed nos a nostro instituto nihil degressi Veremūdū & Ioānē Campūbellū in tēporū supputatione (vti ab initio decreuimus) sequuti incœptū negociū vt quūq; persequimur.

Scotorum Historiæ Liber Decimus.



Chaius Ethfini regis filius, vir tum inclyta inter Scotos iustitia & probitate secundū Soluathium fatis absumptum, atq; in Ionam ad sacra regū monumenta elatum ad reipublicę curam multitudine precante fœlicitatem, est assumptus. Priuatus cognouerat Achaius veteres simultates inter nobiles qbuscū ei erat familiaritas, noua incendia apparenter suscituras, orituras q; inde in gentis perniciem intestinas seditiones: quas vt prohiberet, ꝙ publico cōmodo plurimū aduersarentur, atq; vt maiorum more cum vicinis regibus in fœdere perstaret, summa ope laborandum putauit. Nihil ergo antiquius, nihilq; magis necessarium, ꝗ ciuiū consensum ad regni fœlicitatē pertinere ducens, accitis ad se primatibus, rebusq; prudentum discussis consilio omnem vel apparentem litem inter eos donariis a se affluenter honoratos primū sopiuit, deinde prorsus extinxit. Sublatis itaq; ab radice Scotorum simultatibus, sub initiū regni sui Achaio bellum ab Hibernicis Hebridianis imminebat: ꝙ Hebridiani Hibernicorum manum in Cantyr latrocinantem ab regionis illius incolis vocati tetra clade affecissent. Id bellū ne denūciaretur misit Achaius legatos ad Hiberniæ primores (vacauit tum forte rege Hibernia) qui dicerent Scotorum Albianorum regem Hibernicum populum vnde Scoticę genti vetus erat origo in Hebridianos propediem ar-

1 ma sumpturos dolenter audiuisse, haud ignarum id sine cognatarũ gentium ingenti dispendio fieri non posse. Nullamq; belli causam inter vicinos esse, si latrones latronibus insidiati prælio inter se congressi & iniuriam intulerint & acceperint. Si pacem malint Hiber-
5 nici q̃ bellum, vetusq; fœdus manere incolume, in eo & Scotorũ gẽtem permãsurã. Sin bellum paci (qđ nollet) preferrent, aut dubiis essent animis vtrum eligẽdum, magna prius discutiẽdum diligẽtia: q̃ vtilis esset pax tempestiua, & quot damna & mortes prohiberet. An in ocio pacem, an pacem in bello vtilius sit querere: pacem enim
10 tandem vel necessario ineundam: sed vtrum maiori cõmodo afflictis longo bello rebus, an adhuc integris pax esset ineunda non multis rationibus definiendum esse. Cõstare enim aliarum gẽtium exẽplo, multo prestare continuo pacem inire prius q̃ maiores inserrẽtur iniurie, q̃ acceptis incommodis reparationem repetere. Ad hec Hiber-
15 nie ꝓceres nihil fortunis diffisi se fortiter munia sua obituros respõderunt. Acceptam enim cõtumeliam in Cantyr virtute & armis vindicandam. Nihilq; se de pace acturos prius q̃ quas accepissent iniurias, fuissent aut vlte aut vltro reparate. Que eo in bello vẽtura erãt iam tum secum discussisse & que essent vsui ad omnem euentum ha
20 bere comparata. Rem si non maxime vtilem haud tamẽ insuetã nec inhonestã se patrũ exemplis tum elegisse. Dum legatio ex Hibernia huiusmodi cũ responso redierat, omnesq; Scotici nominis, de firmanda pace, regis ingenio bellum parũ placere videntes, cogitarent. Ingens Hibernicorum vis biremibus triremibusq; in Ilam transmisit.
25 Vnde agris ac vicis populatis quũ ingentẽ prædam domũ veherẽt, aduerso sidere depressis nauibus in mari simul cum præda ad vnum sunt absorpti. Hæc vna cum Hiberniæ primatum responsis, referentibus legatis audiens Achaius, nullum nuncium ad Hibernicos iam ex professo hostes pro pace exinde mittẽdum decreuit. Ratus popu-
30 lum perfidie notatum ꝙ nefas quum de pace ageretur fraudulenter tentasset: Deo vltore ita accisis viribus pœnas dedisse vt licet min9 honestam, necessariam tamen pacem a se mox petiturus esset. Nec ea sententia regem fefellit, Venere siquidem paucis post diebus Hibernicæ gentis legati Enuerlotheam vbi tũ forte rex erat pacẽ sup-
35 plices orantes: multis confessi lachrymis q̃ impie latrunculorũ gregem in illã immiserint, deum iustissime agere quũ bona vltro oblata spernentes malis atq; incommodis afficit: id se merito expertos. Idcirco pacem quã per Scotorum legatos oblatam renuerant superbi, nunc deiectos ab eisdem suppliciter petere. Ad hec Achaius, Hiber-
40 nicos gentem contumacem non nisi verberibus affectos sapere, qđ

conducit auersari frequentius, vltroq; eligere incōmoda, ineptire, furere, insultare, quū minime oporteret, respondit. Vulnus quo nō hominū sed æquissima dei vltione recēter essent afflicti documēto esse mortalibus q̄ superos reddat infensos nulla lacessitos iniuria proximos suppliciter petentes pacē impio bello lacessere. Verum iniuriis 45
& veteribus & recentibus posthabitis vt se verum Christi cultorem qui pacem adeo laudauit, extulit & cōmendauit tanto opere ostēderet, mortalibus Hybernicoq; populo (tametsi id parū merito) petitam pacem libēter cōcedere. Lętis animis hęc pax ab Hibernię patribus, legatis domū reuersis, est suscepta. Nec minus iucūdum fuit 50
Scotis bello defungi: quippe qui partim belli incōmoda partim pacis dulcedinē experti quātū hęc illi pręstaret: longo temporis curriculo didicerant. Interea Carolus (cui magno ob rerū gestarum magnitudinē nomen postea est inditū) Francorū rex Christiani nominis hostibus impugnādis totis viribus operā impēdens, postea q̄ ac- 55
cepisset Anglorum gentē deuictis Britonibus in Albione eo processisse insolētię vt & Gallicū & Germanicū mare immo nōnūq̄ ipsam Galliam fœdis incursibus turbarēt, adeo vt negociatoribus & mari & terra pœne secluderetur iter. Ne exinde tā libera esset piratis Britannicis irrumpendi in Galliam infestandiq; Gallicū ac Germanicū 60
mare potestas: statuit Francorum regulorum quos Pares vocāt decreto cū Scotis ac Pictis fœdus inire, ea inter cęteras lege vt quoties Angli Galliā inuaderēt armis, Scoti ac Picti eis bellū inferrēt. Q; si quādo Angli Scotos Pictosve bello lacessiuerint Franci vim belli in se suscipiētes hostiliter aggrederētur Britāniā. Missi ergo Caroli re- 65
gis legati negocii cōficiēdi causa ad Achaiū regē, vbi i ei9 deuenere cōspectū publica Scotoꝝ nobiliū ad hoc facta cōciōe orator Frācoꝝ Nisi (inqt) exploratū haberet Carolus Frācoꝝ rex (illustris Achai) Christianę religionis decus & augmētū, eiusdēq; cōtra imanissimos Sarracenos iā vi summa verā impugnātes pietatē ꝓtector, tibi Fran 70
corū ac gētis cōmunē salutē tuoq; populo plurimū esse curę. Nos vt quę eius nomine postulaturi sumus apud te impetrarem9, ad te istos q; ꝓceres nobilissimos hoc tēporis nō misisset: Sed syncerū tuū Scoticęq; gētis studiū in Christianā pietatē ꝓ qua tutāda iā Frāci armis decertant, ac beneuolētia in Frācos istuc negociationis causa traiiciē 75
tes, effecit vt ad te Caroli regis oratores religionis causa cōfidētius accederemus. Accepisti remur (& cui id potest esse ignotū) quo discrimine Christiana res Arabum hostiū verę pietatis, armis petita in Italia, Gallia, & Hispania aliquot iā annos laborauerit, quātum piorum numerum deleuerit Sarracenorum feritas, quot vi occupauerit 80

ciuitates & regiones: prȩstantissimosq; ciues Christianȩ pietatis cul-
tores quot dirȩ addixerit seruituti. Huic autem tam sȩuo vulneri in
Christianæ religionis perniciem indies crescenti vt medelam ferret
Carolus rex pientissimus bellũ aduersus Christi inimicos susceptum
tãto gerit animo, tã prona tam propensa alacritate vt suũ caput vi-
tamq; pro Christiani gregis salute, deuouisse cũcti habeant persua-
sum. Nihil magis exoptat Carolus, nihil ardẽtius cupit ex animo q̄
initũ bellũ ad exitũ fœlicem perducere. Christi veros cultores Sarra
cenorũ leuare iniuria, restituereq; in pristinũ splendorẽ sacra tẽpla,
pontifices, sacerdotes, piosq; ritus vniuersos. Nihil autẽ magis timet
q̄ domestica aliqua iter Christianos seditione a tã pio conatu sese im
peditum iri. Tentãt enim plȩriq; populi Galliam eam impiis armis
infestantes, Saxones, Frisones, Normani, & omniũ maxime Angli q
Saxonici sanguinis viri nuper in Britannia incolis exactis aut suba-
ctis regnũ adepti, & maria & terrã rapinis piraticis ac cruẽtis incur
sibus fœdissime adimplent. Horũ temeritati vt obuietur quo minus
libere in Galliam aut in hoc tuũ regnum irrumpant optat ex animo
pius rex Francorumq; maiores tecũ ac tuo cum populo fœdus icere,
inireq; societatẽ vt & Franci Scotis, & Scoti Frãcis si quãdo Angli
alterutros iniusto bello lacessiuerint vtriq; alteris aduersus cõmunes
hostes forent auxilio. Eo modo Anglorum iniuriã (qui aliena occu-
pandi omniũ sunt cupidissimi) vtriq; populo æque vitandam Fran-
ci patres arbitrantur. Ea propter vos quibus ob verȩ pietatis post eã
susceptam synceram culturã, superi hoc regnũ ꝑ tot secula seruarũt
incolume, ac quos contra tot sȩuos tot opulentos hostes sunt tutati:
pientissimi principis Caroli, æquis postulatis (q̄ nihilominus ad rẽ
Scoticam q̄ Francicam pertineant) ex sententia responsuros nõ pos
sumus non sperare. In nulloq; in Christiani nominis hostes expeditio
ni defuturos. Hæc vbi dicta & maiori q̄ dici possit audita beneuo-
lẽtia, legati (erãt aspectu omnino venerabiles) hospitio ab Achaio
rege multo cũ honore ac magnificẽtia sunt recepti. Dũq; regis cõ-
uiuia comiter celebrarẽt disceptatũ est inter natu maiores nec in vl-
lius sentẽtiã itũ: expediret, ne vti postularẽt Caroli regis legati cum
Francis fœdus inire: variiq; vt in re ardua, plȩriq; nobiliũ cẽsuere. Fa
cto tãdẽ Achaii regis imperio primoꝝ gẽtis cõsessu, legatis Frãcoꝝ
ne cõsilio interessent, venatũ cũ Scoticȩ nobilitatis parte ablegatis,
eodẽ Achaio iubẽte, Culmanus Marriȩ prȩfectus (is tũ inter Sco-
tos insigni habebatur probitate) ita ad regẽ primoresq; infit. Haud
cuiq̄ admirãdum video (rex Achai) si fœderis cum Francis percu-
tiẽdi multoꝝ huius tuȩ gẽtis animos vehemẽtius incesserit cupido:

quippe qui persuasum habent nihil melius, nihil conducibilius, pul-
chrius, aut sanctius in humanis Scotorum populo q̄ cum gente omniū
quę in Europa sunt, hoc tēpore opulentissima fœdus inire & societa
tem: multa siquidē celebritate Scotorū nomen in toto orbe hoc fœ-
dere futurū: sed nō tam hęc plausibilia cōmoda q̄ quæ ex eo fœdere 45
nascitura sunt mala exactius sunt inspiciēda. Perniciosus em̄ rei euē-
tus (mea sententia) si in fœdus ita cōsenserimus nostrā aliquando
posteritatē q̄tū errauerimus in eo percutiendo manifeste sed sero do
cebit. Ecquid aliud quęso est cū Francis aduersus Anglos proximā
gentē quorū amicitia cōmodissima nobis foret, societatem inire, fœ- 50
dusq; percutere, q̄ hostē vicinū & prope domesticū deinceps habere:
amicos autē vasto mari seiūctos, quorū arbitrio bellū nobis sit mo-
uendū in proximos: alienaq; pro salute dimicādum & eorū causa qui
lōgissime a nobis absunt obiiciēda nostra corpora hostibus, sęuoq;
vulnere ab eis conficienda: regnū item hoc & fortunas omneis, ac de 55
mū capita ipsa nostra vltimo cōmittenda discrimini. Censeo ergo vi
dendū ne quū phucatum decus & gloriā quęrimus inanem, Anglos
proximā nobis gētē iritantes libertatē tātis sudoribus a maioribus
partam pro qua cū Britonibus, Romanis, Pictis, & tādem cum Sa-
xonibus toties dimicarint, nūc sempiterna cū ignominia amittam9. 60
Ecquid potest liberę genti perniciosius excogitari, quid maiori futu
rum cū iactura q̄ iura pacis & belli fortunas ac libertatē deniq; pro
qua vna cūcta ad interitum vsq; decertant animantia, seruitutē vltro
obeundo alienę gentis volūtate metiri? Si Franci violato fœdere me
dio belli ardore qđ pro illis ex inito fœdere gesturi fuerimus officio 65
excesserint, fœdusve iniuerint cū hostib9 nobis cōmunib9 vim belli
in nos coniiciētes oēm, nūquid iudicē habituri sumus cui9 illi autho
ritate causam dicere & illata nobis damna Anglorū iniuria, repara-
re cogentur? Sunt ne nobis hę opes, hę vires, quibus vbi Francorum
causa bello fuerimus fracti ac ducti pœne in exitiū, acceptam iniuriā 70
in eos poterimus vlcisci? Si eo aliquādo redacti fuerim9 (qđ nollē)
vt consumptis fortunis, attritisq; viribus, Francis nos deserentibus,
Anglorum arma propulsare nequeamus, apud quē (quęso) Frācos
violati fœderis accusabimus? Nobis quotidie post ictum fœdus (si
tamen icetur) cū hostibus cōuersandū, cum amicis raro: per medios 75
hostes semper agendū, longo autē terrarū aut vasti maris tractu ad
amicos & ad socios quū opus fuerit proficiscendū. Vehentur ad nos
e Gallia, Hispania, Germania: non quas cupiuerimus, sed quas An-
gli permiserint merces. Nostris quoq; negociatoribus in Galliam
aut alio traiecturis extremis eos periculis aeris inclemētia vrgētib9, 80

1 vti frequẽtius nauigãtibus euenit, in quem se recipiãt portũ relinquemus nullũ. Vnde tunc illis aut maris ſęuitia pereũdum fuerit, aut cõcedendũ perditis fortunis in hostiũ potestatẽ. Hęc quãtũ incõmodi sint allatura Rex prudẽtissime, vosq; pceres circũspecti vi
5 detis. Propterea in veteri pace cũ Pictis, Britonib9 & Anglis maiorũ more qbus haud ignotũ fuit quid Scotorũ gẽtis saluti maxime cõduceret, arbitror pstandũ: nouaq; cũ ignota gẽte nihil de nobis ad hũc vsq; diẽ bene merita (cui9 legatio nõ potest mihi nõ esse suspecta dũ lõginquã adeo cupiũt societatẽ) haud quęrẽda fœde-
10 ra, nisi regnũ, libertatẽ imo & capita pro Frãcorũ salute, nostra neglecta, plane voluerimus deuouere. Fremere pmulti ad Culmani verba, rati honestã iuxta atq; necessariã Scotis societatem Frãcoꝝ. Tũ Albianus qdã vir nobilis cui Hebridũ insularũ cura regis beneficio paulo ante fuerat pmissa ita verba fecisse dicit. Si quatuor
15 populis q hac tẽpestate sedes habẽt in Albione, Anglis, Scotis, Pictis & Britonib9 vnus possit esse iuiolabilisq; cõsensus, aut Anglidatis pmissis ac fide manere norint, quę Culmanus attulit nõ pœnitẽda consilia fateremur: quippe q nihil causę superesset prorsus quãobrẽ fœdus quauis cũ gẽte extera iceremus. Verũ qa nũq̃ ma
20 iorẽ perfidiã mortaliũ quisq̃ in quauis gẽte offendit, q̃ in Saxonibus (qui regno in Albione impie obtẽto, in Anglorũ nomẽ nuper cõcesserũt) Scoti, Picti ac Britones sunt experti, liqde vobis cõstare arbitror necesse esse aut cũ Anglorũ nõ tã armis q̃ pfidia ppetuo dimicare, aut socios cõfœderatosq; habere, quoꝝ viriũ accessio
25 ne tãtę pfidorũ temeritati obsistat. Cedite fidẽ an pfidiã dixerit qspiã: Saxões a Britãnis olim i adiutoriũ aduersus hostes inuitatos, receptos hospitaliter, opimisq; donatos muneribus, versa in cõtrariũ vice hostes pro adiutorib9, pro defensorib9 impugnatores sese prębuisse, arma iimica i Britonũ gẽtẽ cõuertẽtes: a qbus paulo an
30 te auxiliares fuerunt acciti, teterrima eos affecisse clade, ac regno spoliasse. Quę fœdera vnq̃ (ipsi hoꝝ quę dico nõ ignari estis) hãc gẽtẽ dũ aut iiuriã pximis iferre, aut qd sibi emolumẽti poterat cõparare, tenuerũt? quippe quã nihil vnq̃ vt cõmodũ (si tñ id cõmodũ dici potest) conseqret, aut fidei cassę, aut sacramẽti lęsi puduit.
35 In quot calamitates miseros Britones Saxonũ ptraxit pfidia? Quoties nobiscũ & Pictis icta fœdera quũ minime sperabam9 violarũt? Immo adeo inter sese hac tẽpestate dolo magis q̃ armis decertant Angli, vt in Northũbria tot regib9, totq; nobilib9 fraudulẽter cęsis, vix qui illis in regnis sũmũ velit obire magistratũ queat iueni-
40 ri. Periit haud multis abhinc annis Osvvinus Northumbrorũ rex

Oſvvei ꝙ ei ĩ regno ſucceſſit,ĩſidiis.Oſvveũ Oſricꝰ & regno & vita
dolo priuauit.Hũc Egbertꝰ regnãdi cupidꝰ ꝑ fraudẽ ĩteremit.Eg-
bertũ Mollo,Alfredus Mollonẽ ſuſtulit, ꝙ & ipſe Ethelberti aſtu
extinctꝰ eſt.nec Ethelbertꝰ feliciorẽ eſt exitũ ſortitꝰ,proditꝰ.n.nuꝑ
a ſuis fœde eſt interẽptꝰ.Neqꝫ mĩori dolo Angli vbicũqꝫ ſedes ha
bẽt in Albione,ꝙ̃ in Northũbria cõtẽdũt.Hãc gẽtis veſaniã,hęcqꝫ
tã infãda flagitia venerãdi põtifices ac cęteri viri pietati addicti ꝙ
bus chriſtiani dogmatis ꝓpalãdi cura erat cõmiſſa,ꝑteſi:ſacris epi
ſcopalibꝰ ſedibꝰ,cœnobiiſqꝫ vacuis relictis in ꝑegrinas regiões ab
iere.Ergo ꝙ ab ĩiuria ĩ nos abſtinẽt Angli,nõ fidei,nõ æꝗtatis cul-
tus, nõ icti fœderis reuerẽtia,ſed ĩteſtina qua laborãt ſeditio,eſt in
cauſa.Neqꝫ noſtrũ cuiꝗ̃ iure põt venire ĩ dubiũ ꝗn ea ſublata,poſt-
habitis fœderibꝰ,illico in nos arma ſint reſũpturi.Iſtorũ aũt cona
tus reprimẽdi nullũ expediẽtiꝰ ĩuenio cõſiliũ,ꝙ̃ ea cũ gẽte ſocietatẽ
inire & fœdꝰ ĩcere,ꝙ̃ nobis iũcta tãtã ĩprobę gẽtis veſaniã facile ca
ſtigaret.Fortuna huiꝰ rei anſam mediũqꝫ nobis obtulit.Aſſũt.n.Frã
coꝝ regis oratores vltro offerẽtes qđ nobis vix licuiſſet optare:po
ſcũt fœdꝰ aduerſus Britãnos ſecũ ĩeamus ꝗbꝰ Gallia,Hiſpania,&
haud exigua Germanię pars obtẽperat.Nũꝗd illud ſanis mẽtibꝰ
ſpernẽdũ?Nũ refutãda Frãcorũ ſocietas nobis vltimis orbis gẽti-
bus vel vltro oblata:ꝗbus ob ſyncęrã in deũ hoĩeſqꝫ fidẽ,ampliſſi-
mũ iã numinis fauore cõceſſũ eſt orbis impiũ?Saluberrimũ ꝓfecto
hoc munꝰ ſi gratis acceptabimꝰ animis,Hiſpanię,Gallię,Germa
nię, aliarũqꝫ gẽtiũ ꝙ̃ Caroli nomẽ obſeruãt,nobis ſocietatẽ ꝑabit.
Vñ negociatorũ cũ oĩ merciũ gñe ad nos ſecurꝰ ac frequẽs fiet tra
iectꝰ.Sꝑo itaqꝫ veſtrũ vnũquẽqꝫ(mõ rẽ accuratiꝰ ſecũ tractauerit)
Frãcorũ fide & opibꝰ mari & terra pollẽtiũ ſocietatẽ, Scotorũ rei
plus ſaxonica ꝑfidia cõducere,iudicaturũ.Et cui veſtrũ ĩcognitũ eẽ
põt efferatã Anglorũ gẽtẽ nõ minꝰ noſtris capitibꝰ ꝙ̃ Britonũ inſi
diari?noſtrive ꝙ̃ Britãnici regni,mõ ĩnatę ꝑfidię vires rñderẽt,mi-
nus cupidã?Propterea ſi infenſiſſimorũ hoĩm arma,ſi fraudẽ vitare
cupimꝰ,ſi Chriſti religionẽ ꝓ qua Frãci ĩ armis ſunt colimꝰ,ſi plꝰ
virtutẽ ꝙ̃ ꝑfidiã ſuſpicimꝰ,ſi ꝓ noſtri gñis gloria & celebritate la
boramꝰ,ſi ꝓ patria,ocio & ꝗete,ſi deniqꝫ ꝓ libertate & vita ꝗbus
nihil eſt hoĩ chariꝰ:fœdꝰ cũ Frãcis alacres ꝑcutiamꝰ:in eoqꝫ ꝑſte
mus,ſpẽ hñtes certã illđ ad huiꝰ regni tutamẽ & ad reprimẽdã An
glorũ in nos ĩiuriã nobis perpetuũ cõmodũ decuſqꝫ allaturũ.Hac
vel nõ multũ diſſimili orone vſus Albianꝰ multitudinẽ facile ĩ ſuã
traxit ſentẽtiã.Tũ Achaꝰ rex vt oĩm aĩos in Frãcoꝝ cõfęderationẽ
inclinare ĩtellexit:iuſſit vt ad eũ locũ cũcti poſtridie adeſſent:alla-

1 turũ se dicẽs q̃ Scotorũ gẽti maxime vtilia pres iudicarẽt. Soluta contiõe Frãcorꝝ oratores adductos i regiã celebri admouit cõuiuio. Sequutã ide sub noctẽ cõueniẽtib9 prib9 ad regẽ sine vlla sẽtẽtiarũ discordia i Albiani sẽtẽtiã cũcti liguis pedibusq; iuerũt. Decretũq; ꝑterea vt mitterẽt Guillerm9 Achaii German9 cũ Caroli oratorib9, in Frãciã cũ viris singularis prudẽtię fœderis feriẽdi causa, q Carolo regi ob partã aduersus christiani nois hostes victoriã gratularent, haberẽtq; regis Achaii noie imẽsas grãs ꝙ Scotorꝝ amicitiã cęterarũ gẽtiũ q̃ in Albiõe essẽt ꝑtulerit. Insup vt nauib9 trãsportarẽt i Galliã q̃tuor hoim millia i Caroli aduers9 Sarracenos subsidiũ. Postero die sacris christiano ritu pactis cũcti ingẽti ꝑfusi lętitia i cõcionẽ ꝓdiere. Tũ Achai9 rex ad Frãcorꝝ legatos. Quę (inq̃t) ad nos illustrissimi regis Caroli noie detulistis, mihi Scotorũq; gẽti accepta sũt adeo, vt nemo oim sit hac i multitudie q nõ libẽs gaudẽsq; vobis ex sentẽtia rñdẽdũ iudicarit. Cũcti Scotici sanguis viri arbitrãť: ad quos hui9 ꝑcutiẽdi fœderis fama deuenit sese felices fore apud exteras gẽtes, valdeq; claros siq̃ñ tãti principis, si isignis Frãcorũ gẽtis societate fuerit honestati. Iccirco qđ faustũ felixq; vtriq; sit gẽti, societatẽ ac fœd9 sempiternũ cũ piẽtissimo rege Carolo Frãcorũq; gẽte, cui9 salutẽ prę cęteris mortalib9 optam9 ꝑcutiẽdũ sancim9. Et vt leges i iciẽdo fœdere rite dicanť, fiãtq; iusto ordie cũcta q̃ in eo negocio gerenť, Guillermũ germanũ meũ q̃tuorq; viros haud mediocri doctrina & isigni ꝓbitate ꝑditos, quorũ fidei q̃ cũ Carolo rege agenda sũt cõmittanť oia: & cũ illis q̃tuor armatorũ milia quocũq; iusserit Carolus i christiani nois hostes itura, vobiscũ illustrissimi oratores mittere decreuim9. Lęti ad hęc verba Caroli legati, Achaioq; regi & primorib9 ac multitudini magnas agẽtes grãs soluto cõsessu i aulã cũ rege se recepũt. Vñ postea q̃ aliquot dies cũ Achaio ac regni ꝑcerib9 cũ summa oim gratulatiõe accubuissent, soluẽtes Hũgũ Pictorũ regẽ eadẽ ferme q̃ ab Achaio rege ipetrassent, postulãtes adiere. Laudasse Frãcorꝝ in se bñuolẽtiã Hũgus dicit: sed rẽ maiorẽ i legatorũ postulatis cõtineri asseruisse, q̃ quę facile discuti possit: tpe opus esse ad in tã ardua re deliberãdũ: fœdera haud temere cũ gente tãta intercapedine a Pictorum agris seiũcta sanciẽda: ne eo dispẽdii res Pictica, si cũ Frãcis in Anglorꝝ perniciẽ cõsenserit, suapte culpa ducatur, vnde facile resilire nõ possit. Francorũ legati, audito regis respõso, re infecta ad Achaiũ rediere. Secũdo post mẽse cõpacatis q̃ ad traiectũ videbanť vsui fore, Guillermus cũ Caroli legatis, Clemẽte, Ioãne, Rabano, & Alcuino (hos quatuor viros ex pio ac erudito Scotorꝝ cœtu q cum Guillermo germano suo ad Carolũ ꝓficiscerenť delegerat Achai9) cũ valida Scotorꝝ manu i Galliã trãsmiserũt. Carolus veniẽtẽ Guillermũ, & q̃ cũ eo erãt viros, haud

vulgari excipiẽs beneuolẽtia, gauisus videlicet ꝙ quę Scotoꝝ regẽ po
stulasset per nũcios, cũctoꝝ benignis obtinuisset suffragiis. Iussit regio
essent hospitio, cũctaq; eis regali administrarent apparatu. Guillermi
deĩde milites donatos stipẽdiis, vt suo in exercitu cũ Frãcis cõmilitiũ fa
cerẽt cõstituit. Breui inde petẽtibus Scotoꝝ oratorib9, annuẽteq; Caro 45
lo rege, vti Achaii perlecta diplomata ostenderũt, inter Frãcos & Sco-
tos ac vtriusq; gẽtis posteritatẽ, per fęciales solẽnibus cerimoniis, vt tũ
mos erat, fœdus est ictum, in quo hęc fere comprehensa sunt capita.
Amicitiam & confœderationem Francorũ Scotorumq; populo ac vtri
usq; gentis posteritati perpetuam sempiternamq; fore. 50
Anglorum iniuriam bellicamq; vim in populorum alterum, vtriq; fo-
re communem.
Francis bello Anglorũ armis petitis, Scotũ militibus, Francorũ rege,
sumptum ad arma & cõmeatum administrante, subuenturum.
Frãcos Scotis Angloꝝ iiuria lacessitis suis ĩpẽsis auxiliares affuturos. 55
Qui ex cõfœderatoꝝ pplis priuatus publicusve, Anglos aduersus alte-
rũ confœderatorũ armis, consilio aut cõmeatu iuuerit, vel ad eos trans-
fuga concesserit: vtriq; genti maiestatis criminis reum habendum.
Neutrũ populoꝝ cũ Anglis sine alteri9 cõsensu inducias pacisci posse.
Huiusmodi erãt fœderis leges inter vtrũq; populũ, latinis literis & in 60
Frãcia & in Scotorũ regno, publice membranis inscriptę, amicitię ini-
tę monumenta ad posteritatẽ per lõga secula seruata. Et vt tã sanctum
fœdus, Scotorũ nobilitatis perpetuo teneret memoriã: rubenti leoni,
aureo stamine depicto, Scotis principibus insigni, duplicem tractũ (vt
dicunt) contrapositis liliis consitum addidit Achaius: significans Fran 65
corum opibus, quibuscum fœdus icerat, leonem exinde muniendum ac
Scotorum reges, pro patria & libertate, pro religiõe & innocẽtia, acri-
ter hostem feriendo, quæ fæcialium iudicio liliis rite designantur, Fran
cis perpetuo consentientes, egregie dimicaturos. Clemens, Ioannes, &
Guillermus cũ Carolo rege Rabano, Alcuino, in patriã redeũtibus, in 70
Gallia permansere. Cunctis prælijs quæ post illa gessit Carolus Guil
lermus interfuit. Inculpatę tandem militię nomen vndiq; adeptus, op-
pidis, prędiis, ac magistratibus, eius beneficẽtia donatus: interq; Frãco-
rum numeratus principes in multo honore vniuersis est habitus. Incla
ruit autẽ Guillermi virt9 in multis Caroli expeditionib9, in varias gẽ 75
tes. In Saxones ꝙ frequẽti9 victi nec leges a Carolo acceptas nec pacta
seruarẽt. In Hũgaros & in Northmãnos (Northmãni aũt ea tẽpestate
nõdũ in Neustria sedes posuerãt) ꝙ Abdoricos, vetustissimos Frãcorũ
amicos, bello vexassent. Sed oĩm maxie, quũ idẽ Carolus Leonẽ tertiũ
põtificẽ maximũ, manifesta Rõanoꝝ iiuria, Vrbe pulsũ ĩgẽti cũ glĩa, in 80

1 Vrbẽ ac sedẽ põtificiã restituit. Appellatusq; a Leone ob tã pclara merita August9 & p Hetruriã iter faciẽs, Florẽtiã vrbẽ, magna ex pte Gothorũ armis deletã, in pristinũ decus istaurauit. Oẽm nobilitatẽ, p oppida vicina dispersã, in ciuitatẽ reduxit, nouis eã cixit
5 mœnib9, tẽplis ornauit, vt libere viuerẽt, magistratusq; haberẽt, & leges, effecit. Mira hęc in Florẽtinos bñficia tãetsi Caroli regis pstitit authoritas, Guillermi tñ diligẽti operę assignabant̃. Nã Carol9, haud diu Florẽtię morat9, & in Galliã rediẽs Guillermo ex equẽdę rei Florẽtinę, vti aĩo cõcepat, curã oẽm pmisit. Nec segnẽ
10 Guillerm9 in Florẽtia restituẽda sese habuit: q̃cũq; mãdauerat Carol9 nauiter exequut9. Protulit & restitutę ciuitatis iperiũ: pximis qbusdã ciuitatib9 ei9 ptãti subactis. Florẽtini aũt nõ imemores accepti bñficii, vt Carolo Romano tũ Impatori, eiusq; comiti ac legato Guillermo, gratificarent̃: sanxerũt, rubẽs liliũ, colore tm̃ a Frã
15 corũ regũ liliis diuersũ sibi, suęq; posteritati, deiceps p insigni habẽdũ: vt spectãtib9 foret documẽto, euersam barbara feritate aliqñ Florẽtiã, Frãcorũ bñficio, in pristinũ dec9 restitutã. Publicos quoq; ludos, quotãnis celebrãdos, istituere & in eisdẽ Leonẽ multis ac põposis cerimoniis coronãdũ. Et vt Leones qdã Florẽtię (erat id ani-
20 mãtis gen9 Guillermo isigne) publico sumptu ppetuo alerẽt̃. Vetus memorãt quidã illis fuisse oraculũ: dũ leones Florẽtię vixerit: dũq; Florẽtinorũ Leo talẽ gesserit coronã, ciuitatẽ alieno imperio haud subactũ iri. Sũt q scribant Guillermũ hęc illic oĩa instituisse priusq̃ rediret ĩ Galliã. Cęterũ quacũq; tẽpestate & quocũq; autho-
25 re, dicti ludi habuerit initiũ eos singulis ãnis fieri solitos Florẽtię, ex veteri istituto pplo cõgratulãte, iis q ciuitatẽ norũt, nõ põt non esse notissimũ. Porro Guillerm9, post infinitos ppe cũ Carolo pro christianę religiõis salute labores, senex tãdẽ factus, q liberos nõ haberet: quippe q rei militari semp, cõiugali nũq̃ dedisset operã, vt
30 Christũ haberet hęredẽ, cõpluria piorũ cœnobia in Germania, Italiaq; struxit pdiis & agris ad sumpt9 dotata. Sanciẽs vt hospitales essent p Christo, lr̃is & virtuti impẽderẽt laborẽ, mortalesq; recta monerẽt: nullũ aũt nisi Scotici sanguinis virũ, vt sui memoria felici recordatiõe vbi maxiẽ gessisset egregia ppetuo celebraret̃, vnq̃
35 in monachũ aut cœnobiarchã adoptarẽt. Extãt in rei monimentũ, cœnobia haud pauca in Alemania, cõstanti Germanorũ fide a primęua institutiõe vel hac nostra ętate nihil mutata. Carol9 rex, anteq̃ fierẽt hęc quę Guillermũ senẽ egisse dixim9: Ioãni & Clemẽti q̃s viros ex Scotorũ legatis secũ in Gallia retinuerat, q isigni essẽt
40 disciplina & vita admodũ graues: vt cõfluentes ad eos nobiliores

Francorū vndiq; adolescentes liberaliter erudirent: locū aptū Pari
sii, vicinis cum agris, vnde haberēt vitæ & studiis necessaria dona-
rat. Frequens inde cōfluentiū illuc cōuentus, disciplinę auidus, prę
ceptorū exacta in erudiendis adolescentibus tum diligētia effecit,
vt Parisii breui percelebre esset auditoriū. Nec deessent qui varias 45
erudite profiterentur disciplinas. Carolus autē Augustus (erat eīm
eruditionis literarię nō expers) disciplinarū incremēto delectatus
vt Frācorū regnū doctrina honestaretur. Sanxit vt Parisii deinceps
esset generale studiorū literariorū gymnasiū. Clemēs pręcipuū in
eo Scholasticū ageret magistratū, Ioānes Papiam vt illic gymna- 50
sio initiū daret cōcederet. Hoc humile principiū habuit Parisiensis
schola, mox viris omni diuinarū humanarūq; rerū sciētia apprime
eruditis celebris futura. Estq; eadē nostro æuo studiosorū numero
& eruditiōe insignis vsq̄adeo, vt nullā in orbe videat̄ habere parē.
Qui ex ea ꝓgressi sunt sacrarū literarū ꝓfessores, iuris pōtificii cō- 55
sulti, medici, philosophi, mira etiā eloquētia prædíti vix loc⁹ est in
orbe ad quē mortaliū est accessus, inexpert⁹. Ibi literarū certamē
ad vnguē. Ibi sacrę flores disciplinę: triplex philosophia, grata ora
tionis venustate decorata. Ibi ꝓbati authores passim enarrant̄, stu
diosa pubes, p̄ceptorū exacta cura, literis rite instituta, oīa deniq; 60
Parisiaco studio cōspecta, aut partā doctrinā, aut assequēdę erudi-
tiōis spem haud dubiā pręse ferūt. Adde loci cōmoditatē nullius
qđ ad studiosoꝝ vsum genuit natura, indigi. De qua vrbe Ioannes
Archithreni⁹ natiōe Neustri⁹ in fine lib. Threñ. secūdi, ita cecinit.
Exoritur tandem locus, altera regia phœbi 65
Parrhisius: Cyrrhea viris, Chrysea metallis.
Gręca libris, Inda studiis, Romana poetis:
Attica terra sophis: mundi rosa, balsamus orbis.
Sidonis ornatu, sua mensis, & sua potu.
Diues agris, fœcunda mero, mansueta colonis. 70
Messe ferax, inoperta rubis, nemorosa racemis.
Plena feris, piscosa lacu, volucrosa fluentis:
Munda domo, fortis domino, pia regibus: aura
Dulcis, amœna situ, bona quęlibet, omne venustum,
Omne bonum, si sola bonis fortuna faueret. 75
Insigne aūt hoc adeo & cūctis seculis oī laudis pręconio celebran
dū musęū, nos q Aberdonię literis vtcūq; operā impēdimus, ex eo
nati, ex eoq; deducti, colemus, & venerabimur dū spirit⁹ hos reget
artus: ea charitate, eaq; reuerētia, qua proles in parētē optimā esse
debet. Sed ad reliqua Achaii gesta redeūdū. Sub id tēpus vel cer 80

te nõ multũ ab eo diuersum Athelstanus Ethelulphi Vestsaxonũ regis fili9, Cãtianorꝝ Ostsaxonũ Merchiorꝝ ac Northũbrorũ, quos Egbert9 auus in ꝑtãtẽ acceperat sumpto imꝑio, cupidus ꝓferendi regni, coactis copiis in Deerã Pictorũ tũ regionẽ mouit. Causatus Deerã Northũbris, qbus imperitabat, Pictorꝝ fraude ac iĩuria adẽptã. Mox cęsa oĩ ꝓpe in Deera pube, abductis senibus captiuis cũ mulieribus & virginibus, incẽsisq; vicis & oppidis, vastatis ad hęc frugib9 & re pecuaria abacta: i Northũbriã, q rebelliõẽ quorũdã Anglorꝝ Merchiorꝝ in se accepat suscitatã, vt eã reprimeret est reuersus. Hũgus aũt Pictorꝝ rex ęgerrime tulit, Anglorꝝ iniuriã questusq; est ꝑ legatos apđ Achaiũ regẽ vxoris fratrẽ (deuinxerat eñ Fergusianã Hũgi sororẽ aliquot ãnis ãtea sibi matrimonio: ex qua Alpinũ filiũ ꝓbatę tũ virtutis adolescẽtẽ suscepat) acceptã cõtumeliã, auxiliũ mltis argumẽtis orauit ad bellũ mouẽdũ i Anglos: quos Scoti etiã iure, q nulla lacessiti iniuria, amicorꝝ ac cõfœderatorꝝ agros hostiliter inuasissent haberẽt ꝓ hostib9. Ea re haud grauate ipetrata (Achaius.n. tũ Anglos infẽso odio ꝓsequebat̃) missi sũt in partes belli aduersus Athelstanũ suscipiẽdi ad decẽ Scotorꝝ millia. Hũgus suis copiis & auxiliariis fret9 in Northũbriã vi irrũpit cũcta hostiliter diripiẽs: a cede tñ & icẽdio ea expeditiõe tẽperatũ. Id Hũgi clęmẽtia q religioni deditissim9 esset factũ testant̃. Verũ Picti infestã regionẽ, spoliis (quę secũ in Laudoniã redeũtes deportarũt) reliquerũt exhaustã. Athelstan9 ferox adolescẽs, re cognita, Merchiorꝝ mot9 reprimẽdi deposito cõsilio, in Northũbriã ad Hũgũ debellãdũ si illic se cõtinuisset: inde citato gradu in Laudoniã citi9 oĩm opinione, hostiũ hęrẽs vestigiis, ingẽti cũ exercitu mouit. Fecerãt Picti castra in cãpestri loco, ad exiguũ torrẽtẽ, duobus passuũ millib9 ab Hadintovvñ, partiẽdę prędę iter milites, cõsulẽdiq; quib9 virib9 anglica arma in se breui vt apparuit mouenda, propulsarent, causa. Nihil minus q̃ hostium in eum locum accessum veriti. Athelstanus certior factus per exploratores, quo in loco, quo consilio consederant, nocturno itinere ingenti labore ad eos contendit. Taliq; ordine priusq̃ illusceret copias in Pictorum prospectu constituit: vt illis pugnæ declinandę nullus prorsus pateret locus, per vocalissimum in exercitu testatus, se ne vnum quidem eorum qui Hungi erant in exercitu superesse passurum. Picticus miles, ea voce territus, tantamq; sub diluculum vim hostium adesse, structa acie conspicatus, stupore defixus constitit. Tum ibi alius alium intuẽtes, tacito obtutu requirere, quæ omnium fortuna esset futura, Insolitus pauor plurium mentes occupat.

Mox iubente Hungo ad munienda castra, quo minus hostium in-
cursibus lęderentur, cuncti se conuertunt, Id exiguo adiumento fu
turum animaduertentes, ꝙ hostes cuncta sua impedimenta, præ-
damq; quã e Northumbria asportauerant (erant ea campo castris
adiacenti locata) sub noctẽ occupassent: multa per diem inter ma
iores natu iactata, qua arte præsentissimum declinarent pericu-
lum. Interim Athelstanus locũ pugnæ idoneum nactus, instructa
acie in hostiũ conspectu stetit, nullam prelio moram modo Pictus
in aciem descendere voluisset, facturus. Anglorum milites adequi
tando, hostes ad pugnã prouocarunt: est tamen ita dies ille sine cer
tamine consumptus. Post varias autẽ in crepusculo, prouecta, & al-
tiori nocte consultationes, decretum omniũ suffragiis, pugnę for-
tunã experiundam: inq; ea aut vincendum aut moriẽdum fortiter
& honeste. Inde post concubia, cunctis in manifesto discrimine ad
religionem cõuersis, opemq; a Christo religiosis precationibus pe
tẽtibus, complura pia vota sunt audita. Hungus rex diuũ Andreã
in cuius Pictica Scoticaq; gens erat tutela frequẽtib9 suspiriis la-
chrymisq;, vt peculiaribus suis populis, ne tã impiis Anglorũ ar-
mis in exitiũ abduceret: auxiliaris foret est precat9. Soluto regi in
tẽpesta nocte in soporem extẽplo astans Apostolus, iussit alacriori
esset animo, nec hostiũ multitudine terreret, plurimãq; spem in di
uina locaret ope: fore vt gloriosam de Anglis postera die asseque-
retur victoriam. Mirũ scribunt tunc accidisse supra Pictorum ca-
stra, lucidã cælo apparuisse crucẽ, illius instar qua Apostolus An-
dreas pro Christi noĩe supplicio olim erat affectus: hãcq; Apostolũ
ipsi Hungo ostẽdisse, addidisseq;, id ostentũ ante partã victoriam
haud cælo defuturũ. Experrectus rex milites iam tũ lucentẽ crucẽ
intẽpesta nocte admirãtes, edocet: quã fortunã diuus Andreas sibi
suoq; exercitui fuisset pollicitus: per quietem hortatus prima luce
alacres hostes pugna adorirentur numine sibi propitio & aduerso
hostibus: eoq; eorum multitudinem minime timẽdam. Sequuta re
gis verba grata omniũ vociferatio quã hostes audientes (Nam hi
noctem totam in armis perseuerabant) lucidã simul cõspicati cru-
cẽ, quippiã mali portẽto tali sibi ꝑsagiẽtes ingẽti pauore sunt per
culsi. *Sub primã lucem Hungus eductis castris militibus*, instru-
ctisq; copiis signum cum hostibus manus conserendi dedit, altiori
voce inclamãs diuũ Andreã manifeste auxiliarem adesse: quo duce
absq; discrimine victoriã Pictos Scotosq; sequuturã. Ad regis ver-
ba milites tãta vi in Anglos sunt inuecti vt cũ impetũ nõ possent
sustinere primũ Northũbri, mox tota acies impulsa terga dederit.

1 Ad occupata pridie q̃ pugnaretur impedimenta prędã́q; primum fuga inclinauit: vbi maior cędes q̃ in acie est edita. Captiui qui cũ impedimentis erant iuuere victoriam. Hi repente vbi victis anglis suos instare viderũt: maiori longe crudelitate in hostes q̃ victores
5 desęuiunt. Vagata est demũ cędes in tantũ vt ex tanto Anglorum nuper excercitu vix quingenti viri in pacatũ euaserint, Athelstano rege primo congressu lancea confosso interemptoq;. nomẽ pugnæ locus hac nostra ętate retinet ab anglorũ cęso rege Athelstain vadum. Hungus potitus victoria ęneatoris clangore victorem mili-
10 tem ad signa vocat, vbi sequutam noctẽ armati perseuerarũt: postri die lecta spolia simul cum pręda militari sunt instituto distributa. Quęsitus Athelstanus inter cęsorũ cadauera, tãdẽq; inuentus ac in proximũ templũ delatus, regio more est sepultus. Alii Athelstani caput ademptũ trunco Inchgarunę illatũ ibidemq; affixum palo vt
15 ludibrio haberetur, scriptũ reliquere. Secundũ hęc victores depositis armis, diui Reguli in Otholinia templũ (nunc diui Andreę ędẽ vocãt) nudatis pedibus vt Christi apostolo accepto pro beneficio gratias haberent, Hungũ regem sequuti magno itinere petierunt. Illuc vbi deuentũ sacris celebri pompa peractis: Pictorũ Scototorũ
20 q; nobiles secundũ regẽ inde cętera multitudo apostoli Andreę re uerẽter osculati reliquias, immẽsas gratias Christo atq; eius apostolo reddiderunt: polliciti Hungo authore se suã́q; posteritatẽ signo crucis diui Andreę, quoties ad pręlium fuerit proficiscendũ: vt tã insignis victoria parta diuinitus grata recordatione semper habe-
25 retur, pro insigni deinceps vsuros. Mansit Pictis & post eos deletos Scotis exinde hoc institutũ perpetuũ. His ita feliciter gestis Scoti qui cũ Pictis cõmilitium fecerant, recepta predę parte & donati ab Hungo rege eius ꝓ dignitate muneribus, ad sua læti cõcesserunt. Hungus aũt vt se verũ seruatoris Apostoli cultorẽ ostenderet, au-
30 gendæ religionis studio sacrã ædem magnifico auxit apparatu: ac sacerdotũ ad diuina exequenda numerũ. Præclara huic donaria intulit: calices, phiolas, pollubia, seruatoris ac duodecim apostolorũ statuas ex argento auroq; & capsam ꝓ reliquiis diui Andreę asseruãdis ex auro purissimo. Et pręter hęc Christi ecclesię ad sacerdotũ
35 vsum vt gerendis ecclesię dignitatibus suppeterent facultates: armentorũ, omnis generis fructuũ, prouentuũ & prędiorum vbilibet per suum regnũ decimã partem libere erogauit. Et ne clerici deinceps ad prophanũ iudiciũ traherẽtur, neue quouis pro crimine vltimo afficerentur supplicio, edicto cauit. Verũ his donis & hoc pri-
40 uilegio Pictorũ sacerdotes paucos admodum annos libere sunt vsi.

Siquidē Ferdethus q quartus ab Hungo Pictorū regnū ministra-
uit magnifica pii regis donaria simul cū priuilegio clericis penit9
ademit:sanciēs vt ꝓphani iudicis vocati parerēt tribunali,veterib9
redditibus viuerēt cōtēti:quos vero Hūgus ecclesię cōtulerat,eos
milites aulici cęteriqꝫ satellites regii occuparēt Pictorū gētis pri- 45
mores ipio regis edicto fauebant rati quicqd in piorū vertit͛ vsum
id oīe haud secus acsi hostiū vi diriperetur perire.Id fuisse in causa
plęriqꝫ postea existimauerūt vt inclytū Pictorū regnū ꝑ tot secula
sub tot regibus retentū fata citius traherent in exitiū.Nōnulli no-
strarum rerū scriptores asseuerāt q̄ de Hungo & Athelstano data 50
sunt memorię alio tēpore & si non multū ab hoc diuerso accidisse.
Verū in his vti i aliis plęrisqꝫ Veremūdū seqmur:qꝫ is autor circa
temporū supputationē cęteris videt͛ accuratius elaborasse. Hūgo
atqꝫ Achaio eorūqꝫ populis tēpora exīde fuere pacata.Anglis occi
sis opib9 bello quiescētib9.Emigrauit tādem Achaius ex hac vita 55
secundū supra tricesimū annū regno potitus,q fuit Christianę salu
tis nonus supra decimū & octingentesimū.Et Hungi principat9 in
Pictos sextus.Cuius funus in Ionā regio more ingenti piorum nu-
mero prosequente est elatum.Egere vitā cum Achaio rege Paulus
diaconus . Adiecit is Eutropii scriptis octo libros historiæ stilo, a 60
Iuliano principe quem apostatā dicunt,ad Anastasii tēpora extēso.
In quibus cōplura sunt de nostra gente memorię prodita. Scripsit
idem longobardorum historiam.Erat enim desiderii gener , quem
Carolus Magnus dum longobardorum regnum euerteret captum
in vincula coniecit.Huius Pauli est illud in diuinis.Vt queant la- 65
xis resonare fibris &c.Isuardus Gallici sanguinis vir & monasticæ
professionis.Complexus est is breui stilo diuorum acta Carolo ad
hortante:opus martyrologium inscripsit.Et Alcuinus Caroli prę
ceptor cuius per multa scripta veram pietatē redolentia ad poste-
ritatē deuenere.Ex nostratibus Geruadius episcopus insignis Chri 70
sti dogmatis in Morauia concionator . Glacianus & ipse antistes
egregius nō sine sanctitatis opinione doctor.Modanus Medanusqꝫ
germani monasticæ vitæ addicti imitandæ virtutis se ad posteros
ꝓbuere exemplaria.Rem Romanam Achaio viuente(vt diximus)
tenuit Carolus Magnus.In oriente Constantinus sextus (namqꝫ id 75
temporis Romanum imperium primum in duo est diuisum)cuius
iussu cōuentus trecētorum quinquaginta antistitū est Nicęę cele-
bratus vt semel decerneretur,essent ne sanctorū imagines templis
restituendæ an in omne tempus abolendæ . Magnoqꝫ omnium
consensu est decretum, vt Romanæ ecclesiæ ritu in templis ha- 80

1 berentur additaq; est colendi forma duobus versiculis expressa, vt res ab om̃i idololatrię suspitione abesset. Habenturq; hodie hi versus passim vt e gręco in latinũ fuerant traducti.

Hanc videas, sed mente colas quod cernis in ipsa:
5 Nam deus est quod imago docet, sed non deus ipsa.

Et Carolus imperator Achaio superstite, iuxta pacis belliq; artib9 eminẽs, insigni semꝑ in omnes beneficẽtia & hũanitate, dubium an bellica virtute & vrbanarum rerum magnitudine, an verę pietatis obseruatione celebrior fatali morte est absumptus: postq̃ Francoꝶ
10 rei summã septẽ & quadraginta tenuisset annos, quatuordecimq; imperasset Romanis: fuit annus eius obit9 a Christo incarnato qntusdecimus supra octingẽtesimum. Aquisgrani est situs sepulchro hoc epitaphio inscripto: Caroli Magni Christianissimi Romanorum imꝑatoris corpus hoc cõditũ est sepulchro. Achaii regni vice
15 simusnonus. Huic Achaio Conuallus patruelis ex Dongallo Elphini regis fratre cõmitiis ĩ Argadia factis cõmuni oĩm suffragio rex declaratus successit. Hungo Conuallus oĩm fuit charissim9 ꝙ veterum Scotoꝶ Pictorumq; amicitiã pio semper coluerat officio. Nihil actũ domi aut foris per alterum horũ sine vtriusq; ductu &
20 consilio. Vnde pax & quies regibus regnisq; fuit. Extinctus est diutina tabe consumptus Hungus, Pictorũ regno Dorstolorgo filio per manus tradito, Conuallo rege ꝑsente qui secundũ eũ haud diu in hũanis superstes erat: quinto em̃ anno sui principatus paulopost fatis est absumptus. In cui9 locum Dongallũ Soluathii regis filiũ
25 de quo affatim supra, virum insigni prudẽtia extemplo sufficiunt. Paucis postea emensis diebus nõnulli Scotorũ nobiles, qui liberioris vitæ cupidi, Dongalli grauem seueritatẽ (oderat is insolentes adulescentũ mores) plurimũ formidabant, Alpinũ Achaii filiũ vt paternũ regnum occuparet adhortãtur. Ad quẽ vbi minus diligen
30 ter rem adolescentẽ nauare conspexerãt, ingressi strictis gladiis supra eius caput graui interposita execratione iurant, nisi quod suaserant de regno occupando, Congalloq; om̃i qua posset vi persequẽdo secũ exequeretur, enses in suũ caput continuo experturũ. Adolescens Alpinus subita re perculsus vitęq; timẽs nisi obiret impera
35 ta, in nobiliũ verba iurat. Collectis inde copiis parti ex cõductitiis militibus partim ex coniuratorũ fautoribus ingentem motum in Scotorum regionibus aduersus Dongallum suscitarũt. Post varia itinera in Argadiam vt Alpinũ regiis insignibus marmoreę cathedræ insidentẽ patrio ritu ornarent, est deuentũ. Alpinus ne sua cul
40 pa pacatissim9 Scotoꝶ status ĩ aliquo turbaretur, cũ paucis cõsilii

conſciis cõiuratis relictis clam ad Dongallũ fugit. Venientẽ mul-
to ſuſceptũ honore Dongallus pio affectu eſt amplexus. Pollicit9
modo vtile ei Scotorũq; populo videretur ſe ſummũ cui admotus
fuit magiſtratũ depoſiturũ. Nihil magis ſe cupere aſſeuerans q̃ do
mus Achaii regis felicitatẽ. Id eñ eſſe tãti regis meritũ in publicã 45
Scotorũ ſalutẽ vt impie ſit factur9 ſi Achaii progeniem regno frau
dari pateretur. Alpinus habitis regi gratiis precatus eſt in admini
ſtratione ꝑduraret, teſtatus ſe nihil minus excogitaſſe q̃ de regno
eo viuente occupando. Qꝫ aũt copias coegerit & eas in Argadiam
mouerit non ſuã ſed coniuratorũ culpã eſſe, quorum ſi non acquie- 50
uiſſet poſtulatis extrema crudeliter fuiſſet ꝑpeſſ9: Idq; & nõ aliud
de ſe ſentiret, expectaretq; obſequiũ quo filius naturę iure in ꝓpriũ
eſſet parentẽ. Tertio exinde die legati miſſi a coniuratis venere ad
Dongallũ: Alpinũ vt ſui facti leuarent inuidiã, palam criminãtes:
quos rex haud ignarus cuncta aduerſus Alpinũ allata ad rebellã- 55
tium ſceleris atrocitatẽ leuandam ſpectare, parũ ęquis auribus au-
ditos iuſſit vnde venerãt, illico redirẽt: Interminatus vt quũ primũ
res id ipſa pateret temerariũ motũ reprimens, ſublatis rebellionis
authorib9 Scotorũ ſtatũ in formã redigeret meliorem. Neq; regis
minę fuerunt vanæ. Siquidẽ aliquot ocyus accitis cohortibus no- 60
cturnis diurniſq; itineribus ad rebelles deuenit priuſq̃ ipm iter ar-
ripuiſſe fama retuliſſet. Ad cuius rei nunciũ coniurati dũ pararent
fugã intercepti, extemplo capite ſunt dãnati. Id ſuppliciũ fregit au-
daces aliorũ conatus, reddiditq; Scotorũ ſtatũ aliq̃diu tranquillũ.
Dum vero in hoc ſtatu Scotorũ eſſent res, Eganus ſecũdus Hungi 65
Pictorũ regis filius Dorſtolorgũ germanũ cupidine regnandi in-
ſidiis petitum occidit: ſumptaq; purpura Pictorũ paucis admodum
ſuffragantibus ſeſe declarauit regẽ: & vt regnum ſibi ſtabiliret pa-
ternas opes, q̃ ampliſſimę erant, in regni primores profudit: eoq; fa
cto complurium parato fauore. Brẽnam Merchiorũ regis filiã ma- 70
trimonio ſibi deuinxit (Nupſerat ea antea Dorſtolorgo regi) vt ꝑ
id nullo mulieri honore detracto patris irã ſi quã genero cęſo cõce
piſſet deuitaret. Stipatoribuſq; vſus nullũ in locũ ꝓfectus eſt ſine
armatorum ſatellitio quos illi nõ animi beneuolentia, ſed profuſa
largitio amicos fecerat. Nulli vnq̃ ne vxori q̃dẽ, quẽ nõ prius ſtipa 75
tores ne q̃d ſub veſtimentis occultaretur telum fuiſſent ꝑſcrutati,
ſui adeũdi fecit poteſtatẽ: Ratus (q̃d erat) fraternã ob cędẽ morũ
q; improbitatẽ ꝑmultos ſui capiti inſidiari. Itaq; cũctos timẽs & a
nullo obſeruantia dignat9 Pictorũ regnũ adminiſtrauit. At tandẽ
ſua ipm haud fefellit opinio. A Brẽna ei vxore prioris mariti necis 80

1 vlciscēdę cupida noctu dū crapulę nimia indulgentia in altiorem somnū fuisset solut9 medio stipatorū agmine est strāgulat9, postea q̄ duos rē Picticā tenuisset annos. Egano ac Dorstorlorgo ita sine liberis vita defunctis q̄ null9 ex Hungi posteritate supesset, Alpi-
5 nus Hungi ex Fergusiana sorore nepos Pictorū regnū ad se deuenisse cōtendēs Dōgalli regis suasu ad Pictorū maiores legatos misit, q eos amice interpellarēt vt regnū sibi hęreditario iure debitū deferrent, quādo Hūgo auūculo suis cū liberis fato absumpto oīm ꝓpinquissimus regni esset hęres, dicerentq; diuino actū munere vt
10 duarū vicinarū gentiū q̄ atrocibus bellis frequentius infensissimis odiis laborarunt regnādi iure in vnū vtriusq; sanguinis virū collato, tandē vna respublica efficeret. Pictorū maiores venturę legationis & qd petitura esset priusq̄ ad se venisset admoniti, vt locus Alpino petēdi regni sublatus videret, Feredethū virū summa iter eos
15 authoritate oīm cōsensu regnare iubēt. Nec multis interiectis diebus legati Camelodunū veniētes quo tū Feredethus cū Pictoꝝ maioribus cōuenerat, ꝑagentes in curia mādata quū de regno Alpino deferēdo mentio haberet, oborto populari tumultu ne sermonem vltra ꝓtraherent sunt ꝓhibiti. Factoq; tādē silētio Scotoꝝ legatis
20 ita p̄ Feredethū respōsum. Pictos ꝑegrini sanguinis principē nec debere nec posse iure admittere: legē em̄ esse apud gentē summę potestatis de familia in familiā quū foret opus trāsferēdę, eadēq; lege vetitū, creatū iā regē ante vitę exitū administratione abdicare. Propterea Alpino ꝑegrino sanguie ꝓgnato, tāetsi Hūgi olim Pictoꝝ
25 regis cui9 sanguis in Egano finē accepit nepos esset ex Fergusiana sorore, supma dignitate populi authoritate in aliā domū translata, ex eadēq; rege iā dicto, nullū supesse ius regni inter Pictos vēdicādi. His domū relatis, Dongallus rex ne Picti huiusmodi cōmentis Alpinū iure regni spoliarēt, secundā legationē ad Pictos decernit,
30 q̄ auitum regnū Alpino denuo repeteret deferendū. Id si negatum foret bellū eis in tertiū mēsem indiceret. Profectos domo legatos vbi auditū est eorū accessum Camelodunū appropiquare missi eis obuiā lictores ꝓhibētes ne illuc ingrederent, sed ante quartū diem Pictorū excederēt finib9 Feredethi noīe, capitaleq; fore si mandatis
35 nō obtēperarent. Territi legati ad lictorū verba iusserūt eis vt nomine Alpini atq; Dōgalli Feredetho Pictisq; vti ipsis impatū erat, indicerēt bellū, atq; quo venerāt itinere domū sunt reuersi: ius gentiū per Pictos manifeste violatū quiritantes. Scotorum itaq; primores frequentes ad Dongallū conuenere (erat is tum in Caricta ar-
40 ce munitissima) sup bello gerēdo cōsultaturi. Nec eorū erat q̄spiā

quí pro Alpini iure cõsequendo fortunas omneis caputq; nõ deuo-
ueret. Adeo sese Pictorũ cõmentis irrisos & legationẽ cõtra ius gẽ-
tium spretã ęgre tulerũt. Vnus ergo oĩm erat cõsensus cum Pictis
ad internicionẽ vsq; dimicare nisi regnũ Alpino debitũ deferrent.
Causã dictitãtes belli piã, regnũq; iure ab Alpino armis repetẽdũ 45
(qñ aliter id consequi neq̃ret) a quo Picti eũ p̃ sũmã iniuriã ꝓhibe
re conarent̃. Bellũ itaq; extẽplo, vterq; populus sũma vi parat in al
terũ. Picti ne p̃egrini generis virũ regẽ admitterẽt: Scoti ne Alpi-
nus auito regno Pictorũ cõmentis fraudaret̃. Dũq; parando bello
Dõgallus insisteret diligẽtius, Scotorũq; p̃ regiones conscriberet 50
milites: Spei fluminis traiectu nauicula vndarũ vi depressa infelici
ter occubuit, principatus sui ãno sexto, Christi seruatoris tricesimo
supra octigẽtesimũ. Cuiꝰ funus multo cũ honore Alpinꝰ in Ionã ex
tulit. Vnde reuersum post iusta illi peracta atq; in Argadiã ad fata
lẽ lapidẽ admotũ Scotorũ maiores cõcordi multitudinis applau- 55
su regẽ salutauere. Alpinus ita regnũ adeptus ne q̃d ad susceptum
bellũ feliciter gerendũ deesset cõmeatu cõparato conscriptoq; ex-
cercitu vt cętera omnia ad omnẽ euentũ pręparata forent, exactissi
mam adhibuit diligentiã. Contraq; ferox Feredethus morte preci-
pue Dongalli regis magnum omen ab hostium capite extincto ca 60
piens, quæ ad bellum gerendũ vsui videbantur ocyus per viatores
iubet vndiq; parari. Ipse Horestiam cũ militum delecta manu quo
vniuersam Pictorum multitudinẽ iusserat conuenire adequitauit.
Iam Scoti in eam deuenerant regionem nulla vi in agrestes vsi, ac
munitionem Forfair inceperant obsidere. Die aũt qui fuit ab eo ter 65
tius Feredethus acie magno ordine instructa Scotis sese ostendit.
Ad Restennotũ inde collatis signis est cõcursum. Primaq; coitione
q̃ omniũ erat acerrima, dextrę Scotorũ alæ pene sunt deiectę. Sed
Fenedochtꝰ Atholię p̃fectus auxilio veniẽs cũ quadringẽtis illius
regionis viris nõ sine cruoris effusiõe pręliũ ea in parte redintegra 70
uit. Inde atroci pugna sequuta, neutra ex parte est nutatum, cædis
vtrinq; plurimũ editũ, fugę tẽtatũ nihil. Dubius fuit aliq̃ diu Mars
signis nũc ab antesignanis magna ex parte desertis, nunc receptis
inter manipulos. Aiaduertẽsq; Feredethus rex mediã Pictoꝝ aciem 75
tandem labentem tanto impetu cũ fortissimis Pictorũ manipulari
bus, aduersus hostes est aggressus, vt dũ acrius pugnę isisteret Sco
tosq; cędendo lõgius ꝓcederet, a suis prorsus fuerit exclusus. Itaq;
interclusi Pictorũ fortissimi quiq; vnacũ Feredetho rege: quũ neq;
qua venerant via nec alia, vndiq; confertissimis hostibus cohiben- 80
tibus, ad suos prorumpere potuissent: in orbem redacti mortẽ egre

gie vlciſcendo magis pugna defeſſi q̃ victi ad vnum ſimul cũ Fere
detho rege interierũt. Neq; id cęteris Pictis remiſit certamen dum
aliquid luminis ſuperfuit. Nox tandẽ ſuperueniẽs prẹlium diremit
amboq; excercit9 victis ſimillimi ad impedimẽta abierũt. Picti Fe-
redethũ regẽ tot cũ fortiſſimis cęſum maiorẽq; excercitus partem
amiſſam cognoſcentes, relictis ſautiis in campo cum impedimẽtis
qua quẽq; in tenebris pauor tulit in tuta loca confugere. Abiiſſent
illico & Scoti tantã ſuorũ vim in ea pugna cõſpiciẽtes deſideratã,
haud minori timore ꝑculſi, niſi denũciatum Alpino fuiſſet, Pictos
in fugam verſos ſine ordine relictis impedimẽtis abiiſſe. Ea res ad
lucem Scotos tenuit haud procul a pugnæ loco: qua orta equites
quidam Scoti Alpini iuſſu digreſſi exploratum ne Pictorum fuga
ad inſidias ſpectaret: proximoſq; cõſcendentes montes mortalium
nullũ in adiacẽtibus campis conſpicati, poſt meridiẽ ad Alpinũ re
gem ſunt reuerſi. Lęti itaq; Scoti de victoria, cęſorũ ſpolia, impedi-
mẽta & ſupellectilẽ in illis repertã oẽm inter ſe militari inſtituto
ſunt partiti. Federethi funus vt regio more cõderetᷣ in agro Forſair
Chriſtianorũ ſepulturę ſacro curauit Alpinus. Recenſiti inde exer
citus tertiã partem intelligẽs deſideratam cęteris domũ cõcedẽdi
fecit poteſtatẽ. Incidit funeſta pugna in vtriuſq; regis annũ primũ.
Hac pugna vtriq; partium decertantiũ cruenta ſatis cõfecta, Scoti
ne publicam ſalutẽ vnius prẹlii fortunę exinde cõmitterent incur-
ſibus leuibuſq; prẹliis in vicinos Pictorum agros, hoſtes pluribus
vexarunt incõmodis, In Horeſtiã primum irrupere, vnde pecudes
& rei frumentarię quantũ auferre poterant, reliqua parte incenſa,
paucis cęſis in Atholiam ſecum deportarunt. Sequutæ frequentes
Scotorum depopulationes Horeſtiæ tandem regionẽ habitatore
reddidere exhauſtã. His Scotoꝝ conatibus Brudus Feredethi fili9
rex Pictorum recenter creatus, oppoſitus, ſegniter omnia curauit
vſqueadeo vt ſuis aulicis atq; militibus deriſui haberetᷣ. Picti igitᷣ
ne hoſtiũ vi indies maiorem paterẽtur iacturam tam mõſtruoſi ad
miniſtratoris culpa, ſimulata ex cõpoſito ſeditione Brudũ primum
annum regnantẽ interficiũt. In Pictorum regnũ Kẽnethus ſecũdus
Feredethi fili9 ſuccedit, nihilo feliciorẽ principatũ aut vitę exitum
q̃ frater ſortiturus. Nã recenſitis in Horeſtria copiis mouẽs in ho-
ſtes: vbi in eoꝝ deueniſſet ꝓſpectum correptns timore, abiectis ar-
mis ſumptoq; militari ſago ꝑcipiti curſu fugã occupans ab agreſti
homine turpẽ illi fugam improperãte poſt multa cõuicia ignotus
interficitur. Cæteri Pictoꝝ ne difficile ſine duce obirent certamen
ſeruato ordine abeuntes cõgreſſum declinarũt. Secũdum infauſtũ

Kénethi interitũ, Brud9 vir ĩgẽti animo maiorũ suffragiis summũ
inter Pictos accepit magistratum. Qui illico accepto regno in Ho
restiam quã regionẽ Scotorum iniuria vastam reddiderat, veniens
plurimos illic Scotici sanguinis inuentos latrunculos crucis affe
cit supplicio. Missis post hęc Pictorũ oratoribus ad regẽ Alpinum 45
de reparãdis vtriq; iniuriis, deq; renouãdo vetere inter populos fœ
dere, e vestigio responsum: Alpinũ Scotorũq; primates nihil prius
audituros de pace q̃ Picti iusto hęredi regnũ detulissent. Tum Bru
dus eo responso intelligẽs Scotos in bello aduersus Pictos perse-
ueraturos, ne imminenti discrimine succũberet, cum Anglis fœdus 50
inire indeq; stipendiarios accire milites q̃bus ad pręsens bellũ ge-
rendum instructior esset instituit. Edvvinũ ergo Anglorum regem
missa ad eum ingenti pecunię vi per legatos oratũ facit, auxiliaris
sibi ad instans bellũ conficiendũ conductitiis saltẽ esset militib9:
Pictorũ societatẽ ei aduersus quẽlibet hostem perpetuã pollicitus. 55
Edvvinus haud aspernatus Brudi postulata, sumpta pecunia se pol
licitus est quũ in Scotos foret mouendũ egregia cũ angloꝝ iuuen
tute quo diceret Brudus loco affuturũ. Gauisi Pictorũ quidã An
glos vt rebantur in belli partẽ susceptos, victoriam de Scotis sibi
promittebãt. Alii parũ Anglis confidendũ censebãt, quorũ regem 60
Athelstanũ paucos ante annos tanto cũ hominũ numero mira se-
uientes in deuictam gentẽ crudelitate in Laudonia occidissent. Ita
Brudus fisus Anglorũ viribus ad bellũ de quo Pictorũ maiores va
rie sentiebãt se multa alacritate pręparabat. Scoti iterea Horestiã
a Grampio monte ad Tai æstuarii ripam ingenti ducto in regio- 65
nem excercitu occupant. Brudus Scotorum iniurię certior factus
Edvvinum regem per fęcialem pręcatur, Anglorũ ad se mittat de-
lectum qui secũ in Scotos iam tum in Pictorũ agros hostiliter effu
sos facerent cõmilitiũ. Ad ea Anglus se ciuili bello implicitũ, ex-
oratumq; ab amico Francorum rege Lodouico pio cognomẽto ne 70
Scotis eius confœderatis iniurius esset: eo anno Pictis auxilio fore
nõ posse. Si in sequentẽ annum expeditionẽ differre illi placeret se
Anglo cũ milite auxiliarẽ futurũ respõdit. Brudus ita delusus An
glorũq; perfidiã vltimis execrationibus detestatus, e vestigio cun-
ctos suę gentis arma ferre potentes ad militiã scriptos iubet in in- 75
feriorem Calidoniã octauo qui ab eo foret die cum necessario com
meatu cõuenirent: ibidem a se imperia accepturi. Nemo erat Picto-
rum qui regi non obtemperaret. Ingẽtes igitur copię cõdicto sunt
die contractę: motũq; illico ad castrum Calidonię vnde Tao amne 80
haud sine difficultate superato in Horestiam est descẽsum. Brudus

nocte quę diẽ pugnę pręcessit solerti veteranorũ consilio (Eorũ eñ nõnullos veluti militaris disciplinæ patres reuerẽter habuit in exercitu) clitariis equis prius impedimentis detractis, mulieres gasonesq; partim arma, ꝑtim linũ indutos, contos tenentes & ligna hastarũ instar assidere iubet. Centũ his admiscet equites sui cõsilii cõscios quoꝝ ductu agẽda eo in negocio exeq̃rẽtur. Hos in luco loco in quo pugnã futurã rebatur ꝓximo abditos vetat, ne ante incœptũ ꝑliũ hostibus se ostẽderẽt. Alpinus sub id tẽpus in arce in mõticulo sita Alecto ꝓximo (Deidoni tumulũ nũc vocant) cuius nostra ætate pauca vestigia cernũtur, se cõtinuit. Adiacet mõticulo ad Aquilonẽ planities ingẽti magnitudine, saltuosis tunc mõtibus magna ex ꝑte septa nũc nudatis arbore. In ea Scotoꝝ castra erãt. Perspectis ex arce Pictorũ copiis ad pugnã expeditis: Alpin9 ĩ castra veniẽs eductos milites celerius acie instructa breui oratione est hortatus, vt in pugna fortes se ostẽderẽt, quã tantoꝑe antea petiuissent: nec tã pudore q̃ patrię ac vitę charitate stimularẽtur ad egregie agẽdũ, periculũ a mẽtis oculis abiicerẽt: ruerent in hostẽ, nulliusq; rei magis q̃ rei bene gerendæ & ꝓprię salutis memores sperarẽt virtutis ꝑmiũ, victoriã: ꝓ qua pie decertarẽt eo clariores apud cęteras gẽtes futuri parta victoria, quo iustiori bello oĩm iudicio decertassent. Interim Picti certaminis ineũdi cupidi prius q̃ signũ daretur a duce ꝑliũ adoriũtur. Primo impetu dextrũ Scotoꝝ cornu (in id eñ maxima Pictorũ turba ruerat) vehemẽter est turbatũ. Assistẽs illico turbatis Alpinus cũ egregia militũ manu, acrius eis improperat: castrẽsem ferocitatẽ inter certãdũ ĩ acie versam in pauorẽ. Illius oꝑa ꝑliũ est redintegratũ & q pulsi fuerant, adorsi sunt magna vi hostes cędere. Inter hęc se a lõge ostẽdũt, veluti ad pugnã mouẽtes a Scotorũ tergo fallaci equitũ specie quos vicinus occuluerat saltus, agasones: quorũ aspectu quũ longe plures q̃ essent palantibus viderẽtur, territi Scoti metu ne hostilibus circũdarẽtur armis, omissa pugna ꝑcipiti cursu fugiẽtes abiere. Parua in prę lio cędes edita, in fuga multo maxima. Mulierũ eñ & agosonũ vani timores plus ꝓfuere ad victoriã veris Pictorũ viribus. Hi eteni relictis equis fugiẽtes persequuti quoscũq; interceperãt absq; discrimine trucidarũt. Captus eo ꝑlio Alpinus manibus pone tergũ ligatis, ductusq; ad ꝓximũ vicũ eius morte exinde isignẽ, securi est ꝑcussus. Manet ad posteritatẽ loco nomẽ lingua Scotis vernacula pasalpin, id est mors Alpini. Caput Alpini regis victores conto affixũ ꝓ victorię insigni secũ in Camelodunũ ferẽtes eminẽtissima murorũ ꝑte patibulo suspẽdũt. Scoti secũdũ aduersam pugnã dimissa Horestia q cladẽ euaserãt magno itinere abiere in Argadiã, vbi Kẽnethũ Alpini

filiũ imperio maturũ demortui patris loco regẽ cõstituũt. Erat ann9
quo patri interẽpto Kẽnethus filius successit ĩ regnũ, quart9 Alpini
principatus, Christianę pietatis ab origine octingẽtesim9 tricesim9
quartus. Pictorũ populus tã excellẽti victoria lętitia ꝑfusus oĩm ma
xime nobiles, Camelodunũ, vocãte Brudo rege, vt deo optimo maxi 45
mo piis votis ꝑcibusq; gratias agerent, cõueniũt. Vbi post sacra pa
trio more cõmuni oĩm gaudio pacta: cõtactis Christi euãgeliis simul
atq; diuoꝝ statuis iurarũt se nũq̃ bello quieturos, donec impia Scoto
rũ gens cui numen certo dignoscerẽt infensum ad exitiũ fuisset ꝑdu
cta. Sãciuerũtq; cõmuni oĩm cõsensu si qs de pace aut fœdere cũ in 50
humana gẽte ineunda deinceps faceret mentionẽ capite plecteretur.
Nõ deerãt ex populi maiorib9 q & iusiurãdũ & sanctionẽ improba
rẽt, suadẽtes secũdis rebus modeste vtẽdũ. Sed illi adolescẽtũ nõnul
lorũ petulãtia fœde pulsati tẽplo in quod tũ cõuenerãt Picti, ingenti
cõtumelia sunt eiecti. Hęc ad Scotos relata nõ eis animos deiecere, 55
sed potius iritauere. Magnũ omen futurę fœlicitatis ac in oẽ Pictoꝝ
nomẽ dispẽdii ex superba eorũ insultatione, & ꝙ in secũdis rebus nõ
saperẽt, captãtib9. Sequuta æstate Picti ĩgẽtes copias aduersus Sco
tos cõtraxere: qbus ĩ hostes mouẽtib9 orta leuissima de causa seditio
totũ pœne exercitum in diuersa ac cõtraria studia diuisit. Cõtumeliã 60
verbera, verbera ingẽs cędes seq̃batur: qua regis magnatũq; autho
ritate vix dũ luceret tẽperatũ. Nocte sequuta rex Brudus maioribus
ad se accitis de lite dirimẽda cõsultat. Et dũ ad primã vsq; lucẽ varie
cõsultãdo dubiũ ꝓtraxisset sermonẽ re infecta, omissa expeditiõe in
Scotos domũ redire sunt cõpulsi. Brudus vix tertiũ mẽsem post omis 65
sam expeditionẽ supstes fuit. Dolore eñ captus ꝙ sibi cõtra sentẽtiã
cũcta infœliciter videbãtur succedere, morbũ cõtraxit, quo diuti9 ve
xatus corpore tãdẽ cõfecto interiit. Post Brudi obitũ Picti ne suę res
moderatore carẽtes interna seditione nõdũ sedata iacturã pateretur,
Druskenũ demortui regis germanũ virũ ad domesticã litem tollẽdã 70
dũ priuatus viueret magno opere insudãtẽ summũ rei pictieę mode
ratorẽ cõstituũt. Qui adepto regno e vestigio intestinã litẽ cõponere
aggressus ꝑtibus in ius vocatis, de seditionis causis iniuriisq; sequu
tis & earũ reparatione agere incœpit. Dũ his intẽderẽt Picti: Scoto
rũ quidã egregii adulescẽtes iniquo ferentes animo Alpini regis ca 75
put insepultũ pẽdere, Pictos se simulantes (gẽtis eñ linguã ꝓptis
sime callebãt) veluti mercatus causa Camelodunũ cõtendũt, vbi ali
quot dies cõuersati capta opportunitate caput itẽpesta nocte e mœ
nibus sublatũ ꝑcipiti cursu in patriã detulere. Idẽq; plũbea capsula
occlusum longa sacerdotũ deductione rege Kẽnetho multis cũ pro 80

1 ceribus comitante in Ionã delatũ inter sacra regũ monumenta cum corpore cõposuerunt reliquo. Hos viros qui summo vitę discrimine Alpini caput Camelodunĩ mœnibus ademptũ patrię reddiderãt, eo q facto magna Scotos leuauerãt ignominia, Kẽnethus rex ne fortiũ
5 virorum acta munere vacarẽt, agris amplisq donariis remuneratus est. Ad regni postea tutamẽ versus, arciũ ac munitionũ quę Pictis essent proximę auxit pręsidia. Et vt Scotica iuuẽtus cõtinuo in armis esset, ad oẽm hostiũ insultũ oẽs paratos esse iussit. Verũ pmultis Scotorum magnatũ in animo erat potius sua tueri, q̃ Pictos quorum armis tantã
10 recẽter accepissent cladẽ bello deinceps lacessere. Aliis visũ est bellũ paulisper dissimulandũ & ab omni in Pictos quiescẽdũ motu, donec fractę opes Scotis essent restitutę. Tũc autẽ Kennetho regi, Pictorũ regnũ cũctis viribus petendũ, paternãq vlciscendã cędẽ. Siquidẽ receptis viribus sine magno discrimine susceptum bellum ad fœlicem
15 exitũ perduci posse. Hi etsi contra sentientibus & numero & authoritate longissime essent inferiores tamen regi omniũ charissimi sunt effecti. Qui tamẽ ne dissidiũ inter suos esset, quo minus pręmeditata assequeretur, partim æquata administratione, partim mira largitione in oẽs Scotorũ magnates in summa eos charitate cõtinuit. Tres
20 deinde anni sine vlla pacis mẽtione inter inimicos populos depdationibus & incursibus citra magnã cędẽ sunt exacti. Kẽnethus deinde quarto administrati regni anno cũ gẽtis primoribus cõsilia habuit de Pictorum regno petẽdo, deq Alpini regis vindicãda cęde: docẽs honesto cõsulẽdũ esse nec ita lãguescẽdũ dubiis in rebus populo ad bella
25 nato: quũ pie bellare posset. Tẽpus item adesse cõtrahẽdi copias atq in Pictos ducendi regnũq petẽdi armis qđ illi tot annos per iniuriã tenuissent. Id fidẽ, id honestũ & patrię charitatẽ (cui cũcti fortunas debẽt & animã) suadere. Hęc aut his similia cõcionabũdus Kẽnethus ad multitudinẽ cõsessu ad id facto pfatus, haud magis primorũ
30 animos ad bellũ potuit inflãmare, q̃ si prsus viris indigna subeunda suadere fuisset annixus. Recẽs em̃ clades Pictorum armis Alpino cęso accepta eorum animos a belli studio tantopere alienauerat. Cęterũ idẽ Kẽnethus postq̃ maiores gẽtis in suã trahere sentẽtiã frequẽti suasione frustra attẽtasset, vt eorum ingenia ad incœptũ bellũ continuandũ
35 accẽderet cõmentũ antea inauditũ excogitauit. Iubet primũ soluta cõcione oẽs de rei summa denuo cõsultaturi in eũdẽ locũ postridie se cũ cõuenirẽt. Vespera qui consilio aderant primores, iubente Kennetho comiter in regia cõuiuiũ celebrant in seram noctem protractũ. Dati inde quieti in grauem soporẽ facile sunt soluti. Intẽpesta nocte
40 sub eandem horã in singula cubicula singuli viri vestes ex pisciũ co-

riis haud deſquãmatis confectas, vti mãdauerat rex induti ingrediũ
tur. Geſtabat vnuſquiſq; eorũ altera manu baculũ putri ligno excuſ
ſum (Id nãq; perinde atq; piſciũ ſquamę inſolitũ ſplendorẽ non ſine
ſpectantium terrore mediis in tenebris emittit) altera immẽſum bo-
uis cornu, quo quũ loquẽdum foret emiſſo ſpiritu vox ab humana lõ 45
giſſime diſcrepare audiẽtibus videretur. Ad taliũ inſolitũ aſpectum
ſemiuigiles dubii an inſomnia eſſent terrore perculſi pauidũ tenuere
ſilẽtiũ. Graues extẽplo & plus q̃ humanę voces inſonuere ſe cęleſtes
eſſe nũcios, illuc miſſos vt Scoticę nobilitati nũciarẽt Kẽnetho regi
audiẽdũ. Iuſta eius eſſe poſtulata: auitũ regnũ iure repetẽdũ a Pictis 50
populo ob ingentia ſcelera breui acerrimã cladem diuina vltione ac
cepturo, numini ita viſum: cui nec cõſilia nec opes humanę poſſunt
obſiſtere. Hęc vbi dicta, quiſq; nũciorũ baculũ ſub veſte abdidit, pi-
ſciũq; coria collegit in ſinũ vt ſimul cũ ſplendore euanuiſſe ſpectãti-
bus viderẽtur. Quicunq; hęc viderãt pauidi quieuere qđ noctis erat 55
reliquũ. Ad primã lucẽ cõuenere primores q̃ ſub cõticiniũ vidiſſent
audiuiſſentq; referẽtes, tẽporis, veſtis, vocis ac verboꝝ ſimilitudo cũ
ctis atteſtãtibus ſe nõ inſomniũ ſed verã vidiſſe rem, fecit vt cęleſte
oraculũ id fuiſſe cũctis ſit creditũ. Ocyus ergo hęc ad regẽ deferũt,
cęlitus monitos ſeſe ad cõtinuãdum bellũ in Pictos cõſtãter aſſeue- 60
rãtes. Rex ſimilis viſionis per quietẽ docet ſeſe haud fuiſſe expertẽ.
Verũ rẽ ſilẽtio cõtinendã ne ipſi de diuino munere nimiũ gloriãtes,
cęleſte numen eis adeo ꝓpitiũ, redderẽt fortaſſis infenſum. Tũ vero
demũ oraculũ propalãdũ, quũ dei benignitate fœlicẽ exitũ bellũ fue
rit ſortitũ. Cunctis placuit regis ſentẽtia. Iuſſumq; inde ꝑ regios ꝑco 65
nes oĩa ad bellũ neceſſaria cõparare. cõmeatus, equos onerarios, im-
pedimẽta, oĩſq; generis ꝓliaria: demũ cõtrahere atq; in Pictoꝝ agros
cõtractas ducere copias. Scotoꝝ maiores regis ꝑ ꝓcones imperiũ na
uiter exequũtur. Cõtracta itaq; hominũ vis quãtã nullus tũ ſupſtitũ
prioribus vidiſſet ſeculis in Vicomagiã Kennetho duce irrumpit. In 70
quam veniens Druſkenus (erat eius exercitus ex Pictis & condu-
ctitiis Anglis gregarie conflatus) Scotos noctu pręteriẽs inter eos
& eorum regiones caſtra poſuit. Vix dies erat & aduerſæ acies odio
excandeſcentes non pugnę ſigno, non ducis expectato imperio ma-
nus conſerunt. Eo prælio Pictis offuit pręceps in certamen curſus, 75
ſed magis longe Anglorum quibus tum nõ plus animi erat q̃ fidei
in proximũ montem receſſus, quem ſequutus a toto Scotorum exer-
citu clamor Anglos docens abiiſſe, Pictis multũ animi ademit: hor-
tatuſq; Druſkenus ꝑ equitẽ abſcedentes amplis pollicitationibus in
certamen redirẽt, accepit reſpõſum Anglicę nõ eſſe virtutis ſine du- 80

1 cis imperio sine ordine pugnã inire. Pictos stolide sese obiecisse hostibus cędẽdos. Ad artẽ ptinere militarẽ in qua exercitus salus multo maxime cõsistit, vbi nulla victorię spes esset, congressum declinare. Sẽtiẽs itaq; mediũ Pictorum agmen altero latere nudatũ, hostiũq; telis
5 peti a tergo, quos Angli a fronte suscepissent sensim loco cedere. Id Scoti animaduertẽtes acrius isistere pugnę, donec hostes impetũ nõ ferẽtes terga dare cogerẽtur. In fusos fugiẽtesq; Pictos instat Kẽnethus equites peditesq; emittẽs. Iubetq; vt cęderẽt cũctos, nullũq; vel deditũ seruarẽt, memores Alpini nobiliũq; parẽtũ posteaq̃ dediti fu-
10 issent iiustę ac scelerată necis. Inclinauit Pictorum fuga ad Forthẽa flumen (Erat id a tergo nõ multa a pugnę loco intercapedine) quo deueniẽtes, fluẽte arcente fugã q in ipm nõ ruebãt pcipites a psequẽte hoste ferro sunt necati. Dũ ita inimici exercit9 depugnarẽt, Anglorum cohortis domũ abeũtis post paulisp spectatũ certamẽ, interiecti mõ
15 tes Scotis ademere pspectũ. Druskenus rex vt primũ suos de fuga cogitare intellexit pnici equo vectus quẽ in oẽm infœlicẽ rei euentũ habuit paratũ paucis comitibus periculo se eripuit. Reuocati Scoti post ingẽtẽ hostiũ cędẽ signo facto receptui ad signa: veriti ne Anglorum fuga spectaret ad isidias loco pugnę i armis noctẽ pseqntẽ du
20 cũt. Receptã secuto die vniuersã hostiũ pdã inter se victores veteri istituto partiti, spoliis egie ditati a rege Kẽnetho domũ sunt dimissi. Paucis post hęc emẽsis diebus Pictus oratores ad Kẽnethũ mittit pacẽ supplices oraturos. Haud aspernatus rex aduẽtãtes facile annuit postulatis modo auitũ Pictorum regnũ sibi deferret. Id a Pictis recusa-
25 tũ malorum vltimũ Scotorum impio pferẽtibus in causa fuit vt bellũ inter populos maiori q̃ antea crudelitate instauraret. Anno q hãc pugnã est sequut9 Kẽnethus Horestis ac Otholinis Pictis facili negocio & icruẽto milite regionib9 expugnatis in sua verba iurãtib9 receptisq; i fidẽ leges dedit & mgrat9, castellis ide psidiis munitis ad Vi
30 comagiã subigẽdã totis viribus cõtẽdit. Dũq; cũ Vicomagis Pictis vltro eũ in principẽ recipiẽtib9 res p internũcios tractaret, allatũ ẽ ab Horestis Otholinisq;, Scotos inter eos, abeũte rege relictos dolo advnũ itererẽptos eẽ. Iritat9 nũcio Kẽneth9 dimissa Vicomagia igẽtẽ aio voluẽs irã i Otholiniã ẽ reuersus: vbi cũctis ferro & flamę desti-
35 natis milites auidi futurę pdę, mortaliũ neminẽ Pictici sanguinis ea i regiõe supesse sũt passi. Haud miori plaga mox cõcussa est Horestia vt documẽto mortalib9 foret q̃ esset temerariũ atq; ipiũ violato fidei sacramẽto regib9 p gra & bñuolẽtia dolũ & ipietatẽ referre. Dũ hęc tã crudelia tãq; aliena ab hũanitate cruẽtis gerebant manib9, Drus-
40 kenus scriptis ad militiã cunctis Pictorum gentis sine sexus discrimine

quí arma ferre poterãt, vt vel propulſaret íniuriã vel fortiter & hone
ſte caderet, Scotis obuiã cũ ĩgẽti multitudine ꝓceſſit. Et poſt quaſdã
regiones ꝑagratas ad Sconã(vicũ ſequuto tũ ꝑ̃lio inſignẽ ad poſte-
ritatẽ. Vbi nũc haud ĩcelebris abbatia & frequẽs canonicis diui Au
guſtini inſtituti vitę integritate & eruditione claris)deueniẽs, Kẽne 45
thũ regẽ cũ Scotoꝝ copiis offendit. Poſtero die parãtibus ſe vtriſq;
populis ad pugnã Druſkenus malẽs integris rebus q̃ ꝑ̃lio victus(ſi
ita forte eueniret)pacẽ rogare, ꝑ caduceatorẽ Kẽnethũ precat᷑ collo
quẽdi ſibi cũ ipſo ante pugnã poteſtatẽ faceret: q̃ ipſi Scotorũq; gẽ-
ti placitura eẽnt allaturo. Kẽnethus ne iuſta poſtulata aſpernari dice 50
retur colloquiũ haud recuſauit. Ambo ergo duces aciebus ad ꝑ̃lium
inſtructis paucis cũ ꝓceribus armatis æquo numero vt erat ꝑ cadu-
ceatores cõuẽtũ in cãpũ ꝓcedũt. Tũ Pictus prior. Nõ poteſt (inqt)
Kennethe rex inuicte numinis in te benignitati nõ dari ꝙ Pictoꝝ rei
ſummę adminiſtrator quoꝝ opes nũq̃ ante hac Scotoꝝ opibus infe- 55
riores fuerũt, poſt tot & tã varios belli ſucceſſus ad te venio pacem
ſupplex oraturus. Nos ſiqdẽ toties victi Scotoꝝ armis, totieſq; eorũ
victores eo tãdẽ deuenimus, vt aut pax nobis qbus libuerit tibi cõdi
tionibus ſit ineũda, aut tã in noſtri q̃ in Scotoꝝ ꝑniciẽ ad exitiũ vſq;
in bello ꝑſeuerãdũ. Verũ ad finẽ aliquẽ laudabilẽ tãdẽ iſti bello ſine 60
ampliori ſanguine imponẽdũ mouẽt cõplura. Noua videlicet inter
populos vtroſq; vetuſq; affinitas: maioꝝ diutius cõtinuata beneuolẽ
tia: in cõmunes hoſtes frequẽs cõmilitiũ. Ac demũ qđ ipi nobis ſi cer
tare ꝑrexerimus haud dubie ſum⁹ paraturi vltimũ exterminiũ dũ ho
ſtes nos mutuis vulneribus cõfectos ſpectãtes attritos viribus ĩgẽti 65
cũ ignominia Albiõe ſũt expulſuri. Qđ vero ad pugnã (ſi tñ pugna
futura ẽ) ꝑſuadeat nihil eſt. Neq; vobis ſatis digna ſint ꝑ̃cia ꝓ Alpi
no rege, ꝓq; tot fortiſſimis Scotoꝝ ꝓceribus bello nuꝑ ſublatis oẽs
Pictoꝝ opes. Sed etiã ꝑ̃mia cũctę Scotoꝝ gẽtis fortũę ſi illoꝝ q vni
us Feredethi regis funeſta ſũt pugna deſiderati cõferant᷑ vitę, ĩdigna 70
ſint. Optimũ idcirco foret ſi Scoti veteribus ſuis regionibus & nos
noſtris cõtẽti ĩ ocio & pace vt quõdã maiores noſtri viuerem⁹. Ergo
de pace vobis, veſtra fortuna vobis ſũmopere optãda agere mea ſen
tẽtia cõuenit. Dubi⁹ eſt belli euẽtus. Cõcedit nõnũq̃ fortuna iis q ꝑi
culo ſunt ꝓpiores, victoriã. Tuta res optimaq; eſt pax certa. Hęc in 75
tua hoc tꝑis ſita eſt poteſtate, Victoria in fortunę: q̃ q̃ inſtabilis ſit &
q̃ cito ea q̃ ſcđa dederit repoſcat ſatis res nr̃ę ĩ oẽs caſus ſunt docu-
mẽto. Eniuero nos q Scotoꝝ exercitũ paucos abhic ãnos egregie vi
cim⁹, tũ maxime fulgẽte fortuna: cernis iã pœne victos, te ꝓ pace ne
ceſſaria ſuppliciter deꝑ̃cãtes. Eccui certo cõſtare põt fortunã alia le- 80

ge erga vestrã q̃ nostrã gẽtẽ hoc bello vsurã? Nũqd vobis pollicita est, quẽ nulli vnq̃ antea aut gẽti aut pop̃lo, fœlicẽ belli exitũ? Ecquẽ nõ aliqñ fefellit arridẽs cũctis, quũ maxime effulserit tũ maxime timẽda? Propterea sine tibi p̃suaderi, pacẽ tuo magno cũ decore ante initũ certamẽ meliorẽ esse q̃ speratã in ipso certamine victoriã. Ne si quid aduersi euenerit partũ iã decus nõ sine ingẽti nois rerũq; tuarũ iactura instabilis fortuna, sua reposcens, breui euertat momento. Volumus aũt quo libẽtius in hãc sentẽtiã nihilo min9 tibi tuoq; populo q̃ nobis vtilẽ, multo aũt vobis magis gloriosam, concedas, ob impie cõtinuatum bellũ nobisipsis mulctã irrogãtes vt Horestia & Otholinia Scotorꝶ deinceps sint regiones, Pictis ceteris quos nũc tenẽt agris cõtẽtis. Hoc aũt vt arbitror potissimũ pacto sine Scoticarũ rerũ itertrimẽto ac discrimine isigne virtutis decus asseq̃ris, oĩmq; Scotorꝶ regũ quorꝶ extat memoria p̃stãtissim9 fereris ad posteros. Ad hec Kẽnethus rex. Qꝫ (inq̃t) infirme res sint humane, q̃q; instabiles fortune leges, q̃bus res nostre subiecte, multa inter sese agũtur varietate, maiorꝶ exẽpla nobis documẽto eẽ debẽt. Verũ p̃sente i negocio Pictis fortunã lõge magis q̃ Scotis timẽdã reor: q; vt Hungi dudũ regis sui progeniẽ regno defraudẽt, in impiũ certamẽ cũ Scotis sint descẽsuri. Scoti aũt iusta arma induti pio bello sua qñ aliter cõseq nequeãt, a Pictis petãt. Mouerẽt Pictos vetus amicitia, veteraq; & recentia fœdera toties sacrosanctis iuramẽtis icta, modo eos fidei teneret reuerẽtia ad auitũ regnũ mihi deferẽdũ, eoq; medio si vtraq; gẽte in vnũ regnũ, eisdẽ subditũ legibus, cõcedẽte: posthabitis pollicitationibus de Horestia & Otholinia, q̃ nostre sunt regiones nrisq; incolis habitate, pacẽ fœdere p̃petuo firmarẽt, forsitan sup̃be ac impie me agere faterer, si pacem negarẽ petẽtibus Pictis, quã ipsi aliqñ Scotis bello fractis cõcessissent. At quũ lõge aliter res se habeat, Pictis vltimo iureiurãdo adactis nũq̃ se pacẽ nobis daturos: & Scotorꝶ populo vnus sit cõsensus nec pacis dãde nec recipiẽde pri9 q̃ Pictorꝶ regnũ mihi iusto heredi deferatur, si pacẽ cupis ex aĩo piis nostris postulatis acq̃escẽs te regno Pictorꝶ q̃d meũ ẽ primũ vltro abdica, vtq; Pictorꝶ ĩde maiores positis armis me regẽ salutẽt, cũctis munitionib9 in meã traditis potestatẽ te p̃beto authorẽ. Sin id graue videt, in armis vobis est durandũ ineũdũq; nobiscũ certamẽ ad q̃d vt cernis expediti sumus, magna expectãtes spe deũ optimũ maximũ belli exitũ scd̃m ius fasq; nobis daturũ. Ita re infecta vtrinq; ex colloquio ad suos est cõcessum. Tũ clamatũ vndiq; rẽ nõ aliter q̃ ferro discernẽdã lugubre bellũ inter vicinos affinesq; eũ habiturum exitũ quẽ fortuna esset datura. Kennethus suos monet pugnã alacres aggrederen-

tur acriusq; durarent, fore vt vtrũ Scoti Pictis, an Picti Scotis leges
essent daturi eo discerneretur die. Victorię autẽ pręmiũ fore Pictorꝝ
toties petitũ regnũ, perenne decus & in hostes imperiũ. Contra, fugę
supplicia: patrię casum, infœlicẽ vitę interitũ, dedecus & ignominiã
ad posteritatẽ. Quę cũ dixisset Kennethus in duas alas ac mediam 45
aciẽ diuidit exercitũ. In harũ singulis sagittarios locat ac ballistas.
Secũdũ eos qui hastis cõtisq; vtebãtur. Inde pręliarium gestatores:
quos vt cętera multitudo variis armorũ generib⁹ munita sequeretur
disposuit. Primę aciei Bar vir tũ arte bellica insignis ꝑficitur. Secũ-
dę Dungallus, Tertiam Donaldus regis germanus ducit. Sequitur 50
Kennethus cũ equestri cohorte ad omni subueniendũ periculo para-
tus. Dat inde per æneatorẽ pugnę signũ. Id tantus clamor alacriter
pugnã ineũtiũ est sequutus, vt Pictorũ multi vix inchoato certamine
de fuga cogitarẽt. Druskenus ingentia munera cũctis pollicens ob-
iurgationibusq; nõnũq̃, nõnũq̃ etiam blanda exhortatione vtens, vt 55
alacrius manus cũ hoste cõsererent: ingentem vbiq; prę se ferens spi
ritum, pauoris nonnihil suis ademit. Certamen acerrimũ sequutum:
Mulieres conspectis virorũ vulneribus vlulatibus omnia replentes
pugnãtibus maiori impedimento fuere q̃ auxilio. Estq; per id dextra
ala vbi maxima mulierum erat vis deiecta atq; in fugam versa. Tum 60
Kennethus cohortem pugnę adhuc expertem in aciem ala nudatam
a tergo immisit, vnde Picti multa strage concussi quũ nec spes vlla,
nec robur ad cędendos hostes superesset, quibus adhuc ad fugã inte
gręerãt vires abiectis armis fugã occupãt. Tanta cęsorꝝ vbi pugna
primũ est inita, armorũq; iacebat vis: vt persequẽtibus Scotis, ꝑ ca- 65
dauerũ aceruos, oĩsq; generis armaturę fuerit trã seũdũ: vnde plęriq;
dispalati in Pictorum fugiẽtiũ manipulos incidẽtes a suis crudeliter
sunt necati. Kẽnethus eo cognito malo, receptui canẽs ex cõueniẽti-
bus militibus factis cohortibus q̃bus designatis ducibus iussit mili
tari seruato ordine hostes in fugã dilapsos inseq̃rẽtur, occidione dele 70
rẽt interceptos. Ipse pugnę loco qđ diei superat & sequutã noctẽ le-
ctissima cũ pugnatorꝝ manu se cõtinuit. Scotorꝝ duces impigre re-
gis impia exequuti, Pictos vbicũq; dep̃hẽsos funesta clade afficiunt.
Druskenus aũt rex electa cũ Pictorꝝ turma fugiẽs qđ traiicere neq̃-
bat remoratus Tao flumine, hostiũq; obiect⁹ iniurię a Scotorꝝ sequẽ 75
tibus cohortib⁹ tota cũ turma occidit. Ferũt eo die Scotos cũ Pictis
variis in locis pugna septies cõgressos atq; vbiq; victoriã ad ipsos in
clinasse. Postridie Scotorꝝ cohortes ad Kennethũ regẽ cõuenere opi-
ma hostiũ ferẽtes spolia. Inter ea Druskeni regis arma cęteris cũ re-
giis exuuiis q̃ paulo post diui Colũbę tẽplo in Iona insula tãtę victo 80

riæ ad posteritatē monimentū publice sunt cōsecrata, Kēnethū regē post triduū vniuersa pda, vt tū gētis erat institutū inter milites diuisa primores Scotorꝫ circūfusi gratulabundi precātur, vt tāto perfunctus bello quietē sumeret militiq; potestatē faceret remissionis causa domū abeundi. At Kēnethus minime cessandum ratus, donec extremus bello imponeretur finis, multitudine ad concionē vocata ita fari est orsus. Egregii est ducis parta in hostes victoria, bello tamen haud prorsus confecto, vbi suę saluti patrięq; optime consultum velit, ac rite vti victoria: haud prius quiescere q̄ aut ex victis hostibus amicos fecerit aut prorsus deleuerit inimicos. Qꝫ si quispiam consilium elegerit hostem opibus perditis, ac ingētib9 acceptis cladibus fractū: donec vires ei recreuerint quietum permittendi, is pararit sibi (mea quidem sententia) qđ posterius multiplici sit luiturus pœna. Et vt de præsenti periculo loquamur: Pictorum res nostris armis (vti nostis) vehementer nunc sunt accisę, vires bello fractę eoq; redactæ, vt in nostra iam situm sit potestate cunctam gentem prorsus exterminare. A quo facinore vel maxime foret abhorrendū, si modo populum multiplici contumelia iritatum nostram in amicitiam quouismodo seruato decore trahere possimus. Verum Picti contumaci adeo sunt ingenio vltionisq; appetentissimo, vt dum superstites fuerint repositū suis seruēt pectoribus, quicquid incōmodi pręsenti bello nostris armis fuerint experti. Vnde persuasum mihi habeo quosli bet Picti sanguinis viros nunq̄ deinceps Scotis fidos amicos futuros. Proinde quoniā Pictos tam atroci cęde nostris armis recēter affectos, amicos nobis facere nequimus: censeo nisi nobis nostręq; saluti deesse voluerimus cunctā eā gentē penitus abolendā, cęsis ad vnū nō solum viris, sed etiam fœminis & sobole adhuc impuberi. Ne ex his prognati aliquando in paternę cędis vltionem, quū minime speremus nō sine nostri regni discrimine postea sese armauerint. Regis sentētiam & si atrocior multis visa, siue ꝙ eum ita velle intelligerēt, siue ꝙ multorum opinione id ad publicā Scotorum cōduceret salutem, cuncti probauere. Sæuitum extemplo in oēm Pictorum regionem tanta tamq; cruenta feritate, vt pręter duo prope hominum ad Anglos confugientium milia, quicūq; Pictici nominis extra Camelodunū paucula sq; munitiones fuerant inuenti, tetra occidione interierint: Nulli religionis sexus aut ætatis ad tantę cladis sæuitiā deuitādam profuit reuerentia. Occupatas per hæc Pictorū regiones, Kēnethus Scotorum nobilibus meritis, vniuscuiusq; iusto examine pensitatis est partitus: nouis illis nominibus aut a ducibus, aut a promontorio fluuiove aliquo insigni (vt vetus erat genti mos) adhibitis: vt

simul cum Pictis eorũ memoria interiret. Horestiam duobus incly-
ta virtute germanis Angusiano ac Mernano elargitus: ab hoc alteri
regionis parti Mernię, alteri ab illo Angusiæ inditũ ad posteros per
mansit nomẽ. Familię etiam inter nostrates extãt etiã hoc ęuo haud
incelebres ab his viris longa ductę nepotum serie. Regio ad id vsq;
tempus Otholinia, a Fifo Duffo (inclaruerat enim huius viri virtus
in bello aduersus Pictos nuper gesto) in Fifi nomen concessit. Sup-
sunt inter diui Kẽnethi templũ & Leuinam amnẽ eadem in regione
arcis septem vallis olim septæ totidẽq; fossis vti nunc est videre ve-
stigia: vbi huius clarissimi viri post eum vita functum posteritas lon
ga secula habitauit. Laudonia priscum retinuit nomen, in nullo vel
hac tempestate mutatum: celebri adeo memoria Lothi olim Pictorũ
regis nomen cunctis habebatur. Munitissimũ regionis castellũ Bari
viro nobili, cuius virtus atq; consilium in Picticis opibus frangẽdis
plurimũ valuerat libere donauit. Estq; inde ea munitio Dounbar, id
est castellum Baris ad posteros nomẽ sortita. Nata est ex eo viro prę
clara familia, vulgo Dounbar ab arce simul atq; parente ferens no-
men nostro seculo multa celebritate perseuerans. Merchia aũt comi
tes longa nepotum serie continuatos plęrosq;, alios autem sacris, ac
ciuilibus magistratibus insignes, & alios rerum gestarũ gloria prę-
stantes ingenti numero viros in Scotorum regno procreauit. Val-
lium quarundã nomina sunt mutata, aliis aũt pristina nomina ꝑmã-
sere Ordolucia Annandię; vallis a fluuio Annandia qui eam perfluit
nomen paulo antea ab incolis vsurpatũ tenuit. Tuedę vallis a Tue-
da amne: a Cluda Cludęuallis est nũcupata. Neq; diuersis rationi-
bus plæriq; ex Pictorum regionibus, vicis, oppidis, munitionibusq;
posteaq̃ in Scotorum venere potestatem, noua nomina partim Sco-
tica, partim Pictica lingua conflata testimonio Pictos Scotorum ar
mis inde pulsos, veteribus aboletis recepere. Hæc vbi gesta Kenne-
thus cum ingenti hominum vi magnoq; belli apparatu Camelodu-
num obsidere parat. Media etenim belli turba illuc confugerant Pi-
ctorum nobilium coniuges liberiq;, rati ꝙ ciuitas valido tenebatur
præsidio eo se tutatum iri. Circũsessum itaq; Camelodunũ tentatũq;
est Kẽnethi iussu an vltro facturi essent deditionem. Negare constã-
ter ciues nostris improperantes cum multa cõtumelia ꝙ in imbelliũ
cęde perseuerarent, veluti ad id natura creati nullo alio nisi hostium
vltimo exitio vnq̃ forent placandi. Tenuit inde obsidio plures dies.
Scoti autem milites conuexerunt ingentem lignorum vim multaq;
varii generis materiẽ in aduersos ciuitatis muros, fossæ, quæ altissi-
ma erat studio implẽdę. Quũq; obsessa vrbs inediã sentire cœpisset,

1 obsecrant ciues ꝑ legatos regem triduũ inducias secum paciscatur: vt interim de facienda deditione consultationi esset locus. Kénethus Pictorum postulatis, haud suspicatus fraudẽ subesse, annuens impe-rat militibus, ciuitatis ab impugnatione ad sequens triduum absti-
5 nerent. Interim autem Picti omnia ad eruptionem parauerunt. Erat Camelóduni vetus porta cœno lapidibusq; olim obstructa nulli ali-quot ante acta secula peruia: hanc intempesta nocte magno silentio aperiunt Picti lapidibus lutoq; gnauiter amotis: eademq; tertia no-ctis vigilia compositis ordinibus profecti ciuitate stationarios nihil
10 minus q̃ ea vrbis parte eruptionem expectãtes crudeliter interimũt. Inde alios vigiles repente inuadentes simul cum ipso tumultu ad ca-stra prope regia peruenere. Vbi fœda cædes sub dubiam lucem est edita. Illucescente autem Picti se in vrbem qua venerant via recipi-entes dira strage persequentium hostium impetu sunt percussi. Ca-
15 ptumq; tum fuisset Camelodunum, si non ex propugnaculis emi-nentioribusq; mœniũ locis catapultę, sagittæ, ingensq; lapidum vis deiecta Scotos ab vrbis ingressu arcuissent. Desiderata sunt ea eru-ptione ex Scotis plures q̃ sexcenti. Cęterũ stationariis denuo vti an-tea erant locatis sedato tumultu Kénethus cunctis Pictorum qđ fi-
20 dem violassent execrantibus perfidiã, iuramẽto publicitus se adegit haud inde prius abiturũ q̃ Camelodunũ ferro & igne accisum foret. Tentatũ inde frequentius: etsi frustra, Pictis, scilicet mœnia egregie tuentibus, vrbẽ vi expugnare. Vnde in quatuor perpetuos mẽses ꝓ-tracta est obsidio. Tanta demũ in ciuitate rerum oĩm pœnuria est la-
25 boratum, vt nulla ciborũ obscœnitate miserrimi abstinuerint ciues. Et quum extrema ita vrgerent, nulliq; tuendę amplius ciuitatis spes superesse poterat, quicũq; de vrbe dedẽda sermonẽ faciebat ab obsti-nata multitudine trucidabatur. Kénethi enim iusiurãdũ Pictis (nam id eos non latuit) parauerat tam furentẽ animi contumaciã. Postre-
30 mo ciuitate omnibus malis fatigata Scotorum militũ opera, fossis lignis atq; alia ad id contracta, materia, nauiter oppletis: delectos ex omni exercitu sexcentos milites Kẽnethus sub proximã noctem vi-cinũ lucum adire iubet. Vnde in aurora prosilientes, quũ ipse vnam ciuitatis partem acrius oppugnaret, aduersam scalis ocyus aggrede-
35 rentur. Abditi luco milites vti acceperant imperiũ, prima luce diei sequentis Kénetho acerrime vrbem oppugnante e latebris ocyus ꝓ-deuntes ad mœnia aduersa arrectis scalis in vrbem euadunt: refra-ctaq; vna portarum, exercitus pars vnde minime putabatur in vrbẽ irrupit. Ciues territi ancipiti malo relictisq; mœnibus forum adeun-
40 tes tantisper dum superfuere vires hostem referire conati sunt. Edi-

ta igitur eſt cædes ingens ab irato in illos hoſte recẽter acceptę cla
dis Pictorum perfidia haud oblito. Scotorũqꝫ primores furẽtibus ſi
miles illico iubẽt excindere vrbẽ cũctoſqꝫ Pictici ſanguinis occidio-
ne extinguere. Euagãte aũt ſine diſcrimine in ſacerdotes, impuberes
matronas virgineſqꝫ cęde, nobiliũ fœminarũ exigua turba accedens
ad Kẽnethũ eius officium fidemqꝫ implorant multis lachrymis ob-
ſecrantes a mulierum nece temperare milites iuberet. Sed nihilo ma
gis furente ira, q̃ cętera multitudo gratiã cõſequutę, ferro illico tru
cidantur. Victorũqꝫ truculẽtia adeo tandẽ ſęuit ꝑ vrbẽ, vt ne vnum
quidem viuentiũ marẽ fœminãve qui extremis patriæ cineribus la-
chrymas daret ſupereſſe ſit paſſa. Mœnia inde ſolo ęquata, cunctaqꝫ
ędificia publica & priuata cũ diuorũ tẽplis multoꝝ annoꝝ opera in
cendio ſunt abſumpta. Qđ flãmę ſuperfuit id hoſtiũ immanitate di
rutum. Remanſit ex tam pręclara nuper vrbe pręter cinerem, lapidũ
ſemiuſtorum aceruos, parietumqꝫ fundamenta & pauimẽtũ prorſus
nihil quod ad poſteram pertingeret ętatem. Sub idem tẽpus Puella
rũ caſtrum validis Pictorũ detinebatur pręſidiis: quę audito Came-
loduni excidio ne ſimilẽ paterentur fortunã relicta arce in Northũ-
briam abiere. Itaqꝫ Pictorum regnũ cæſa pœne vniuerſa gente in Al
bione eſſe deſiit, quũ annos mille centũ & vnũ ſupra ſeptuaginta il-
lic a Pictis fuiſſet regnatum. Fuit annus eiuſdẽ regni excidii a Chri-
ſti aduentu in carnem nonus ſupra triceſimũ & octingenteſimũ. Ab
eo quo Scoti venerant primũ in Albionẽ milleſimus quadringente-
ſimus & alter ſupra viceſimũ. Ab orbis cõditione octauus ſupra tri
ceſimũ & ſexies milleſimũ. Duo eodem anno cometę apparuiſſe di-
cuntur vterqꝫ ingenti mole humano aſpectui horrendus: oriẽtem ſo
lem in autumno vnus p̃cedebat, occidẽtem in vere alter ſequebatur.
Conſpectę ſunt & frequẽtius ſub noctem ignitę acies ardẽtibus ha
ſtis cælo concurrere, alteraqꝫ ꝓfligata ſubito euaneſcere. Lituus (ita
incuruũ ſacri magiſtratus eccleſiaſtici baculum appellant nõnulli)
in pontificis manu dũ ſacra ageret Cameloduni repente igne corre-
ptus, ita ꝑtinaciter arſit vt nulla prorſus arte extingui potuerit. Se-
reno cælo ſub diẽ mediũ tantus armatorũ pręlio congrediẽtiũ equo
rumqꝫ ſtrepitus auditus in Scotorum Pictorumqꝫ agris, vt cõplures
vtriuſqꝫ populi ingẽti terrore ꝑcuſſerit. Hęc (vt fit) prodigia diuer-
ſis modis diuinandi artis ꝓfeſſores ſunt interpretati: alii enim portẽ
dere fœlicitatẽ populo, alii incõmoda enũciarunt. Kẽnethus poſt de
letum Pictorum regnũ & gentẽ pœne vniuerſam, fatale marmor qđ
aliquando Simon Brecus ab Hiſpania vexerat in Hiberniam & Fer
guſius primus ab Hibernia in Albionem, vti antea eſt memoratum

ab Argadia vbi ad id vsq; tempus diligenter asseruabatur in Gouream Pictorum dudũ regionem: veluti sacrũ pignus illic Scotici regni deinceps stabiliendi vectum. Sconæ qđ ad eum vicum suprema in Pictos parta fuisset victoria ędito tumulo locauit. Cui qui Scotorum reges dicerentur insidentes insignia reciperent regalia. Nõnulli vulgata illa carmina

Ni fallat fatum Scoti quocunq; locatum.
Inuenient lapidem regnare tenentur ibidem.

Lapidi tum primũ Kẽnethi iussu insculpta asseuerant. Interea quum Picti, quos clades nõ abstulerat extorres nullis suasionibus Anglos domesticis seditionibus implicitos ad Scotos bello lacessendos possent inducere, eorum quidam in Daniã abiere. Alii in Noruvegiã vt illis ex locis cõtractis auxiliis, si id fieri possit: amissum regnũ in Albione restituant. Alii inter Anglos degere statuerent, aut manuaria arte aut militia victũ quęritãtes. Ociũ exinde Scotis fuit nullo dum Kẽnethus viueret bello lacessitis. Pręter hęc quę dixim9 egregie gesta, quibus Kẽnethus deletis hostibus protẽsoq; ita regno vt vbi terminũ inuenit medium pœne posuerit, laudem in omne seculũ meruit immortalem. Alia quędam gessit, quibus ingenii fœlicitatem ad vrbana ac religiosa perinde, atq; ad militiã ostendit accõmodatã. Scotorum etenim legũ immẽsam cõgeriẽ ad cõmunẽ vtilitatem in breuẽ redegit formã, superuacua resecans & inutilia: nouas quasdam leges sua patrumq; authoritate superaddidit: quibus exinde & venerandi iudices & iurisconsulti in publicis vterentur muneribus. Operęprecium arbitror quarundam harum nostro æuo memoria existentium meminisse: vt quo authore, quo tempore fuerint introductæ, & quantum ætate ea gens nostra ius æquitatemq; diuini humaniq; iuris haud prorsus ignara suo more coluerit, quantũq; diuersa ab aliis orbis populis institutis fuerit & morib9 facilius dignoscãt legẽtes.

Capita legum quę adhuc extant, sunt huiusmodi.

Singulis in regionibus singuli sint iurisperiti, vt ab initio est institutum.

Horum filii a primęua ętate leges discant.

Legum tabulas regum magnatumq; Chartophylacia soli hi seruent.

Si horum quispiam criminis falsi cõuictus fuerit furca vitam finiat, abiiciaturq; insepultus.

Furti conuictum suspendito. Homicidii capite truncato.

Mulierem capitalis criminis damnatam, aut amne submergito aut defodito viuam.

Qui dei nomen diuorum ve, regis aut tribus suæ ducis blasphemia læserit: ei linguam abscindito.
Qui mēdacii in proximi perniciē fuerit conuictus, ei gladium adimito eiusq; congressum exinde deuitato.
Capitalium insimulatos, septem spectata fide viri aut nouem, vndecim, tredecim, quindecim aut numero maiori modo is impar fuerit, ex sententia iudicanto. 45
Latrones, grassatores, depopulatores agrorum, ferro punito.
Fugitiuos, bardos, ocio addictos, scurras & huiusmodi hominum genus loris & flagro cædunto. 50
Vxor non luet mariti scelus: viro autem fraudi erit, si eo sciente quid vxor deliquerit.
Concubinam viri, eadem, cum ea quicū delinquit pœna torqueto.
Qui virginis rapuerit honorem, nisi iniuriæ authorem vitiata poposcerit in virum, capitis pœnam luito. 55
Si quis alterius coniugem non inuitam vitiauerit vterq; extremo afficiat supplicio. Si vis mulieri fuerit illata, vir iniurius proximo ferro damnabitur, mulier erit innoxia.
Filium si parentibus iniurius fuerit lingua, pede, manuve: eodem priuatum membro in crucem tollito, abiicitoq; insepultum. 60
Homicida, mutus, aut parenti ingratus hæres non esto.
Præstigiatores, magos manes inuocantes, malis dæmonibus familiares, aut ab eis petentes auxilia, ad vnum concremato.
Semina nisi nociuis granis munda terræ ne condito.
Qui sua culpa agros satiles nociuis hærbis labefactari siuerit eū ob primā culpā boue vno mulctato, ob secūdam decem, ob tertiam vero agris ipsis arceto. 65
Cōmilitonē, amicūve ꝑlio forte cæsum sepelito, hostē sinito īsepultū.
Aberrans pecus aut domino, aut furū indagatori (tocioderach vulgus appellat) aut sacerdoti reddito, quod si triduū penes te retinueris furti reus esto. 70
Qui rem proximi deperditam repererit præconis voce denunciet inuentam, alioquin furis deputetur supplicio.
Qui litigantem secum in iudicio percusserit causæ reus, pulsato homine absoluto, dicatur. 75
Si coeuntibus bobus quæuis icta incerto percussore interierit casu, quæ earum fuerit incornuta cædis authorē iudicanto. Eius dominus mortuo accepto animali, damnum proximo reparabit.
Si sus fœtus suos ederit lapidib9 obruito eiusq; carnes ne comedito. 80
Suem segetes edentem aut grunno cultum subruentem agrum oc-

cidito impune.

Cętera animãtia quę nobiscum degũt, si tua læserint terrę nascẽtia, donec eorꝝ dominus damnũ reparauerit te penes seruato.

Hæc ciuilia & popularia, cętera quę ad nos deuenerũt religiosa sũt.

Aras, templa, diuorum statuas, oratoria, sacella, sacerdotes, omnesq; sacræ familiæ viros ex animo venerator.

Festos & solennes dies, ieiunia, vigilias, & omnifarias cerimonias, quas Christo regi & sacratissimæ eius militiæ decreuit humana pietas multo honore obseruato.

Lædere Christi sacerdotem dicto factove exitiale sit.

Agrum quo quis forte occisus sepultus fuerit, septẽnium incultum relinquito.

Sepulchrum omne sacrum habeto. Idq; crucis signo adornato: quod ne pede aliquando conculces caueto.

Defuncti funus habita facultatum ratione curato.

Insignis viri aut qui de re publica optime fuerit meritus, celebri, lugubri tamen, pompa funus efferto.

Duos huic adhibeto equestres. Alterum vita functi arma indutũ ferentem insigne candido equo. Alterum pulla veste velata facie nigro equo insidentem. Hic posteaq̃ vter supplicatoriam deductionem funusq; antecedens ad templũ venerit: retroacto equo ad altare dominũ morte absumptũ vociferans populo in eum execrante, vnde venit celerius se conferat. Ille ad altare recto pergẽs gradu deposita arma equũq; offerat sacerdoti demortui insigni admoto monumẽto, significans eo dñm immortali vita patriaq; ęternę claritatis frui. Huiusmodi ritũ virorũ insigniũ efferendi funera, parũ vt multis est visum, religiosum, posterior ętas aboleuit: sacerdoti equi armorumq; loco quinq; sterlingicis libris in oblationem tributis.

His Kẽnethus rex institutis lõgeq; pluribus, quorũ partẽ maiorẽ vetustas aut potius regũ sanctiones abrogarunt populũ rite instructũ magna fœlicitate vsque ad vitę exitũ rexit. Pontificiam sedem dudũ Pictorum ab Abbernethi oppido eo ferro & igni deleto ad templũ Reguli transtulit. Et exinde huic oppido Sancti Andreę ædes nomẽ est factum, eosq; qui illuc per pluscula inde tempora sacrum gessere magistratum maximos Scotorum episcopos appellarũt. Nondũ eñi Scotorũ regnũ vti nunc in diœceses diuisum erat: sed quiuis episcoporũ, quos ea ętate vitæ sanctimonia cũctis reuerendos fecerat, quocunq; fuisset loco sine discrimine põtificia munera obibat. Huiusmodi Scotorũ eccl'ię administratio ad Malcolmi Tertii tẽpora ꝑseuerauit qñ ipse suꝑne admonit⁹, vti suo referet̃ loco, sacrũ Multhlacẽsem

instituit magistratū. Cęterū tāta reuerētia inter hoies tātaq; vitę innocētia, & erga deū pietate sacer diui Andreę pōtificatus ab institutione sui lōga episcopoꝝ serie ad tēpus, vsq; quo hęc cōmētabamur est cōtinuatus (Sex.n.supra triginta antistites & eoꝝ cōplures inter diuos relatos illic sedisse ꝓhibēt) vt nusq̄ gentiū verę religionis cultus morū cōsentiēte ꝓbitate magis effulserit. Ad Kenethum redeo. Erāt termini ei9 regni post Pictos deletos Northūbria & Hirta (ea est vltima Hebridū insularū) Hibernicus hinc oceanus & illinc germanicus. Morit̃ tandē rex omni vita illustris pituitę exūdātia apud Forteuiotū, anno q̄ supremū inter Scotos iniuerat magistratū vicesimo: Christi autē dn̄i quinquagesimo & quinto supra octingētesimū. Eius funus celeberrima pōpa in Ionā est elatū: vbi Fergusius, Hirtus ac fortissimi quiq; Scotorū reges conditi quiescunt. Suffectus est in demortui locū Donaldus Kēnethi germanus diuerso multū a fratre ingenio, licet dū viueret priuatus metu ne regem cunctis verendum offenderet, id parū ostēderit. Vix em̄ duos annos tenuerat magistratum quū portētosa eius luxuries in pellicū frequētia obsoniorūq; apparatu, in alendis equis ad voluptatē nō belli vsum, canibusq; venatus causa & aucupii alitibus: & ad eorum custodiā fœdissimis mancipiis, neglectis munitionū ꝑsidiis veluti incōmodi nihil ab hoste foret extimendū: totaq; pœnæ gētē in effrenatā intēperātiā abrogata priscorū patrū modestia, ꝓtraxit. Primorū tñ nōnulli priscę Scotoꝝ virtutis parsimoniæq; cultores, rei indignitate ꝑmoti obscœnos regis populiq; mores in publicā ꝑniciē, detestati & regē placide aggressi hortant̃, monent, obsecrant, vt aio volueret q̄ calamitosus atq; infœlix voluptatē frequētius sequeret̃ exitus: quot priuatos publicosq; viros ea lues perdiderit, q̄ capitalis ea sit pestis, pericula quot ei admixta, quot sequerent̃: & in q̄ nefaria scelera impelleret mortales. Propterea si publicę saluti, si ꝓprię cōsultum velit, relictis flagitiis & nefariis satellitibus ablegatis aut alioqui amādatis, iustū ac piū reipublicę se exhiberet administratorē: germanūq; referret imperii authorē: nō Sardanapalū, qui olim Assyrioꝝ regnū ꝙ mulieribus & voluptatibus nimis indulgeret vna cum vita perdidit. Hæc aut his similia cū regni proceres frequenter Regiis auribus inculcassent, intelligentes inuidiam sibi conflari regemq; nihil mutari in melius, mœsti rem infectam reliquere. Mox Scotica iuuentus spretis maiorum monitis, sublatoq; pudore cum rege Donaldo in omne scelus abiit: vt neq; modestia amplius neq; modus vllus peccandi esset. Sed inualescentibus flagitiis nefas pro æquo, pro pietate diuini cultus contēptio vbiq; inueniretur. Interea Pictorum reliquiæ inter Anglos de-

1 gẽtes Scotorum audita luxuria indeq; orta vltima dissidia, amissi regni in Albione recuperãdi cupidi Osbretum & Ellã(ii tum prę cipue Anglorum genti imperitabant)ad bellum in Scotos susci- piendum hortati, vltimis adacti sacramentis se suamq; posteritatẽ
5 pollicentur,(modo veteres Pictorum agri pulsis Scotis sibi resti- tuerentur)Anglorum imperio exinde parituros,beneficiariosq; fo re.Osbretus autẽ & Ellas prompto sagaciq; viri ingenio edocti q̃ perditis moribus,quantaq; mollitie viuerent Scoti, agros quos Pi cti dudũ tenuerant,occupandi immodica ducti cupidine,eorum nõ
10 sunt aspernati postulata. Verũ non prius bellum ostendere q̃ An- glorum res ex sententia fuissent compositę,noua pace nouis fœde- ribus inter Britãnos Saxonesq; firmata,req; postea inter principes secretius cõmunicata, celeriter factis copiis Angli & Britanni mo uẽtes in Scotos, superato Tueda in Merchia,Deera dudum dicta,
15 in castris cõsedere.Mox Osbretus rex(huic ei belli gerẽdi summa erat delata)per fęcialem mãdat Donaldo,regiones quas Scotorũ iniuria Pictis ademerat redderet gentis q̃ secum erat reliquiis:alio qui Britones & Anglos haud minus q̃ Pictos,q; Pictorum causam iamdudũ amicitię iure susceperãt tutandã,hostes esset experturus.
20 Donaldus eo nũcio perculsus incertusq; cõsilii latebras primũ cir cũspicere, inde admonentibus primoribus ne meticulosus populo ostẽsus regnũ vltimo obiiceret discrimini ad arma reuocatus,ex cũ ctis Scotorũ regionibus imperat habere delectũ.Appropinquanti bus itaq; hostibus ad Iedburgũ dimicaturus occurrit:commissoq;
25 graui ꝑlio,Osbrethus cum victis ꝓfligatisq; copiis magna vtrinq; edita cęde in ꝓximos mõtes fugat.Donaldus victoria factus inso- lẽtior ratus ea secũda pugna se hostiũ iniuria leuatum, ad Tuedę o stia fluuio superato cũ victore excercitu cõtẽdit:eo aũt dudũ appli citę erãt corbetę:in qbus erant vina,triticũ,varia obsoniorũ gene
30 ra,arma,preciosa supellex multa,omnia deniq; quęcunq; excercitui forent vsui.Donaldus naues hostiliter aggressus facili negocio ex pugnatas extemplo spoliauit,incenditq;.Spolia autẽ inter milites diuisa,vt eoꝝ fauor regi cõciliaretur,plus Scotis obfuere q̃ nocere potuissent hostes.Nam Donaldus ventris egrius cultor ac Veneri
35 deditus detestandis moribus vniuersum corrupit exercitũ.Scotica etẽm iuuentus regem veluti populare exẽplar sequuta,ganeis,po- pinis,prostitutisq; scortis castra continuo repleuere . Aleę vbiq; & potatorio certamini opera impensa :sequuta ad hæc(vt fit) dissi- dia:factiones varię hominũq; nõnũq; cędes. Factusq; his vitiis Sco-
40 torum excercitus obligurientum ac ganeonũ congeries,posthabita

militari disciplina hostes ad se inuadendum animauit. Audiens eñ Osbretus Scotos voluptatibus deditos luxuq; eneruatos, reparato excercitu celerius omnium opinione ad eos ingenti, contendit gradu. Regia castra diluculo inuadit, vbi instructi & parati ad cędem faciendam. Scotos inermes vino & crapula sepultos more pecudum occidunt Obortus e vestigio clamor terribilis partim morientium, partim occupantium fugam semisomnos ingenti trepidatione exagitauit. Miserrima subsequitur Scotorum ęrumna eorum quibusdam frustra in hostem ruentibus, aliis ferro vltro obiectis, nonnullis etiam castris relictis per abruptas crepidines & anfractus deuios quo misera sors duceret pręcipiti cursu abeuntibus. Absumpti ea funesta clade Scotorum plures viginti milibus. Rex Donaldus captus somno & ebrietate mersus cunctis vt ludibrio esset, est ostensus. Cum eo autem cuncta nobilitas quę cędem euasit capta atq; in vincula coniecta est. Castra Scotorum postea direpta, Anglis Britonibusq; omni cum supellectili præda fuere. Fama huius aduersę pugnæ in Scotorum regiones perlata, regem videlicet Donaldum captum, direpta castra, profligatum excercitum, ex militibus pœne nullos superesse, nobiles perpaucos & eos in hostium potestate, luctus omnia compleuit, perinde atq; regnum in hostium venisset potestatem. Alii accusare fortunam, Alii detestandum Donaldi vitæ genus execrari, alii cladis magnitudinem deplorantes in alias causas (vti vulgo fit) coniicere infortunium. Permulti mortalium currere per publica itinera quos obuiam habebant percunctantes quæ regis Donaldi, quæ maiorum fortuna, quę copiarum. An aliquid ex ea pugna Scotici superesset nominis: quo Angli parta victoria se contulissent, quid pararent, quid agerent. Mox exploratum habentes Anglorum copias in Laudoniam duci, Britannicas in Gallouidiam, ibidemq; omnia late obtinere: tãto illico timore sunt perculsi vt nunq̃ populus aliquis antea maiore. Pauori luctus gemitusq; addidere, priuatę clades domesticatim vulgatę vnde mulieres omnia planctu & eiulatibus implebãt. Cunctorum luctus adeo fuit intemperatus, vt tutandæ patriæ aduersus irruentium hostiũ iniurias nulla prorsus publice priuatim ve cura sit adhibita. Ergo Angli cunctas Scotorum regiones ad Fortheam vsq; æstuarium occuparunt Britanni quicquid Scotici erat agri a Cumbria ad Sterlingum nullam manum experti hostilem facile sibi vendicarint. Vsus est vterq; populus crudeliter victoria cunctis quos interceperant Scotici nominis mortalibus cęsis. Nec in tanta feritate Christi sacerdotibus est parsum: quin &

1 ipsi cũ cęteris seruilẽ mortẽ obire cogerent. Iã in Fifam transmisso
Forthea æstuario ducere parabant Angli, inde per Thaum in An-
gusiã. Ad horũ nunciũ regionũ pręfecti q domi mãserant tumultu
quantũ fieri potuit vndiqꝫ sedato, vocatisqꝫ cũctis qui arma ferre po
5 terant, species q̃dam facta est exercitus: cui9 fama vero lõge maior
Anglos a traiectu aliquot dies ꝓhibuit. Porro re vti se habuit per
exploratores cognita paratis nauigiis Fortheã transmittere decre-
uerunt. Ad decẽ Anglorũ milia vehebãtur in aduersum littus quo
rũ plures qnqꝫ milibus vndarũ vis vehemẽtiori spiritu iritata de-
10 pressis nauibus absumpsit. Cęteris vix naufragio liberis & amissis
armamentis in Laudoniã reuersis, Osbretus infortunio ꝓspecto cũ
vndis vẽtisqꝫ cõtendere haud tutũ ratus cõsilio in Fifam traiiciẽdi
deposito, ꝑ ęstuariũ victorem exercitũ terrestri itinere per Sterlin
gum vbi ponte Forthea amnis stratus erat, in reliquos Scotorum
15 agros ducere cõstituit. Ibi etẽm Britonũ copias cõsidere audierat,
cũctis regionis munitionibus in potestatẽ acceptis. Eo postq̃ venis-
set fuissetqꝫ Britonũ amicus exercitus Anglis adiũctus, venere ad
eũ Scotorũ legati pacẽ supplices orantes dictitantesqꝫ parũ attine
re ad virum fortissimũ cui dei benignitas pulchrã adeo & sine suo
20 rum sanguine cõtulisset victoriam, gentẽ opibus fractã, attritã vi-
ribus, cuius ducẽ cum ea q̃ supererat nobilitate teneret captiuum,
armis vltra vexare cum victor iuste & honeste victis pacem conce-
dere posset, sibi gloriosam, quippe nullas pacis conditiones recusa
turis. Meminerit Scotorũ copias non tam Anglorũ virtute, q̃ pro-
25 pria ignauia corruptissimisqꝫ moribus victas sese hostibus tradi-
disse, fortunam adhoc esse instabilem, quod dedit, nisi quis ea mo-
deste fuerit vsus, cito a mortalibus reposcere. Nihil glorię accessu
rum si persequeretur exangues: quos certo sciret modo petitam pa
cem qbus legibus foret dicturus pertinaciter negauerit, rem suam
30 etsi aperte inclinatam ad extremum tamen protecturos: acturosqꝫ
nihil vnde contumeliosam vitam honestæ morti prętulisse dicerẽ-
tur apud posteros. Hęc in Anglorum Britonumqꝫ concione allata
ludibrio quibusdam sunt habita: aliis haud improbanda cõtenden
tibus, modesteqꝫ fortuna prudentibus vtendum nec confidendum
35 tam variis instabilis deę legibus. Post partam victoriam subactis
hostibus honestam pacem dubio Marti omnium sententia a victo-
re anteponendam. Responsum legatis placere regibus Anglorum
Britonumqꝫ pacẽ Scotis petentibus (tametsi gentem inuisam iam
tum exterminare potuissent) his legibus dare vt quicquid Agro-
40 rum Angli ac Britones Scotis ademptum belli iure sibi vendicas

ſent eorum exinde remaneret. Vltra Angli & Britones non protẽ-
derent imperium. Cęteras regiones ademptas Pictis tenerent Sco-
ti. Agros Scotorum ab Anglicis & Britãnicis ad orientẽ Fortheæ
æſtuarium diſtingueret. Idq; Scoticum mare exinde diceretur. Ad
occidentem Cluda fluuius Arxq; ad eius oſtia Alcluth Britonibus
cedens Britonum caſtellum vulgo Dounbriton exinde teneret no
men. Capitale foret ſi Scotorũ quiſpiam Fortheã volens tranſmiſe
rit conceſſeritve in quãlibet Britonum aut Anglorum regionem.
Si quis Scotorum cęli inclementia coactus his locis appulſus ſit,
nihil emat, nihil inde præter alimentum aquamq; ſumat. Intra tri-
duum haud impeditus abeat. Nullum præſidium regionibus An-
glis Britanniſq; proximis Scoti ædificent. His pendant argenti li-
bras mille in annos viginti, vt in horũ obſeruatione ꝑdurarent, da
rent obſides nobiliorum liberos numero ſexaginta. Harum condi-
tionum ſi qua diſpliceret, Oſbretus rex legatos ad ſe redire vetuit.
Triſtes pacis conditiones per legatos domũ relatas, illicq; in con-
cione publica recitatas Scotorum plęriq; veluti libero populo pa
rum honeſtas aſpernabãtur. Alii contẽdebant aut neceſſarium fœ-
dus cum Anglis ac Britannis ineundum, aut regnum vltimo com
mittendũ diſcrimini. Abiiſſetq; populus in duas factiones niſi Ca-
lenus a Bar vir nobilis ſenio grauis (nouem filiis ad militiam cum
rege Donaldo profectis orbus, om̃ibus em̃ in eo infelici conflictu
deſideratis) Anguſię ꝓſes relictus paulũ certantiũ animos demul-
ſiſſet. Accepi inquiens noſtris ex annalibus Romanos gentiũ pœne
omniũ domitores olim in vltimo conſtitutos diſcrimine a Galdo
gẽtis noſtrę tũ principe q̃ ſingularẽ ob virtutis ꝓſtantiam regioni
quondã Brigantię publico decreto Galdiã nomẽ dedit. Pacẽ q̃bus
vellet cõditionibus ſuppllices poſtulaſſe. Neq; quãtũlibet triſtes
modo excercitus ſaluti cõſultũ foret aſpernatos. Qui tametſi ferro
ad vnũ periiſſent oẽs, neq; magnã contumeliã neq; vllã perniciem
parauiſſent populo Romano tũc orbis terrarum dño. Si igit̃ Ro-
manus excercit⁹ aduerſa depſſus fortuna in quo tũc multo plures
prudẽtia ſingulari & cõſilio ꝓditi q̃ modo ex noſtris ſupſunt ſuper
fuere in pacis cõditionibus accipiẽdis gẽtis invltimo orbis receſſu
conſtitutæ arbitrio caput ſubmiſerit idq; magna ſine contumelia,
quum aliter ſaluus eſſe nequiuiſſet, Nihil eſt quod ſupremum de-
decus arbitremur, nos victos ſine duce ſine excercitu, omni iuuen-
tute, militariq; ætate, recenti prælio pœne amiſſa in vltimo vi-
tæ ac regni diſcrimine conſtitutos, victoris arbitrio in neceſſario
fœdere percutiendo, ſine quo cuncta intolerabiliter mala noſtris

1 procul dubio imminent capitibus parere. Q̃ʒ si alio quouis pacto
hæc respublica tot annos seruata incolumis posset saluaqʒ consiste
re, potius omne discrimen subeundum q̃ presentis pacis conditio-
nes accipiendas censerem. Vel si tandem fieri posset vt nostra hæc
5 capita vltimo deuota supplicio a prȩsentissimo periculo hanc gen-
tem & regnũ liberarent, primus essem qui ferro vltro obiectus ho
sti, pro publica salute honestam mortem oppeterem. Sed quum ea
mala quibus vrgemur prorsus adeo sint extrema vt aut fortunæ
fuerit cedendum aut manus infirmas partim ȩtate partim inexpe-
10 rientia temere cum hoste conserendo, inclyto hoc regno amisso, ad
vnum nobis intereundum. Ferendam indignitatem, has pacis con-
ditiones subeundas, parendumqʒ necessitati censeo, Redimẽdumqʒ
ita si non totũ accisum saltem regnum hoc, quod a maioribus con
ditũ tot annos varia fortuna aduersus sȩuissimos hostes tutatũ in-
15 colume ad nos peruenit. Seruate obsecro hanc vestrã & si exiguã
ad secũdiora tempora iuuentutẽ: qua salua patriã seruabitis, regio-
nes nũc vobis vi adeptas aliquãdo dei benignitate vestro imperio
restituturi: & qua ad necẽ dedita: vos, coniuges, liberos & patriam
amissa perpetuo libertate hosti prodideritis, nunq̃ procul dubio
20 eandẽ recepturi. Oẽs in hanc Caleni sententiam vocibus pedibusqʒ
eũtes legatos ad Osbretũ remittũt, q fœdus cũ eo datis obsidibꝰ
memoratis conditionibus icerẽt Osbrethus post ictũ fœdus prisco
gentiũ ritu Donaldũ regẽ donatum libertate primoribus Anglis
Britãnisqʒ enixe id poscentibus cũ legatis in patriã remisit. Pacatis
25 itaqʒ rebus Angli & Britones agros Scotis adeptos vt pax firma
deinceps ꝑmaneret inter se sunt partiti. Britones terrã a Sterlingo
ad Hibernicũ mare (occidẽtale nostri nũc vocãt) a fluũibus Cluda
& Forthea ad Cumbriã (eã tũ tenebant regionẽ) cũctis cũ muni-
tionibus obtinuere. Anglis agri a Sterlingo ad mare Germanicũ
30 (nũc orientale nostratiũ sermone) cũ oppidis & castellis ac vicis a
Forthea ȩstuario qđ exinde Scoticũ mare dici voluerũt, ad North
umbriam cessere. Ergo per id temporis Scotos ab Anglis ac Bri-
tonibus Cluda amnis, Forthea, Scoticũqʒ mare vbi Forthea in ocea
num labit̃ separabãt. Eratqʒ per hęc Sterlingũ tribus populis ter-
35 minus pene communis. Cessit eius oppidi arx vti conuentum erat
Osbretho regi, cuius ruinam Scotorum armis dum Pictos regno
spoliarent acceptam reparauit. Vbi qui monetam cuderent prȩci-
puos habitare cõstituit: ab eaqʒ arce rationem omnem supputato-
riã nomẽ accipere vel hac nostra ȩtate Anglos ꝓspicimus & quos-
40 uis Anglicani instituti negociatores, libris, solidis, denariisqʒ Ster-

lingis(vt ipſi vocant)in omni commercio ac ratione vti.Fortheã
fluuium haud procul a Sterlingo ponte ſtrauit lapideo,diruto li-
gneo quem Picti olim fluenti impoſuerãt.In eius medio lapideam
erexit ſeruatoris crucem,his vulgatis carminibus lapidi inſculptis
multa poſt ſecula inſignem.

Anglos a Scotis ſeparat crux iſta remotis:
Arma hic ſtant Bruti,ſtant Scoti hac ſub cruce tuti.

Picti cũ Anglis cõmilitium fecerant,cõmunem trium populorum
cõcordiam ſuis rebus habentes ſuſpectam,Veriti(qđ euenit)quos
amicos antea habuerant agrorũ cupidine in ſęuiſſimos hoſtes ver-
tendos,ſuis vt conſulerẽt capitibus complures clam in Daniam &
Norvvegiã,nauigio ad contribules in ſpontaneũ abierũt exilium.
Alii ꝗbus non patuit aliquo trãſmiſſus,Anglicis armis occidione
ſunt occiſi.Fuitq; Pictorum qui Scotica arma fugientes in Anglia
degebant extorres,huiuſmodi exitus.Inter hęc Donaldus domum
multo cũ honore licet immerito ſuſceptus,maioriq; dũ ſpes melio-
ris inſtituti ab eo ineũdi ſupererat cunctis in patria habitus,paruo
poſt tempore optimis ꝗbuſq; a ſe amotis priſtinę luxurię latebras
cupide inuiſit.A qua neq; aduerſę res q̃ alię ſuper alias in regni gẽ
tiſq; perniciẽ paucis ante diebus acciderãt,neq; ſanctiſſima optimo
rum gentis monita eũ poterant retrahere.Quũq; alteri regni parte
amiſſa,altera ſine lege, ſineq; iniuriarum vindice gubernata ꝑ inte
ſtinam ſeditionẽ omnia paterẽt iniuriis, ſpectarẽtq; cuncta ad aper
tum regni excidiũ:ne vnius viri deſidia reſpublica vltimo diſcrimi
ni expoſita periret,nobilitas rei indignitate permota captũ regem
cõiicit in vincula:vbi paucos poſt dies auſus ſcelus quod vix cęte-
rorum regũ aliquis,mõſtrum in reipublicę perniciem natũ , manũ
ſibi intulit ſexto anno q̃ ſummũ inter Scotos geſſiſſet magiſtratũ
A natali Chriſtiano octingẽteſimo ſexageſimo.Quo anno Scotorũ
regnũ ab Anglorũ Britonũq; armis ſupradictam accepit calamita
tem, varia ꝓdigia facta eunciabant̃. In Laudonia infantẽ ſemeſtrẽ
matrẽ clara voce monuiſſe,eã regionem tota cũ domo ocyus relin
queret,fore vt hoſtes Laudoniã Scotis ademptã occuparent.Boues
ibidem paſcẽtes in agris inſolitis emiſſis boatib9 ſubito interiiſſe.
Piſces in Forthea ęſtuario humana ꝓpe effigie a mari in arena de-
ſtitutos mortuos.Ingentẽ vim ſerpentum in Gallouidia in morem
pluuię ex aere decidiſſe ꝗ in vnũ locũ cõgeſti incertum quo modo
putrefacti in hominũ cęterorũq; animantiũ perniciẽ aerem infectũ
ſpirationi reddidere ineptũ.Ex ꝗbus portentis diuinaculi & aruſpi
ces Donaldi infelix regnum,exitumq; vitæ infauſtum enũciabant.

Post quē vti meminim9 in carcere extinctū Cōstantinus Kennethi regis fili9 regalib9 insignib9 patrio more Sconę marmori insidēs acceptis regnauit. Huic inito regno consiliū erat regiones in Donaldi principatu vi Scotis adéptas armis recuperādi. Id populi maiores q̄ nōdū opes effractę Scotis recreuerāt vetuere: cēsentes potius exterminādā, p̄rsus obscœna in oīm p̄niciē excogitata Donaldi regis instituta, q̄bus Scotica iuuēt9 corrupta in oēm defluxerat mollitiē: cōponendasq; intestinas seditiones: illisq; cōpositis regnū in eū statū vnde post Kennethū mortuū Donaldi culpa defluxerat reducēdū. Consiliū saluberrimū sequut9 Cōstantin9 vt errata repararent, publica authoritate cōsessum vniuersę Scotoꝶ gēti Sconā īdixit. Vbi post aliq̄tulā cōsultationē authore rege hoc p̄cerū fuit decretū. Christi sacerdotes sacrorū curā haberent diligentē, p̄phanis abstinerēt, sacerdotiis viuerēt suo q̄sq; cōtentus, augēdę religionis studio populū instituerēt sacro dogmate: itaq; viuerēt vt docerent: militię deinceps donati imunitate, assisterēt Christi tēplis. Nō alerēt equos nec canes voluptatis causa: arma nō ferrēt, causas nō agerēt p̄phanas. Si q̄spiā Christo initiatoꝶ sua munia min9 diligēter obierit quo min9 Christiano populo foret cōsultū, primū pecunia mulctaret, inde nō resipiscens abdicaret sacerdotio. Adolescentes ab oībus p̄hibiti deliciis nō nisi semel singulos in dies alimēto & eo min9 delicato reficerent. Ab oīni inebriāte penit9 abstinerēt. Si adolescēs puer aut puella inebriaret, id illi capitale foret. Cursu, palęstra, disco, arcu, missilib9, Iaculis exercerēt iuuenes, vt ocio, torpore, temulētia, cūctisq; animū effœminātibus liberi, robustiores ad omnia tolerāda redderent: asser eis cubile esset vnico sagulo stratus, nihilq; aut mollitiem inducēs aut lasciuiam prę se ferēs noctu interdiu ve experirentur. Horum aūt nihil prętér dapiū varietatem, inanemq; ferculorū apparatum senibus est vetitū. Iussum eodem decreto vt culinarii, popinones, cupedinarii, ganeis euersis exularent: edicto haud temperātes sustolli in cruces. Facti itaq; harum sanctionum obseruatione breui temporis curriculo ex gastrimargis & mulierosis temperati, ex mollibus laboris patientes & alacres atq; ex effœminatis viriles sibi ac reipublicę administratoribus haud mediocriter profuere. Melior inde rei status sequutus, gratam probis omnibus reddidit Constantini administrationem. Felicem autem omnium opinione regem paucis post annis, primū pestilentis Euani Hebridiani sanguinis viri, turbauit rebellio. Vix eñ possunt (aut certe nolunt) Scoticę nationes hoīes, petulāti ac p̄caci vt ab initio fuere ingenio: aut pacē aut bellū diutius sufferre.

Bello opibus exhauſti,rati tũ nihil eo publicę ſaluti ꝑnicioſiꝰ deſi
deratã pacẽ ſumma ope ꝑquirũt.Pace fortunis paulũ exundãtibus
effecti inſolẽtiores,cõtumacibus animis impatientes ęquę admini-
ſtrationis,aut externũ bellũ aut inteſtina diſſidia , in q̃ ſemꝑ proni
fuerũt,inueniũt.Inſulanus ergo accitis ad ſe ꝗbuſdam ingenio ſibi
ſimillimis,Euonii quam arcẽ regis beneuolẽtia in Loquhabria prę
fectus tenebat,longiuſcula oratione q̃ſtus eſt longam pacẽ cũ ex-
teris gentibus Scotorũ nobilitati peperiſſe ſeruitutem:Conſtanti-
num hominẽ eſſe ſurdũ,ſeuerũ,inexorabilem, cõmodiorem inopi q̃
potẽti,plebeis q̃ generoſa familia prognatis:nullũ apud eũ gratię
eſſe locum,beneficio nullũ : latas ab eo leges nullũ inter agreſtes
& nobiles,inter ruſticos & vrbanos facere diſcrimen,æquato iure
omnibus ſine diſcrimine paribus pro delictis ſupplicio admouere.
Ditare aulicos ſpecie iuris adminiſtrandi , ſpoliare innocuos non-
nunq̃ fortunis nobiles vel paulum modum excedentes acrius puni-
re:nihil relictum quo ingenui adoleſcentes clariſq; geniti parenti-
bus vitam honeſte maiorũ ritu ſuſtentent:cum obſcurę originis vi-
ris omnia reſponderent ex ſententia.Hanc regiminis formã hos ex
tollere,illos deprimere:his amicã,illis hoſtem exitialem:Nulli ſe-
curam vitam niſi qui inter tot humanos errores ruſticis ęqualis ſo
daliſq;(quod generoſus animus non tulerit) ſola innocentia per-
ſtare curauerit.Propterea ne nobilitas ita perpetuo habeatur ludi-
brio,neu vulgo & infimo genere natis deinceps ita ſuꝑbiẽdi mate-
ria detur,coniurandũ eſſe in Conſtantinũ:omniq; qua poſſumus vi
extemplo petendũ,capiendumq; ſi fieri poteſt,ſine aliorum iniuria:
quippe qua radice ſublata cętera nobis ex ſentẽtia ſint ſucceſſura,
nulli iure ſub dubia exiſtimatiõe diutiꝰ eſſe poterit.Oẽs Euani lau
dare inuentũ,cupidi(vt apparuit)in priſtinum luxum redeũdi.At
vbi ad rem eſt deuentũ,ſolicitatis Loquhabris,Morauis,Roſſis ac
Cathaneſis ad defectionẽ,ii ꝗbus maxime Euanus rem credidit eos
ꝓ pręcipuis habẽs cõiuratoribus,regẽ imminẽtis ꝑiculi admonẽt.
Cõſtantinus re cũ fidis amicis ſecretiſſime cõmunicata in Loquha
briam cũ ꝗbuſdã copiis citius oĩm expectatione conceſſit .Septũq;
Euoniũ obſidione,paruo cepit negocio.Euanũ vt cõiurationis tolle
ret radicẽ elatũ in crucẽ ſociis oſtẽdit ſtrãgulatũ.Et ne coniuratio
nouũ ſortiret̃ caput quoſlibet nobiliorũ rebellionis ĩſimulatos ca-
ptos firmiſſimis arcibꝰ ſeruãdos donec cõſultatũ foret ꝗd potiſſi-
mũ patrũ authoritas de ipſis & de oĩ re faciendũ iudicaret,diligẽti
cuſtodię mãdauit.Cõpſſo ꝑ hũc modũ Euani motu,pacẽ & ociũ cũ-
ctis expectãtibꝰ,ſequutꝰ eſt aliꝰ lõge ꝑnicioſior motꝰ.Sic em̃ hũa

neę fere sint res vt nũq̃ magis fortunę agitent̃ aduersis q̃ quũ nullę ei⁹ timeant̃ insidię. Gadanus Danoꝝ rex bello primũ Scotos, inde Anglos lacessit. Causam belli in Scotos prętendens ꝙ Pictoꝝ miserę reliquiæ, ius omne quod ad regnũ in Albione haberent, vnde Scotorũ armis cęsa pœne vniuersa gente fuissent, iniuria pulsę in se cõtulissent. Hungar ergo & Hubba (vterq; horũ regi Gadano frater erat germanus) cum numerosa classe missi in Albionem, in Fifam prius sese applicant q̃ tanti exercitus eo peruenisset rumor. Danorũ eo haud quieuit feritas quin omnia diriperet sacra & prophana. Christi enĩ cultores Dani nõdum veram professi religionẽ infense exosi templis sacris spoliatis incẽsisq;, sacerdotes perquirebãt ad supplicia. Vnde Angli Laudonię tũ incolę & Fifenses, Scoti perculsi ingẽti pauore relictis agris & vicis, alio vt capitib⁹ suis cõsulerẽt abiere. Sub id tempus illis in regionibus ingẽs erat piorum numerus christianũ dogma vndiq; propalantium. Hos persequuta Danorũ impietas, quũ multa affecisset strage, maior piorũ eorũ pars cum Hadriano Scotorũ tũ episcopo maximo in Maiam insulam (Est ea medio pœne transmissu inter Fifam & Laudoniã) vbi tum insigne erat monachorũ cœnobium vt instans periculum declinaret fugiebat. Quidã antem licet pauci cauernis antrisq; latitantes parce & duriter sustentantes vitam, euadebant occidionẽ. Sed Danos nec reuerentia loci nec virorũ innocẽtia retinuit, quin sanctissimũ eum cœtũ cœnobio incenso inauditis suppliciis interimerent. Hæc est veneranda martyrũ cohors quã hac nostra tempestate in Maia insula, Anglia & Scotia summa reuerentia fidelissimi quiq; prosequuntur. Locũ hominũ frequentia eo confluẽtium additis dei benignitate indies pluribus miraculis venerandũ reddidit atq; insignem. Supersunt tãtę multitudinis paucula hæc nomina Hadrianus venerandus antistes, Glodianus, Gaius (vt alii dicunt) Monanus sancti Andreę archidiaconus, Stolbrandus episcopus. Cætera (qua ratione haud liquide constat) ad nostram nõ peruenerũt ætatem. Non desunt qui scribant sanctissimos Christi martyres Hungaros fuisse genere in Scotiam ethnicorũ feritate, quę sub idem tempus in Germania debacchabatur fugiẽtes, seruãdę religionis causa traiecisse. alii ex Scotis Anglisq; gregarie collectos. Sed vndecũq; fuerint, consuetudine Scotos fuisse veram docuisse & verbo & opere pietatem cõstanter tandem pro Christi nomine martyriũ passos, relatos in diuorum numerũ, beneficiaq; pie poscẽtibus prętare quotidie nulli qui eã regionẽ nouit potest esse ignotũ. Dani secũdũ nephariam piorũ cędem per Fifam & vicinas

regiones ita sunt debacchati vt multa Scotorũ regni miliaria habitatore relinquerent exhausta. Constantinus ira percitus accepta Danorum armis iniuria, malens rebus pœne integris q̃ ex continuatis Danorum incursibus opibus magna ex parte accisis fortunam tentare, delectum fieri in diem certum indixit. Scriptoq; illico Scotorum ingenti exercitu nullo detractante militiã, Constantinus fretus ingẽti alacritate aduersus Danos mouit. Erant Danorum castra bina duobus prope secreta stadiis, eaq; exiguus interfluebat amnis (Leuinum vocant incolę.) Ad horũ proxima Scotorum appropinquãte excercitu ingens imber amnem auxit adeo vt biduum pœne vado transiri non potuerint, aeris inclęmentiam Scoti suo more appellitãt. Mox orta serenitas mira cum tranquillitate occasionem præbuit Constantino, Danos ad pręliũ irritandi. Igitur facturus copiam pugnandi q̃ neutrum castrorum alteri subsidio esse poterat aciem in Hubbam (erat is proximis castris præfectus) dirigit: lacessitq; militum procursatione lixas & qui prædam ex agris deferebant in castra. Rursus solicitari Danos ad congressum feroces animi adeo vt dux nullo imperio iratos milites & pugnam tumultuarie poscentes, intra castra quiuerit continere. Hubba milites vt castris se continerent hortari, tempusq; pugnæ expectarent opportunius: sed incondita turba clamore ac tumultu cuncta replens haud consulto duce e castris prorũpit, aciemq; extemplo coacti duces instruũt. Erant Danis super arma linee vestes rubro bisso intextę, cãdore miro fulgẽtes, telaq; q̃ hostem punctim magis q̃ cęsim petere assueti essent, cõmoda breuitate mucronib9 munimẽtũ oẽ rupturis. Ea armorũ species simul cũ corpoꝝ magnitudine instructã aciẽ venientibus primo aspectu reddidit terribilem. Mox vbi paulũ vterq; exercitus ad pugnã instructus in alterius stetisset prospectu, clamore sublato procursum est a Scotis in hostes: pugnatũq; aduersis frontib9 militib9 vtrinq; ferociter perstãtibus in certamine. A tergo tandẽ ac fronte simul petiti Dani Scotorum ingenti multitudine, abiectis telis pręliaribusq; fugam occupãt. Permulti castra petentes sunt intercepti, ferroq; necati. Alii in fossas ruere pręcipites: quibus oppressis per eorũ corpora Scoti ingressum in infesta castra sibi parabant: quidã tranare conantes amnem, rapti periere vorticibus: alii in aduersam ripã cõtribuliũ auxilio (stabãt.n. illi trans fluuiũ, victis fatigatisq; sociis ne subsidium ferrent alto amne impediti) peruenerunt salui. Interq; eos Hubba nãdi artis peritus. Gauisus est Hũber tametsi vehementer indoluit militum casum, fratrem duplici periculo de-

1 functũ,hostiũ manibus & amnis gurgite,tot fortissimis eiusdẽ militibus absumptis:ingẽtiq; ira frendens in acceptæ iniuriȩ vidictã se magna ope armauit.Hoc felici successu tantũ fidutiȩ Scotis accessit vt nõ de ratione reliqui belli gerẽdi cogitarẽt,sed veluti iam
5 oia sola virtute vicissent:neq; vlla rerũ cõmutatio posset accedere, hostium vires habẽtes cõtemptui,duos insequutos dies choreis,tripudiis immoderatã lȩtitiam prȩ se ferẽtibus,consumpserunt. Eoq; processit temenaria insolentia vt inter se palam de prȩda diuidenda, ac si iam occupassent contenderent, sortibusq; disquirerent an
10 Danorũ duces extemplo post partam victoriam forent necãdi,an viui reseruandi ad ludibrium. Super his tãta fuit cõtrouersia aliis alia asserentibus vt nobiles quibus viridis erat ætas cum maioribus natu ad grauissimas contumelias descenderent. His ȩtatis honorem ostentantibus,illis iactantibus labores & pericula in præ
15 lio subeunda.Et de captiuis demũ habendis, de pecunia,armis hostiũ,exuuiisq;, & quẽadmodũ deniq; vti victoria deberent:multi ac varii sermones habiti. Sed quomodo instruẽda esset acies, quibus rationibus hostis superãdus,sermo prorsus nullus. Amnem tandẽ, quẽ Hũberis copias a Scoticis dirimere diximus,reductũ ad iustũ
20 alueũ & ita factũ vadosum, Cõstantinus rex instructa acie traiecit. Danorũ duces de prælio magis q̃ præda cogitabundi pugnæ nacti occasionem expeditas copias confestim educentes,ita aciem instruũt. Habebat dextrum cornu Hubbã cũ Danorũ sex milibus, sinistrũ Buernum Anglũ quem Osbrethi regis iniuria & in coniu
25 gis expugnanda pudicitia,viri domo fœde adulterio polluta,& in eum ad necem vsq; prosequendo,Anglia prohibuerat,cum Anglorum quibusdam cohortibus ac Pictorum quæ in Daniam fugerãt reliquiis. Mediam aciem Humber cum cætera multitudine tenebat.Cum ingenti spiritu iubet Humber firmioribus vt animis pro
30 dirent in certamen,docens quicquid haberet Albion virium,quicquid opum simul cum tota insula victoriȩ prȩmiũ:fugȩ vero cunctorũ interitum:& cui mors omnis viro forti præferenda foret perpetuã ignominiam. Publicitus inde vltimo sacramento se adegit non nisi victorem vnq̃ in castra reuersurum,reliquos vt idem face
35 rẽt hortatus.Id cunctis adeo probatum vt in ea multitudine nemo omniũ esset qui non idem iuraret.Constantinus simile pœne seruãs institutum dextro cornu Etheũ germanũ, sinistro Duncanũ Atholum,eorum vtriq; decem hominũ milibus adhibitis, prȩposuit.Cȩtera multitudo vbi rex pugnaturus erat mediam cõstituit aciem.
40 Concionatusq; apud exercitum gratias agit q; prȩlio recenter ge-

sto animose adeo victoriam parauissent: hortatus ne partam tanto sudore gloriam ignauia aut turpi fuga macularent, ne timerēt victos mole corporis magis q̄ virtute insignes: fore testatus modo vno consensu solita alacritate hostes inuaderent, illi loco pulsi facile vincerentur. Mox suis mandat ne ruerent pr̨cipites in hostes, 45 hosteq; in se incurrere paterentur, ratus eo Danorū vim citato gradu vt ingētibus erāt spiritibus effractū iri, distractosq; ita & lassitudine confectos, dispersosq; a nostris rite ordinatis, adoriundos. Scotis vehementer offecit imperium, q studio pugnæ incensis innatam alacritatem animiq; incitationem quā Imperatores augere 50 debent, non parum represserit. Conserturi eñ nostrates manū cum hoste cōsueuere infestis signis mouere ocyus, ingentemq; ciere clamorem, iis mediis & hostes terreri & se ad pugnam excitari existimantes. Dani signo dato in prælium ruūt, primū autē animaduertentes haud ab hoste occurri artis periti militaris vltro cursum re 55 pressere, paulumq; medio spatio ne solitis viribus pr̨lium inirent quieuere. Mox lento gradu progressi frequentes catapultas & tela icere. Nostri contra in eos sagittas atq; missilia. Vtrinq; illico magno impetu est cōcursum. Ac tandē Dani in cornibus depugnātes superiores facti, Scotos in fugam vertūt: omnes inde Dani me 60 diā aciem alis nudatā aggressi ingēti edita strage profligatā loco cedere fugereq; compellunt: decem Scotorū milia infelici hac pugna desiderata diem funestā reddidere. Sed omniū funestissimā regis Constātini c̨des: qui inter fugiētes agnitus captusq; ab hostibus, & ductus in antrū maritimū securi est percussus. Māsit lo 65 co nomen nigræ specui aliquot exinde annos, nunc diaboli antrū dicunt, in atrocis facti memoriā. Actum tum fuisset de Scotorū nomine nisi Ethus Cōstantini germanus res videns perditum iri acie excedens se duabus cum cohortibus ad secundiorem seruasset fortunam. Hunc populus ne ob principis defectū ampliori Danorū 70 pateret iniurį, ductum Sconam marmori admotū regem extemplo declarat. Anno sacratissimi partus virginei octingentesimo & quarto supra septuagesimū: postq̄ Cōstantinus Scotorum rem tredecim tenuisset annos. Eodem anno ostenta permulta nō sine oim admiratiōe sunt ī Scotorū agris ꝑspecta. Pisces in Forthea ̨stuario 75 ingēti multitudine humana prope effigie super mare media parte erecta natantes. His pellicula nigra, ceruicē, totūq; caput a scapulis instar tegminis cooperuit: ipsi turmatim incedētes (nostri balsinates vocant) dirum infortunium quoties visuntur vulgi existimatione mortalibus portendunt. Concreti sunt lacus, flumina, 80

1 torrentes,amnesq; cuncti a capite nouẽbris ad aprilis exitũ quando soluta glacie simul cum niuibus ad id tempus perseuerãtibus ingens aquę vis ita exundauit vt planities ad radices vsq; montiũ repleret, qua recedente incredibilis ranunculorũ vis agris relicta 5 postea putrescens cælum in mortalium perniciem infecit. Ingens sidus mensem totum Aprilem lunam præcedens ignitis radiis in longum protensis non sine horrore noctu interdiuq; conspiciẽtes homines incõmoda euentura tantis totq; prodigiis coniectabant. Dani vti est iam dictum Scotis deuictis depopulata Fifa in Lau-10 doniam abiere vbi cunctis direptis fortunis fugientes incolas in Northumbriã sunt persequuti. Ibiq; Osbrethum & Ellam,Bruerni fautoribus adiuti,pręlio victos obtruncant: vix cuiq̃ exinde Danorum feritas vbiq; per Anglorum agros euagata nisi qui fugerit pepercit,crudelior in pietati ac fidei Christianę deditis q̃ cæte-15 ris mortalibus cędendis. Erant tum Dani(vt dictum est) ethnici immanes Christi cultorũ persequutores:quę res effecit vt Anglorum permulti sub id tempus fuso sanguine Christo dño,martyrio consecrarentur.Prorogata strages ad Edmundum regem(imperitabat is Northfocis Sudfocisq; Anglis)virum insigni pietate tã-20 dem deuenit.Quem veram religionem ad extremum confitentem Christi martyrem factum capitale excepit supplicium.Cęteri Anglorum reges aliquot exinde annos varia fortuna cum Danis bello contenderunt.Compluribus ex his Anglis qui ad mare Germanicum incolunt, aut cęsis aut durissimę addictis seruituti,his ma-25 lis quibus Christi in Anglia cultores ethnica sęuitia afficiebantur,Alarudus qui extincto Eldredo in Northfocię Sudfocięq; regnum successit finem imposuit:qui & Danos frequentibus pręliis victos,cęsis eorũ ducib9 Hungarre & Hubba,Anglis prisca reddita libertate ex Albione insula multa animositate fugauit.Sed Ethi 30 gesta persequamur. Tradunt hunc virum tanta fuisse pedum velocitate vt pœne ceruos & venaticos canes cursu ęquaret. Propterea alipedem vocitatum vulgo. Cæterum quacũq; fuerit corporis agilitate ineptũ eum fuisse animo ad publicum regimen liquide ostẽdit principatus eius.Enimuero quũ Fifam & Laudoniã cęterasq; re-35 giones Scotis Anglorũ ac Britonũ iniuria adẽptas,Anglis ac Danis grauissimo bello cõtendẽtibus paruo negocio recuperare potuisset:neglecta militia,pluris habẽs libidinẽ q̃ publicã salutẽ veluti Scoticę res in meliorẽ statũ mutãdę nõ essent,reb9 vrbanis & religiosis posthabitis luxui prorsus inseruiuit. Et quũ multa esset 40 corpis vi & animi prõptitudie,luxurię addict9 in sui cõtumeliã &

reipublicę iacturã tã pulchris dei ac naturę donis est abusus. Ma-
iores regni exploratũ habẽtes eã regiminis formã saluti publicę si
perseueraret nociturã, corruptos regios mores obtrectationẽ & in
uidiã his q pręstãtissimi in gẽte essent parare, ne vni9 culpa regnũ
iam satis afflictũ ampliori pateret discrimini: agũt inter se secretis
nũciis de capiẽdo rege religãdoq; aliquo vbi cõmodius asseruare-
tur, deq; alteri viro longe prudentiori regioq; prognato sanguine
summa potestate deferenda. Et ne res dilatione indicaretur, subito
cõuenientes ad regẽ (is tũ forte feras in Calidonia venabatur) ca-
ptũ eũ publicę deputãt custodiæ, flagitiorũ eius fautorib9 cõiectis
in vincula. Secundũ hæc Dongallus nobiliorum concione (obti-
nuerat is paulo ante viuẽte Cõstãtino Argadiam) longa oratione
Ethi scelera prosequutus, q̃ effœminatum esset mõstrũ, & q̃ hebeti
ad bonũ quidẽ, ad malũ vero perpetrandũ prompto ingenio: sua-
sit pplo vt Etho publico ei regimie abrogato, Gregoriũ Dõgalli
q ante Alpinũ regnauerat filiũ (erat is vix bimestris cũ pater desũ
geret vita) virũ modestũ morib9 & probitate insigni, regẽ suffice
rent. Mox vniuersa quę aderat multitudo ad Dongalli vocẽ velu-
ti cælo emissam Gregoriũ regẽ deposcit: adeo probata oĩbus erat
viri virtus vt huic vni & publicã & priuatã salutem cuncti destina
rent. Magno itaq; oĩm consensu accersito Gregorio tantũ renuen-
ti fastigiũ Etho summo abdicato magistratu, regnũ defertur. Qua
re cognita Ethus tanto mœrore est affectus vt tertio die vitã finie
rit: secundo principatus sui anno, Christi autẽ octingentesimo se-
ptuagesimo sexto. Sunt qui scribant eum Dongalli opera ne for-
tassis libertati aliquãdo restitutus in ipsum acceptam vlcisceretur
cõtumeliam in carcere strangulatum. Gregorius rex designatus &
Sconæ patrio ritu in fatali cathedra regio insignitus diademate:
haud ignarus diuinã opem firmissimũ esse regnis regibusq; stabili
mẽtũ, ac sine ea regna cõsistere nõ posse: vt felici auspicio ichoaret
principatũ, Forfari primatũ facto cõsessu pro Christi religionis au
gmento quo liberius pietati addicti synceram colerẽt religionem,
sanxit cum oĩm suffragiis, vt sacerdotes a tributo & regiis (vt di-
cunt) exactionibus, militiaq; deinceps essent immunes, ad propha-
na nõ traherẽtur iudicia, non nisi sanctis coram episcopis dicerent
causas. Esset penes antistites priuatos publicosq; cogere præsti-
tam seruare fidem, violatam punire, sanctiones edere in Christia-
næ religionis commodum, disserere de controuersiis, quæ de vio-
lata fide, re matrimoniali, frugum cæterorũq; fructuum decimis
(erat ab initio ea portio sacerdotib9 destinata) testamẽtis, legatis

legatariis,orirẽtur:leges,ac religiones interpretari.Iudiciũ in deũ diuorũq; blasphemos,ꝑiuros,magicos,& nõ recte de Christi dogmate sentiẽtes ferre,quibus decernerẽt afficiẽdos suppliciis.Non obtẽperãtes ipsoꝝ decretis diris execrationib9 persequi,prohibere sacris,tẽplis ac sacrificiis interdicere.Quib9 sic esset interdictũ nec hęreditas nec ius petẽtibus a quouis iudice redderet͛,prohiberẽtur veluti impii humanis cõgressibus testimoniũ nõ ferrẽt,neq; quẽlibet exercerent magistratũ. Erat & præter hæc Gregorii sanctio quã Scotoꝝ reges exinde religiose obseruarũt:vt regiũ inter Scotos obiens fastigiũ sacra attestatiõe firmaret,fidei adhibito sacramẽto sese Christi ecclesię dec9,libertatẽ,sacerdotesq; sũma ope ad vitę exitũ ꝓtecturũ:haud passurũ sacris magistratib9,eorũ sanctionib9 religionisve ministris aliquẽ officere. Erat Gregorio ingenit9 quidã pietatis cultus,tãtaq; in sermone sentẽtiarũ grauitas tantũ in verbis põdus modusq; ac tã exquisiti mores vt quicqd diceret,quicqd ageret ęqua trutina examinatũ putaret͛.Cęlebs ei vita fuit:abdicata Venere ꝑpetua castitate isignis,iis ab adolescẽtia formata institutis quę a lubrico retardarent. Cibi potusq; salubri persimonia:parcus somni absq; mulierũ cõsortio.Auxit viro decus animus quẽ in vrbanis reb9honestãdis,ęquiq; administratiõe & in bellicis reb9 habuit.Primã expeditionẽ in Fifam vt eã regionẽ patrię restitueret,duxit. Sub cui9 aduẽtũ Picti ibi locoꝝ Danis abeũtibus relicti,perculsi timore,ne Scotoꝝ implacabili in se odio extrema paterẽtur,in Laudoniã abiere. Inuẽtãq; ita Fifam pœne sine inhabitatore accitis aliũde incolis eã Gregorius replere iussit.Relicta inde Fifa ducens in Laudoniã munitionibus partim vi captis partim vltro deditis regionẽ paruo negocio in fidẽ recepit. Vẽtũ breui ꝑagrata Merchia ad Beruiciũ:ibi nõ paucę Danoꝝ cohortes adiũctis sibi Pictis haud lõgius fugere, sed rẽ ferro trãsigere cum Gregorio magno instituerũt cõsensu. Quũq; in aciẽ copias essent ducturi viderẽtq; a fronte tãtas Scotoꝝ copias & a tergo timerẽt Anglũ,optimũ visum est nobiliores quosq; Danorũ in Beruicium oppidũ priusq̃ hostis adesset vt pręsentissimũ periculũ deuitarent, cõcedere:reliqua multitudie Tueda amne traiecto in Northũbriã ꝙ illuc ingẽtẽ Danorũ vim recẽter venisse audiuerãt,abeũte.Angli Beruicini nihil magis q̃ Danoꝝ auersati iperiũ quos gẽtis illi9 nobiles ad se cõcedẽtes vesꝑe i ciuitatẽ receperãt sub noctẽ sequuntã simul cũ ciuitate Scotis tradiderũt.Gregori9 recepto Beruicio postridie Anglis aut eo manẽdi aut abeundi quo vellẽt libere cũ fortunis facta potestate,quos ibi Danos inuenit, multa crudelita-

te peremit.Inde forti præsidio Beruicii relicto in Northumbriam
Danorũ iniuria pœne exhaustam opibus,vt eam regionẽ Scotorũ
adderet imperio cũ copiis perrexit.Duo tũ muniti exercit9 erãt in
Northumbria Danorum alter,alter Anglorũ.Ille haud longe ab
Eboraco (quã vrbem recẽter Herdunto duce diripuerãt,)erat in 54
castris.Hic viginti millibus passuũ ab eo loco aberat.Herduntus
certior fact9 cõtribuliũ q̃ Beruicii erãt cruẽti interit9,iuramẽto se
adegit coram omnibus,Scotos eo se calamitatis ducturũ, vt eorũ
in Albione ne germen quidẽ relictũ deinceps appareret.Multi du
cem sequuti in eius verba cõiurabant.Itaq; Scotis aduẽtantibus in 50
aciem copias ducere iubet Herdũtus.Astãs Gregorius cũ procin-
ctis turmis quum statuisset milites ante certamen ad cõtionem vo
care,tãtus furor poscentiũ pugnã est obortus vt necessum haberet
adhortatione penitus abstinere, plusq; aciebus ordinãdis q̃ exhor-
tãdis militibus intẽdere:Vnũ tm̃ admonens, vnusquisq; Cõstanti- 55
ni principis ignominiosæ post deditionẽ cædis memorẽ animũ ad
fortiter agẽdum haberet exhortatorẽ.Nõ igitur minorib9 animis
q̃ impetu Scoti eunt in preliũ,strictisq; Sarissis ita vehemẽti in ho
stem cursu ferũtur, vt emittẽdis pilis stringẽdisve contis in aduer-
sam aciem Danis nullũ daretur spatiũ. Sequuta Sarissas Scotorũ 60
prelíaria,ingẽtem in deiectos fecere cędẽ. Nihil illic exhortatore
ad perstãdũ & honeste ad rẽ gerẽdã opus erat,nihil imperatore qui
contineret ordines : omnia militaris ira acceptæ ante iniuriæ me-
mor vltro nauiter peregit. Itaq; fusi fugatiq; Dani quibus castra
non patuere dissipati in proximos abiere montes : Scotos eadẽ spi- 65
ritus vehementia quę hostes acie deuictos depressit,aggeribus cę-
terisq; munimẽtis multa effractis vi perduxit in castra. Ibiq; plusq̃
in prelio exhaustũ est sanguinis cædisq; factum. Herduntus postri
die dispalatos milites in vnum cogere annixus quũ plures longe
desideraret q̃ superessent, diem apud se questus funestam ad Rasi- 70
nũ(erat is tum in Anglia supremus Danorũ dux) pergere decre-
uit.In agmine quodvtcunq; coactũ habebat sautii vulneribus erãt
complures,carpentis essedisq; deuecti. Vnde tardior cunctis erat
incessus vix quadraginta passuũ milia itineris cõfecerat quũ tristi
nuncio accepit Rasinũ ingenti cũ multitudine dum imprudẽtius 75
aduersus Anglos apud Helcadem decertaret,cęsum.eius caput in
cõtumeliã conto affixum per Anglorũ vicos & ciuitates circũfer-
ri:Danorũq; rẽ in Anglia paulo ante adeo florentẽ aperte iã ad in
teritũ inclinare.Herdũtus animo ad nũciũ remisso incertus cõsilii
vndiq; pœne vrgẽte hoste, delecto idoneo ad id loco factis castris 80

1 donec quid cęteri Dani in Albione facere instituissent cognosceret illic cōsidere decreuit. Gregorius parta uti est significatum victoria Northūbriā pulsis inde Danis in suā potestatē vltro pœne cōcedētē cūctis incolis ꝑprias tenere sedes paruo vectigali imposito ꝑmissis,
5 facile sibi vēdicauit. Solutisq; paucis post diebus copiis adiit Beruiciū, vbi cōsultationibus variis ꝑ reipublicę fœlicitate cū regni maioribus secutā hyemē cōsumpsit. Sub initiū sequētis ęstatis Gregorius pacata Northūbria aduersus Britānos (tenebāt hi vt est significatū haud exiguā Scotoꝝ regni partē) ꝓfectus, rē non minori fœlicitate
10 q̃ priorē contra Danos gessit. Nā Britones Danoꝝ frequēti iniuria petiti plurimū attenuatis viribus, vt iminēti ꝑiculo leuarent ingētē vim auri, illis dederāt viginti annoꝝ inducias spōdētibus: sed ethnica gēs nō diu stetit spōsioni, quin breui redeūtes cū maiorib9 virib9 Britānos denuo armis lacesserēt. Danoꝝ ergo nouos conatus tāetsi
15 duoꝝ exercituū maiorē partē recēter amisissent, veriti Britāni, ne ex Scotis hostibus amicos facerēt: ꝑ caduceatorē spōdēt Gregorio modo secum ductus fidei charitate, in parte belli aduersus Danos susceptī ꝑseueraret: qcquid tenerēt Scotoꝝ agri se libere dimissuros. Assensit Gregorius lubens Britonū postulatis cōmunis Albianoꝝ salu
20 tis ductus charitate tutamen prę se ferētibus: ꝑsuasum habuit, si tres Albionis populi Scoti Britones & Angli inter se cōsentirēt nullius orbis gētis arma quātūuis pollētis opibus & fortuna eis exinde essent formidāda. Dissensiones ꝑ hęc inter principes & populos cōpositę. Redditę sunt Gregorio Scotoꝝ regiones a Britonib9 dudū oc
25 cupatę Scotorūq; regnū ad veteres terminos ꝓtēsum. Quę oīa vtile iocūdūq; cūctis Albianis omen dū vnus eis foret cōsensus, Danis vero triste ac miserū si bello ꝑseuerarēt portēdere videbāt. Sed nō diutina gentium illarū fuit cōcordia. Fœlix em̄ Angloꝝ successus, Danis Alluredo duce superatis, Britonibus futurū cū victoribus expe
30 ctantibus fœdus insolētis ausus tribuit occasionē. Constantinus em̄ (hunc Britāni post extinctum patrē recenter regem dixerant) fœderis initi cum Scotis tot regionibus restitutis Gregorio, pœnitudine ductus, in Annandię vallē regionis recuperandæ causa expeditionē ducit: ibiq; omnia inter Scotos & Britannos turbari cœpta Grego
35 rium vt Annandię valli Britonum iniuriis vexatæ subueniret perpulere ad arma. Petita ab Anglis auxilia Britones non impetrantes in Cambriam cum prȩda redire conati ad lacum Maben Gregorium cum turmis ad pugnam expeditis obuium habuere. Ibi descēsum in aciem pugnatumq;. Constantinus prælio inito Britonum rem incli
40 nare animaduertens magis recentis regii nominis q̃ vitæ memor ad

ſigna protegenda ocyus cõuolat. vbi acerrime pugnans a confertiſ-
ſimis hoſtibus circũuentus occiſus eſt. Cuius mors, ſecutaq; ingens
cædes præſtãtiſſimorũ Britonũ, cętera multitudine lapſa in fugam,
Scotis peperit victoriam. Id præliũ Britannis pœne exitio fuit ꝙ af
flicti ita ſuapte culpa rege cęſo pœneq; toto amiſſo exercitu Danis
& Scotis infenſiſſimo haberentur odio. Anglis vero, inſigni tum ꝑ-
fidia in omniũ Albianorum iacturam taxati, parũ eſſent accepti. Ne
tamen demiſſis animis regium decus in gente regnumq; amitterẽt,
Heberto Conſtantini germano rege dicto oratores aliquanto poſt
ad Gregorium mittunt: qui ſupplices pacem orantes, qđ contra fœ
dus ſit actũ non maiorũ Britãnię gentis, ſed vnius Conſtantini fero
cis nimiũ adoleſcẽtis recenter tũ Regio diademate potiti culpã eſſe
dicerent: eũq; morte non ſine ingenti Britonũ diſpẽdio luiſſe ſcelus.
Nullũq; ipſo e medio ſublato locum cõtrouerſię relictum, cur in ve
teri fœdere cum Scotis (modo ipſi pacem bello pręferrent) non ſta
retur. Hebertum regẽ pacis amantem nihil magis cupere, q̃ cũ om̃i
bus, & Scotis præſertim, in amicitia ꝑſtare. His auditis Gregorius,
Non (inquit) pacis aut fidei amor, nõ fœderis aut iuramẽti reuerẽ-
tia Britones ad nouã pacẽ petẽdã impulit: qui violato fidei ſacramẽ
to nullis a nobis impetiti iniuriis in Annandię vallẽ Scotorũ ex pro
feſſo regionẽ adeo impudẽter paulo ante ſunt graſſati. Sed ꝙ bello
opibuſq; nobis impares, ſi cœptis ꝑſeuerarent, ſciant ſe in exitium tã
dem ducendos: Idcirco regi Heberto dicite me de pace cum perfida
gente nihil prius acturũ q̃ quicquid Britones in Cumbria Veſtma-
riaq; vrbium ac munitionũ obtinent in Scotorũ tradiderint poteſta
tẽ, iureiurãdo ſimul cũ Heberto adacti in eas regiões, deinceps nũq̃
ſe ducturos: traditis ad hęc ſexaginta Britonicæ gẽtis nobilioribus
adoleſcẽtibus qui obſides ſint pręſtitę fidei exinde obſeruandę. His
domũ relatis ꝑ Britãnoꝝ legatos, Hebertꝰ ne Britones tot rerũ flu
ctibus agitati ſi in bello ꝑſeuerarent, vndiq; circũdati hoſtibus vlti-
mis tandẽ calamitatibus afflicti regnũ amitterent in Albione, pacis
cõditiones ex maioꝝ ſentẽtia accepit. Datis inde obſidibus Grego-
rio Britãni Cũbria ac Veſtmaria Scotis relictis, nouo fœdere ꝑcuſ-
ſo, in Gualiã veterẽ ſedẽ populariter abiere. vbi aliquot deinde ãnos
quieuere, domeſticis externiſq; armis leuati. His ita geſtis Gregorꝰ
Carleſlii aduocato illuc cõſilio, ita multitudinẽ dicitˀ affatus. Qz̃ fœ
licibus res noſtras deus optimus maximus ſecũdauerit ſucceſſibus,
& qua in nos fuerit benignitate poſt pietatẽ vere cultã poſtq; negle
cta ſacra reſtituta, & ſacerdotes peculiares eius miniſtros iuſto affe-
ctos honore, vnuſquiſq; vel ex hoc poteſt intelligere ꝙ regiones An-

1 glorum,Britonum,ac tandem Danorum armis nobis impie adem-
ptas nō modo nobis multo sine sanguine & cęde restituerit, sed etiā
impietatem vltus(vti ęquū est credere)haud ignobiles eorū regio-
nes Northumbriā,Cumbriā & Vestmariā nō sine ingenti illorū ia-
5 ctura & incōmodo,cedere in nostrā permiserit potestatē. Habemus
numinis fauore plusq̄ optare licuisset,nostra nobis restituta,hostiles
agros partos,multo sine nostrorū discrimine honestā victoriā,de ho
stibus triumphū,decus laudemq; ad posteros.Hostes ecōtrario quæ
male quęsiuerunt,ignominiose amissis,victi bello,fusi, ꝓfligati,suis
10 pulsi sedibus,domesticis externisq; petiti iniuriis: nec ausi fortunam
amplius manibus nobiscum experiri,dedecus inexpiādum,æternāq;
contumeliam sibi parauere. Britones nostris armis dei pręcipuo fa-
uore deuicti ab his regionibus ꝓfecti vltro sibi cōstituere exiliū.Da
nis haud secundior fuit in bello fortuna . Ingenti enim clade iniuriā
15 in nos luentes nostris cū ingenti ignominia cesserūt finibus Vestma
ria,Cumbria,Northumbriaq; pauca præter oppida paucasq; muni-
tiones hostium præsidiis ab illis retentas nostra sunt præda,nostro
vtenda arbitrio.Nunc (viri fortissimi) virtus monet cui adesse nu-
men est euidēs, ne hac victoria sola, aut hac præda contenti simus:
20 sed quæ dei prouidentia nobis obtulit auidius assequamur . Ergo
non per agros vicatim vagando circunferendum bellum,non rudis
populus,non agrestes armis nostris petendi, sed aggrediēdæ sunt
hostium vrbes, excidenda mœnia,munitionesq; occupandæ : nullus
enim iam nos prohibet exercitus: Dani profligati abiere in Cantiū,
25 Angli territi remissis animis sua aduersus Danorum furiā ægre tu-
tātes oēm belli curā in nos remisere. Eboracum adeamus vbi nos la
bor haud solito maior,præda multo potior,& p̄ter eā,gloria ac (dū
modo ex sentētia res successerint) decus imarcessibile nos expectat.
hęc suadeo,hęc vobis ꝑsuadere velim,vt acceptā dudū ab hostilibus
30 armis iniuriā vlciscētes nostrarū rerū honori,ac fœlicitati(qn̄ numi
ni ita est visum) egregie cōsulamus.Ad Gregorii verba quisq; se p̄-
parās ad expeditionē:quę bellici essent apparatus & quę militi vsui
forent summa diligētia curauit. Interea venere Alarudi Anglorum
regis legati ad Gregorium gratulabundi ꝙ ipse inuictus hostium
35 vires attriuerit:vltusq; egregie Constantini Scotorū regis mortē in
Danos, Albionem bello infestantes atroci, ad truculentam gentem
cōfectā tādem partim Scotorū partim Anglorum armis,pellēda ex
insula,plurimū fuerit adiumēto.Precati sunt etiā Regē oratores, vt
vetus fœdus cū Alarudo renouaret,vt Scotorum Anglorūq; coeūti
40 bus viribus Christi hostiū reditū siquādo molirent̄ facile impediret.

Qui qđ postularāt haud grauate sunt assecuti. Estq; inde breui pax
iter pp̄los renouato fœdere firmata: veteribusq; hę additę leges. Sco
ti Northūbriā absq; vlla Anglo℞ infestatione tenerēt. Si Dani alte-
ri populo℞ bellū inferrent, vterq; id veluti sibi illatū haberet, indue
retq; arma ad cōmunē ꝓpulsandā iniuriā. Neq; ꝑ Anglorū agros in 45
Scotos, neq; ꝑ Scoto℞ in Anglos hosti eēt iter. Si in Scoto℞ agris
Anglo℞ quispiā furtū fecerit aut rapinā, id fœdus nō macularet, sed
fur cū receptatore Scotico magistratui dedat̄ ad suppliciū. Idē Sco
ti Anglis p̄starent. Fœdere ita icto Gregoriū iā arma deponētē tur-
bidę res in Gallouidia ꝑ Hibernico℞ eruptionē ad aliud bellū euo- 50
carūt. Hibernici.n.ꝙ Gallouidiani duas triremes a Dublinia in suū
littus appulsas diripuissēt in Gallouidiā hostiliter trāsmittētes stra
gē cruētā in populū, pecudū collecta ingēti p̄da breui ediderūt. Cer
tior horū factus Gregorius illico ducit in p̄dones. Vnde territi Hi-
bernici oīni cū p̄da quā auferre poterāt traiecere in patriā. Secutus 55
Gregorius cū copiis aufugiētes, Hibernię primores (dissidebāt hi
tū forte rege vnico Duncano impubere filio relicto recēter vita fun
cto summo ꝓ magistratu) pauore ingēti ꝑculit. Annixi qdā maio℞
Hibernię saniori in salutē publicā mēte, ne ꝑseuerātes in simultate
Scotis facile victoribus Hibernicū regnū vltimo darēt discrimini, li 60
tē inter factiosos cōponere moliunt̄. Quū id obtinere nō possent pa
ctis principes Hibernię inter se induciis duos exercit⁹ illico aduer-
sus Scotos cōstituūt. Brenus princeps alteri⁹ factionis vni p̄erat ex-
ercitui: Cornelius (tenuit is in aduersa factiōe pricipatū) alteri. Por
ro Scoto℞ arma lōge lateq; ꝑ agros, ac vicos diffusa oīa depopula- 65
tionibus, ac cędibus iplebāt. Apparebatq; si nō ocyus debacchantiū
furori iret̄ obuiā, magnā Hibernię partē flāma & ferro ꝓstratū iri.
Hibernici itaq; ad Bani fluminis ripā sub Futo (est is mōs mira i ea
regiōe altitudine) bina castra ab inuicē aliquātulū discretis posuere
locis qbus cōsederāt. Erāt ea natura pœne inuia hūanaq; opa muni- 70
ta, vsqueadeo vt instructę aciei prorsus ad eos nō pateret accessus. Id
fecisse eos satis cōstabat, vt tp̄is ꝓductiōe Gregorii exercitū cōmea
tus tādē inopia fatigarēt. Cōsiliū Hibernicū Gregorii sugauit indu
stria. Quisq; etenī Scoto℞ iubēte rege qnq̄ginta dierū cibū castrēsē
patrio tū ritu secū illuc tulerat, panē, caseū, butyrū, poscā, siccatāq; 75
carnē bubulā. Nōdū.n. bellicosa Scoto℞ ingenia fœda ac seruilis ef
fœminauerat igluuies. Neq; aquā qn̄ opus foret ad exercit⁹ necessita
tē, illis i locis fluuio℞ lacuū ac fontiū vbertate defuturā cūcti satis in
tellexerāt. Gregorius cōsultādo qd potissimū agēdū foret ꝑ aliquot
dies qetē egit. Quūq; oībus agitatis ꝑqsitisq; hostis inuadēdi modis 80

viam vnam comperissent, duo hominũ milia ꝑ dorsum Futi montis petrosum arboribus cõtectũ asperũ & intrectabile pœne sub noctẽ in iugũ mittenda vnde ad primã lucẽ Gregorio acriori insultu petẽ te castra ingentia in Hibernicos torquerent saxa, fore inde vt hostes intolerabilẽ paterentur iacturã aut descensuri in pugnam castris ex cederẽt. Laudato inuento Kẽnethus Cullanus Carictę tum Thanus negocii gerendi subiit prouinciam. Is secuta nocte superato Bano co hortem longe ab hostium castris ad Futum montem circũductam laborioso itinere in collem breui spatio castris imminẽtem immisit. Mox vbi illuxit Hibernici oĩ vi conati Gregorii insultũ quo acer rime petebantur ꝓpulsare, tot tãq; ingentibus saxis ab imminẽte su pra caput colle ꝑter expectationẽ sunt petiti vt cęsis plus mille viris relinquere castra atq; fugã occupare absq; pugna ferme cogerentur. Missi in fugientes Scoti captiuos multos paucis cęsis vti Gregorii erat imperiũ reduxere. Dum hęc agerentur in Breni castris, Corne lius diei infœlicitatẽ questus relictis castris, saluis copiis maximo or dine seruato in loca abiit tutiora. Exanime Breni corpus effracto ca pite & cerebro diminuto ingentis lapidis ictu in castris dũ Scoti mi lites ea occuparent inuentũ, vt sacro loco honeste condiretur precan tibus enixe captiuis, Gregori9 curauit. Inde fœlici ita initio rẽ auspi catus reliquũ belli secũdiori fortuna ratus successurũ militib9 impe rat prędã vndiq; ad cõmeatũ ꝑquirãt. Integris corporibus repertos puberes adulescentes virosq; captos ducãt ad exercitũ, fœminis, seni bus ac religiosis parcerẽt, nulli vim inferẽtes flãma & ferro prorsus abstinerent. Hibernicorũ cõplures regis experti clementiã vt saluæ ipsis essent cũ vita fortunę sese cũ liberis ac facultatibus dedẽtes vl tro in ipsius potestatẽ cõcessere. Munitionib9 ꝑ hęc qbusdã occupa tis largoq; obtẽto cõmeatu nullũ ex Hibernicis in se parari exercitũ intelligẽs, Gregorius ꝑ exploratores ad Duungargũ validã vrbem obsidẽdã, ducit. Tenuuit plures dies obsidio paucis ex ciuib9 frequẽ ti insultu necatis, obsessi tandẽ vigiliis defessi, rerũq; oĩm pœnuria laborãtes, quũ aut ꝑeũdũ eis aut deditio faciẽda esset, Scotis portas aperiũt. Occupata vrbe vetuit rex, ne miles ꝑdæ inde quicq̃ asporta ret. Causatus haud sine exercitus iactura agmẽ grauioribus impedi mẽtis oneratũ iri. Vnde ciues ꝑmittẽte rege prædã oẽm ꝑter arma, pecunia militibus tributa, redemerũt. Gregorius posteaq̃ triduum Duungargi nihil hostile fieri passus in ciues, fuisset cõmoratus: reli cto ibidẽ forti ꝑsidio ad Pontũ vrbẽ obsidẽdam ꝑrexit. Quã se dedẽ tẽ iussit omni iniuria esse immunẽ. Erat iã tum Dubliniã moturus primariam Hibernicorum regũ sedẽ (distabat ea ciuitas quatuor &

decẽ prope passuũ milibus a põto) At regi eo ducẽti nũciat̃ Hiber nicas copias Cornelio principi quẽ cõmunis oĩm cõsensus ducẽ crea uerat, audiẽtes vix decẽ millibus passuũ abesse cũ multitudine quan ta nũq̃ antea tũ hoĩm memoria ea in insula exercitus erat cõspectus. Auersus nũcio a Dublinia Gregorius in ꝓximos cãpos cũ copiis cõ 45 cedit. Postridie triplex Hibernicoꝝ agmẽ cõspectũ primũ ex veliti bus & sagittariis arcus, missilia acutissimis spiculis, ac fundas gestã tibus, cõflatũ. In secũdo erãt hoĩes ꝓceris corporibus peltis muniti ꝑmagnos enses & rectos a dextris humeris quatiẽtes. Tertiũ tene bãt milites ex his oĩbus delecti: quoꝝ varia erãt & ꝑmulta tela. In eo 50 nobilissimi qꝗ Hibernicę gẽtis cũ Cornelio duce cęteros vehemen ter adhortãte, ad fortiter agẽdũ erãt depugnaturi. Nostri suo more duab⁹ alis ac media acie turmas instruere. In harum qualibet triplex militũ erat ordo. Primus arcus sarissasq; gestiẽtiũ. Secũdus eoꝝ qui contos & ꝑliaria ferebãt. Hos sequebant̃ ensibus plumbatisq; hastis 55 muniti. Gregorius hostiũ ordine cõspecto iussit post sagittas emis sas & catapultas sarissis aduersos milites vehemẽter ferire, ratus Hi bernicos eo facile ꝓpelli posse. Cõgressis acerrime aciebus secundũ emissa vtrinq; tela Scotorum sarissæ Hibernicis ne ipsi comminus ensibus pugnarẽt ingẽti fuerũt impedimẽto. Corneli⁹ id aĩaduertẽs 60 iubet q̃ maxima voce potuit sarissas ensib⁹ scinderẽt. Et quũ cassidẽ paulũ leuaret, vt attẽti⁹ adhortaret̃ depugnãtes, hastę ictu graui ac cepto in os vulnere acie excessit. Hibernicoꝝ aũt plęriq; opinati du cẽ timore occupasse fugã vt saluti cõsulerẽt abiectis armis cito cur su abiere. Inclinãtibusq; ita Hibernicis rebus, Gregoriũ victoria est 65 secuta. Cędes exigua in ꝑlio edita, sed multo maxĩa in fuga. Neq; ab ea prius tẽperatũ q̃ ad Dublinię portas fuisset ꝓtracta. Tot ea crue ta pugna ex Hibernicis desiderati vt reparãdi exinde exercitus spes oĩs prorsus fuerit sublata. Postridie Gregorius Dubliniã expugnare orsus vrbẽ vndiq; circũcingit. Ingẽs mortaliũ vis erat Dubliniæ, & 70 ex his q ante ꝑliũ, quasi certi de futura victoria illo cõuenerãt, & ex fugiẽtibus a recẽti pugna in ciuitatẽ inuitis magistratibus receptis, cõflata. Vnde breui obsessa vrbs, cõmeat⁹ extrema pœnuria labora uit. Et ne multitudinẽ fames absumeret viribus diffidẽtẽ de deditiõe agi est cœptũ. Fuere q suaderẽt eruptionẽ, rẽq; cõmittendã fortunæ 75 potius q̃ Gregorii imperio dedendos omnes. Alii quantis cladibus fuissent Hibernici recenter percussi animaduertẽtes & cladem extre mã imminere ꝙ Dubliniæ essent, in qb⁹ spes oĩs Hibernici noĩs sita esset qbus saluis Hibernia seruari posset, qbusq; amissis nihil supes set quod patrię ampli⁹ expectarẽt salutẽ, ratiq; necessitati parẽdum 80

quãdo nec ciuitatem, nec se amplius possent tueri, & tũ Scotis pacẽ ineundã quibus possent cõditióibus cẽsuerũt. Optimi quiq; q in cõcione erãt, eã ꝓbabãt sentẽtiã: & oĩm maxime Cormachus episcopus vir multa pietate insignis. Is Dublinia ꝓfectus legat⁹ ad Gregoriũ, vbi in eius cõspectũ venit, p̃catus est demississime regẽ afflictę vrbi miserisq; ciuibus parceret: itaq; victoria in subactos vteretur, ita deditos reciperet in fidẽ, cõtineretq;, vt irã si quã in obsessos cõcepisset clemẽtia tẽperaret: paruuliq; cognati Duncani cui regnũ iure deberetur curã habuisse videatur. Meminerit in bellis gerendis non tam vtile q̃ honestum regibus petendũ: nihilq; decoris spoliãti regno infantulũ, quẽ amicitię & cognationis iure protegẽdũ assumere deberet, posse aduenire. Dubliniã & quę in circuitu essent eius esse in potestate. Diiudicet an potius regii sit officii iura regũ & vrbium celebritatẽ seruare: an accisis regnis ciuitatibusq; quã ipsi fecerint cõspicere solitudinẽ. Respõdit Gregori⁹ Rex Hibernicorũ oratori se nõ regni cupiditate, aut spoliãdi paruuli cognati, sed acceptę vindicãdę iniurię causa venisse in Hiberniã. Nõ Scotos sed Hibernicos impiũ bellũ qđ manifesta numinis ira sanguine luissent incœpisse: de fine aũt illi imponẽdo deq; seruãdo regno infanti Dũcano incolumi, dedita vrbe quidnã sui sit officii cogitaturũ cõsultaturũq;. Eo Gregorii respõso Dublinię recitato Hibernica iuuẽtus a belli cõsiliis cogitationes auertẽs, portas regi ap̃ire iussit. Præmissis itaq; militũ copiis exploratũ, essentne oĩa tuta absq; vlla vel leui insidiarum suspitione: Gregorius magnifico cũ apparatu ad vrbẽ ꝓperauit. multi mortales effusi sũt veniẽti obuiã: piorũq; diuersi cœt⁹ religiosos habit⁹ vt eorũ erãt instituta induti: hos secut⁹ Cormachus loci antistes solẽni habitu amictus manib⁹ crucifixi Christi effigiẽ cũ cruce tenẽs. Nobiles inde Hibernię vtriusq; sexus quos illuc fugisse dixim⁹: ciuitatisq; primores ac reliqua multitudo supplices cũcti veniã p̃cãtes seq̃bant. His inspectis Gregori⁹ Scotoꝝ copias iussit esse aliquãtisper imotas, equoq; dissiliẽs positis ante Cormachũ genibus Christi effigiẽ venerabũdus est deosculat⁹. Tũc ad eũ Cormach⁹ grãs, inqt, deo optimo maximo habem⁹, ac agim⁹ imẽsas ꝙ quũ te nobis dñm cõstituit eã tibi dederit mẽtẽ, vt tuis seruis deditęq; vrbi parcẽs, ferrũ, flãmã, aut hostile quicq̃ euagari nõ siueris, sed corpora ac fortunas quæ tua sunt iure belli, victoria clemẽtissime vsus, nostra esse permiseris. Porro Gregorius sic vrbem ingressus ad forũ recta pergit: vbi ingens militum agmen ad omnes casus paratũ permanere iussit immotum. Ipse alio agmine stipatus ad deiparę virginis ędem, inde ad diui Patricii tẽplum voti nomine adequitauit. Sacris ibi celebri ritu

peractis in arcem se recepit. Subsecuta noctem militum nõnulli ru-
ptis ciuium foribus matronarũ virginumq; illuserant pudicitiæ: sed
hi magno labore postridie conquisiti arreptiq; in iudiciũ iubente re-
ge acerbas pœnas vltimo luere supplicio. Gregorius ꝑ id in maiori
cunctis habitus reuerentia copiarũ parte in vrbe ad præsidium reli- 45
cta cæteris in castra dimissis, aliquãdiu Dubliniȩ subsedit. Secundũ
hęc inter primores Hiberniȩ & Gregorium, cõsessu facto Dubliniȩ
his legibus est cõuẽtũ. Duncanus regius puellus hęres regni Hiber
nici pędonomorũ custodũq; tutela bonis institutis & disciplinis for
mãdus firmissima vt eatenꝰ fuerat, arce ad maturã vsq; ętatẽ diligẽ 50
ter asseruaret̃. Gregorius rex interea Hibernici regni esset guberna
tor, cunctis munitionibus in potestatẽ acceptis: magistratus diceret
suo arbitrio, qui veteribus Hibernicȩ gentis vsi legibus populo ius
administrarẽt. Non Anglũ Hibernici, non Britonẽ aut Danũ sine
eius cõmeatu, vel negociationis causa admitterẽt in Hiberniã. Hæc 55
se facturos cuncti Hibernici populi nobiliores iureiurãdo sanctissi-
mo sunt ꝓfessi. Fine itaq; bello imposito oĩa plena erant gratulatio-
nis: & ꝙ simultates inter factiones Hibernicas videbant̃ extinctȩ, &
ꝙ Gregorius nec petierit Hiberniæ regnũ, quũ facile occupare po-
tuisset, nec hęredis regni custodiã, ac ꝙ eiusdẽ regni administratiõe 60
paucos exinde annos cõtẽtus vniuersam gentẽ solitis legibus, ac li-
bertate viuere ꝑmiserit. Rebus eo pacto in Hibernia pacatis Gre-
gorius sexaginta obsidibus acceptis cũ victore exercitu reuertit in
Albionẽ. Nullus exinde motus externus internusve Gregorii regnũ
turbauit. Pax erat & ociũ eo regnãte vndiq; Scotorum genti. Cũcta 65
spectata virtute, atq; authoritate ęqssimus iudex egregie moderaba
tur quoad fœlicẽ ad vltimũ extrema senectute in Gareothæ regiõis
arce tũ munitissima Doundor vulgus appellat. i. aureũ montẽ sorti
tus sit finẽ: vir omni vita (vt dixi) Veneris expers: Christi sacerdotũ
piorũq; cœtuũ cultor ꝓtectorq;, duodeuigesimo anno post summũ 70
Scotorũ initũ magistratũ: Qui annus fuit christianȩ pietati nonage
simus tertius supra octingẽtesimũ. Protulit is Gregorius Scotoꝝ re
gnũ Danis Britãnisq; deuictis. Vnde celebri noĩe ad posteros dela-
tus inter prȩstãtissimos nr̃ȩ gẽtis principes nũerari iure meruit. Qui
prius ac vita excederet inter vrbanas ciuilesq; res qbꝰ augẽdis ornã 75
disq; erat ꝓpẽsissimus: Aberdoniã ex pago vrbẽ fecit: ecclesiãq; eius
priuilegiis atq; p̃diis plurimis dotauit: postq̃ rẽ Scoticã mira dexteri
tate ꝓtulerat. Verũtñ nõ minori aĩo licet non ȩqua fortuna Donal-
dus quintus qui id nomẽ tulit inter Scotoꝝ principes Cõstãtini secũ
di regis filiꝰ (Accepit is imperiũ ꝑ manus a Gregorio iã lãguente) 80

inter Scotos rei summã administrauit: regnũ a pietate in defunctum regem Gregorium fœliciter auspicatus: dũ eius reliquias in Ionam insulã elatas, interq; maiorũ sepulchra conditas celeberrimo ornauerit monumento. De quo prius q̃ cętera dixero, quę circiter Gregorii
5 tẽpora vel ab ipso vel ab aliis gesta sunt, stilo cõmendabo. Fuit itaq; ingẽti decore Gregorius bellicis, vrbanis, religiosisq; reb9 princeps dũ vixit clarissimus nostrę genti. Cui & plurimum contulit ornatus Ioannes Scotus nostras ipsi coęuus vir diuinarum rerum scientissimus: qui complures annos Athenis literis gręcis insudauit. Vnde
10 ab Ludouico Romanorũ imperatore accitus in Galliam, pręter alia studiorũ monimenta iubente ipso Ludouico Augusto Hierarchiam diui Dionysii fecit latinam. Extat opus insigne magna veneratione apud eruditos ab Hugone a Sancto Victore theologo Parrhisieñ scholę insigni graphice expositũ. Profectus aliquãto post tẽpore in
15 Britanniã Caroli tertii Romani principis legatus ad Alarudum Anglorum regẽ optimo principi gratulatur9, ꝙ post partam aduersus Danos victoriã pacem cũ Scotis ac Francis iã tũ sociis & confœderatis populis coluerit perstiteritq; in officio: ob eximiã eruditionem: Anglica nobilitate vehementius hortante, ex legato, Alarudo factus
20 est hospes, regiisq; liberis adhibitus ꝓceptor. Ad profitẽtẽ Ioãnẽ hũc Scotũ diuinã humanãq; sapiẽtiã i Maluiesberiensi cœnobio, frequẽs auditor ex omni Anglorũ ordine confluxit. Vnde breui res literaria in Anglia haud mediocre cœpit incrementũ. Et quũ ipse Ioannes cũctis haberetur admirationi & reuerentię, essetq; eius nomen ꝑ Gre-
25 ciam, Italiã, Galliã, atq; vniuersam Albionẽ venerandũ, ꝙ corruptissimos eorũ quos docebat adulescentũ mores acrius arguit, nimiam eoꝝ insolentiã salubrioribus monitis cõpescere annixus, ab eisdẽ inter legendum pugionibus confossus interiit. Inter Christi martyres põtificũ authoritate postea numeratus. Insigne monumẽtũ sanctissi-
30 mo viro procedẽte tẽpore maioris altaris sinistro lateri est extructũ: Cui vulgatum hoc carmen insculptum.

Clauditur hoc tumulo sacer ille sophista Ioannes
Qui dotatus erat dum vixit dogmate miro:
Martyrio tandem Christi conscendere regnum
35 Quo meruit, viuet cum sanctis sęcula cuncta.

Paulum prius q̃ hæc fierent Northmãnorũ regnũ in Gallia habuit initium: delati etenim Dani ex Britannia patriisq; sedibus, aliis nonnullis cum epibatis ex Noruvegia, Suetia, & his vicinis regionibus Rollonis ductu per Sequanæ fluminis ostia Galliam ingressi, gras-
40 satiq; proximas per regiones Gallos obuiam veniẽtes paruo vicere

negocio. Inde Carolo Grosso cognomento, tũ Augusto difficili ad-
uersus Sarracenos bello in Italia implicito, licentiosius per Gallorũ
agros debacchantiũ iniuria adeo late est euagata vt multis sit visum
nisi ocyus periculo occurreretur maiorem Galliæ partẽ in Danorũ
potestatẽ incolis tantã vim ferre nõ potentibus prope diẽ cõcessurã.
Ergo occupatis ciuitatib9 partimq; deditis vltro, partim vi expugna
tis, ac Gallorũ fortunis vel aperta vi vel latrocinio occupatis, breui
eorũ opes plus inualescebant q̃ Morinis, Neustriis, Britonibus, cęte-
risq; vicinis populis tutũ videbatur. Rediens autẽ Carolus bello in
Italia nõdũ plene cõfecto in Galliam ingẽtes copias ducit ĩ Danos.
Nec lacessiti hostes p̃liũ detrectant, quin & ipsi exercitu cõtracto in
uadenti Augusto obuiã procedunt. Francorũ proceres haud inscii q̃
ingentibus spiritibus, quãtaq; ferocia Dani pręlio essent decertatu-
ri: eosq; frequentibus victoriis in Anglia & in Gallia nimiũ effectos
insolentes, non sine ingenti hominũ cęde, suaserunt regi pacem cum
Rollone & fœdus iniret, ne duplici bello altero in Gallia, altero in
Italia impeditus, tãdẽ fortassis accisis viribus regno discrimini obie
cto opprimeretur. Assentiente pio rege meliorũ cõsiliis fœdus inter
vtrasq; gẽtes certis cõditionibus est initũ. Rolloni enim Caroli filia
matrimonio cessit, ea lege vt ipse cũ vniuersa Danorum multitudi-
ne Christianã amplecteretur fidem. Generũ Augustus Gallię Aqui-
tanicę, Celticęq; p̃te & Armoricę Britãnię affini (Neustrię ei vetus
nomen erat) illico dotis nomine donauit. Quã Rollo receptã a cõ-
muni nomine suę gẽtis gregarie ex omni pœne septẽtrione collectę
Northmãniã dixit. Northmã siquidẽ septentrionalis homo interp̃tat.
North eñ teutonica lingua septẽtrio est. man, mas. Id nomẽ paulũ
mutatũ ad nos deuenit Normaniam pro Northmannia appellãtiũ
vsu recipiente. Rollo sacro fonti admotus Robertus dictus, iussusq;
est annũ vectigal pendere Francorum regibus, vt terra nõ bello q̃-
sita sed parta alieno beneficio ad posteros deferretur. Fuit ann9 quo
Northmanni regnũ in Gallia condidere Christianę originis sextus
supra octogesimũ & octingentesimũ. Mira sunt quę ferocem gẽtem
sub hæc tẽpora variis in orbis partibus gessisse authores memoriæ
prodiderũt. Paulo anteq̃ Neustria Northmãnicũ regnũ esset Lotha
rio primo Augusto Francorũ rebus intestina seditione afflictis Lo-
tharii filiis aduersus patrem & inter se cruento Marte dissidentibus
Gallis calamitosum bellũ ferunt intulisse. Ingressam Aquitaniã per
Ligerim amnẽ fœde oẽm depopulasse regionem. Petisse inde hosti-
liter Gallię interiora, Burdegaliam, Pictauos, Turonos, Aurelianos,
Parisios, Santonam, & cũ illis plęrasq; clarissimas vrbes & populos

1 insigniter afflixisse. Cęterū Carolo Caluo qui post Lothariū Romanū gessit imperiū eorū sęuitię eunti obuiam, illis pulsos regionibus sedē minime potuisse stabilire. Id in causa fuisse æquū est credere q haud multo post tempore Neustriam inuaserint regnumq; ibidem
5 (vti est significatū) condiderint. Nec eo regno in Gallia contentos Siciliam, Calabriam, Apuliam Gustardo duce hostiliter aggressos, ibiq; deuictis incolis aliquādiu tenuisse sedes. Erat Gustardus qntus a Rollone primo Northmānorū in Gallia rege. Rollo enim ex Caroli filia. Vvilhelmū suscipit. Vvilhelmus ex prouincię regis sorore
10 Richardū. Is procreauit Richardū secūdū. Ex eo duo filii prognati Robertus & Gustardus. Gustardū ferūt in Apulia regnasse. Genuit q; Robertus Vvilhelmum Nothum qui in Anglia deuictis Danis Saxonibusq; rerū est potitus Vvilhelmi progenies longa ac fœlici nepotum serie nostro seculo mira dexteritate Anglorū imperiū ad-
15 ministrās perseuerat. Regnante etiā memorato principe Clothario Balduinus vir illustris accepta Iuditha Clotharii filia in coniugem, Flandrię comitatui cū ea pri9 armentis & feris plus q̄ hominib9 habitata fuisset, initiū dedit. Sed ad nostra reuertendū. Donaldus Scotorum rex iuridicūdo magis q̄ armis, nusq̄ hoste vrgente operā im-
20 pendēs, beatam rempublicā a Gregorio acceptā sancte ac religiose administrauit: & nullā cuicūq; pręcipue tamē inopi, illatam iniuriā passus est inultam. Vtq; cōposite rite ac moderate, cūcta gererentur, vnde pace tranquilla & ocio non segni incolis opes accrescerent, plurimū elaborauit. Eum siquidē animū regi dederat Christus virtutū
25 dominus: cuius religionē ꝓfessos pientissime excoluit famulos, oēm dei reuerētiā prorsus veneratus fouit, omniq; ab incōmodo protexit. Et vt deierantis temere, aut qui mali dęmonis nomē execrabiliter aduocaret, labia candēti ferro exurerētur, eius fuit edictū. quo tūc ꝓhibita in deū blasphemia inter nostrates, hac infœlici tēpestate longe
30 maioribus q̄ antea vnq̄ insolētiis magistratuū incuria ac blanda parētū indulgētia in natos, reuixit. Atq; in tātū pestis ea mortaliū (nostratū p̄sertim) infecit ingenia, vt rarus admodū vel dei reuerentiæ aut salutis admonitus, abs temerariis iuramētis, deieratione, blasphemia, execrādisq; malorū dæmonū nominib9 abhorreat. Immo p̄inde
35 ac si iure placerent, essetq; in eis nescio qd honesti, nouis excogitatis quotidie deierādi formulis nouisq; execrādi modis, infœlices animos ad dei optimi maximi imaginē cōditos pudore ac religiōe sublatis, nūc apud inferos laniandos, nūc stygio torrēdos igne, gladiisq; pfodiēdos, aut maioribus si qua sint apud inferos maiora, cruciādos sup
40 pliciis, q̄tū per eos fieri potest, haud sine audiētiū horrore mali dæ-

monis addicũt potestati. Hęc (me miserũ) eo ꝓcessere vt a piis viris frequẽtius deplorẽtur: nullis tñ concionatorũ documentis, nullis monitis, nulliſq; rationib9 possint emẽdari. Cęterũ vbi ad Donaldũ regẽ est delatũ, Gormũdũ Danũ cũ exercitu venisse in Northũbriã, & nõ procul ab littore posuisse castra, quo cõsilio an regionis occupãdę an mouẽdi in Anglos incertũ, Incolaſq; nihil adhuc ab eo passos iniurię, ipse celerrime ducit in Northũbriã. Vix aũt itinere incœpto, nũciatur Gormũdũ Humbro flumine traiecto, relictiſq; Scotis in Anglos hostiliter ducere. Scotoꝝ proceres rẽ ad insidias spectare suspicati, ne Northũbria Gormũdi iniurię patens relinqueretur, nõ prius pedẽ retraxere q̃ didicissent ꝑ exploratores Danos ab Hũbri ripa quadraginta passuũ milib9 abesse. Ratus eo Donaldus Danos nõ Scotorũ, sed Anglorũ regni expugnãdi causa venisse, recenter in Albionẽ quinq; auxiliariũ milia ad Alarudum misit: ex fœdere: duo autẽ equitũ milia, solutis sacramẽto ac domũ dimissis, cęteris copiis, vt in ꝓsidiis essent, secũ retinuit in Northumbria. Nec ita multis interiectis diebus Gormũdus est ad Abingdon cũ Alarudo ꝓlio congressus: vbi ancipiti Marte diutius est pugnatũ, victoriaq; Alarudũ secuta cũ esset Victori cruẽta, effecit vt victores Angli fugiẽtes Danos nõ insequerẽtur: vtq; necessaria pax mox paulo conueniret inter partes, ea lege vt Dani cũ Anglis cõmunes sedes haberẽt ĩ Albione modo Gormũdus sacro lauacro admotus cũ his q cũ eo erãt Danis Christi dogma ꝓfiteretur. Tãta cupidine vterq; populus opibus fractus, amicitię & societatis alterius flagrauit vt in fœdere paciscẽdo mutuo darẽt obsides & acciperẽt. Danus secũdũ hoc fœdus ictũ catechuminorũ more cãdidatus accedẽs ad baptisma gentili deposito instituto multa humilitate se purificãdũ abluẽdũq; sacerdoti mitissime tradidit: syncęraq; religionẽ cũ baptismate accipiẽti Gormũdo, nomẽ factũ est Athelstan9. Ingẽs vis Danoꝝ sequuta ducẽ sacris lustrata aquis verã ꝓfessa est pietatẽ. Eo bello ita deposito pax Anglis Daniſq; ꝑmansit q̃diu Athelstanus supstes fuit. Dũ in hoc statu res essent Angloꝝ, exorta simultas inter Morauos Rossoſq; sollicitum habuit regẽ Donaldũ. Dissidiũ a modico habuit initiũ. Latrunculis enĩ e Rossia ꝑdandi causa noctu Morauiã petẽtibus & hostiliter irrũpẽtibus, Morauí primũ rixis & telis resistebãt: Inde vicinis in bellĩ partẽ accitis eo demẽtię ꝓcessit cõtentio, vt plures duobus hominũ milib9 variis pugnis e Morauia ac Rossia ante secũdũ mẽsem finitũ a suis sint desiderati. Ægerrime autẽ Donaldus ferẽs pacẽ intestina seditione sic turbari numerosum exercitũ in Morauiã ducit: illucq; ꝓcipuos factionũ in ius vocatos, iussoſq; causam dicere, quũ nihil certi

45 50 55 60 65 70 75 80

1 afferrēt vnde criminis se ostenderēt immunes, vulgari multitudine
quę duces fuerat sequuta nullo supplicio affecta, vt crucre scelus ad
missum luerent effecit. Ea seditione ita extincta post cūctas Scotorū
regiones lustratas Donaldus Anglorū ac Danorū concordiā habēs
5 suspectā in Northumbria cōsedit. Iuuētutē habēs in armis ad omnē
insultū, si quis fieret, paratā. Vbi etiā pietate semp insignis moritur,
posteaq̄ vndecim pœne regnasset annos. Scotorū proceres defuncti
regis funus in Ionam inter maioꝝ sepulchra, marmoreo adiecto mo
num ento funerali pompa (vt tum mos erat) extulere.

10 Scotorum Historiæ Liber Vndecimus.



Onaldo successit in Scotorū regnū Constan
tinus tertius filius Ethi Alipedis, Anno virgi
nei partus tertio supra noningētesimum: Vir
ad vrbanas res ac religiosas accommodato
15 potius q̄ ad militiā ingenio. Hūc Edvvardus
post patris Alarudi obitū Angloꝝ dictus rex
bello petitur9, per fęcialē monet Northūbriā
Cumbriā, & Vestmariā, quas regiones Gre
gorius olim turbulēto tēpore vi occupauerat
20 Anglis restitueret: alioqui sciret in quadragesimū diē bellū Scotis
indictū. Cōstātin9 ad fęcialē, Impiū, inqt, bellū qđ rex Edvvardus ab
optimi patris Alarudi instituto longissime diuersus nulla lacessitus
iniuria regiones nostras nobis adimēdi cupidine, indicit: domū renū
cia ingētibus animis nos suscipere, eisdēq; cęli numinis fauore ad exi
25 tū pducturos: superos pcātes cladē ex eo vēturā, in eū vertant penes
quē mouēdi belli tū esset culpa. Sequutę Scotoꝝ in Anglos, & An
gloꝝ in Scotos incursus direptionesq; vtrāq; gētē habuere sollicitā.
Ita ann9 absq; totarū viriū cōcursu, ne alterū regnoꝝ fieret Danoꝝ
iniurię obnoxiū leuibus frequētibusq; pliis est cōsumptus. Anglorū
30 maiores id bellū laboriosū magis q̄ vtile intelligētes suasere Edvvar
do vt facta cū Scotis pace oēm belli vim in Danos quoꝝ iā opes pl9
q̄ Anglis tutū videbat̄ excreuerāt i Albione, cōuerteret. Cūcta se ar
mis, viris, telis, opibusq; eo bello facturos polliciti. Nihil cōsiliū auer
satus Edvvardus legatis ad Cōstātinū missis facile obtinuit apud eū
35 vtpote hominē quietis magis cupidū q̄ belli vt reparatis vndiq; in
iuriis veteri fœdere vtrinq; staretur. Insperatus casus breui post tēpo
re belli in Danos mouēdi ansam Edvvardo obtulit quā ipse q̄siuerat
diutius. Angloꝝ eñ egentissimos quosdā & multo scelere insignes
latrocinii insimulatos victosq; in Danoꝝ agris Cithricus dux Dani
40 cę gētis, furcis admouit. Id Angli summę loco iniurię habētes, non

nullos Danos negociationis causa Lōdini diuersatos, fœde cęsos interfecerūt. Sequutæ hęc direptiones ac depdationes bonoꝝ: hoīmqꝫ cędes quas Dani in Angloꝝ agris, & Angli i Danoꝝ agrestes, iuicē agebāt, bellū ocyus ciebāt iter populos. Et quū hostiles copię stricto ferro paratę ad pugnā sub signis starēt, pōtificū sacerdotūqꝫ interuē- 45 tu bellū omne est dirēptū, odiūqꝫ depositū: salutatioqꝫ ducū primū, inde militū dextris iteriūctis mutua sequuta est amicitia. Pax ita parta, sequuta affinitate Beatrice Eduardi filia Cithrico Danorum duci matrimonio deuincta, diutissime lōgaqꝫ i secula firmāda apparebat. Inter pacis cōditiōes ea cęteris isignior erat vt si qs ex eo cōnubio vi- 50 rilis sexus nasceret̄ in regnū succederet Angloꝝ. Erat Eduardo germanus Eduinus haud mediocri iter Anglos virtutis opinione. Is Cithrici suasu solutili naui cōsulto missus ab Eduardo in Flādriā ne ad regnū aspiraret passus naufragiū mari absorpt9 iteriit. Sub idē tp̄s Athelstanus Eduardi Nothus sponte exulat ne Danoꝝ isidiis circū- 55 uētus cogeret̄ qualē Eduinus patru9 & ipse exitū sortiri. Lętari secū inter hęc Dani erecti i spem certā post Eduardi iteritū qđ p̄ter Beatricē nulli ei supessent liberi q Angloꝝ regno succederēt. Dūqꝫ Angli & Dani paci intēti & ocio aīos a bello adeo haberēt alienatos vt neutra gētiū alteri9 exinde futurā speraret iiuriā. Eduardus filię quā 60 Cithrico matrimonio vinxerat secretiori nūcio admonit9 est generi caueret isidias, fore vt Danoꝝ p̄fidiā si illis vt antea familiari9 vteret̄ breui i caput esset expertur9. Ad nūciū Anglus vehemēter dolēs fratrē Eduinū exinctū, ꝙqꝫ sanguinē cū Danis miscuisset, actus pœne in amētiā p̄sonę atqꝫ dignitatis oblit9 vix cohiberi ab astātib9 ami- 65 cis potuit qn vim sibi inferret. Ad se tādē rediēs dolore i irā verso paratū a genero i se dolū in eū cōuertēs filię opa hominē veneno sustulit. Duo Cithrico erāt filii, Aualassus & Godofredus arte militari insignes. Hos Danoꝝ maiores natu vt in patris locū succederēt æqua potestate rei summā administraturi illico sufficiūt in principes. Aua- 70 lassus itaqꝫ & Godofredus sūmū oīm suffragiis adepti inter Danos magistratū in Albione, armati i paternę necis vltionē, rē oēm ex aulicis & ancillis de nouerca p q̄stiones extorquēt. Mox cōperto Beatricem Cithrici consiliū prodidisse genitori, patrisqꝫ suasu veneno extinxisse maritū, ouis calētibus assis super prunas alis sub humeris ad- 75 motis (eas hois p̄tes axellas appellāt) brachiis thoraci alligatis fune, incudi algenti nudā insidere quoad animā exhalaret coegerunt. Taliqꝫ supplicii genere ad id vsqꝫ tēpus iexcogitato summa cū ignominia subegerūt finire vitā. Bella secūdū hęc Dani aduersus Anglos varia sępius fortuna spe omni ineundę cum illis pacis sublata, ges- 80

1 ſerant. Atroci tandē certamine ad Ovvſam fluuiū geſto profligatis Danorū copiis Anglos victoria ſed haud lęta, Edvvardo rege deſiderato, eſt ſequuta. Vulgata Anglorꝝ regis cęde Dani tāetſi victi hoſtis vincēdi a cęſo capite magnū capiētes omen, copiis denuo colle-
5 ctis ingēti alacritate aīos reſumpſere: cōſilioq; habito quo potiſſimū modo rebus cōſulerēt, Analaſſus Godofredo germano ad gētis moderamen relicto in Anglia, ad Cōſtantinū Scotorꝝ regē celerrime eſt profectus. Apud quē ꝑtim largitionibus ꝑtim ingēti pecunię & aliarū rerū pollicitatione corruptū obtinuit vt violato fœdere cū Danis
10 aduerſus Anglos in aciē deſcēderet. Nauiter ergo & Scoti & Dani cōparare q̄ in bello gerēdo vſui forēt, frumētū ingēs, iumētorū carrorūq; qbus arma ac cōmeatus veherētur, q̄ maximū numerū. Haud pro difficili negocio habentes Anglos ad exitiū ducere in Albione. Sed vt ſunt hominū res q tū potiſſimū alienę patēt iniurię, quū ma-
15 xime ſuis cōfidūt virib9: tātū rerū ad bellū gerēdū apparatū tātoſq; tumētiū conatus, vanū fragileſq; infœlix exitus oſtēdit. Scotorꝝ exercitui viginti ex hominū millibus cōflato Cōſtātinus Malcolmū Donaldi regis filiū, q poſt eū regnauit, Donatū Cūbria ꝑfecit: ſanciēs q ſecūdū regē vita defunctū Scoticarū rerū eſſet potitur9, illi regioni
20 in poſterū dominaret̄. Huic iūcti Aualaſſus Godofreduſq; cū Danorū haud exigua manu, totū infeſtū agmen in Anglorꝝ agros ducunt vbi vaſtātes oīa: nullū belli īręve exēplū nō edunt. Infeſtū em̄ immiſerūt in Anglos militē innocētū cęde, ciuiliū ſacrarūq; ædiū ruinis & incēdiis debacchantē, ſi qua indignitate Anglos quos virib9 ſibi im-
25 pares ſciebāt, ad ſecū cōferēda ſigna poſſent elicere. Sed quo impudētius in oē ſcelus ruebāt, eo celerius ſequuta eſt vltio. Athelſtanus em̄ Anglorꝝ rex (erat is Edvvardi regis Nothus quem ſcd̄m patris mortē virtutis ꝑſtātia regē effecerat) vidēs Anglorꝝ agros igne ferroq; plenos, virgines dicatas deo oppſſas, mulierū expugnatā pudici-
30 tiā & cūcta reſonare ploratu puerorꝝ viduarūq; eiulatu ꝑ quatriduū cōtinuū nullis religionis ꝑtibus omiſſis, fœlici ꝓ rei ſucceſſu deū ꝑcatus ſubitario exercitu numinis ꝑſidio fiſus hoſtibus occurrit. Ad Broningfeldum atroci pugna certatum eſt. Primo congreſſu Angli victis ſimiles aliquātulū pugnę loco cōſulto ceſſere. Vnde Dani &
35 Scoti vt iā tū victores, victis ſupbe inſultātes ſolutis ordinibus ad prędā cōuertūtur. Angli re animaduerſa vti impia a duce acceperāt in pugnæ locū cōpoſito agmine reuerſi ingenti cęde edita in hoſtes victoriā facile ſunt aſſequuti. Probauit funeſta dies Scotis Daniſq; plus virium q̄ prudentię fuiſſe, qui quum ea fuiſſent multitudine vt
40 hoſtes pœne ſine pugna in vincula cōiicere potuiſſent, prędę magis

q̃ salutis memores victoriã quæ in manibus erat summa cũ ignomi-
nia & reipublicę iactura amiserint. Cæsi sunt eo ꝓlio ex Scotis Da-
nisq; quot vix aliquo priori: & iter eos Scotorũ nobilitas (ea eñ suo
more ne turpis fugę in posterũ insimularetur, i ꝓlio vsq; ad extremũ
durauit) pœne tota cõsumpta. Athelstanus visus victoria in North- 45
umbriã cũ victricibus Anglorũ copiis extẽplo abiit: qua regione q̃a
pręsidio vacua facile occupata, arces oẽs & oppida in fidem recepit.
Nihil inde ibi moratus mouit in Vestmariam Cambriãq;. Incolę aũt
illuc veniẽti regi inermes nudatis pedibus capitibusq;, qđ apud eos
sanctioris deditionis argumẽtũ erat, sese dedidere. Victi eo ꝓlio exer 50
citus, Malcolmus vulneribus sautius vehiculo lecticario inter duos
equos ne corpus quateretur deuectus, Constantino erat nũcius. Rex
cognito q̃ infœliciter Dani ac Scoti ad Broningfeldum depugnas-
sent, & q̃bus viribus Athelstanus inuasisset Northũbriã, Cumbriam
& Vestmariã, cõsessum primorũ gentis Abbernethi habẽdũ publicę 55
saluti cõsulẽdi causa indixit. Vbi q̃ eo cõuenerat nobilitate cõspecta
inepta per ætatẽ ad regnũ vel tutandũ bello, vel pace regẽdũ. Nam
iuuẽtutẽ idoneã ad arma recens clades absumpserat, vt procul a do-
mestico vitę splendore deinceps esset summo deposito magistratu in
piorũ cœtũ q in diui Andreę Apostoli tũ ædibus erãt (cultores dei 60
ea ætate) migrans, tonsus cœnobio se sacrauit. Anno a Christi regis
ortu secũdũ carnẽ noningẽtesimo quadragesimo tertio & sui princi
patus quadragesimo. Vbi posteaq̃ Christo aliquãdiu militasset finẽ
Christiano viro plane dignũ sortitus in diui Andreę sacra æde inter
loci pontifices est sepultus. Sed aliquot post annos terra effossus in 65
Ionã delatus celebri adiecto monumẽto i regũ posit⁹ est sepulchro.
Constantini regni sexto supra tricesimũ anno nata sunt in Albione
duo monstra alterũ inter Danos hermaphroditus homo porcino ca
pite thorace supra q̃ humanũ esset prominẽte, ventre obeso, pedibus
prope anserinis, cruribus autẽ humanis: setosus vndiq; atq; aspectu 70
fœdus. In Northũbria alterũ, cui sexus erat vn⁹ virilis, vnusq; vẽter:
pectora autẽ duo carinata non vt hominis lata, brachia quatuor. bi-
ceps erat apparebatq; quẽadmodũ supra vmbilicũ in duos thoraces
scissum erat duas voluntates cõtraria pœne semꝑ sentiẽtes in se ha-
bere: & per id diuersos in monstro esse homines, quorũ alter dormi- 75
uit, altero vigilante: auersabat̃ alter cibũ petẽte altero, vterq; nõnũq̃
alteri cõuiciabatur: processumq; q̃nq; in tãtam cõtumeliã vt mutuis
verberibus & vnguibus se laniarẽt. vno tandẽ longa valetudine cõ-
fecto mortẽq; obeũte alterũ quũ extincti cadaueris fœtorẽ ferre non
posset breui mors est insequuta. Sanguis sub idem tẽpus ex latere 80

monticuli cuiusdã in Gallouidia erupit, perq; dies septem perpetuo manauit fluuio. Vnde riuuli qui frequentes ea sunt in regione sanguine mixti, cruentum in oceanũ hibernicũ ad aliquot a terra passuum millia, aspectuiq; horribilem reddidere lapsum. Prodigio id erat multorũ præsagio haud parum Scotici sanguinis non sine gentis pernicie breui effundendũ. Et vt ostenti illius interpretibus maior adhiberetur fides, infœlix congressus paulo post ad Broningfeldũ sequutus effecit. Secundũ quem Constantino rege (vti est ostensum) in vitam abeunte priuatã & monasticã, Malcolmus Donaldi filius iter Scotos regiũ munus obiuit. Animus huic erat quũ Scotis in præsentia opibus fractis ad bellũ gerẽdũ haud suppetere videret facultates, quas teneret regiões tueri. Pacem, modo id assequi posset rebus ad secundiora tempora seruatis, inire cum Anglis. At quũ legatos ad Athelstanũ pro petenda pace missurus esset, allatum est ad eum frequenti nuncio Anglũ Aualassum Danorũ ducẽ Northumbria libere donasse, & cum eo icisse fœdus ea lege vt secum aduersus Scotos cõmilitiũ faceret. Nũcius Malcolmum commotũ quid in re trepida faciundũ foret eo reddidit incertiorem ꝙ neq; vires domi ad tantis hostium conatibus resistendũ essent, neq; spes vlla auxilii habendi aliunde: & quod omniũ maxime vrgebat nullus apud regni primores ętatis imbecillitate instãtis periculi declinandi locus esset. Porro nobiliorũ qui superstites erant consessu facto, & quolibet pro libito puerilia loquẽte, post diutinam variamq; consultationem vbi certi nihil fuisset allatum, apparuissetq; conciliũ re infecta soluendũ affertur ad regem primoresq; litem in hostiũ exercitu (Nam sub id tempus Dani & Angli copias ad expeditionẽ in Scotos contraxerant) leui causa obortã totã multitudinẽ in duas factiones diuisam cruentissimã traxisse in pugnam: Anglosq; post longum certamen victores haud prius a Danorũ cæde temperasse q̃ noctis aduentu ademptus prospectus victos insequendi fuisset finis. Aualassum cum Danis quos velut ex naufragio collegerat post infaustam pugnam noctu fugisse in Vestmariam. Die qui fuit ab eo tertius inuẽtis nauibus in Hibernici maris littore, transmisisse in Monam insulã, ac vbi eam fœde populatus esset inde ꝙ locus haud satis tutus ei sit visus cũ vniuersa præda in Hiberniam traiecisse. Athelstanũ vero regem magna exercitus parte amissa in Northumbriam residere expeditione omissa. Quid autẽ animo moliatur, quidve cogitet, an reditũ vnde profectus, an Danos insequi, an ducere in Scotiã haud liquide constare. His auditis Malcolmus rex sacros antistites precatur

supplicationes sacerdotibus vniuersoq; populo indicerent ad gratias habēdas deo optimo maximo, cuius opem fractis hostiū viribus Scotorū absq; dispendio aperte iam sensissent. Pontificum edicto audiens libenter populus piis cerimoniis quę iussere vbiq; nauiter sunt exequuti. Interea venere legati ab Ethelstano rege ad Malcolmū pacem orantes, qui post pauca verba vtriusq; regni accōmodata fortunæ, addidere ad cōmunem gentiū salutem attinere plurimū veterem pacem nouo fœdere ęquis pacis cōditionibus dictis renouare: perstare in ea maiorū more vtrūq; populum suis finibus contentū. Id vehementer cupere Anglorum & primores & populum. Legatis in concione auditis Malcolmi iussu responsum, bello q̄tūuis vel in decertantiū partium vltimam iacturā protracto pacem aliquando finem imponere oportere. Eam humanarū rerū vicissitudinis legem, vt bellū pax, pacem bellū finiat. Vt ergo instās dissidiū vtrisq; partibus calamitosum finem sortiretur, Malcolmū regem & si ingeniū non minus ad rem militarem q̄ ad Vrbanam haberet accōmodatum, pacem pro cōmuni Albianorū salute modo honeste dicerentur cōditiones haud minus q̄ Athelstanū optare, viderint propterea Anglorū principes quid ea in re foret agendum Scotos ad omnes casus animos iam habere paratos. Secundū legationem omnibus consentientibus fœdus inter Anglos Scotosq; veteribus cōditionibus est ictū hac vnica adiecta vt Anglis Northūbria, Danico tū sanguine pœne referto, cederet: Cumbria ac Vestmaria Scotis ea lege vt Scotorū princeps (ita eū qui secundū regem vita functū summū obiturus est magistratū vti est significatū antea vocant nostrates) in verba Anglorū regis ea pro regione iuraret. Pace itaq; inter reges populosq; certis legib⁹ firmata Indulpho a Constantino tertio rege prognato Cumbrię dicto principe, Malcolmus religiosis vrbanisq; rebus intentus vitæ reliquum exegit. Et quū maiorū more post q̄ plurima egregie gesta regnum iuris dicendi causa lustraret, demum apud Vlrim (vico nomen est in Morauia) quintodecimo regni sui anno quod ius in latrones seuerius exercuisset paucorum coniuratione insidiis petitus, noctu est extinctus. Coniurati illico diligenti magnatum indagine quęsiti ad supplicium vt primum illuxit pręhensi adunum extrema sunt passi, diuerso tamen supplicii genere. Cædis authores ligatis brachiis pedibusq; equis actis in diuersum membratim sunt decerpti, eorum inde partes in vltionis tam detestandi sceleris memoriam sparsim per ciuitates editis locis suspensæ. Qui facinus primum excogitarant subornarantve alios ad id audendū,

1 acutis sudibus corpora perfossi altissimisq; admoti crucibus, spe-
ctantibus fœdissimũ fuere spectaculum. Alii coniuratorũ aliis sunt
suppliciis necati. Incidit Malcolmi mors in christianæ religionis
annũ nonum supra quiquagesimũ & noningẽtesimũ, in Athelstani
5 secundi Anglorũ regis secundũ supra vicesimũ. Periit & ipse Athel
stanus tertio post Malcolmi cædem anno, Edmundo filio per ma-
nus regno tradito. Non desunt qui scribant Edmundũ Athelstani
regis fuisse germanũ. Sed propius vero est quod Veremundus de
his rebus multorũ haud contemnendę eruditionis testimonio me-
10 morię prodidit. Edmundũ atq; Eldredum qui post eum regnauit
Athelstano fuisse prognatos, quod Eduardo regi cuius antea memini-
mus præter Athelstanũ & Beatricem quæ Cithrico Dano matri-
monio cessit, nullos perhibent fuisse liberos. Verũ quisquis Edmũ
dus fuerit, & quocunq; patre genitus (Nam id haud satis liquide
15 propter authorũ discordiam dignosci potest) satis manifestũ eua-
dit omniũ testimonio post Athelstanũ defunctum eum Anglorum
admotũ imperio: Indulpho Scotis imperante. Is eteñ Indulphus
qui post Malcolmi funus in Ionam elatũ Scotorũ proceribus col-
lectis Sconę in fatali locatus marmore regio diademate est insigni
20 tus, quinto principatus sui anno, regno ad id tempus hostili sine in
iuria dexterrime administrato, Aualassi nunciis est interpellatus
vt Danorũ Norvvegorũq; partiũ aduersus Anglos esset: causan-
tibus, cladis acceptę ad Broningfeldum Anglorũ armis Athelsta
no extincto, vindicãdę: Edmundo videlicet hebeti homine ingenio
25 & ad nihil minus apto quàm ad regni administrationẽ in locũ suffe-
cto, idoneũ adesse tẽpus. Neq; induciarũ inter Malcolmũ & Athel
stanũ fidem obstare, quo minus in Anglos Scotis arma forent su-
mẽda: quod quũ morte omnia extinguãtur, defunctis regibus fœderũ
authoribus fœdus ipsum necesse est, esse solutũ. Ad hæc Indulphus
30 Malcolmũ regẽ matura cõsultatione cũ Anglis fœdus iniisse. Idq;
duorũ regũ dicto sacramẽto sancitũ: fidẽ cũctis, sed christiano ma-
xime seruandã. Propterea icto fœderi sibi nisi deũ violatę fidei vl-
torem Scotorũ gẽti infensum reddere potius eligeret, perstãdum
respondit. Stolido & ignauo ab ingenio profectũ Indulphi respon
35 sum existimabãt Dani: quippe qui vt verborũ sonus portendere vi
debatur, nihil Scotorũ nobilitatis occidionem ad Broningfeldum
moleste ferens vindictam in authores simulata religione prętermire
decreuerit. Et ne ipsi veluti simili inertia prędití taxarentur, Aua-
lassus exercitum in Angliam accitis Norvvegis cum Renato du-
40 ce præstãtissimo in belli partẽ, instituit celeriter trãsportare. Ve-

nienti in Northũbriã Aualaſſo,Elgarinus Anglus Edmũdi benefi
cio regionis pręſes hoſpitaliter eum recipiẽs, gloriatuſq; ſe Dani
co ſanguine oriundũ vniuerſas arces tradidit ac munitiones,polli
citus ſe cũctis virib9 illi aduerſus Edmũdũ auxiliarẽ fore.Anglus
re cognita indicibus qui Danorũ imperii declinãdi cauſa ad eũ fu 45
gerãt, euocatis decem Scotoꝝ millibus ex fœdere ſecũdiſſima eo
rũ volũtate in partẽ belli celerrime in Northũbria cõtendit.Agẽ
tẽ iter inſtructa acie Aualaſſus per fęcialem enixiſſime orat,vt Da
nos Northũbria inter Scotos Angloſq; ſita regione,qua aliquan
do Ethelſtani beneuolẽtia fuerat donatus cõſidere ꝑmitteret,neu 50
tri gentiũ exinde incõmodo,ſed vtriq; ſi quãdo externus inuaderet
hoſtis cũctis virib9 auxilio futuros.Ad hæc obſeruãda iureiurãdo
ſeſe adacturũ pollicitus.Sed apud Edmũdũ Danicã expertũ perfi
diã id impetrare quũ nequiuiſſet oĩbus ad pugnã paratis ducit ex
templo in hoſtes,cũ eis ingenti ferocia manus cõſerturus.Ad octo 55
fere Northũbrorũ millia erãt cum Aualaſſo ſubſignis,qui vt pri
mũ acies prælio ſunt cõgreſſi,delapſi in fugã iter ad victoriã pręe
buere Edmundo.Pugnatũ primũ ex interuallo miſſilibus ac cata
pultis,inde cominus res geri cœpta,ea ęgre Danis ſuccedẽte (nã 60
in imparem hoſtẽ haud ex ęquo pugnabãt)permultis cęſis e vul
go,verſis reliquis in fugam,nobilitas extremã prælii fortunam ex
pectabat.Pauci ex Danis Noruvegiſq; cõgreſſus loco cęſi,interfu
giendũ complures:in quos crudeliter adeo eſt ſęuitũ,vt ne deditis
quidẽ ferrũ pepercerit.Captus inter fugiẽtes Elgarinus Northum 65
ber(hunc Edmundus ſi viuus capi poſſet vetuerat interficere)vin
ctuſq; ductus eſt Eboracũ.Triduũ ſequutũ victrices copiæ campis
pugnę loco ꝓximis cõſedere.Quo tp̃e ſunt cęſoꝝ corpora ſepultu
rę tradita & lecta ſpolia iter milites veteri iſtituto partita. Edmũ
dus inde Scotis deuictos hoſtes gratulat9 ac ĩgẽti cũ prędę par 70
te dimiſſis domum delectis ad id militibus ſtipatus exercitu pri
us ſoluto Eboracum adiit. Tertio poſt die Elgarini corpus vt cę
teros doceret fidem ſanctam eſſe quam ipſe principi pręſtitam vio
larat, facinuſq; tam deteſtandum nulli audendum in poſterum,
equis in diuerſum concitatis alligatum diſtrahendum dedit. Ta 75
li, tamq; crudeli ſupplicio Elgarini perfidia infœlicem exitum
eſt ſortita. Mox cæteri Northumbrię nobiles ad Edmundum du
cti,eorũ quidam ꝙ infirma in Anglorũ ſalutem fuiſſent fide, reſte
ſunt ſtrangulati.Alii tradũtur in cuſtodiam.Quatuor ſecũdũ hæc
annos quies in Albione a bello tenuit:quo tẽpore Indulphus rex 80
vrbanis reb9 deditus,quę ad optimi principis ſpectabãt munia ſe

cũdiſſime exercuit. Et quũ cũcta maxime fruitura pace in Albione viderent, Hagon Norvvegus & Helricus Danus acceptæ cladis dudũ in Northumbria vlciſcendę cauſa cũ ingẽti claſſe venerũt in Albionẽ. Deuectiq; in Forthea ac conati illic copias in Laudoniæ primũ inde in Fifę litt9 exponere, prohibiti incolarũ vi, alio diuerterunt. Taumq; ęſtuariũ ingreſſi, moliti & ibi in terram deſcendere nihilo meliorem fortunã q̃ antea in Forthea ſunt experti. Ergo a Tao ꝓuecti, poſtea q̃ littora Anguſiæ, Mernię, Marrię, & Buthquhanię nauigãtes luſtraſſent, nuſq̃ inuento loco, milite pœne nudo in altum abeuntes diſceſſum ſimulant: quarto exinde die diluculo reuerſi in Boenę littore (eſt ea regio Buthquhanię proxima) priuſq̃ Scotorũ agmẽ eo cõflueret copias omnes expoſuerũt in terram. Incolę etſi parũ feliciter, prohibere tñ eos a deſcẽſu tentarũt. Sed viribus impares quum impetum ferre nequiuiſſent, quibus fugę patuit locus in proximos montes relictis fortunis abiere. Trepide hæc admodum vndiq; audita a Scotis, regem Indulphum in pręlium aduerſus Danos celerius acciuere. Nam is nauiter rẽ curans prius in Boenam cum copiis venit q̃ iter eum incepiſſe fama nũciaret. Danorũ tum forte alam depopulatum per Boenę agros ſparſim dimiſſam duces ob Scotorũ aduentũ certamen haud dubie imminere cernẽtes propere reuocãt. Vix aũt Dani ac Norvvegi coiuerãt ad ſigna, quũ Indulphus rex nõ ſine ingẽti hoſtiũ terrore cũ copiis cõſpectus fecit vt celerrime copias ad pugnã expedirẽt. Tũ Scotus primores gẽtis pro cõcione hortatus eſt, nõ parũ exiſtimarẽt imo plurimũ ad victoriã cõducere ꝙ man9 eſſent cõferturi cũ vltimis reliquiis eius gentis quã ipſi paucis antea annis in Northũbria collatis ſignis fortiter & egregie viciſſent, ducẽ haberẽt eũdẽ quẽ priori bello, eadẽq; authoritate, maiori tñ ꝓpter ętatẽ prudẽtia, animos nihil remiſſos, vires opeſq; pace & nõ ignauo ocio auctas. Alacres ideo armis vterẽtur pio bello in impiũ hoſtẽ, habituri nõ modo ditia ſpolia ſi victoria ſequeret laboris ſtipẽdiũ, ſed quã veniſſent hoſtes adimere, patrię capitũq; ſalutẽ. Verbis Indulphi finis fuit Danorũ ferocia in aduerſam aciẽ irrũpẽtium. anceps aliquãdiu Mars fuit, fractis poſtea decertãtiũ ordinib9 cunei militũ mixtim depugnabant. Nec Dani nondũ abiecta ſpe victoriæ ceſſuri vidẽtur: nec Scoti multa ſpe erecti a bene agendo deſtituri, donec Laudoniani Dounbarro Gramoq; nobiliſſimis tum viris ducibus, paulũ a tergo ſe oſtenderunt. Ad quorum aſpectũ perculſi prima acie depugnãtes Dani fugerunt inter ſubſidia ad aciẽ vſq; ſecundam. Sequuti Scoti ad Triarios ſtragem edidere. Triarii

nienti in Northũbriã Aualasso,Elgarinus Anglus Edmũdi benefi
cio regionis pręses hospitaliter eum recipiẽs, gloriatusq; se Dani-
co sanguine oriundũ vniuersas arces tradidit ac munitiones,polli
citus se cũctis virib9 illi aduersus Edmũdũ auxiliarẽ fore.Anglus
re cognita indicibus qui Danorũ imperii declinãdi causa ad eũ fu 45
gerãt, euocatis decem Scotoꝝ millibus ex fœdere secũdissima eo-
rũ volũtate in partẽ belli celerrime in Northũbria cõtendit.Agẽ-
tẽ iter instructa acie Aualassus per fęcialem enixissime orat, vt Da
nos Northũbria inter Scotos Anglosq; sita regione,qua aliquan-
do Ethelstani beneuolẽtia fuerat donatus cõsidere ꝑmitteret,neu- 50
tri gentiũ exinde incõmodo,sed vtriq; si quãdo externus inuaderet
hostis cũctis virib9 auxilio futuros.Ad hæc obseruãda iureiurãdo
sese adacturũ pollicitus.Sed apud Edmũdũ Danicã expertũ perfi-
diã id impetrare quũ nequiuisset oĩbus ad pugnã paratis ducit ex-
templo in hostes,cũ eis ingenti ferocia manus cõserturus.Ad octo 55
fere Northũbrorũ millia erãt cum Aualasso subsignis,qui vt pri-
mũ acies prælio sunt cõgressi,delapsi in fugã iter ad victoriã prę-
buere Edmundo,Pugnatũ primũ ex interuallo missilibus ac cata-
pultis,inde cominus res geri cœpta,ea ęgre Danis succedẽte (nã 60
in imparem hostẽ haud ex ęquo pugnabãt)permultis cęsis e vul-
go,versis reliquis in fugam,nobilitas extremã prælii fortunam ex
pectabat.Pauci ex Danis Norvvegisq; cõgressus loco cęsi,interfu
giendũ complures:in quos crudeliter adeo est sęuitũ,vt ne deditis
quidẽ ferrũ pepercerit.Captus inter fugiẽtes Elgarinus Northum 65
ber(hunc Edmundus si viuus capi posset vetuerat interficere)vin
ctusq; ductus est Eboracũ.Triduũ sequutũ victrices copiæ campis
pugnę loco ꝓximis cõsedere.Quo tp̃e sunt cęsoꝝ corpora sepultu
rę tradita & lecta spolia iter milites veteri istituto partita. Edmũ-
dus inde Scotis deuictos hostes gratulat9 ac ingẽti cũ prędę par- 70
te dimissis domum delectis ad id militibus stipatus exercitu pri-
us soluto Eboracum adiit. Tertio post die Elgarini corpus vt cę-
teros doceret fidem sanctam esse quam ipse principi pręstitam vio
larat, facinusq; tam detestandum nulli audendum in posterum,
equis in diuersum concitatis alligatum distrahendum dedit. Ta- 75
li, tamq; crudeli supplicio Elgarini perfidia infœlicem exitum
est sortita. Mox cæteri Northumbrię nobiles ad Edmundum du-
cti,eorũ quidam ꝙ infirma in Anglorũ salutem fuissent fide, reste
sunt strangulati.Alii tradũtur in custodiam.Quatuor secũdũ hæc
annos quies in Albione a bello tenuit:quo tẽpore Indulphus rex 80
vrbanis reb9 deditus,quę ad optimi principis spectabãt munia se-

1 cũdissime exercuit. Et quũ cũcta maxime fruitura pace in Albione viderent, Hagon Norvvegus & Helricus Danus acceptæ cladis dudũ in Northumbria vlciscendę causa cũ ĩgẽti classe venerũt in Albionẽ. Deuectiq; in Fortheã ac conati illic copias in Laudoniæ
5 primũ inde in Fifę litt9 exponere, prohibiti incolarũ vi, alio diuerterunt. Taumq; ęstuariũ ingressi, moliti & ibi in terram descendere nihilo meliorem fortunã q̃ antea in Forthea sunt experti. Ergo a Tao ꝓuecti, postea q̃ littora Angusiæ, Mernię, Marrię, & Buthquhanię nauigãtes lustrassent, nusq̃ inuento loco, milite pœne nu-
10 do in altum abeuntes discessum simulant: quarto exinde die diluculo reuersi in Boenę littore (est ea regio Buthquhanię proxima) priusq̃ Scotorũ agmẽ eo cõflueret copias omnes exposuerũt in terram. Incolę etsi parũ feliciter, prohibere tñ eos a descẽsu tentarũt. Sed viribus impares quum impetum ferre nequiuissent, quibus fu-
15 gę patuit locus in proximos montes relictis fortunis abiere. Trepide hæc admodum vndiq; audita a Scotis, regem Indulphum in prælium aduersus Danos celerius acciuere. Nam is nauiter rẽ curans prius in Boenam cum copiis venit q̃ iter eum incepisse fama nũciaret. Danorũ tum forte alam depopulatum per Boenę agros
20 sparsim dimissam duces ob Scotorũ aduentũ certamen haud dubie imminere cernẽtes propere reuocãt. Vix aũt Dani ac Norvvegi coiuerãt ad signa, quũ Indulphus rex nõ sine ĩgẽti hostiũ terrore cũ copiis cõspectus fecit vt celerrime copias ad pugnã expedirẽt. Tũ Scotus primores gẽtis pro cõcione hortatus est, nõ parũ
25 existimarẽt imo plurimũ ad victoriã cõducere ꝙ man9 essent cõserturi cũ vltimis reliquiis eius gentis quã ipsi paucis antea annis in Northũbria collatis signis fortiter & egregie vicissent, ducẽ haberẽt eũdẽ quẽ priori bello, eadẽq; authoritate, maiori tñ ꝓpter ętatẽ prudẽtia, animos nihil remissos, vires opesq; pace & nõ ignauo
30 ocio auctas. Alacres ideo armis vterẽtur pio bello in impiũ hostẽ, habituri nõ modo ditia spolia si victoria sequeret̃ laboris stipẽdiũ, sed quã venissent hostes adimere, patrię capitũq; salutẽ. Verbis Indulphi finis fuit Danorũ ferocia in aduersam aciẽ irrũpẽtium. anceps aliquãdiu Mars fuit, fractis postea decertãtiũ ordinib9 cunei
35 militũ mixtim depugnabant. Nec Dani nondũ abiecta spe victoriæ cessuri vidẽtur: nec Scoti multa spe erecti a bene agendo destituri, donec Laudoniani Dounbarro Gramoq; nobilissimis tum viris ducibus, paulũ a tergo se ostenderunt. Ad quorum aspectũ perculsi prima acie depugnãtes Dani fugerunt inter subsidia ad aciẽ
40 vsq; secundam. Sequuti Scoti ad Triarios stragem edidere. Triarii

maletes in prelio q̄ in fuga mori, pertinacia magis q̄ virib9 in certamine durantes perstitere. Iaculatores autē quidam Dani de salute desperantes incœptant ad naues profugiū, alii passim per agros sparsi, ignariq; locorū lapsi in loca paludosa facile ab vrgentibus opprimūtur. Indulphus autē parta victoria perinde atq; omnia iā tum pacata fuissent, campos cum manipulis militaribus lustrās in Danorū cohortem in valle latitantem ad quam pugnę expers vix congressis aciebus cōfugerat, casu incidit: cū quibus pugna inita, spiculo caput confossus, hostib9 adunū prius interēptis occubuit. Cuius exanime corpus in Cullanę (Boenę tū oppidū cuius in vicinia id prelīū gerebat) primū, inde in Ionā ad cōmunē regū sepulturā lugubri pōpa est delatū. Regnauit Indulphus nouem annos mortuus fortiter sed parū feliciter, āno christiano sexagesimooctauo supra noningētesimū: quo anno Eldredus extincto Edmūdo Anglis cœpit imperare. Secūdū Indulphi fun9 in Ionā elatū, Duffum Malcolmi regis filiū Scotoꝝ proceres marmoreę cathedrę admotū Sconę regē cōsalutarunt. Is ad regni initiū post Culenū Indulphi regis filiū, Cumbrorū admotū principatui, in Hebrides q̄ illic prędones tumultuari acceperat e vestigio trāsmisit. Accitos ibi ad se Thanos insularū, imperat Hebrides prędonib9 depopulatoribusq; quoꝝ iniuria multa indigna patiebātur agrestes, purgarēt persancto iuramēto testatus si popularīū cuipiā dispendiū exinde inferretur se id nō in authorē magis q̄ in eos proceres qbus illius plebis tutela cōmissa esset legis iudicio vlturū. Complures regis edicto obsequuti vagos & per insulas debacchātes partim authoritate interceptos, partim insidiis qn̄ aliter nō potuerāt, dignis pœnis affecere. Cęteri illius impudētis ordinis viri, assueti rapinis tali temeritatis admoniti documento, ne & ipsos publica castigaret authoritas, aut fugerunt in Hiberniā aut manuarię arti, quātacūq; sanguinis pollerent nobilitate sese addixerunt. Procerum id quidam ęgre admodū ferre, rati indignum splendidis parentib9 prognatos seruili opera victum quęritare, agrestesq; vilia mancipia ad id solum edita ab natura vt nobilitati seruirent, iam tum natalib9 amplis in magistratuū authoritate, aut p̄latos aut certe cū eis vitę cōditione factos ęquales. Tacite etiā susurrare Duffum regē viliū agrestiū, sacerdotū, similiūq; obscurę ac sordidę originis viroꝝ amicū, nobilitatis hostem effectū: non debere nobilissimis imperare. Estq; hm̄oi murmur nō modo per Hebrides sed etiā ꝑ cūctas ꝑpe Scotoꝝ regiōes multis clā publice administrationi detrahētibus breui ꝑuagatū. Inter hęc incidit rex in languorem nō tam grauem

q̃ cunctis vel eruditis medicis (Scotorũ tunc viuendi modi corpo
reęq; constitutionis, quos nondum peregrinę inuaserant ęgritudi-
nes habita ratione) cognitu difficilem. Siquidẽ sine vllo signo bi-
lis, pituitę, alteriusve peccantis humoris exundantię, vel ab huma
5 no temperamẽto lapsus Duffum sensim afflixit. Noctu em̃ sub per
petua vigilia decũbẽs in sudorem sine modo soluebatur, interdiu
vix dolore quo nocte laborauerat leuatus, quieti se dabat. Corpus
lenta conficiebatur tabe effœto simillimũ. Hęrebat cutis rigida,
venas, neruos & qua forma ac situ ossa essent humana spectãtibus
10 ostendens. Suauis ac vniformis spirituũ a corde profectus, quod ta
ctu cordialis venę arteriæ deprehendere, vitale humidũ nihil tem
perie excessisse demõstrauit. Viuidus illi color, aurium oculorũq;
vigor integer aderat, temperatusq; frequentior cibi potusq; appe-
titus. Hæc sanitatis signa in languente multoq; dolore afflicto
15 quũ medici admirationi darent, postea q̃ quæ suarum erant partiũ
egissent nihilq; inuenissent ad superfluum nociuũq; sudorem sisten
dum accõmodatum, aut quod somnum prouocaret, sed rex in ho-
ras magis magisq; sudore & perpetua vigilia angeretur, versi ad
patientis consolationem (nam huic soli locus eorum sentẽtia erat
20 relictus) precari bene de salute speraret, haud sibi deesset, fore ex-
ternorum medicaminũ medicorumq; quos ipsi ocyus accirẽt, ope,
q̃ peregrina & parum eis cognita esset ęgritudo: aduentante au-
tem vere, soleq; vitæ in animantibus assertore ad nos redeunte, cõ-
sequeretur sanitatem. Rex tametsi futuræ sanitatis exigua tenere-
25 tur spe, regionum præfectis primoribusq; frequentius ad se voca-
tis mandat publicę inuigilarent saluti. Ne paterẽtur superesse qui
populo in aliquo officerent: vt intelligerent cuncti mortales, re-
gni cõmodum maioribus gentis Scotorum, perinde atq; valetudi
nario regi, cuius eo tempore vicem agere cœpissent & cordi & cu
30 rę esse. Vnus erat omniũ (vt videbatur) in regis verba consensus.
Sed post paulum segnius a maioribus res est curata. Vnde plæ-
riq; magistratuum authoritatem molestius ferentes, de rebellione
cogitare cœperunt. Interq; primos Moraui, quorum præcipui ne-
catis magistratib9, regem viribus existimantes pœne destitutum,
35 omnemq; publicam floccipendẽtes authoritatem in populares &
qui ex nobilitate in regia fide perstiterant, licẽtia multa debaccha
ri. Hinc homicidia, rapinas depopulatiões, latrocinia permulti ve-
luti effrenes ac nulli9 subditi imperio in proximos exercere. Ea ne
regi extrema ꝑpe valetudine laborãti indicerẽtur vetuere medici:
40 ne forsitan ad illd̃ indiciũ cõtractũ mœrorẽ mors seq̃ret̃ cõtinuo.

Obortꝰ est sub id tēpus icerto authore popularibꝰ susurris rumor regem veneficarū mulierū & arte dęmoniaca non naturali morbo tabescentē, per tam longa tempora corpore ac viribus confici: easdemq; apud Forres Morauię oppidum magicā & sortilegā artem in regis perniciē exercere. Hoꝝ fama ilico vt ad regis aures peruenit ne auctus rumor re ꝓpalata fascinatrices vt suppliciū euaderēt in fugam ageret, mittūtur in Morauiā qui an vera essent quę ferebantur perquirerēt. Missi nuncii itineris causam dissimulabant & veluti ineundę pacis gratia inter Duffum regē & cōiuratos Morauos Forres adiere: noctuq; in arcē admissi (steterat ea adhuc in regis fide) quāobrē venerāt, Donevaldo arcis præfecto vt imperatū eis erat exponūt: eiusq; fidē & auxiliū ad negociū cōficiendū implorāt. Milites q in arcis erant pręsidio, tenuit nōnihil hmōi rei suspitio. Nā ex prostituta quadā (erat huic mater sortilega & incantatrix) dū blādiuscule eā tractaret amator, de regiæ valetudinis tēpore, modo, ꝑpetuitate: quibꝰ sortibꝰ, quibꝰ magicis carminibꝰ vterent̄ venefice, postea q̄ nōnihil audiuerat sodalibꝰ indicauit & illi Donevaldo, Donevaldꝰ autē regiis legatis: Meretricēq; tēpestiuā tāti facinoris nūciā (erat ea tū forte i arce) Donevaldꝰ ad se accitā quęstionibus quo ordine cūcta gerebātur, & in quibus ędibus vbi fateri coegerat, mittit intēpesta nocte milites ad rem omnē explorandam. Hi in sortilegarū ędes foribus vi reclusis irrumpētes veneficarū vnam cęreum simulacrū ad regis Duffi imaginem dęmoniaca arte (vt credere par erat) confectum ligneo affixum veru ante ignem torrentem, alteram carminibus recitatis liquorem quēdā fundentē sensim supra statuā inuenerunt. Præhensę itaq; ocyus fascinatrices, coniectæq; in vincula & tractæ simul cum simulacro in arcem, rogatæ ad quid sub noctem carmina recitantes effigiem regis igni exponerent: responderunt, dum simulacrū igni adhibitum torreretur, Duffum regem in sudorem solui, carminibus autē recitatis perpetua teneri vigilia, & ad liquescentem cæram macie confici. Consumptā autem cęram regis mortem cōtinuo sequuturam ita se malos dæmones docuisse, ad facinusq; exequendū mercede a Morauorū primoribus conductas. Perciti ira astantes ad anus verba, effracto simulacro vt venificas scelus ingenti luentes supplicio flāma cōsumeret extēplo curarūt. Ferunt sub tēpus quo hęc in Forressensi arce sunt acta regē lāguore leuatū & nocte absq; sudore quieuisse. Postridieq; redeūtibꝰ viribꝰ, q̄ erāt humanę facultatis prōpte egisse ꝑinde ac si nulla aduersa valetudine antea fuisset detētus, verū vtut res se habuit, Duffus recrescētibꝰ viribus sanita-

1 ti breui restitutus, militũ contracta multitudine aduersus rebelles ducit in Morauiã: indeq; fugientes in Rossiã & deinde in Cathane siam ocyus cũ copiis ꝓsequitur. Interceptos tãdẽ reductosq; Forres crucis supplicio puniuit. Inter furca strãgulatos, ex Doneualdi for
5 ressẽsis arcis ꝑfecti necessariis nõnulli eleganti forma erant adolescentes, magis fraudulẽter aliorũ suasionibus q̃ proprio ingenio ad maiestatis crimẽ impulsi: a qbus dũ frustra apud regem supplicium fuisset deprecatus Doneualdus, infenso factus animo ira pœne excanduit. Sed ne indignãtis spiritus signa cuiq̃ paterẽt quo mi
10 nus acceptã sua opinione cõtumeliam si quãdo daretur opportunitas vindicaret, dissimulata ira sese paulũ in pręsentia repressit. Creuit homini vindictę cupido, ęgerrime ferenti q̃ acta fuerãt, animoq; volutãti Duffum cui & salutẽ reddiderat, & fidẽ cęteris Morauis in eũ cõiurantibus seruasset, parũ grati hominis officio functũ, dũ
15 suos necessarios eo solũ culpę cõscios ꝙ maiores nõ malo dolo sed adolescentię leuitate fuissent sequuti, a cruce pendẽtes infame spectaculum ostẽdisset multitudini. Videns vxor Doneualdũ vultus gestuũq; indiciis ingẽtẽ irarũ molem mœsto silẽtio alere: inopportune virũ dissimulati mœroris causam interrogat. Doneualdus fre
20 quenti cõiugis prece victus tandẽ rem omnem quo ordine sit gesta a Duffo rege, & quantũ in sui generis cõtumeliã, enarrat. Erat aũt peruicax mulier, violentoq; ingenio & infenso in regẽ odio, ꝙ cum plęrisq; sui sanguinis viris pari, atq; cum precipuis coniuratorum egisset lege. Cruciabat̃q; per aliquot antea dies interno dolore, nõ
25 satis gnara quẽ consilii faceret participẽ. Sed audito quid vir mente gereret, bono inquit Doneualde esto animo, inuentũ habeo quo cõmunem iniuriam in ingratũ hominẽ facile vlciscamur. Tuę fidei hęc arx cõmissa est prĩcipatũq; in ea tenes. Duffus noster hospes hostisq; noctu ac interdiu nobiscũ cõuersat̃, tibi obœdiunt pręsidia ar
30 cis: fores tuo arbitrio patent & occluduntur. Quin ergo accingere solita alacritate in iniurię vindictã armat9, facinus ausurus qđ plęriq; fortissimi ꝑ longa ante nos tẽpora, in tyrannis tollendis fortiter ac feliciter tentarunt. Nec te terreat regiũ nomen cuius fulmẽ nostris pensitatis rebus prorsus est contẽnendũ. Hostis siquidẽ est
35 noster, ex professo Duffus, nam necessarioꝝ nostrorum funerib9 in nostrã ignominiã peractis, ędes in Morauia complures habitatore vacuas reddidit. Ingrato homini infidoq; ac cruento hosti fidẽ violare, quis dixerit flagitiũ? Luet ergo, luet morte tantã in fidos amicos nihil vnq̃ de ipso male meritos temeritatẽ. Doneualdus his ve
40 sanę mulieris verbis supra cõceptam bilem iritatus, ad infandum

facinus quod diu decreuerat perpetrare, disquirens consilium mo-
dumq; lõga cõsultatione, cõmento pernicioso secũ excogitato adin
uenit. Captabatq; indies momenta, cõmodius opperiens tẽpus sce-
leris exequendi. Forte euenit vt rex pridie q̃ ex arce erat ꝑfecturus.
sacellum ex more ingressus preces religiosius in seram vsq; noctem
ꝑtraheret: essetq; solito ad orandũ intentior. Et sacris absolutis, eo-
rum pręcipuos qui secum coniuratos ad necem fuissent persequuti
ad se accitos (Erat horũ vnus Doneuald9 inter regios amicos sem
per numeratus) amplis donaret mũeribus. Et postq̃ de publica ad-
ministratione quale spectaculũ rex populo se pręberet, quales sub-
diti essent in regem, grauiter fuisset loquutus, dimissis cunctis in
diuersoria ipse duobus tantũ cubiculariis comitatus secretius cubi
culum ingressus quieti extemplo se dedit. Doneualdus tũ etsi hor-
reret plurimũ pio regi vim inferre vxoris tamen expectatum tẽpus
adesse testantis furiis impulsus, post regem Duffum in soporem so
lutũ cubicularios lõga comessatione fatigat: Fœda siquidẽ ac pro
bri plena ingurgitatio variis potionũ ac obsoniorũ generib9 pœ-
ne ad mediam vsq; noctẽ ab illis ꝑtrahitur. Deinde vbi cubicularii
somno & crapula victi se ad quietem, doli prorsus ignari conferen
tes, altissimo somno sunt oppressi, opportunitatẽ sceleris ꝑpetran-
di quod nulli fuisset audendũ tũ nactus Doneualdus, quatuor ser-
uos largitione antea corruptos & ad se vocatos vt secũ regi mortẽ
quã ꝑpria atq; iniquę cõiugis temeritate dudum fuerat machina-
tus inferrent, blandis verbis nouis additis muneribus est hortatus.
Paruere serui, regemq; sub cõticinium nullo ꝑpe strepitu, ferro iu-
gulo impresso dormientẽ facile obtrũcant. Cadauerq; per posticũ
exportatum cubiculariis alto sopore ꝑseuerãtibus, equoq; imposi-
tum ad secundũ a cędis loco miliare deuexere. Vbi amne ea ꝑ loca
labente paulũ deriuato ac inde terra altius defossa in imam scro-
bem est cõiectum. Saxaq; cũ luto superposita sunt ita cõpacta vt ne
agnosci quidem posset ibi quicq̃ esse recẽter defossum. Mox amne
in pristinũ alueum reducto, iis quorum opera in eo negocio vsi fue-
rant interfectis, ne vnq̃ cuiq̃ vbi regis funus esset recõditum pate-
ret, serui regis percussores apud Orcades exilium sibi consciuere.
Doneualdũ ita fieri, imperasse scribũt: ne exanime corp9 postridie
in apertũ delatũ indicio foret cędis authorũ. Cõstans em̃ inter no-
strates fama est cęsi ciuscunq; hominis cadauer, ꝑsente interfectore
cũctis ex vulneribus recentẽ cruorẽ affluenter emittere: quod vtrũ
verum sit, viderint authores dicti & huiusmodi rem experti. Done-
ualdus secundũ regis cędem vt criminis immunis haberetur inter

stationarios reliquū noctis perseuerauit, multa de regia in se beneuolentia, de donariis, de sua seruata in regē fide cęteris Morauis ab eo deficiētibus placide loquutus. Prima luce in regio cubiculo obortus clamor, arcem totā subito impleuit: cęsum regē, infandū facinus, regiū thorū cruore madere, ablatū funus, qbus authorib9 aut quo delatū nesciri. Ad tumultū Doneualdus cū stationariis veluti omniū quę acta fuerant ignarus in regiū cubiculū irrumpit. Cōspectoq; cruore in thoro cubicularios vt regię cædis reos subito obtrūcat. Inde amenti similis cuncta arcis loca si forte aut ꝑcussorum (vti simulabat) aut funeris alicubi vestigia apparerent lustrat. Inuento tandē postico recluso sine custode, cędis crimen in cubicularios ꝙ apud eos noctu portarū claues deponebāt, iure cudendū exclamat. Horū ductu, horū consilio cęsum regem. Conuenientes primores clara iam luce ad ingratū spectaculū visendum, haud min9 extincti principis ablatū cadauer clam stationariis, q̄ cędem ipam sunt demirati. Attamen vbi Doneualdi in exquirendis criminis authoribus insanam pœne diligentiā supra verū animi affectus modum vidissent eoq; & aliis indiciis vehementior eos tenuisset suspicio, eūdem nephandi sceleris esse conscium, Ne forte in mediis viri amicis constituti & adempto principe nudati, insperatū malū sentirent: secū tacite hiscētes relicta Forrescēsi arce & oppido alii alio abeuntes domum concessere. Sex insequutos menses totos nec sol Scotorū in regno interdiu illucescens, nec nocte luna, neq; cœlum serenum cōspectū: sed aer perpetuis nubibus obductus crebris ventis ac ignibus agitatus insolitum ac horrendū Scotis portentum, dubiam frequentius sub lucem animātibus cūctis (vt omniū tum fuit opinio) aut interitū, aut certe calamitosam vitā intentabāt. Culenus (erat is vti antea diximus Indulphi regis fili9, Cumbrorum princeps) Sconā ad comitia regis dicendi causa indicta cū proceribus adiens, tā insolito ostento cōmotus, sacros magistratus q̄ tantę aeris inclemētię causa esse potuerit, sciscitatur. Respōdere hi nepharium scelus in Duffi regis viri ꝓbata semꝑ iustitia nece admissum, celi numen Scotis reddidisse infensum: fore nisi id iusto expiaretur piaculo vt vniuersum regnū amplis plagis cōcussum breui vltimo subiiceret̄ periculo. Tū Culenus pontifices est precat9 vt supplicationes, ieiunia, cęteraq; religiosa opera sacris cerimoniis ad iratum numē placandū id tēporis fieri solita, ꝑ vniuersas Scotoꝝ regiones sacerdotibus populoq; indiceret. Ipse corā qui aderāt, cunctis, sacra cōtingēs vltimis execrationibus deierat se haud prius quieturum, q̄ regis Duffi mortē in perfidos Morauos diris pœnis vlcisceretur

Conuerſa ꝑ hęc aſtans multitudo, cōcione ſoluta ad arma, Culenū
principē in Morauiā cōtendentē ocius eſt ſecuta. Horū nūcius in-
genti terrore ꝑculit. Morauos Doneualdūqꝫ immanis ſceleris con
ſcium pauidū ne forte torturis cogeret̃ verū fateri impulit ad occu
pandā fugam, q̄ inuenta naue ad Spey fluminis oſtia, paucis comi- 45
tibus clā cōiuge & domeſticis in Norvvegiā trāſmittere inſtituit.
Habet id animus ſceleratus peculiare vt ad oīa pauens, vultu aut
geſtu crimen ꝓdat inuitꝯ, cōfidat nulli, & in nullo magis q̄ in la-
tebris aut fuga (modo patuerit locꝯ) ſpē ſalutēqꝫ vltimā reponat.
Doneualdi fuga ſcelꝯ ꝓdidit quale vix qſpiam in viro regi Duffo 50
adeo familiari & de re publica ſemꝑ antea optime merito (modo
domi ſe cōtinuiſſet) vnq̄ fuiſſet ſuſpicatus: eoqꝫ hoīem miſerię rede
git, vt ex fidiſſimo publicę ſalutis ꝓcuratore ꝑfidus effectꝯ, cūctis
ingratus atqꝫ exoſus haberet̃. Nā in altū euntē a littore ſpectātiū,
alii infandi criminis inſimulare, alii deteſtari ſceluſqꝫ execrari: qdā 55
in perfidū caput numē ſuppliciter p̄cari vt vndis obrutus debitam
admiſſi criminis maieſtatis pœnā exolueret. His cognitis Culenus
Spea ſuꝑato, Forreſſenſiqꝫ arce recepta, cæſis qbuſqꝫ in ea reꝑtis, eā
diripit incēditqꝫ: Militū tn̄ ſęuitia tēplis ac ſacerdotibꝯ peꝑcit. Cę- 60
teris ſine ſexꝯ aut ętatis diſcrimine iugulatis. Capta Doneualdi cō
iunx (edicto eñ vetitū erat quēpiā eā interimere) tribus cū filiabꝯ
torturis q̄ſtionibuſqꝫ adhibita immēſi ſceleris patefecit authores:
faſſa ſe libere virū iportunis ſuaſionibꝯ ad Duffi necē ipuliſſe. Pan
dit & infelix mulier quo ordine res geſta, qbus authoribꝯ demor- 65
tui regis funus ꝑ poſticū exportatū, qua cauſa, quo ipellēte, vbi lo-
ci terra conditū. Ad eā vocē pœne a tumultuāte populo eſt diſcer-
pta, fuiſſetqꝫ ſi nō magiſtratuū authoritas p̄conis voce veneficā, nō
vt ſupplicio liberaret̃, ſed vt maiorē ad cōtumeliā reſeruaret̃ corā
multitudine cūcta teſtata, furentiū ſine modo paulū cohibuiſſet ſæ 70
uitiā. Sequutā ꝑ noctē rex cū ꝓceribꝯ ac tota multitudine ſe cōti-
nuit. Quū primū illuxit paratis diligenti opera q̄ ad demortui re-
gis corpus terra effodiēdū, deferendūqꝫ inde ad Ionā vſui videbant̃
futura: affert̃ Doneualdū vix quatuor paſſuū millibꝯ a Forreſſenſi
arce naufragiū paſſū: ac veluti aduerſū ſidus fugitiuū hoīem domū 75
ad ſuppliciū parricidio debitū retorſiſſet in littꝯ a ſęuiētibꝯ vndis
eiectū, captum vinctūqꝫ aſſeruari a ꝓximis accolis dū cognoſcerēt
qd Culenꝯ pricepſ de eo ſtatuiſſet faciūdū. Lętꝯ nūcio Culenꝯ mit
tit illico q̄ Doneualdū vinctū ad ſe adducerēt. Vix nūcii imperium
fuerāt exequuti, quū Roſſii qdam nobiles quatuor Doneualdi ſer- 80
uos regis Duffi ꝑcuſſores manibꝯ ac pedibꝯ vinctis Forreſſenſem

1 in arcē ꝑtrahūt. Quocirca multitudo q̄ illuc cōfluxerat breui conspexit facinorosos Duffi cędis authores, Donealdū, eius coniugē, seruosq; in ꝓtorio maiestatis criminis accusatos vltimoq; addictos supplicio & lictorū manib9 virgis cęsos tandē ꝑcuti securi. Quorū
5 corpora sunt exenterata, extaq; tradita flāmis & cætera mēbra decerpta ad insigniora regionū loca trāsmissa: vt editis suspēsa locis documēto sint ad postera secula q̄ iniquū esset mortaliū quēpiā sacro principis sanguine man9 polluere. Hūc formidabilē exitū Donealdus deo, solis cōditori, hoībusq; iniurius, ne lucescentē solem
10 post extictū regē Duffū videret, cū venefica cōiuge est sortit9: cōclamātib9 cūctis, dei nutu nō hoim id factū cōsilio, q latrociniū & aliđ quoduis flagitiū graui atq; insigni supplicio dignū haud vnq̄ finit esse impunitū. Tanto itaq; facinore supradicto modo punito: donati sunt principis ac ꝓcerū beneuolētia ii qui Duffi ꝑcussores cepe-
15 rāt Forresq; ad diras sed iustas pœnas obeūdas traxerāt, ꝓterq; alia nō contēnenda mūera militię exinde vacatione, censusq; ac publici vectigalis ꝑpetua imunitate. Hęc vbi fuerūt ꝑacta, Duffi corp9 est effossum, terraq; cādida ac subtili sindone cęratoq; capulo suꝑadditis regalib9 indumētis, vt tū fiebat, est iuolutū. Capulū vero carpē
20 to sacerdotes qbus pię rei gerēdę cura erat demādata iponūt. Carpentū pulla vestis, suꝑ quā cādida ac bissina crux erat distēsa, capulūq; tegebat. Id traxere sex equi pari veste, suꝑaddita cruce, cōtecti. Fun9 sacerdotes, clerus, piorū cœtus, cœnobiorū patres, pōtificesq; prouinciarū anteibāt. Seq̄bant͛ primores gētis cū principe Culeno
25 aulici deinde ministri & ingēs populi multitudo. Estq; tali ordine ac pompa demortui regis funus lōgo & laborioso itinere deductū ad insulam Ionā. Ibidēq; celebri conditorio repositū. Non desunt q scribāt Duffi regis corpus tāetsi sex mēses luto infossum iacuerit, integrū viuidoq; colore & in nullo labefactū, inuentū. Vt primum
30 vero effossum in aurā fuerat ꝓlatum cœlū pulsis nubibus serenū factum, sole lumine plus solito emicante. Et vnde homines ingens cepit admiratio vicinos cāpos ꝓter tēporis naturam multa florū varietate fuisse ornatos. Amni eo loco vbi cęsi regis corpus cōditū fuerat, pons sed aliquot post secula est impositus. Vicū ad pōtis ter
35 minū Kilflos vulgo id tēplū florū inde nomē qđ ad nostrā ꝑuenit ętatē ferunt sortitū. Nūc ibi cœnobiū est cū augustissimo templo diuæ virgini sacro, ędibusq; magnificę structurę pioꝝ cœtu Cistertiēsis instituti insigne, nulli in Albione religionis obseruatione secūdū. Prodigia i Scotorū agro eo āno hęc ferūt cōspecta: equos insi
40 gni forma & ꝑnicitate in Laudonia proprias carnes edisse & ꝑti-

nacissime ab omni alio abstinuisse alimēto. Puerū in Angusia sine
oculis, & sine naso, nec pedē habentē nec manū, ingenua ex fœmina
prognatū. A bubone ibidē interdiu gutture ꝑhensum accipitrem
strāgulatū. Neq; illis minꝰ ꝓdigiosū ostentū oībus habitū, solē sex
ꝑpetuos mēses vndiq; ꝑ Scotorū regnū opacis nubibus (vti antea 45
significauimꝰ) ne luceret ꝓhibitū: sed & detestandū Doneualdi fa
cinus huiꝰ rei causam fuisse nō erat q nō intelligeret. Id scelus tan
tam in regiā domū iniuriā egregie Culenus princeps modo quo di
ximus est vltus: q in Duffi locū post iusta illi funerali pōpa ꝑacta
rex omniū consensu Sconæ est suffectus, Anno Christianę originis 50
noningentesimo septuagesimo secundo, postea q̄ Duffus quatuor
annos inter Scotos, & Eldredus totidē inter Anglos summum te-
nuissent imperiū. Culeni principatus initiū a iustitia feliciter auspi
catum, principē spopōdit nō qualē sequuta ꝓbauit administratio.
Haud etēm diu regnū prudēti maioꝝ cōsilio gubernabat: sed mox 55
nobili iuuentuti lasciuia ꝓpe (vt ea fit ætate) insaniēti, ita laxabat
habenas, vt licētiori instituto q̄ vnq̄ sub quouis maioꝝ regno vitā
agerent insolentē. Neq; scelestos etiam oblatos iusta pœna multa
uit: neq; delinquentes mādauit exquiri: immo ne ꝑquirentes quidē
ab eo sunt laudati. Nobilium in populares negociatores sacerdo- 60
tesq; peccata (huic etēm hominū generi id temporis nobilitas erat
infensa) consulto sunt impunita. Vsqueadeo vt inde appareret non
tam priuatam q̄ publicā salutem (si modo in eo regimine perseue-
raretur.) intestina seditione periclitatum iri. Horū per primores re
gni non sine increpatione admonitus Culenus rex respondit satis 65
se scire adulescentes haud nasci senes. Primū eis instabilem esse ęta
tem, sed accedente stabiliendā tempore. Propterea eam non semper
nimia seueritate, verū ab ineūte ętate animi laxamēto q̄tū ad iuue-
nilis spiritus alacritatē fouendā satis esse videretur, regendā. Indul
phum Duffumq; reges duriter nimium populo imperasse. Seue- 70
ritatem aūt principibus rite in ocio & pace regnare cupientibꝰ nō
minus ac pestem fugiendā esse, Idq; memoratorum regū infelicem
exitum luculenter ostendere: qui quū nobilitatem æquitatis specie
opprimere niterentur, essentq; sacerdotū, agrestium negociatorum
& qui in gente vltimas tenerēt partes, plusq̄ fautores: contēptū no 75
bilium audacius sese efferentium rebellionē, & tandē sibi exitium
parauere. Periculis horū edoctū se velle deinceps ita instituere re-
gnum, vt potius amore q̄ metu iure imperitare diceretur: eoq; nec
alio modo, sua sententia, subditorū animos principis fide continen-
dos. Culeni responsum tametsi parum saluti publicæ Scotorum 80

videret̃ expedire. Nemo tñ omniũ erat publica obstante authorita
te, qui palã improbaret: laudarẽt aũt plures, iiq; oĩm maxime q̃bus
prudẽtes, ac iusti magistratuũ administratores essent odiosi. Paula
tim inde maioresnatu q sapiẽti cõsilio Indulpho Duffoq; superiori
bus regibus dũ viuebant nunq̃ deerant, vidẽtes q̃plurimos natali
ac fortunis pollentes regi admodũ familiares, indies licentia fieri
deteriores & per id publicũ regimen a maioribus optime institutũ
labefactatum iri: Culeni ab aula cõgressuq; se subtraxerunt. irrepse
re aũt nonnulli ex aulico familitio, parati quod in rege esset indo
lis adhuc bonę corrũpere, mẽsarii cubiculariiq; adulatores in prin
cipibus, in adulescẽtibus flagitiorũ patres (vt ita dicamus) nutri
cii, principẽ deliciarũ frequẽtius admonẽtes & q̃ ad effœminandũ
animũ maxime attinerent: atq; ea sola q̃ iucũda & voluptatis plena
viderẽtur, laudibus imodicis efferentes: infœlicẽ principẽ eo tandẽ
redegere, vt vẽtre atq; obscœnis voluptatib9 oĩa, sicut ipsi, metiret̃
bona. Nã frequenti illecebrarũ mentione voluptatũ cupidinib9 in
cẽsus Culenus, relictis virtutibus p̃stantissimo regũ ornamẽto, pu
doreq; sublato, personę quã gerebat dignitatisq; oblitus, vilib9 cũ
mancipiis eadẽ flagitia q̃ ipse laudasset laudantibus, eis autẽ viris
quos ipse vituperio iudicaret dignos detrahẽtibus: noctes diesq; cõ
essando & potãdo cõsumere nõ erubuit. Huiusmodi eñ hominum
genus licet omniũ essent sordidissimi, iucundũ tñ & oĩm horarum
amicũ sibi publice ac priuatim est cõfessus. Ludos etiã potatorios
oĩ spurcitia refertos horũ edidit suasu: & q potus diuersi generis
domestici ꝑegriniq; voracitate extitit victor, munere ad id destina
to primũ deinde corona ex hedera (Est eñ ea Baccho sacra) dona
uit. Accessit ad hęc maior turpiorq; infamia nõ modo q̃ referat̃, sed
vel audiat̃ a quouis prorsus indigna. Ineffabilis libido atq; luxurię
abusus in matronas, in virgines. Neq; ea vesania sororibus, filiabus
aut fœminis Christo pontificia authoritate deuotis pepcit. Vndiq;
cõgrebant̃ puellarũ greges ad stuprũ vt rex primũ mulieres eas fa
ceret, nolẽtes obtẽperare, ab lenonib9 trahebant̃ vi: qb9 vbi aulici
inde agasones, secũdũ regẽ fuissent abusi, nõnunq̃ q; flagitia expro
brassent, crura effracta. Culenus ꝑ hęc oĩ bellua spurcior effect9
vbi nimio coitu exhausisset vires ꝓ ludo habuit, iuuenes ac ꝓstitu
tas Veneri operã nauãtes corã se & i ꝓpatulo, vt fœdo aspectu de
ficiẽtes i effœto corpore libidines excitaret, ꝓspicere. Taliq; nephã
do vitę instituto omniq; asperso infamia, tres annos cunctis odio
sus est abusus: quibus sub tam infami monstro furta, spolia, rapinę,
latrocinia, mulierum raptus ac stupra hominumq; cædes, & si qua

magis detestanda sunt flagitia magna cura priscorũ regum autho
ritate repressa, in publicam perniciẽ vires resumpsere. Grassatorũ
manipuli dictis sibi illis ducib9 quos etsi scelestissimi essẽt nataliũ
tamẽ amplitudo ac claritas paulũ decorauit, per Scotorum regio-
nes debacchantes rapinis, depopulationibusq; agrorum institerũt: 45
alii agros deprædati sunt: aliiq; in populariũ ędes metu ne qd du-
rius inferrent, suscepti haud prius q̄ omnẽ illic inuentũ penũ absũ-
psissent, abiere. Si qs illatã vim ꝓhibere annixus postulatis obsti-
tisset, huic fortunis spoliato, ędibusq; eius incensis multã per ingẽ-
tem crudelitatem intulere violentiam. In nullo mitius cum initia- 50
tis Christi sacris agentes: plærisq; videlicet verberibus fœdepulsa-
tis, ꝓhibitis ędib9, omniq; exutis supellectili, magnam in vicis ac
pagis sacerdotum ac aliorũ piorum cętuum fecerunt solitudinem.
Culeni aũt regis interitus his tam perniciosis flagitiis tandem fuit
exitus. Ẽnuero Veneris ac vini abusu viribus eneruatis, Culen9 vt 55
voluptatẽ ex more tristis ac miserabilis sequeretur exitus, fœdissi-
mo morbo genitura perpetuo absq; sensu ꝓfluẽte (gonorrheã græ
ci vocant) est correptus. Vnde non vt homo sed velut exanime ca-
dauer ambesa carne, cute vix ossibus hęrente conspectus, etiã auli-
cis habitus derisui, dum amplius ex eo emolimentum nõ speraret, 60
quod infœlicis supererat vitę cũ sũma trãsegit ignominia. Proceres
hoꝝ nõ ignari ne tam fœdũ mõstrum viris diutius imperitaret, Cu
leni summo magistratu abdicandi causa alteriusq; eius loco suffi-
ciendi publicum conuentũ Sconã indicunt. Eo euntem Culenum
paucis comitatũ haud inscium quid primores in se molirentur ad 65
Messen arcem. Cadhardus loci Thanus cuius filiam inter flagitia
rapuerat, medio ꝓpe itinere obtruncat. Ita simul cum authore Cu-
leni cunctis odiosa voluptas periit: infamia tamen viri ꝑmanẽte &
ad posteros delata. Dictus omniũ sententia tunc solũ post summũ
magistratum initum egisse recte, quũ infœlicem exhalaret animã: 70
quinto sui imperii anno q Christo omniũ regi fuit noningẽtesimus
septuagesimus sextus: nonus aũt Eldredo Anglorũ principi maxi-
mo. Gauisi primores de Culeni interitu etsi gen9 mortis haud ęqs
auribus audirent. Post funus in Ionam ad cõmunem regũ sepultu-
ram delatũ, Kẽnetho Malcolmi regis filio, Duffi principis germa 75
no Sconę facta concione publica, cunctorũ suffragiis regnũ detu-
lere. In initio sui principatus Kẽnethus magno habuit pro negocio
siluescentẽ populum fœdisq; sceleribus Culeni incuria contamina-
tum, eo officii vnde egressus fuerat redigere. Ẽnuero inter nostra-
tes ita natura est cõparatum, vt magnates primũ, inde cętera mul- 80

1 titudo in regis mores se trāsformēt: quo vno apparente studioso po
pulus virtuti se dedit: quo item flagitiis addicto rari eius imperio au
dientes, scelere sunt immunes. Itaq; ne alios criminis quod in se cōspi
ceretur damnaret, castum, abstemiū, liberalem, modestū: omni deniq;
5 morum probitate conspicuū se populo ostendit. Omne siquidē tur-
pitudinis gen9 perosus: scurras, mēsarios, adulatores, parasitosq; in
aula versari solitos regiis prohibuit ædibus: amicitiæ cū domesticis
& exteris diligens cultor, intestinā seditionem adeo est detestatus vt
domesticę litis authorē si qua fuisset suscitata seuera vltione ad necē
10 insectaretur. Aulicos ita virtutibus & omni pietate institui ac ornari
voluit ac si continuo morituri essent: manuariis autē artibus omnes
ita voluit consulere necessitati ac comparare quę essent ad corporis
vsum necessaria tāq̄ nūq̄ humanis essent excessuri. Eoq; īstituto pau-
cis diebus effecit vt neq; suorum ingenia laguescerent torpore, neq;
15 corpora honesti exercitii assuetudine laboris impatiētia torquerent.
Et quū diceretur ac esset regni administratione dignissimus, cūctiq;
in eius officio libenti perstarēt animo: ad Scotorū regiones optimo-
rum principum more, prędonū raptorūq; colluuionibus publicę of-
ficiētium saluti purgandas plurimū elaborauit. Ad Lainricū vetus
20 oppidum Coilę regionis olim populosum primū locus iurisdicundi
est dictus, quo considentibus magistratibus innocui quidam ad pu-
blicum edictum ius subituri conuenere. at ingentium flagitiorū con
scii regiis posthabitis imperiis, nobilium quibuscum aliqua iunge-
bantur necessitudine suasu, ne criminū conuicti suppliciis admouerē
25 tur, in Hebrides aut alio quouis terrarum longissime se contulere.
Rex satis intelligēs se magnatum opera quorum pars maxima secū
esset impeditū quo minus publicę salutis causa ius diceret (populi
enim susurrus cuncta ad eum deferebat) veluti quę fierent eum la-
tuissent: ira dissimulata in aliud tamē tempus eruptura, primoribus
30 domū dimissis, pii voti diuo Niniano soluendi causa paucis amicis
comitatus abiit in Gallouidiam. Vbi cum illis quos fidissimos ha-
buit re cōmunicata, cōmenti modum tandem inuenit sontes ad iudi-
cium trahendi. Sed id ad insequentem annū summo contectum est si
lentio: ne in nobiliū animos nōnulla forsitan suspicio eius quod ipse
35 facere instituisset irreperet. Anno autem emenso Scotorum primati-
bus totiq; nobilitati consilium tāq̄ de reipublicæ negociis consulta-
turis Sconam indixit. Nocte autem quę cōsessus diem pręcessit ar-
matos militum manipulos in regio diuersorio haud procul a concio
nis loco fidissimorum opera condidit: duciq; eorum imperauit vt mi
40 litem occultū quietūq; in crastinū teneret quādo vocatus cū cohorte

in consessum sine mora, accepta prius imperia exequeretur. Postridie primoribus regni Sconā vti erat regis edictum cōuenientibus: Kennethus regali apparatu, vt assolent reges marmori insidēs, primates vt sibi proximi assisterēt, quid eos ad concionē vocasset audituri, per prçcones moneri iubet. Prçcones iussa principis exequētes ab extremo orsi cūctos gentis maiores ad regem acciuere. Mox quū ex cōposito sermones quosdā rex intersereret ad signū prosilientes ex diuersorio armati cum duce, cōsessum vt iussi fuerant circūdant. Attonita paulum stetit nobilitas, rei insolita nouitate, veritaqꝫ maius malū q̄ erat, capitib9 imminere in varias primū abiit cogitationes: mox inermes ab armatis septos cōmuni cogente metu, silentiū tenuit. Tum Kennethus rex ita fari est orsus. Q̄z q̄ veremini forsan viri prçstantes ne hçc iudicii noua forma prçter veterē consuetudinē & pristinū regum morē cū sitis armatorū corona cincti, vestris capitibus incōmodi nōnihil sit allatura: tamē si modo noueritis quid geramus animo, quid mente cōcepimus pro vestra huiusqꝫ regni cōmuni salute, nihil procul dubio fuerit: qđ iure paueatis. Nō em̄ cōsessus hic (vt cernitis) armato ideo milite est septus vt vobis vim inferat, vt ve Scotorū nobilitati officiat. Hçc em̄ vestrç, meç, publicçqꝫ salutis sunt p̄sidia. Absit itaqꝫ viri de me, deqꝫ hac republica bene meriti mihi putetis tantā esse perfidiā aut tam sceleratū ingeniū, vt vos vnicam meç huiusqꝫ regni salutis spem ad cōsessum de publicis negociis disserēdi causa vocatos fraudulenter atqꝫ impie militū telis obiicerem. Propterea quç cernitis arma, non mortē, non carcerē, non demū aliquod vobis malum, sed cunctis priuatis publicisqꝫ ac omniū maxime mihi vobis corā hodierna die pro Scotorum populi incolumitate dicturo salutē denūciant. Vnū est hoīm gen9 hui9 regni saluti infestū aduersumqꝫ, quos improbus consensus in rapinas, depopulationes, stupra, incendia, omnia deniqꝫ populo importabilia mala armauit. Nouistis (viri proceresqꝫ prçstantes) quantis incōmodis in Culeni regno ac nostri principatus initio iniquissimi id genus homines nostros affecerīt agrestes: quibus iniuriis hos profligauerint, qui perpetuo sudore, humili victu vestituqꝫ, dū nos preciosam induti vestē tā splendida ferculorū structura epulamur, nobis vitā sustētant. Quibus tn̄ cum fortunis suis saluis, nos demū saluos fore certū est: illis autē pereūtibus vel raptoꝝ tumultu ad inopiā redactis, neminē nostrū omnino beatū futurū. Ipsi em̄ nobis nō sibi tā diuturno sudore opes cōparāt, pro nostro nō suo ocio operātur: industriā deniqꝫ oēm in nostrū non suū cōmodū ac necessitatē cōferūt. Ergo qui horū fortunas diripiūt, nostras diripiūt: q p̄dones in horū dispendiū aut fouēt, aut supplicii

1 immunes esse sinũt,nobis totiusq; reipublicę insidiari saluti videtur. Tollendã ꝑpterea pestẽ hanc prorsus nostra ex gẽte censeo,cohibendãq; a populo innocuo tantã sęuientiũ iniuriã: quã patrię leges tollendam decernũt,nostraq; diutius euagari nõ patitur authoritas. Id
5 non tã mihi q̃ vobis summopere annitendũ,si regnũ hoc,si vosipsos, liberos,coniugesq; cum fortunis vestris saluos esse cupitis. Decreui (meministis opinor) superiori anno vestro ductu & consilio, cũ reipublicę hostibus,vt pax & ocium simul nobilitati & plębeis foret,lege agere. Ad Lainricum oppidũ,die vestro decreto ad id dicto, con-
10 sedere magistratus. Sontium nullus,nostris imperiis contemptis in ius venit. Id ego ægerrime ferens,quũ didicissem flagitiorũ maxime conscios supplicii declinandi causa incertũ quibus impulsoribus nostrum auersatos,edictum longissime hinc abiisse: discussis rebus salubre negociũ in tempus opportunius distuli. Non deerant qui ve-
15 strum quosdã temerarii cõsilii fauorisq; in rebelles ꝙ vobis nõnulla coniungerentur necessitudine apud me insimularent. Crebri nuncii inter vos & sontes fugitiuos nulla per vos adhibita opera vt scelestissimi in ius ducerentur effecere pœne vt res sit credita: Verum vtcunq; id se habuit excussi animo omnem criminis a quo vos maxi-
20 me abesse velim suspitionem. Nunc vos non vt hostium fautores appello,sed vt publicę salutis defensores: segnius tamen q̃ par erat officio functos (Si tamen aliquo estis egressi) ꝙ minus propensi in importabilibus flagitiosorum erroribus corrigendis dum tẽpus se obtulit opportunum mecum fuistis. Istum errorem (si quis fuit) vt be-
25 neuolo animo reparetis: ostendite vos quales ipse opto,vosq; summopere debetis exoptare,fœlicitatis huis regni,meę,vestrę,totiusq; populi probos amatores: & raptores istos infensissimos q debacchãtes tãtũ malũ in plębis,imo in nostrã potius ac reipublicę iacturã vndiq; cierũt,perquisitos,inuẽtos & in vincula coniectos ad me ꝑducite,
30 qđ lex statuerit suppliciũ tantis dignũ flagitiis haud dubie recepturos. Neq; vos (certo dignoscite) quæ cernitis pręsidia prius sunt desertura q̃ per hoc meum regnũ iniuriarum authores a furca suspẽdentes videro strangulatos. Hæc mecum dudũ sunt decreta, e quo consilio viuens nũq̃ excessero. Igitur hęc mea salubria mandata pu-
35 blicę priuatęq; salutis causa alacriter vobis sunt exequẽda,eoq; libẽtius ꝙ nõ vestras fortunas,nõ capita,sed eos q vestris,qui meo capiti insidiantur,me perquirere videtis,nulla vnq̃ facti pœnitudine ducendi, ꝙ amplissima donaria pro munificentię meæ modulis confecto negocio haud dubie estis recepturi. Assurgentes secũdum regis
40 verba primores haud nescii ex iis quæ dixerit, eum conceptam in se

iram paulum remisisse, pauore deposito vbi simulati criminis nõnul
lis se rationibus purgassent, humi procũbentes supplices precantur
oẽm deponeret offensionẽ: nec sineret in exulcerato animo fixum cri
men vllave partẽ iracũdię insidere: memor ꝙ parũ attineat ad regis
fidem, decus & clementiã in eius officio ac fide perstantes reliquias
simultatis (si quam in eos aliquãdo habuit) sentire. Fassiq; sunt ad
vnũ se lętis animis imperia suscipere, cũctos se flagitiosos perquisi-
turos, adducturosq; interceptos quo iussum foret ad suppliciũ: eoq;
facto crimẽ expiaturos obiectũ, seq; mãsuros quo rex imperaret loco
donec quę spopondissent amicorũ opera rite fuissent cõfecta. Solu-
ta inde concione, Bertham oppidũ traiecto Tao amne, reliqua mul-
titudine domũ dimissa, cũ rege primores adiere. Est id oppidũ dum
rex in eo fuit noctu vigilibus, interdiu excubiis ita munitum vt nulli
mortalium insciis magistratibus regia authoritate ad id delectis in-
gressus egressusve pateret, vagũ & ociosum in plateis conspectũ vi-
rum cuiuscũq; esset ordinis, lictores vti illis imperatũ erat ocyus ad
carcerem trahere: Nobiles aut regiis ædibus quũ diuinis publicisve
negociis vacarent, aut diuersoriis vltro sese continentes, historiis au-
diendis legendisve, aut alia id genus honesta exercitatione vt tũ prę-
stantium erat mos. (Nondũ enim sed nec multa post secula, alea do-
mestica nunc pœne vbiq; pestis nostratium infecerat ingenia) totas
opras impẽdere. Sollicitare & ipsi inter hęc crebris internũciis ami-
cos necessariosq; vt sontes eos maxime, qui agrestibus in aliquo offe-
cissent, summa diligentia ꝑquisitos vi caperent: vinctosq; adducerẽt
Bertham ad regẽ. Ita opus esse facto nisi sua capita extremis pericu-
lis obiicere maluerint. Auditis nũciis nusꝙ rei differendę locus fuit.
Sed pro se quisq; curauit sedulo regia exequi mãdata: haud ignarus
ꝙ iniquo animo rex Kennethus in nobiliores gẽtis quos secũ manere
iusserat, esset futurus, si suis imperiis vbiq; nõ foret obtẽperatũ. Ad
qngẽtos ꝑpe hoĩes & hoꝝ plurimi haud obscurę inter Scotos origi-
nis manib⁹ post terga cõuictis Berthã ad regẽ paulo post sunt ꝑtra-
cti: quos oẽs iudicibus ad id dictis authorib⁹. capitaliũ dãnatos, edi-
tis locis oppidi in vicinia crucis suppliciũ accepit. Vetuit rex strãgu-
latorũ cadauera de crucibus aliqñ deponi vt spectãtibus documẽto
forẽt, ꝙ temere agerẽt & qs exitus eos expectaret, qcũq; imbelli mul-
titudini exinde forẽt iniurii. Kẽnethus secũdũ hęc, nobilitatẽ ꝑ cõcio-
ne laudauit, cui⁹ ministerio tãta pestis in cõmunẽ iacturã diutius im-
pune per regiones euagata tãdẽ sublata fuisset. Pie hortatus Christi
sacerdotes verẽdos, piorũ cœtus negociatores, & imbellẽ plębẽ ne si-
nerẽt deinceps flagitiosorũ subesse iniurię: eisq; ĩfestos cogerẽt iusto

1 supplicio scelus luere. Muneribus inde donatis, vti dudũ spoponderat, libere domũ abeundi cunctis fecit potestatem. Pax Scotorum regnũ per aliquot subsequutos annos aluit, nullo externo hoste aut intestina seditione vrgẽte. Perseuerasset is status populo Kẽnetho viuo
5 nisi gens Danica nouũ in eum parasset bellum. Maiores etenim Danorum ingentium spirituũ viri angebantur: ꝙ tantam cõtribulium cędem, frequentesq; adeo iniurias in Albione acceptas digne nũq̃ fuissent vlti. Itaq; elati animi, opibus per pacem cõparatis, confisiq; ingenti hominũ multitudine coacta, expeditionẽ parare in Albionem
10 prius q̃ domo proficiscerẽtur, cõsilium ceperũt, vti rei exitus ostẽdit, ad quẽcũq; locũ Albionis primũ appulissent, eodẽ solitudinẽ facere: indeq; hostiliter insulã penetrãdo cũcta vel vi sibi subiicere, vbi spontanea non fieret deditio: vel in pugna honeste ad vnũ cadere. Classis haud multo inde emenso tempore numerosum Danorum exercitum
15 deuehens in Albionem ad rubrum promõtorium in anchoris stetit. Id promõtorium in Angusia est regione haud procul a loco vbi nũc Abirbrothense cœnobium structuris, ædibus, augustissimoq; tẽplo, diuo Thomę Cantuariensiũ archiepiscopo, Christiq; martyri est dicatũ. Sed omniũ maxime religiosis patribus Benedictini instituti a pri
20 męua eius conditione pietati ac disciplinę deuotis insigne. Erant ex Danis qui abstinendum ab illis locis, traiiciendũq; in Angliam suaderent: causati Scotorum gentem cuius ea esset regio, ferocem, maiorem frequentius prioribus bellis cladem, q̃ accepissent, Danis intulisse. Agrũ incultum raris oppidis, raro habitatore & eo rudi prope
25 modũ atq; agresti. Arborum magis (Iis eñ tũ regio maxime exundauit) q̃ frumenti feracem. Vixq; tanti esse vt pro eo quęcunq; gentium prælio decertarent. Anglorum solum quod meridiem spectat, contra, arbore si non quantum incolarum expetat necessitas nudum vbiq; solerter cultum, frumentis, metallis, mineralibus opulentum
30 vrbes in eo insignes, opibus & structurarum ornatu: gentẽq; pœne imbellem ad Danici nominis terrorem aut deditionem, aut fugam meditari solitam. Ergo classem cum copiis transmittendam in Cantium si incruentam victoriam, si opes, si agrum vberem, si gentem sine prælio pœne subiicere, si prædam opulentam, si deniq; regnum
35 quærerent in Albione. Contenderunt alii præsentem expeditionem maiorum consilio non tam vt opes & regnum quærerent in insula, q̃ vt toties acceptam in Albione iniuriam vindicarent in incolas paratam. Scotos truculentam gentem, curiosam magis in alienis q̃ propriis opibus tutandis, vti priori bello in Northumbria infœli-
40 citer gesto Anglis fuere auxiliares. Ita procul dubio cum primum

ín Cantíum claſſe foret tranſmiſſum,illuc aduerſus Danos ín armís
affore.In Anglía vtraq; cũ gente cõgrediẽdũ eſſe.In Scotía cũ alte-
ra tãtũ.Dírípíendã ídeo prímo Scotíam,cunctaq; íbí proſternenda,
& augendũ pręda cõmeatũ deletís (ſi fierí poſſet) magna ex parte
íncolís:mouendum índe fœlící auſpicío a ſanguíne ſumpto atq; íncẽ
dío ín Anglíã.Cętera bellí vtí fortuna obtulerít íbí peragenda.Hãc
ſententíam Danorum duces marís tędío affectí, ſequutí ín Eſtę flu-
mínís oſtía ocyus tranſmíttere claſſem íubẽt. Alluebat eo temporís
Eſta fluuíus vbí ſalo admíſcetur Celurcę oppídí, olím Anguſię nu-
meroſiſſimí (montem Roſarum nũc dícunt) mœnía.Nautę ímpe-
ría gnauíter exequẽtes ſublatís anchorís, quo íuſſi fuerant nauígãt.
Tum epíbatę duces ſequutí ſcaphís ín proxímos agros deſcendunt.
Regíonís íncolę ad hæc terrítí pręcípítes abíere ín Celurcam. Sed
íd oppídum ocyus Danorum armís expugnatum, ducum permiſſu
mílítes dírípuere.Tanta autem fuít Danorum ſęuítía ín captum op-
pídum vt proſtratís mœníbus, arce ſolo æquata, cęſo habítatore &
publícís príuatíſq; ædíficíís íncenſis,vt mortalíum nullus ípſis abeũ
tíbus víuens ín eo loco fuerít conſpectus.Cęterum Daní dírepítís ví-
cínís agrís pagís vícíſq;,largum adeptí commeatum per Anguſiam
hoſtíliter gradíentes ad Taum æſtuaríum tẽdebant.Fugíentes autẽ
vndíquaq; íncolę quos tumultus ſubíto non oppreſſit.Celurcę excí-
dío ímmínentís perículí admonítí, quã cladem Danorum rabíes An
guſianís hís pręſertím quí Celurcam íncoluerant íntulíſſet.ad Ken-
nethum regem fuere pro nuncío.Is tum forte Sterlíngí pręcípua cũ
nobílítatís parte publícæ ſalutís cauſa níhíl mínus q̃ hoſtem vlla ex
regíone expectans íurídícundo erat íntentus.Atrocí ítaq; nũcío per-
culſo Kennetho poſt breuem cũ prímoríbus conſultatíonem placuít
ne regnũ amplíorí díſcrímíní pateret,arma ín hoſtem ſumere, eí ob-
uíam progredí,pugnæ fortunę vltíma vrgẽte neceſſitate omnía cõ-
míttere. Ad regís ímperíũ díe conuentíoní dícta íngens homínũ vís
ocyus contracta ín campos proxímos *Ernę fluuío vbí ín* Taum labí
tur cõuenít:poſtera díe Kennetho ſacrís peractís índe moturo nũcía-
tur per exploratores,*D*anos Taum ſuperaſſe fluuíũ, & ad *Bertham*
oppídũ admouíſſe copías.Idq; arctíſſima tenerí obſidíone.Neq; ſexũ
neq; ętatẽ,ſed nec relígíonís reueretíam cuíq̃ ín *Scotorum* agrís aut
vícís ínuẽto, quo mínus per efferatę gẽtís ſęuítíã ferro trucídaretur
ín Anguſia Goureave ꝓfuíſſe. Ea percítus ĩíuría rex ſublatís caſtrís
cũ ĩpedímẽtís ad maturãdũ íter ín hoſtẽ ꝑ p̃conẽ vehemẽter eſt hor-
tat9.*S*equuta nocte ad Lõcartẽ(víco nomẽ eſt nõ ꝓcul a *Taí flumí-*
nís rípa p̃lío qđ tũ geſtũ *eſt ad poſterítatẽ ínſigne*)caſtra ponít.Nec

Dani accepto Scotoꝝ aduētu pugnam detrectāt,quin solita ferocia cūcta properanter ad prælium expedirēt.Kennethus illucescente sole Danos adesse conspicatus, copiis in aciē eductis pugnę idoneo loco constitit. Vbi primores milites𝛛ꝫ ꝓ cōcione affatus regii census immunitatē in qninquēniū cūctis ꝑponit , fore edicēs vt quicūqꝫ Dani caput sibi detulisset argēti minas decē aut agrū q tāti esset cōtinuo reciperet. Accingerēt itaqꝫ se ad cōgressum eo cū hoste apud quē in victos misericordię locus sit nullus. Proinde eligerēt aut fortiter honesteqꝫ in pugna ꝓstare,aut fugiētes (si id mallent) quocūqꝫ forent ituri ab immanissimo hoste summa cū ignominia rapi ad suppliciū. Secūdū regis verba milites in spem certā erecti & p̄mii & victoriæ, aciebus instructis magno ordine ducis imperio se cōtinuerūt . Malcolmus Duffus Cūbrorū princeps dexterā alam, sinistrā Duncanus pręfectus Atholię,mediā rex Kēnethus moderabatur. Hostes cōtra ad radices monticuli qui in vicinia est aciem instruūt vt aduersis mōtibus Scotis esset cōfligendū.Instructę acies diutius stetere in procinctu.Nostri tandē certaminis nimiū cupidi quū crederent Danos haud in ęquū descensuros ocyus mouētes q̄ militaris expetebat ars, catapultarū atqꝫ sagittarum ingentē vim in eos emittūt.Id sentiētes Dani ne montis iugo corpora missilibus cōficiēda obiicerēt: relicto mōte ordine seruato,magno cū clamore in pugnā ruūt. Estqꝫ pœne ita prius concursum q̄ signū a ducibus daretur. Vterqꝫ exercitus ea ferocia dimicabat vt magna vtrinqꝫ accepta illataqꝫ clade vix alteri9 vim potuerit sustinere.Pugnatūqꝫ ita nōnihil fortuna neutro inclināte,Neqꝫ aliud Scotorum victoriā morabatur,q̄ ꝙ milites multo magis in Danorū capitibus vt secum asportent,amputandis q̄ in victoria indipiscenda sese occuparent : quod animaduertentes Danorum duces per vocalissimos inclamant: nulli sperādā post eam diem vitā nisi victor exercitus in castra rediisset. Dani milites ad vocem tanta vi sunt in Scotos euecti vt primū dextrum cornu vim amplius sustinere non valens:mox sinistrum impulsum terga daret,media acie aduersi exercitus impetum egregie ferente.Est inde res nostra in discrimen maximū adducta.Sequuti eteni fugiētes Danorū ꝑmulti tetrā cladē in interceptos edidere. Fuissetqꝫ dies illa lōge Scotis funestissima nisi p̄lii redintegrator dei nutu (vt est credere) ocyus affuisset. Proximo in agro tū forte homo erat agrestis qdā,rei rusticę duobus cū filiis intētus ac rudi robustoqꝫ corpore sed nobili atqꝫ ingenti spiritu.Hay ei nomē fuisse ꝓhibēt.Is regē Kennethū potiori cū nobilitatis parte,media acie alis nudata in pugna perstantē hortantēqꝫ dimicātes milites & fugiētes increpātē,hostiūqꝫ vi pœne oppssū cōspi-

catus,oborta cōmiſeratione aratri arrepto iugo filios vt idē facerēt
admonens vt ſimul cū tot fortiſſimis egregie mortē ꝓ patria obiret,
in prælium alacriter eſt profectus. Locus erat in pugnę vicinia vete-
ribus foſſis valliſq; ex ceſpitibus longo tractu anguſtus: per hūc cę-
des Scotorum fuga protrahebatur. Illuc Hay cum filiis ratus nuſq̄ 45
cōmodius fugam ſiſtendā extemplo ſe conferens quēcūq; offenderet
fugiētē,ſiue hoſtis eſſet ſiue amicus,aratri iugo vſus pro pręliari in-
genti ferocia trucidauit. Inter hęc viri pugnaciſſimi ingētē ſuſtulere
clamorē Scotis redeundū in aciem,pręliūq; redintegrādū: nouas co-
pias pugnę expertes adeſſe, quorū auxilio in perfidos & omniū im- 50
maniſſimos Danos facile pararetur victoria. Viderint propterea (in
quiūt) an maluerint denuo cum hoſte manus cōſerere an ab amico
exercitu crudeliſſime cędi. Hęc aut ſimilia vociferantes pater & filii
anguſto loco, vt fors fortuna obtulit fugiētes Scotos perſequētesq;
Danos fortiter ſuſtinuerūt. Territi ꝑ hęc Dani rati, qđ nō erat, nouā 55
ac ſubitariā Scotorū manū vt Kennetho auxiliaretur adeſſe, omiſſa
perſecutione ſolutiſq; ordinibus ad ſuos redire conabātur. Victi pri-
us tū Scoti animis recreſcētibus, Danos victores ad locū pugnę ho-
ſtiliter perſequuntur. Mulieres & agaſones quorū vis ingens aderat
ad ſpolia legenda vociferabātur, quoſdā ex Danis Scotos inſequen- 60
tibus inſidiis īterceptos cęſoſq; cęteros turpiter fugatos vnde ſolue-
rant coactos redire. Sentiēs his Kennethus hoſtibus animos remitti
ſuiſq; paulū accreſcere, laudare quoſdā, increpare alios vt domi fero-
ces in pugna ſegnes, timidos, imbecilles, & q̄d eos moretur rogitans
quur nouis auxiliis adiuti hoſtē nō pellerēt iā proprio victū pauore? 65
Audiebat miles regis verba, tantuſq; pugnandi ardor animos ſubiit
vt mente ab omnis periculi memoria abhorrēte cęci ruerēt in hoſtiū
tela. Noua ea Scotorū alacritas, vęcordia hoſtes plurimū turbatos
auertit locoq; ſubmotos pepulit in fugam. Ingens inde Danorū cę-
des ſequuta. Multos Hay filiorumq; oppreſſit ferocia. Sed plures lō- 70
ge Scotorū Danos perſequentiū ira & furor implacabilis. Clara ea
victoria fuit Scotę nobilitati ad extremū media acie pugna perſeue-
ranti. Sed Hay qui res perditas egregie reſtituit, victos fugatoſq;
Scotos reſumpta alacritate ad pugnę locum, victores pauloante Da-
nos iam tum fugiētes perſequi fecit, longe clariſſima. Nocte quę eū 75
diem eſt ſequuta victores rei nulli pręter q̄ cantilenis cōmunē ſonan-
tibus lętitiam pugnę loco operam dedere. Sub primā ſequentis diei
lucē hoſtiū caſtris receptis, omniū rerū copia refertis, collectis adiū-
ctiſq; his cęſoꝝ ſpoliis optimā totius prędę partē cūctis probātibus
Hay eiuſq; filiis dedit Kēnethus. Reliquū prędę victorib9 militibus 80

1 veteri gentis instituto tradidit diuidendum. Rex prælio ita confecto cum nobilitate Bertham aditurus splendidas vestes arculis proferre easdem Hay & liberos vt spectante populo honoratiores haberentur induere iubet. Id Hay auersatus vt operi rustico fuerat intentus
5 absterso puluere & sudore i nullo veste mutata, se cū liberis quo rex iuberet iturum dixit. Properanti regi Bertham ingens mortaliū vis effusa vt Hay viderent, quis esset qui solus duobus cum filiis tot efferatorum hostium inclinatis rebus sustinuit impetū, suorūq; redintegrauit pugnā, atq; pœne deploratam regni salutem vltimo certe
10 laborantem discrimine egregie ita asseruit: ipsumq; patriæ secundū regem seruatorem salutantes in oppidū lętis acclamationibus excipiunt. Eaq; hominū frequentia Hay stipatus aratri iugum quo præliari patrię asseruit libertatem, portans humero eo plus quolibet ferro omniū iudicio honestatus, Lictoribus signiferis, caduceatoribusq;
15 quo ordine mādauerat Kēnethus hominē pręcedentibus in regium hospitium summa omniū lętitia est deductus. Leuatus ita Danorum iniuria rex post dies aliquot Sconę facto primatum consessu cūctis suffragātibus decreuit, vt Hay eiusq; posteritas inter nobiles regiosq; amicos exinde numeraretur: dimissaq; re rustica ob singulare
20 beneficium tempestiua opera in publicam salutem collatum, præter pecuniam & alia magnifica munera agros certos quo vellet loco ad sumptus nobiliū more reciperet. Ferunt senem suadentibus filiis quibus glebæ vbertas haud erat incognita, agri quem Taus e regione Fifę ad Errol vicū alluit petiisse, quantum falco manu emissus, absq;
25 quiete transuolaret. Idq; ei regia beneuolentia libere donatum. Ergo delecto ad Inschyrā loco (ad nostrā ætatem id nomen peruenit) manu emissus falco ꝑpetuo volatu Rossę vicū quatuor ꝓpe passuū milib9 ab Alecto petiit, ingētiq; lapidi eius in vicinia cōplicatis alis insedit. Cessit per hęc seni ac filiis in hæreditatē quicquid agri Inschy
30 ram & pręfatum saxum longo tractu interiacet: longū sex milia passuum, quatuor prope latum. Huius rei fidē lapidis nomē (falconis enim Saxū vel hoc tempore vulgus appellitat) facit. Idemq; ager totus pœne ab illius viri posteritate exinde possessus. Cæterū ne quid Hay desideraret, quo minus celebris deferret̄ ad posteros, iussit Kē
35 nethus tres clypeos rubentes eximiæ fortitudinis in patria tutanda aduersus hostes signum, argentea facie conscripta vt exili ex fortuna ad opulentam eximiāq; fortunā virū deuenisse dignoscerēt legētes, ipse eiusq; familia deinceps haberēt pro insigni. Addita insignib9 iugi (quo pręliaris loco, dū ꝑclitantibus copiis subueniret, erat vsus
40 senex) figura. Vnde quis ipse fuerit, quāto corporis robore, qua ani-

mí magnitudine in hoſtibus fortiter expugnandis ad poſtera ſecula
deferretur. Ab hoc viro Hays familia haud mediocriter inter noſtra
tes hodie rerum geſtarum gloria celebrata originem duxit, prædiis,
agris, & eo tandem inſigni magiſtratu quem comeſtabilariũ dicunt
regum Scotorum beneuolentia poſtea donata. Hęc primis Kẽnethi 45
regis annis acta: ſequuntur inde tempora quę tametſi nullo externo
bello turbata, inteſtinę tamen ſeditiones, non ſine multorum iactura
turpiter fœdarunt. Primũ Hebridianorum manus in Roſſiam tranſ
miſſa prędam inde conata abigere intercepta ab incolis, pœnas tẽta
ti ſceleris luit. Hunc tumultum grauior lõge quẽ Cruthlintus Mer 50
nię gẽtis p̄cipuus Fenella Cruthnethi filia genitus Anguſianis Mer
nianiſq; longe pernicioſiſſimus ſuſcitauit, eſt ſecutus. Cruthnethus
etenim Anguſiæ partem quæ duos fluuios alterum Eſcam meridio
nalem, alterum aquilonarem vocant interiacet, regia authoritate mo
derabatur: & quem pendebant incolę quotannis cenſum quęſtor ad 55
regios vſus recepit. Apud hunc quum nepos eſſet Cruthlintus eius
forte inuiſendi cauſa in arce Delbogin orta ex pœne nulla aut certe
exigua admodũ cauſa ſeditio inter aulicos primũ conuiciis, verberi-
bus inde continuata duos Cruthlinti familiares ſuſtulit. Queſtus in
iuriam Cruthlintus apud auũ haud ęquis auribus auditus, & reſpon 60
ſum contumelię plenum, veluti totius author iniurię accipiens, atq;
inſuꝑ a miniſtris fœde pulſatus vix incolumis & vita ſalua abire eſt
permiſſus. Ægerrime ferens adoleſcens contumeliã domũq; abiens
Fettircarnem regium caſtellum Merniæ regionis tũ caput, vbi ma-
ter Fenella erat, ex itinere diuertit. Fenella mulier ꝓcaci ac violẽto in 65
genio, cognito quã ignominiam filius accepiſſet ab auo, multis pro
bris ac cõuiciis iactis in patrẽ Cruthnetum, ferocem ſpiritum varie
nutriens in adoleſcente illico eum armat in iniurię vltionẽ. Neq; res
dilationem accepit. Cruthlintus etẽ per ſecretos nũcios accitis ad
ſe neceſſariis amiciſq; quos ſolos conſilii conſcios effecit cum Mer- 70
nianorum manu noctu in Anguſiam hoſtiliter eſt profectus. In Del
bogin miniſtris vltro fores recludentibus, nec quid expectãtibus in
ſidiarum receptus, auum Cruthnetum ſubito oppreſſit, arcẽ diripuit
diruitq; & cunctis ſine ſexus diſcrimine, qui in ea erant cęſis ſupelle
ctilem iis qui ſecum eo venerãt eſt partitus. Debacchatuſq; poſtero 75
die per vicinos Cruthneti agros ingẽtem prædam collectam domũ
ſecum deportauit. Anguſiani iniuria iritati haud diu quieuere, quin
& ipſi coactis cohortibus, Merniam peterent hoſtiliter: vbi mortaliũ
ingenti edita ſtrage, vndiq; pœne & hominũ, & pecudum fecere ſoli
tudinem. Gerebant exinde aliquãdiu vicini populi bellũ inteſtinum, 80

1 incursiones depopulationesq; mutuas quotidie exercentes: apparebatq; alterū alterius iniuria si non remediū aliquod ocyus foret adhibitū, breui in exitiū lapsurū. Kenethus itaq; rex domesticę seditionis certior factus, mādat p fœcialē Cruthlintho Angusianis & Mer
5 nianis, quos criminis fama insimularat die qui foret ab eo quintusdecimus (erat is dies maiorꝝ sentētia iuridicūdo dictus) armis depositis Sconę ad tribunal afforēt. Capitali supplicio iis qui imperio non obtēperarēt ꝑposito. Pauci admodū edicto parebāt. Cōplures em̄ ne irati regis arbitrio se nō sine capitis periculo cōmitterēt, Cruthlinto
10 duce, relicta Mernia cū fortunis, liberis, & cōiugibus ocyus occupabant fugam. His vehementer iritatus rex, Scotorum animaduersis ingeniis q̄ prona essent habita indulgentia ad rebellionē, iustis vero suppliciis ad obtemperandū magistratibus: ratus nisi factiosos cruētosq; grassatores, rebellesq; q̄primū opprimeret, externi hostis loco
15 quo tū maxime vacabat, domesticū ꝑpediem se inuenturum: fugitiuos magnis ꝑquirit laboribus. Pręhensosq; tandē in Loquhabria ad Dounsynnam (arci id nomē est in Gourea regione, Maccabęi regis vt alio referetur loco, opera insigni) reducit. Vbi acta cum illis lege Cruthlintum primum cæteros inde vtriusq; factionis præcipuos, ca
20 pitali admouit supplicio: plebeis q duces dominos inuiti secuti minus deliquisse videbātur, domum libere dimissis. Tanta regis omnibus spectata æquitas cum obseruantia terrorem cunctis inferens totius gentis ei nouum quendam fauorem conciliauit. Nec quispiam exinde ne optimū offenderet principē sinistri quicq̄ de eo fari vel au
25 dire aut voluit, aut ausus fuit. Secuta hæc regni dexterrima administratio ad secundum supra vicesimum prope Kennethi Regni annum quando vir alioqui inclyta iustitia in fœdum parricidii crimen incidit: at eo fœdius postea habitū, quo innocentior fuerat ad id tempus eius vita, notiusq; omnibus in publicam salutem studium. Cæ
30 cus enim nimiumq; propensus in liberos amor perpetrandi homicidii fuit ei occasio. Enimuero ægerrime ferens, Malcolmum Duffi olim regis filium iam tum ab initio suæ administrationis vt secundum se in regnum succederet, Cumbrorum principem creatum, suis itaq; eum liberis si nondum maturi ipso fatis cedente forent, ad im
35 perium regno prælatum iri: vt filio suo Malcolmo (erat id natu maiori nomen) Cumbriæ deferretur principatus, Malcolmum Duffum virum eius ætate optimum dolo malo sustulit. Signa enim in demortui corpore conspecta, veneno sublatum iudicibus medicis ostenderūt. Verum nemo omnium erat qui regem tanti criminis in
40 simularet, mira eius æquitate quam semper in publica administra-

tione præ se tulisset obstante. Suspitionemq; a rege auertit ad primum viri interitus nuncium subitarium eius decretum: vt cunctis templis, piorumq; cœtuum oratoriis, episcoporum quoq; basilicis obsequiis cerimoniisq; tum pro vita functis fieri solitis, pro extincto Malcolmo vota darent precesq;. Ipse raro lachrymis temperauit quin fidissimi (vti asseruit) calamitosum amici casum in hominũ præcipue congressibus acriter defleret. Magnatum nonnulli q̃ dolor verum animi affectum superare videbatur, quandam notauere in rege simulationem, inuicem mussitantes quid ille portenti parturiret. Sed q̃a cuncta essent incerta rexq; omnibus in mira haberetur veneratione, cogitata represserunt. Sub id tempus misit diuus Eduardus Edgari regis filius (moderabatur is tum Anglorum imperium: Christi martyr Estuldæ Nouercæ insidiis futurus, ad Kennethum regem legatos qui dicerent Anglorum regem ægre Malcolmi Cumbrorum principis interitum audiuisse. Sed quia homines non ignoraret mortales genitos, non tam illius mortem sibi dolendam censere q̃ viri fidissimi de Anglorum republica optime meriti memoriam pietate & officio colendam: iam eo viro extincto cupere ex animo, cuius studium in Scotorũ salutem, ne parum omnibus semper esset perspectum, vt veteri pace ac fœdere vtraq; gens in alterius amore perseueraret, Cumbrorum principem dicerent, authore rege Scotorum primores: qui vti in fœdere erat cautum, præstito in Anglorum regis fidem sacramento, pacis assertor cultorq; inter populos fidus exinde & Scotis & Anglis perstaret. Auditis legatis, concione publica quam Sconam primatibus Scotorum paulo ante indixerat Kennethus, respondit se Scotorumq; gentem initi fœderis cum Anglis in nullo pœnitere, velleq; illi stare: rata habere quæcunq; eo in fœdere contenta essent: placereq; vehementer quę rex Eduardus optaret: eundum itaq; vltimis conatibus in eius consilium & insuper gratias amico principi habendas q̃ rem ad regnorum incolumitatem, & ad vtriusq; populi ocium & quietem spectantem adeo diligenter curauerit. Acturum se cum patribus de Cumbrorum principe dicendo. Id eorum authoritate ex veteri consuetudine fieri oportere. Idcirco precatus est vt postridie eodem adessent, quem primores Cumbriæ præficerent, vti cuperet optimus princeps Eduardus, audituri. Abeuntes secundum hæc legati celebri comitatu in regiam sunt adducti. Tum Kennethus maiores populi qui illuc conuenerant ita dicitur affatus. Si huius regni salutẽ, si populi pacem & ocium in longa tempora perseuerare cupitis (viri mihi huicq; reipublicæ semper fidissimi) non tam ad eam quæ

¹ superioribus annis fuit publicam in magistratibus deligendis formam, in iuredicundo, & maxime omnium in instituẽdo rege, q̃ ad futura tempora qualia ipsa fuerint, si qua calamitatem aut calamitatis metum possunt adferre, ad cæterarum orbis gentium ritus in rebus
⁵ publicis moderandis & ad hominum mores, quod moderaminis genus, qualem ducem, quas leges exposcat summopere perspiciendum fuerit: Haud ignoratis scio (& quis id ignorare potest?) hominum ingenia cum tempore mutari, labi vt plurimum in deterius, nouos mores noua exigere iura: nec bono æquoq; esse dissonum nonnunq̃
¹⁰ quod in erroribus emendandis, præmiisq; discernendis benemeritis olim iurisconsulto placuit: hoc ipso minime placere tempore. Est lex lata post Fergusii regis illius qui hoc regnum condidit exitum, ꝙ eius, tum liberi Mainus & Ferligus nondum per ætatem apti essent ad nascentem rempublicam administrandam, vt decedente rege fi-
¹⁵ lio relicto impubere, qui ex regia familia ad summam administrationem maiorum iudicio maxime esset idoneus, is & non regia proles in demortui regis subiiceretur locum: quo tandem vita functo, prioris regis filio modo maturus esset imperio, sub pędonomo pręceptoribusq; ad id vsq; tempus detento, vlla sine controuersia deferretur
²⁰ regnum. Eademq; lege vetitum est, ne aliquando publica libertas veniret in discrimẽ, impuberem inter Scotos regnare: Quam legem tametsi multi tum atq; secutis exinde seculis æquam & adulescenti regnoq; tutando maxime opportunam iudicarent, mihi tamen publicæ saluti officere, & vt inimica fotrix intestinæ seditionis, regio
²⁵ creatis sanguine, quos saluos esse maxime oportuisset, magnum aliquod malum semper parturire visa est. Ea si qua nostris annalibus fides sit adhibenda, Ferithari qui secundum Fergusium regnauit in hac gente Ferligi opera primum insidias parauit: deinde virum malo sustulit dolo: Parricidiiq; iustas pœnas Ferligus luit, extorris, pro
³⁰ cul a patria in longo exilio turpiter consenescens, & cum summa tandem extinctus ignominia. Vnde prima editæ tum legis obseruatione duplici fœdata parricidio facile est ostensum, q̃ ad posteritatem inutilis foret iniqua & cruenta Regis optimi constitutio. Laboratum paruo post tempore, Reuthare summum administrante impe
³⁵ rium, eadem sanctione in causa ciuili bello: permultis & ex nostris & ex auxiliaribus Pictis in vtriusq; reipublicæ perniciem variis pugnis cæsis. Eoq; tum miseriarum redacta est nostra respublica, Britonum veterum hostium obiecta iniuriæ, vt post fœdam multorum fortiumq; militum occidionem, Scotorum nullus per aliquot exin-
⁴⁰ de annos quẽ vilissima seruitus, summa cũ indignatione oppressum

non tenuit, in Albione fuerit conspectus. Sequutæ deinde restituto in pristinum statum regno crebræ heroum cędes, nepotibus, patruis patruelibus nõnunq̃ mutuo & his potissimum necessariis, quorum salus fuisset summopere optanda capitales tendentibus insidias. Porro iniusta de qua loquimur, sanctio contra fidem & omne æquũ honestumq; officium edita, summa charitate inter se coniunctos, hostes inter se digladiantes frequenter effecit. Regiam nonnunq̃ stirpem neruum, ac huius reipublicæ robur ac stabilimentum hosti deditam, tradidit ad supplicium: & quorũ de regno nihil intererat, ab exili ad opulentam non sine multorum pernicie prouexit fortunam. Eadem etiam viris præstanti omniũ existimatione virtute præditis mentem adeo immutauit, vt ex mansuetis prope modum cruenti, ex ęquis iniusti, ex liberalibus sublato pudore alieni cupidissimi, ex castis in omnem libidinem profusi, & demũ nullo non flagitiorum genere aspersi: perinde acsi iurassent in facinorum verba, post initum principatum euaderẽt. Et præter cętera mala, qđ sine animi indignatione quis referret? impuberes regibus prognatos, regaliq; educatos cultu atq; honore, genitoribus fato cedentibus, fidem & officium suorum lachrymis implorantes, e matrum amplexibus ne patris loco regnarent raptos ad carcerem publice iubet deputare custodiæ. Nullum est deniq; facinus tam crudele tamq; inhumanum, ad quod in regios liberos audendum nefaria corruptela regnandi cupidum non impellat. Absit ergo (viri præstantes) tantus in rege deligendo abusus diutius apud vos vires retineat. Absit vt optimatum quispiam, vt paternum regnum regiæ proli iniuria ademptum, alteri deferatur vnq̃ deinceps consentiat. Aboleatur ita pestilens corruptela. Diutina iniuriæ ingratitudinisq; nutrix. Aboleatur inquam deo ac mortalibus cunctis detestanda, tantorum parens nutrixq; in nostram rempublicam malorum: quæ tot regias familias pro vna, multiplicata ignominiosa seruitute in irreparabilem pœne omnium iacturam hac in gente creauit. Haud quispiam si non rege prognatus (modo demortuo principi liberi supersint) cæterarum orbis gentium more inter vos quauis sit ætate constitutus deinceps sit regnaturus: vt huius reipublicę salus non vnius hominis ductu sed vestrum omniũ fidei atq; officio mortalibus omnibus iure cõsistere videatur: ita ꝓcul dubio regnãtes regiiq; liberi vobis exinde magis venerabũdi & vos illis solito chariores estis futuri. Mox vt rex dicendi finem fecisset, immissus est inter nobilium quosdam a regiis aulicis ex composito sermo Malcolmi Kennethi filii Cumbriæ principis deligendi vt eo gradum haberet Malcolmus ad regnum post

1 extinctum patrem occupandũ. Fuit extẽplo is sermo multis in ore, quod sentiens Kennethus rogat maiores gentis, quem Cumbriæ principẽ iuberent: qui fœderis inter Anglos Scotosq; cęteris opportunior esset assertor. Constantinus Culleni regis filius & Grimus
5 Duffi Regis nepos ex fratre Mogallo, viri tum inter Scotos præcipua authoritate (hos Kennethi consilium, & quo animo in ipsos si ei in aliquo aduersarentur esset futurus certis indicibus non latuit) etsi veteris legis vigore ad regnum anhelarent: rati tamen frustra negandum quod vi posset extorqueri, dum eos caduceator
10 primum sententias rogaret: longe aliter q̃ animo haberent responderũt: omnia in regis arbitrio sita, penes eum esse quemcunq; vellet in Cumbrorum principem delegendi potestatem, veteris instituti creandi regis modo luberet abrogandi, nouæq; legis ea de re condendæ. Horum suffragia sequuta multitudo, Malcolmum princi-
15 pem Cumbriæ ingenti ac indiscreta voce conclamat. Est eo modo Malcolmus Kennethi Regis filius natu maior immaturus per ætatem ad principatum populi suffragiis patre authore in Malcolmi Duffi locum Cumbriæ princeps suffectus. Postridie venientes legati in concionem, vbi quæ acta erant placide audiuissent: fuissentq;
20 regia beneuolentia, largis aucti muneribus in Angliam redire, & cum his Malcolmus, vt Eduardo insinuaretur, in eiusq; fidem pro Cumbria iuraret, sunt permissi. Hæ tum leges nouæ creandi Scotorum Regis, abrogatis veteribus, iubente Kennetho, maiorum autem compluribus tacentibus magis q̃ rem probantibus: aliis tamen
25 succlamantibus plausibiliter, rata fore quæcunq; Rex sanciret: sunt illic latæ.

Rege vita functo proles virilis sexus natu maxima, filius nepos ve qualibet ętate constitutus etiam posthumus futurus in regnum succedito.

30 Nepotem ex regis filio prognatum ei quem filia peperit in hæreditate adeunda præferto.

Eademq; lege cum regis nepote ex germano procreato, collato ad eum qui ex sorore natus est, agito.

Cunctis ex Scotorum gente in hæreditatem succedentibus, idem
35 ius seruato.

Rege adhuc impubere insignem virũ prudentia simul & opibus qui ad quartumdecimũ regis annum in regni sit administratione communi primorum consensu dicito.

Eo anno emenso Rex ipse liberam regni administrationem adsu-
40 mito.

Cæterorum hęredes patribus defunctis, ad alterum ſupra vigeſimū
ætatis annum ſub tutatoribus curatoribuſq; contineto.
Eoq; non prius anno hæreditatem adeundi ius eſto.
His legibus propalatis patrumq; firmatis authoritate, perſuaſum
habens Kennethus regnum ſibi ſuæq; poſteritati exinde ſtabilien- 45
dum, æqua iuris adminiſtratione plębem, nobiles largitione, quibus
plures ex regiis agris diuiſit mirum in modum ſui traxit in fauo-
rem. Rex ita omnium iudicio fœlix, ſibi vehementer infœlix eſt habi
tus: quippe qui ne admiſſum peccatū in Malcolmū Duffum veneno
clam necatū indicio aliquo pateret, ſemper timidus: omnem vel le- 50
uem ea de re populi ſuſurrum ſuſpectum habuit. Sic etenim natura
comparatum eſt, vt qui tacite alicuius culpę ſibi conſcii ſunt, triſtes
ſemper ac anxii omnia in peius interpretentur. Pacatum etenim vn-
diq; regnum habens Kennethus nuſq̃ vrgente hoſte, impacatiſſimo
fuit pectore. Cui tandem ſub noctem quieſcenti huiuſmodi vox ſu- 55
perne (vt creditur) eſt allata. Haud tibi perſuadeas Kennethe Mal
colmi Duffi impiam cædem cęleſte numen latere: tu author infan-
di criminis ſcelerata cupidine correptus innocentis necem excogita
ſti, auſus dolo malo parare proximo, quod in proceres merito vltu-
rus fuiſſes. Fore idcirco, vt ob iram numinis quā in te concitaſti, tan 60
tū ſcelus ingenti ſupplicio tu tuiq; liberi haud ſine domeſtico dede-
core propediem luatis. Iam enim tibi capitales parantur inſidiæ, eo
tendentes vt te ſublato tuiſq; liberis male affectis, regnum iſtud per
vim nefaſq; occupent. Ad vocē Rex ingenti terrore percul ſus, quod
noctis ſupererat mœrore, ac luctu duxit inſomne. Mane antiſtite 65
Moueano viro vt viuere docuit alios non ſine opinione ſanctitatis
viuente, ad ſe accito, ſcelus aperte fateri lachrymiſq; & miſerabili
comploratione veniam precari. Audita Moueanus regis querela,
quantumq; indicibus lachrymis doleret factum agnoſcens, ſuaſit
delicti ageret pœnitentiam: fore docens dūmodo in ea perſeueraret, 70
numinis iram ſentiret mitigatam. mortalium flagitiis numen cæle-
ſte ad iracundiam incitari: pœnitudine piiſq; operibus a deſtinato
ſupplicio factum propitiū ad miſericordiam haud dubie flecti. His
Moueani epiſcopi ille verbis confirmatus illico admiſſi ſceleris age
re pœnitentiam, ſacra loca, diuorum templa multis ornata donariis 75
religionis cauſa frequentius inuiſere: piorum cœtus pauperеſq; ve-
ſtire, fouere, ſacerdotes plus ſolito honorare: nihil demum omittere
quod pio & vere chriſtiano rege dignū quiſpiā arbitraretur. Nec ita
multo poſt euenit vt poſteaq̃ Forduni (vicus eſt in Mernia regione,
Scotorꝶ apoſtoli Palladii ſepulchro inſignis) eiuſdē ſanctiſſimi pōti 80

ficis Palladii reliquias inuisendo ex more piis donariis,cerimoniis precibusq; fuisset veneratus: Fetircarii castellum vbi tunc saltus erat omni ferarũ genere quæ in Albione nascuntur exundans, diuerteret:vbi a Fenella loci domina,cuius filium q; cruentam inter Angusianos Mernianosq; seditionem(vti antea est significatum) suscitasset, vltimo affecerat supplicio, hospitaliter est receptus. Erat Fenella Malcolmo Duffo quem regis dolo malo diximus extinctum Cõstantino Grimoq; regii sanguinis viris edita,recenter legis Kennethi commento regnandi iure fraudatis,multa necessitudine coniuncta: & ob id Regem infensissimo prosequuta odio. Procaci mulieri indies magis magisq; angebat animum, quam regem Malcolmo Duffo intulisse fama incerto authore loquebatur violenta mors: alienatioq; Constantini ac Grimi ab iure regnãdi, sed omnium maxime filii Cruthlinti ignominiosum supplicium. Nec quiescere potuit noctu aut interdiu in tantarum iniuriarum vltionem armata,quin regis capiti omni qua potuit arte,si quando opportunitas offerretur pararet insidias. Non erat fœminæ ignotum q̃ Kennethi ingenium magnifica ædium structura atq; ornatus delectaret. Ergo quo regem facilius circumueniret, turrim in munitione cubiculo adiunctam miro fecerat tabulatu. Texit eam turrim cuprũ statuarũ florumq; varietate pulchrum: arte tamen plusq̃ materia spectantibus admirandũ. Interior eius ornatus quẽ Albion nõ habuit,a peregrinis ingenti est sumptu cõquisitus. Pendebant tapetes auro bissinisq; filis contexti:eos pone,tensas ballistas cum catapultis acutissimis spiculis vafrum mulieris ingenium locauerat.Media stabat æde regis Kennethi ænea statua pomum aureum gemmis consitũ manu continens ea arte fabricata: vt q̃primum quispiam pomum manu tractando loco etiam paulum moueret:expeditæ ballistarum chordę,catapultas in tractantem ingenti vi emitterent.Perfida Fenella his armis atq; commentis munita, secundum epulas regem in turrim blandiuscule inuitat, veluti illo secretius quid cum eo actura.Paret infelix Kennethus fraudis ignarus, & cum scelerata fœmina conclaue ingressus,occlusis foribus aulea mira arte contexta cæteramq; supellectilem & præter cætera æneam statuam, effigiemq; eius demiratus: sciscitatur placide Fenellam quid illud simulacrũ portenderet.Hæc(inquit versuta mulier)tua est statua:hanc apud me ornatiori loco esse volui vt qua veneratione ipse sis mihi, cunctisq; esse debeas,facilius dignoscãt spectantes.Pomo aureo quod cernis gẽmis eleganter adeo ornatum veluti mei in te amoris pignore de

creui te(rex optime)donare. Accipe ergo obſecro munuſculum li
cet haud tua regiaqꝫ magnificẽtia dignũ,quale tamen ipſius eſt in
te animus quæ id tibi elargitur.Gemmæ q̃plurimę pomo inſertæ
ſunt,Smaragdus,Hiacynthus,Saphirus,Topaſius,Rubinus,Cya
nenus,vim quandã celeſtem hominis contra peſtifera letaliaqꝫ ve
nena tuẽdi ſpirãtes.Hęc vbi dicta iã dolo finẽ imponẽdi tẽpus ad
eſſe rata,in angulũ,veluti aliq̃d vt ſimulabat ex arculis prolatura,
quo periculo leuaret̃, ſe contulit.Mox regẽ gẽmarũ captũ pulchri
tudine incautius aureum pomũ manu loco dimouentem expeditæ
in mortem eius balliſtæ miſſilia acutiſſimis armata ſpiculis tor
quentes dicto citius nihil tale ſuſpicantẽ trãſfodiũt.Eſtqꝫ eo venefi
cę mulieris commento ingenti cum Scotorum totiuſqꝫ reipublicę
incõmodo optimus princeps infelicẽ vitę ſortitus exitũ. Fenella vt
vidit regẽ cecidiſſe(quod euenturũ ſciebat)moribundũ, ſecretum
per poſticum abiens in ſaltum munitioni prope hęrentem ocius ſe
recepit:vbi admiſſis pernicibus equis in ſimilem vſum paratis cele
ri curſu priuſq̃ mors regis cuiq̃ fuiſſet patefacta,periculum ſequẽ
tium euaſit.Aulici qui in ſeram vſqꝫ noctẽ Kennethi reditũ fruſtra
ſolliciti expectauerant,fores leuiter primum,inde impetu pulſant.
At vbi fruſtra diutius id tentaſſent ſuſpicati(quod erat)nonnullo
malo regem affectum,fores ocyus vi effringunt.Et vt regem vulne
ribus confoſſum,mortuũqꝫ ſolo decubantẽ viderũt: Fenellæ caput
execrati,veneficã extemplo vbilibet perquirendã ad ſuppliciũ man
dant.Ortus aulicorũ clamor ad ingratũ ſpectaculum regis cędem
vicinis primũ,cęteris inde patefecit:Fenellãqꝫ vt Cruthlinti filii ne
cẽ vlciſceret̃ cędis p̃dicãt authorẽ:id auſam qđ fœmineã manũ au
dere nemo vnq̃ fuiſſet ſuſpicat9.Euaſit cruẽta bellua,nec vlla dili
gẽtia cõplures exinde dies ꝑquiſita poterat inueniri.Permultis aũt
tenuit ſuſpitio ipſam ad Cõſtantinũ ſe cõtuliſſe, haud ignarã q̃ vir
ille in Kẽnethũ regẽ iimico eſſet aio,eiuſdẽqꝫ Cõſtantini oꝑa ne tã
immanis ſceleris pœnas lueret miſſam in Hiberniã . Suſpitionem
auxit Cõſtantini ſequuta ſubitaria imoderataqꝫ regni ambitio. Nã
vix regis interitu ꝓpalato circuire Cõſtantinus regiones amicorũ
cũ cohortibus nobileſqꝫ precari ſe ſuffragiis iuuarent ad regnũ oc
cupandũ.Id ſibi deberi veteri iure docẽs vti a Scotorũ regni initio
erat inſtitutũ,legem veterẽ regis creandi omniũ iuſtiſſimam nõ pa
trum ſed domeſtica authoritate Kennethũ abrogaſſe:haud publicę
ſalutis (vt erat videre) cauſa,ſed vt Malcolmus filius quẽ paucis
ꝓbantibus Cũbrię principẽ eſſe iuſſiſſet ſecundũ ſe vita functũ rex
ſufficeretur. Multorũ etiam authoritate inter Scotos pollentium

consensus erat Cōstantini regis creandi.Iiq; ipsum cū īgēti hominum multitudine Sconam adeuntem sequuti, duodecimo die post Kennethū extinctum fatali lapidi insidentē,regalibusq; ornatū insignibus,lętis acclamationibus regem consalutāt, Anno postea q̄ Kennethus regnare inceperat quinto supra vicesimū: millesimo vero originis Christianę:quo anno varia prodigia euenisse ferunt. Lapidibus in Albione & in Gallia pluisse:mare infinitā prope pisciū multitudinē reliquisse in Buthquhaniæ littore, qbus morientibus teter pestilensq; odor omnē cęli tractum in mortaliū perniciē multa tabe infecit.Lunā non sine ingenti spectantiū terrore sanguinolentam visam:frugesq; sequuta ęstate cum multis animātibus a sideris ardore,longaq; cęli intemperie in toto pœne Scotorū regno sunt absumptę.Vehementer inde tāta fame laboratū,vt nisi pisces plus solito exundassent,vnde populares vitā sustentarent,ꝑcul dubio mortaliū eo anno quot nūq̄ antea nostris regionibus esset auditū,periissent inedia.Admonuit ea res nostrates nō tā illi9q̄ aliarum ingentiū plagarū quibus Scotorū regnū breui foret cōcutiendum si nō flagitiis quibus erant deditissimi,relictis ad sanctius redirent institutum.Vigianus monachus Christi dogmatis egregius cōcionator,Is sub id tempus claruit cū Moueano,Medano,Blaano Englatio,Colmoco sanctissimis pōtificibus,Onano diacono,Congano abbate multisq; aliis viris moribus,& doctrina insigni probatis.Verum neq; prodigiis territi,neq; sacris pontificum monitionibus obtemperantes nostrates,aut resipiscere,aut in aliquo meliores effici curauerūt:sed omnia pertinacius agere,vnde etiā teterrimis cladibus aliis super alias sequentibus Scotia vehementer est percussa.Malcolmus nāq; Kennethi filius Cumbrię princeps accepto nuncio Constantinum contra legem creandi regis recēter latam,supremum inuasisse magistratum,secundum patris funus pōpa funebri in Ionam elatum:paternis collectis amicis cōsulit cum iis de orta seditione cum eius authore Constantino reprimenda. In consessu erant qui dicerent exploranda primatum ingenia , discendumq; quibus illi animis essent in tyrānum priusq̄ quippiam moueretur temere.Ne quū Malcolmus se maxime conaretur periculo leuare eo sese maxime implicaret,vnde absq; suo publiceq; salutis ingenti dispendio facile resilire nō posset.Alii censuere Constantinum priusq̄ vires firmaret alicubi subitario bello petendum: multos cum eo esse metu in simulatam amicitiā tractos , eos haud dubie vbi aduersam aciem viderint , deserturos tyrannum,vel potius si adfuerit facultas quem metuentes oderunt , vinctum hosti

tradituros fore iccirco modo ocyus impigrę in eū ducerentur copiæ: vt prębentum inopinato militum accessu paucis diebus, aut captus quo Malcolmus iuberet duceretur ad supplicium, aut si capiendi non daretur occasio q in aciem nollet descendere aliquo modo compelleretur ad mortem. Hanc sententiam sequutus 45 ferox adolescens plus suo ingenio q̄ prudentum consilio confisus, extemplo decem prope hominum millium contracto excercitu in Constantinū ducens variis peragratis regionibus peruenit in Laudoniam, Motus horum nuncio Constantinus rex & qui eius partes sequebantur, vt sua capita ab hostium tuerentur iniuria, raptis ar- 50 mis Malcolmo proficiscuntur obuiam. Admonitus harum rerum per exploratores Malcolmus, cognitoq; quantę hostium essent vires & quo bellico apparatu instructæ, quātaq; itinera conficerent pręliū quotidie poscentes, & suū excercitum ad hostium collatum, pœne nullum esse, vt imminens periculum declinaret soluto excer 55 citu fugienti similis abiit in Cumbriam. Erat per id in ora omnium ludibrio abiturus, si non Kennethus, Kennethi superioris nothus, fratris consulens honori, ingenti agmine in Sterlingi agris considens, hostiles acies ne in Forthea traiiceret, vi prohibuisset magna. Laboratum e vestigio in vtroq; excercitu, vt in cunctis Scotorum 60 regionibus, summa rerum omnium inopia. Vnde q cōmeatus defectu oblatam fortunam sequi nequiuerat Cōstantinus copias dimittere non sine animi indignatione est coactus. Plęriq; Scotorū Malcolmo fauebant, alii Constantinū sequebantur, Abiitq; ita Scotorū regnū in duas illico factiones. Sequutę per vicos & agros crebræ 65 incursiones ac depopulationes, vnde breui ingēs mortaliū vis, ferro ac fame absumpta, quantum dispendii intestina adferat seditio documento fuit posteris. Agrestes grassatorum iniuria sed magis annonæ inopia male affecti per sequutum annū ab omni agricultura, vtpote quibus boues, iumenta, reliquasq; fortunas grassan 70 tium rabies ademerat, abstinuerunt. Frequentes clades postea aliæ supra alias sequutæ, perdurante bello, mortalium vim ingentem, pecusq; pœne omne, miserabiliter consumpserunt. Cæterum quum huiusmodi cladibus oppida, vici, & agri, miserabili modo fuissent deuastati, factiones & si aliquando malis concussæ, nunq̄ tamen 75 attritæ, sæuiores semper ad mutuas iniurias surrexerunt. Nusq̄ ocium, nusq̄ quies fuit, pax procul iustitiaq; abfuit. Virginū raptus, matronarum stuprum, innocentum cędem, incendia frugum, vicorum, publicarum priuatarumq; ædium, templorū violationes, aut si qua maiora sunt in deum aut homines flagitia: qui vindicaret, 80

1 inueniebatur nemo. Ingemuerũt ad hæc Christi sacerdotes, cũctiq; piorũ cœtus, & qui stragẽ euaserant, vltimis malis affecti agrestes: neq; vlla melioris fortunę genti, longa post tempora spes effulsit. Dũ tantis incõmodis laborarẽt Scoti, Diuus Eduardus Anglorũ
5 rex Danorũ armis pœne attritus suam atq; Anglorũ gentis libertatem multis auri pondo redemit. At quũ nec eo periculo defungeretur, Danorũ perfidia in Anglos cũ omni perseuerãte iniuria, rem bello discernere instituit. Ad id Malcolm9 ex fœdere accitus cum valida Cumbrorũ manu profectus simul regi Eduardo animũ ere-
10 xit & Danis timorem incussit ingentẽ. Pax inde post leuia quædã pręlia vtrinq; citra multã cædem sacrorũ põtificum interuentu ea lege cõuenit, vt Eduardus Danis mille pondo auri penderet: Dani agris quos tũ occuparant in Anglia cõtenti, Anglos exinde bello non lacesserent, lacessitos, si forte vrgeret hostis armis ad extremũ
15 tutarentur. Interea Constantinus rex dũ Malcolmus Eduardo regi auxiliaris in Anglia cũ copiis moratur occasionẽ nactum se ratus Scotorum regiones audientes Malcolmo in suam redigendi potestatem, subitario cum excercitu, viginti hominum millium Laudoniam (stetit ea regio in Malcolmi fide) ocyus admouit: Kẽnethus
20 Kẽnethi regi nothus cuius paulo ante meminimus, quẽ ad omnem Constantini motum reprimendum Malcolmus in Angliam profectus, domi reliquerat expeditione mature prouisa, excercitũ in aduentantem hostem tumultuarie collectum armat. Constãtinus cognito per speculatores ad id missos Kennethum cum copiis ad
25 Amundæ amnis ostia tribus passuũ millibus ab Edinburgo considere, ratus se amne minime vadoso Phortheaq; ęstuario inclusũ hostem ad omnẽ iniuriã habere patentẽ, huiusmodi locũ velut maxime ad confligendũ idoneũ deligens, extẽplo illuc cũ excercitu cõtendit, suosq; ex more hortatus in pugnam ire iubet. Factoq; prẹlio
30 vtrinq; acriter concurrũt. Vixq; bene cõsertę erãt manus, quũ obortus subsolan9 vẽtus ingẽti cũ procella, volante arena admixt9 Cõstãtinianorũ aduersa ora deturbaret. Nulla hui9 rei inclemẽtia ad Kẽnethi milites, q͞ a tergo e cęlo tẽpestas esset eiecta perueniente. Habuere & ad hęc Constãtiniani oculis dũ pugnarent solẽ aduer
35 sum: vnde victoria neutri partium lęta Kẽnethi partes est sequuta. Duces etenim post variam in pugna fortunam singulariter congressi: mutuis affecti vulneribus pręlio perierunt. Ita Constantinus tertio gubernationis suę anno est extinctus Qui fuit Christi seruatoris secundus supra millesimum. Secundum pręlium ita confe-
40 ctum, Grimus Duffi olim regis nepos ex Kennetho fratre Thano

Atholię (alii Kennethũ Duffi filium volunt) Constãtinianę factio
nis tum pręcipuus: audiens Kennethum nothũ tota pene cum ad-
uersę factionis nobilitate prælio cæsum, euasisse plebeios tantum,
existimansq; victores in acie ampliorem iacturã victis accepisse: &
per id viribus vehementer effractos: his q̃ suę factionis erãt, ac Con 45
stantiniani exercit⁹ reliquiis collectis, Sconã adiens, veteri creandi
regis instituto sese Scotorũ regem multitudine probante declara-
uit. Scoticarumq; rerum ita potitus Grimus, beneuolẽtia qua fuit
ante initum imperium in Constantinianæ factionis viros in nullo
mutata, nihilq; aspere agens placide ac benigne adepta potestate 50
vtebatur. Insigni vir pręter alias animi dotes liberalitate, qua vir-
tute populi fauor maxime comparatur. Nam quum se Malcolmo
eiusq; partes sequentibus inuisum agnosceret, quo eius vitaret iniu
riam ad nihil magis operam dedit q̃ vt ab omnibus amaretur: ra-
tus eo pacto aut alio nullo sibi stabiliendum regnum. Iuuit virum 55
Duffi olim regis cuius nepos erat fœlicis regni administrationis
vitęq; innocẽtis memoria. Quippe iam id tritum vulgatumq; erat
apud omnes, Grimum regem in patrui mores optimos abiturum.
Erat pręter hæc Grimus corporis formositate adeo insigni vt con 60
sentiẽtibus animi corporisq; dotibus, multorum esset in ore ipsum
quasi manu ductum a fortuna numine annuente ad boni principis
maxime indigum imperium moderandum. Vt ergo auitam probi-
tatem referret, habereturq; & esset is quem populus eum futurum
rebatur: amicos quoslibet aut quorũ officium fidemq; in se fuerat 65
expertus opimis donariis honestatos in sua continuit amicitia. Pri-
mores Malcolmicę factionis ãnisus ad se trahere largitione ac be-
neuolentia, quosdam recepit in fidem, alios oblata beneficia auersa
tos eius Scotorumq; reipublicæ habuit pro hostibus. Hæc postq̃
Malcolmo nunciata sunt, q̃q̃ tristis esset & anxio admodũ animo, 70
ea se tamẽ contẽnere prorsus simulabat, ac dies aliquot domi quie-
tus ad amicos de negocio retulit. Suasere Malcolmo plęriq; ami-
corum ne temneret hostem quicum maior Scotorum pars senti-
ret, potiusq; prudenti consilio q̃ viribus cum eo contendendũ. Tra-
hendos si fieri possit ab eius officio gentis, opibus ac virtute præ- 75
stantiores: vt illa successerint, cætera prudentum ex sententia per-
agenda. Adquiescens amicis Malcolmus, Argadię, Lorn, Atholię,
Marriæ, Morauiæ, Rossiæ, ac Cathanesiæ Merniæq; Angusiæ &
Fifę Primores secretis nunciis ad id missis hortatur Kennetho re-
gi pręstitæ fidei memores, liberorum eius iustas partes consilio 80
& si opus foret armis tutarentur iustis. Ne sinerent legem regis

delegendi omnium suffragiis recenter editam Grimi tyranni am-
bitione violari. Iustum regni hæredem, non tyrannum contra pa-
tria iura impie vsurpantem regnum, sequerentur. fore, modo offi-
cio perstantes quæ proborum essent agerent, vt Grimo breui sub-
lato extinguerentur intestinæ seditiones: iusq; ingenti cum totius
populi vtilitate vbiq; coleretur. Cum his hortamentis ad se veni-
entes legatos nonnulli nobilium benigne excipientes a Grimo ad
Malcolmum defecerunt, vicinis vt simile facerent plurimum sua-
dentes. Alii longeq; plures, pręhensos nuncios reuinctis post ter-
ga manibus ad Grimum regem misere: quos ipse in publica custo
dia detineri iussit. Hac iniuria iritatus Malcolmus, perfidiamq; eo
rum qui legatos contra ius gentium violarant execratus, amicis
persuadentibus expeditionem edicit in Grimum. Emensis inde qu-
decim diebus eisq; delectu facto comparatoq; commeatu iter in
hostem cum ingenti belli apparatu est aggressus. Dum in itinere
Malcolmus esset, Grimus copias ducens tardius vt hostes ab eo-
rum sedibus lõgius traheret iter facit. In eius excercitu erãt hebri-
diani & quicũq; Scotici sanguinis viri citra Fortheam Cludamq;
amnes sedes habent. Ex cæteris Scoticarum regionũ incolis Mal-
colmi copię numero longe inferiores erant conflatę. Vt vero nun-
ciatum Malcolmo est, quantis copiis, quantumq; expeditis ad pu-
gnam aciebus Grimus aduentaret: id ne in excercitu nunciaretur
eoq; pauore correpti milites animos remitterent: essentq; eo ad pu
gnam minus alacres, edictum proponit ne ad excercitum venien-
tem quempiam, miles reciperet, aut loqueretur cum illo quisquis
esset, priusq̃ ad regem fuisset perductus: supplicio vltimo mul-
ctandum quicunq; edicto non pareret. Sparsus rumor per famam
quæ nihil silere, augere autem mala solet omnia: in castris nuncia-
bat non tam cum Grimi copiis quarum amplissimę & longe ma-
ximę essent vires, q̃ cum multis qui in proprio essent excercitu si
in itinere perseueraret, Malcolmo dimicandum. Vnde tantus ti-
mor subito omnes inuasit, vt cunctis vehementer sensus animiq;
ꝑturbarentur. Ortus est primum hic timor a negociatoribus: ma-
iorem in emporiis mercaturisve vsum q̃ in re bellica habentibus:
quorũ haud exiguus numerus (metu ne si Malcolmũ non sequeren
tur, vita spoliarẽtur & fortunis) inordinatus, reiq; militaris imperi
tus & nudus pene armis omĩq; bellico instrumento erat in excerci
tu. Horũ alii aliis causis allatis quas sibi ad ꝓficiscendum necessa-
rias esse dicerent, precari Malcolmum vt eius voluntate discede-
re liceret: quũq; id nequiuissent impetrare: absq; pudore lachry-

mis gemitibusq; castra omnia replere, Huiusmodi vocib9 ac pauore paulatim etiã ii q in re militari magnũ vsum habebant milites & q cohortibus prerant nobiles duces, vehemẽter pturbabantur. Hęc quũ animaduertisset Malcolmus haud tutũ ratus cũ pauidis adeo militibus ferocissimo cũ hoste prelio cõgredi, cõsulentibus ei familiaribus vt cõmune declinaret periculũ, domũ popularib9 dimissis cũ primatibus eorũ domesticis aulicisq; ad Forthee ripã, vt amnis transitu hostem phiberet, substitit. Dum hęc fierent Fothadus maximus tum Scotorũ episcopus vir summa prẹditus virtute & clementia, egerrime ferẽs regnum ita ciuili bello laborare, hinc Grimo rege, inde Malcolmo Cumbrorum principe, reipublicę corpus in partes distrahentibus, pontificalem habitum indutus cum venerandorum sacerdotum multitudine ad Grimum est profect9. Venientem pontificem veneratus Grimus, percunctatus est quid rei euenisset, preter hominum expectationem q in augustiori veste cuius tantum in sacris vsus esset, ad eum venisset. Veni (inquit pontifex) Christi pacis principis minister, habitu pacem prę se ferente: supplex te deprecaturus afflicti tui huius regni, quando deus optimus maximus te ei dominũ dedit, misereraris: tot eñ tanteq; intestinę discordię faces in eo ardent, vt nisi ocyus tua pręcipue opera patria bello defungatur haud dubie cum maximo omnium incõmodo propediem in interitum sit casura. Eo processere domesticę seditiones, vt vndiq; bellico tumultu sæuiente, rapinæ, cædes publicæ priuateq; perinde atq; fata Scotorum nomen traherent in exitium non modo permaneant inultæ, sed a plærisq; etiã vehementer laudentur. Nusq̃ ne domi quidem esse cuiq̃, ex imbelli turba tutũ est, quin grassatorum furia spolientur fortunis & nũnunq̃ etiam vita. Neq; sperandum est finem aliquando istis malis fore quandiu domesticę discordię hoc regnum ita afflixerint. Tu ergo tantis calamitatibus quibus populus hic afficitur finis eris, modo necessariam concordiam cum Malcolmo inieris. Ipse dummodo te haud prębueris difficiliorem, rem omnem absq; honoris tui iactura componendam in me suscipio, ad prosperumq; exitum celesti aspirante numine perducã. Miserere enixissime obsecro afflictę Scotorũ gentis amplioribȝ calamitatibus q̃ vel imanissim9 optaret hostis, attritæ. Quod si patrię calamitas minus te mouet, vel tuę ipsius miserere sortis, & psuasum habe peunte hoc populo tibi peundũ, & non nisi eo icolumi tibi aliquãdo salutẽ fore. Ad sacri põtificis verba, respõdet rex Grimus, pacẽ se modo suo detrahatur honori nihil, non bellum cupere: regnũ autẽ se veteri patrum sanctione adeptum, nec nisi cũ

vita depositurum:decertaturumq; pro eo iure aduersum Malcolmũ & qui eius sequerẽtur partes ad vitę vsq; exitum. Q; si Malcolmus Cumbrię principatu contentus, depositis copiis nõ amplius in bel lo perseueraturus domũ concederet: de pace velle agere: sin cõtra
5 eligeret, acerrimũ hostẽ qui in pugna ad extremũ perduraret, rẽq; omnem ferro discerneret proculdubio esset habiturus. Fothadus secundũ regis verba precatus est eum vt gradũ paulum sisteret, do nec quis animus in negocio Malcolmo esset, haberet exploratum: fore docens modo publicę cõsuleretur saluti, vt cætera cuncta ex
10 sententia vtrinq; succederent. Eo obtento pontifex Sterlingum ad Malcolmũ eodem in apparatu ocyus proficiscitur. Apud quẽ vbi longa oratione Scotorũ ęrumnas ob domesticã seditionem deplo rasset, ostendissetq; multa ratione q̃ infœlix exitus ac calamitosus continuatum bellum expectaret: obtinuit si Grimus deponeret ex
15 ercitum, ipse vlteriori absq; motu concederet in Cumbriã: essentq; trimestres inducię inter principes: quo tempore arbitris dictis cõ muni consensu liceret vltro citroq; ad pacem certo fœdere compo nendam trãsire. Grimus haud auersatus cõditionem, ratus se absq; ampliori bellico tumultu in administratione perseuerantiã quam
20 cum tanto sui regniq; quęreret periculo obtenturũ: dimissis quoq; domũ popularibus maiori cum nobilitatis parte pergẽs in Angu siam in arcem Forfair vt de re gerenda cum illis cõsultaret sese re cepit. At venerandus episcopus Fothadus haud prius quiescere po tuit, q̃ pacis arbitri principũ consensu dicti ad calamitosam litem
25 dirimendam Sconę quo conuenerant consedissent: quorũ sentẽtia paucis post dieb9 pax iter Grimũ & Malcolmũ inita est, & certo fœdere firmata. Erãtq; hę fœderis cõditiones. Grimus ne hominũ in ore ludibrio esset futurus si ex rege priuatus fieret, in publica administratione ad vitæ exitum perseueraret. Quo vita defuncto
30 Malcolmo sine controuersia regnũ deferretur. Regiũ nomen Ken nethi sanctione in eius familia exinde remaneret, maiestatis crimẽ foret eidem legi vel verbo quolibet aduersari. Quicquid agri est inter Laudoniam & Northũbriã inter Cludã amnem & Vestma riam a mari Germanico ad Hiberniam Malcolmi cederet in pote
35 statem. His agris cõtentus nec arma in Grimũ neq; in amicos ei9 deinceps sumeret, neu eorũ hostibus foret adiutorio. Si secus quid attentauerit temere fœderis legibus egressus, qcquid iuris in Sco torum haberet imperium id omne cum posteritate sua amitteret. Hęc vbi principes sacrosanctis Christi euangeliis manibus atta
40 ctis obseruanda iurassent, depositis vtrinq; armis, ad labefactatum

belli incõmodis publicũ regimẽ populi ingenti cũ lętitia animos
cõtulere. Verũ vt ad omnem euentũ cũcta haberent cõparata, vtq;
vtrinq; iuuentus ad arma expedita parataq; foret, præconis voce
publice est edictũ. Id principes fecisse par est credere vt vterq; alte
ri9 fidẽ habens suspectã, exinde insidias caueret: essetq; paratus ad 45
omnẽ (si quis fieret) subitariũ tumultũ. Huiusmodi pax haud sine
mutua ęmulationis suspitione in octauũ annum accõmoda medio
cri rei summę administratione est protracta. Interea Eldredus post
diuũ Eduardũ fratrẽ extĩctũ, Anglorũ salutatus rex, graui bello a
Danis accitis ad se in Angliã cõiugibus & liberis vt ibi cõsiderẽt 50
petitus, complura incõmoda tota cum gente est perpessus. Immo-
derata etenim & cruenta Danorũ feritas, per rura, per vrbes, & cõ
pita, vbicũq; dominari poterat euagata, omnia cædibus impleuit
& rapinis. Nec pax inita nec fœdus fidei sacramento sancitũ ima-
nem gentem cohibere potuit, quin imbecilles subactosq; Anglos 55
nõnunq̃ palã confictis causis clam autẽ creberrime trucidarẽt: ap-
parebatq; Danicã perfidiã ad nihil magis q̃ ad Anglorũ regni ex-
cidium tendere. Eldredus aũt rex vt pestis indies accrescens tolle-
retur patrũ suasu sumpsit cõsiliũ, totius Danicę gentis quę in An-
glia esset subornatis secretius ad eorũ necem percussorib9 vno ac 60
eodem die penitus per fraudẽ delendæ: fecissetq;, nisi trãsfuga qui-
dam rem Danis indicasset. Vnde eorum pars maxima anglici in se
cogitatus haud ignara cæteris dolo pereũtibus periculũ declina-
uerunt. Qui vero cędem euaserant, cruenta sociorũ nece iritati, ar-
ces quas in Anglia tenebãt, & castella egregie munientes, ad Sue- 65
num (Is Danorũ tum summã tenebat) pro noua militũ manu ad
iniuriã ab Anglorũ pfidia recẽter acceptã vindicãdã misere. Neq;
a bello interim leuibus incursib9 cõtinuato quieuere. Grimus rex
inter hęc lõga pace fot9, opibusq; auct9 vitę cõtinẽtis ac liberalis
ingenii diutius habitus, corruptis moribus ac insatiabili pecuniæ 70
cupiditate esse cœpit. Et vbi complures Scotorũ vt eorũ occupa-
ret opes conflictis (vt frequẽtius fit) causis, suppliciis admouisset
crudelissimarũ cędium vindice inter mortales nõ existẽte: oppres-
sus populus apud hoies frequẽter ęrumnas suas frũstra deploras-
set, deum tandẽ flagitiorũ vltorem querulis vocibus inuocabant 75
vt afflictorũ misertus, regni statum in meliorem mutaret. Primo-
res tum iniquã regiminis formã pertęsi (nam & illi haud imunes
fuerũt ab iniuria) quosdã haud mediocris authoritatis mittunt ad
regem (erat is tum forte Lanrici) qui cõmuni nomine ei suaderẽt,
vt posthabitis sceleratorũ sententiis, quibus vt multis erat visum 80

1 nimiũ cõfidit publicę sicut ab imperii egerat initio,cõsuleret vtilita
ti.Nunciorũ oratio apud Grimũ huiusmodi fuit. Nos Scoticę no
bilitatis pars nõ alieno sed cõmuni tuorũ noĩe qui ad hũc diem fi
de imaculata in te fuerũt,ad te venimus vt ꝓprię regniq; huius sa
5 luti cõsulas,suasuri. Nosti rex generosissime, neq; te latere potest,
qua iactura,quib9 iniuriis inexhausta tuorũ satellitũ (ne dicamus
tua) cupidine, hic tuus prematur populus: neq; esse quo culpã in
alios abs te tãtorũ maloꝝ reiicias:eo ꝙ quũ in tuo sitũ sit arbitrio
publicos magistratus cõstituere,quicquid illi deliquerint in te ho
10 rũ authorem iure veniat cudendũ.Ensem tibi datũ,non vt eũ in in
noxios ciues,sed in sontes hostesq; exerceas. Mori autẽ pręstat tuo
populo (vt publicitus vulgares spargũtur voces) q̃ eoꝝ flagellis
a quibus salutẽ expectarent,quorũq; auxilio omni ab iniuria pro
tegi deberẽt ita imaniter quotidie & vexari & cędi.Hoc ergo vnũ,
15 te nos tuus populus oramus vt regũ respublicas rite administran
tiũ more eorũ saluti quib9 tua salus sua prior potiorq; sit,exuta si
qua sit tyrãnide modeste pieq; cõsulas. Nephas arbitramur nobis
viuis spirãtibusq; te modo iustũ gesseris regem aut iniuriã a quoli
bet pati,aut vbi pręliandum foret,vel vulneribus affici,vel in ho
20 stium venire potestatem:immo te vnũ tutari salutis propriæ ime
mores pœne,nõ tam fortunis q̃ nostri lateris opposito semper fue
rimus parati. Propterea te verum regem ostende. Ama a quibus
redamari cupis: & persuasum habe inter indulgentissimũ regẽ &
obsequentissimos ciues prorsus nullam posse esse controuersiam.
25 Ad hæc vbi phaleratis verbis animũ dissimilatum potius q̃ in pa
triam charitatem pręse ferentibus respondisset rex,legatos ad re
gium conuiuium inuitatos facit:in animo tñ habens eos captos in
vincula coniicere.Sed nuncii admoniti per amicos insidiarum,per
nices raptim adepti equos Bertham vbi cætera nobilitas eos expe
30 ctabat præcipiti cursu abiere.Nihil autem his motus Grimus,ve
luti cuncta prosperos successus pollicerentur continuo solitis de
liciis crapulęq; se dedere,circa rem publicam indiligens vitã mol
lissimam luxu circunfluentem traducens, exactionibus suetis du
risq; populi flagellis non abstinuit:donec grauem in eum rebellio
35 nem paratam annũciaretur. Cuius rei indignitate permotus Gri
mus aduersus eos qui a coniuratione integri non erant,copias co
git. Sequutus tumultus in eorum agris qualis ante plures annos
vix in Albione erat auditus. Diruta sunt castella, incensi vici, fru
ges profligatę,ędesq; dirutę:ingẽs ad hæc mortalium vis cęsa.In
40 ter eos frequens ad sacra populus simul cũ sacerdotibus sacra nõ

nunq̃ facientibus trucidatus. Hi cruenti motus Malcolmũ Cum-
briȩ principem ab Anglia cum Eldredo aduersus Danos cõmili-
tium facientem timentéqꝫ ne quid incõmodi eius nomini audienti
bus pararent, in patriam vocarunt. Aduentanti Laudoniȩ nobilio-
res incolæ (in hos em̃ Grimi crudelitas maxime grassabatur) ex- 45
templo fiunt obuiam, orãtes vt acerbã cruentamqꝫ cladem ab in-
nocuo populo auerteret, periclitantiqꝫ regno consulens absqꝫ mo-
do grassantiũ temeritatem cõpesceret. Dignosceret se, non sibi vni,
sed patriȩ genitum: regios natales, egregium animũ, excellentem
virtutem, opes, nomenqꝫ habere: vt siquãdo patria egeret prȩsidii, 50
id in eo situm inueniret: tyrannũ debellaret, cũctis odiosum. Quo
amoto rem Scoticam capessens, quotidianis suppliciis, ignominia,
metuqꝫ, ciues liberando, in regium restitueret solium mansuetudi-
nem, clȩmentiam, iustitiam & ȩquitatem, cæterasqꝫ egregias virtu
tes quas in regibus Scotorum populus frequentius est expertus. 55
Hæc aut parũ ab his diuersa, magnatum qui illuc venerãt verba,
Malcolmũ facile impulere, vt optimum existimaret, Grimũ ob im
piam rei Scoticæ administrationem bello petere. Accinctus ergo
ferro ducit in publicæ salutis hostem. Nobiliũ Scotorũ Grimum
deserentium intolerabili eius tyrannide habita pro causa, mouen- 60
ti plurimȩ factȩ accessiones in eius verba iureiurãdo vltro sese ade
gerũt. Vix ad horũ nunciũ, a popinis excitatus Grimus, cõtractis
quas potuit copiis Malcolmo hostiliter it obuiã. Ad Auchnabart
vicũ castra sunt castris collata, die Christi Ascensioni sacro. Gri-
mus rex Malcolmũ ob sanctitatem diei prȩliũ nõ expectãtem re- 65
pẽtino impetu opprimi posse sperãs, prima luce ad eius castra ten
dit. Nõ latuit Malcolmũ Grimi cõsilium: & vbi frustra Grimũ vt
sacratissimi diei reuerẽtia prȩlio abstineret, fuisset deprecat9: vtra
qꝫ pars alteri ĩstructis acieb9 medio spatio fit obuia. Illico infestis
armis animisqꝫ concurritur. Cȩdes miserabilis primo fit cõgressu: 70
oppressam mox Grimi aciem, cæterorum eius sequentiũ partes fu
ga fœda subsequitur. Vbi non pugna sed cȩdes aliquãtula, minor
tamen q̃ pro tanta victoria, fuit. Ferunt Grimũ acerrime pugnan-
tem captum, vulneribusqꝫ in caput acceptis priuatum luminibus.
Inde postea q̃ aliquãdiu dolore contabuisset, vita nono q̃ impera- 75
re cœperat anno, miserabiliter defunctum, sepultũqꝫ anno a Serua
toris nostri ortu decimo supra millesimum in Iona insula: iusta ei
Malcolmo faciẽte. Secũdũ victoriã Malcolmus captiuos nobilis-
simos quosqꝫ ad se accitos, benigne comiterqꝫ habuit: se verũ regni
hȩredẽ prȩdicãs, nõ aduersus Scotorũ salutem bellũ gessisse: sed si 80

quis oppugnet pro ea dimicaturũ, afflictã gentem Grimi leuasse tyrãnide: regnũq; iure sibi debitũ quãdo ita maioribus visum fuerat ab eiusdẽ Grimi scelerata cupiditate sibi vidicasse. Ita eos affatus consessum publicum in diem quintum decimũ noui regis deligendi causa Sconã cunctis indixit. Quo conueniente Scotica nobilitate, Malcolmus nomen insigniaq; imperii negauit se prius recepturũ q̃ legem creandi regis a patre Kennetho latam denuo cũcti firmarẽt: eiusq; ꝑpetuę obseruationi dicto sacramẽto sese astringerent. Eo apud nobilitatem totumq; vulgus obtento fatali cathedrę insidens rex faustis omniũ acclamationibus cõsalutatur. Principatus acceptis insignibus ne quid veteris odii in gẽte alicubi delitesceret, pristinas vires cum magno omniũ incommodo si quando daretur locus resumpturum nobiliores quorũ nonnulli eũ, alii Grimum bello recenter gesto fuissent sequuti, accitos ad se mansuetissimi principis vsus officio, vt in honestam atq; necessariã concordiam deposita simultate redirent, effecit. Magistratus ciuiles insignibus viris patrio iure eruditis, militares autem claris bellica virtute commendauit. Vnde ius dictum populo, æquitate tanta quanta vix post multa secula. Ad hunc modum quum regeretur Scotorum imperium: Sueno Danorũ rex acceptæ in Albione nuper iniuriæ vindicandę causa in Anglos cũ ingentibus copiis fœlici traiectu in insulam deuenit. Danicæ rei scriptores memoriæ prodiderunt hunc Suenonem mox vt Danorum rex erat declaratus, in diuina sęuientem totã verę religionis stirpem ab radice suo in regno conuellere annixum, eoq; authore Danorũ plærosq; suscepto dudum diuinitatis cultu dimisso repetiuisse superstitionem. Inde tantæ temeritatis vltrice diuinitate ter hostium potestate captiuum factum, totiesq; ingenti pecunia redemptum. Tandem crebris detrimentorum incursibus lacessitum, exulem extorremq;, ab Olauo Norvvegiæ regimen gerente spretum, auxilium quod frustra a diuo Eduardo Anglo petiuerat, a Scotis, ad veram pietatem sacris eorum sacerdotum monitis conuersum impetrasse: eoq; fretum in regno restitutum. Cæterũ Sueno exercitu ex Danis Norvvegis, seu vt alii scribunt, Noruagis, Suessianis, Gothis, Vandalis, Frisonibus (nam complures ex his gentibus infenso in Anglos odio sub Suenone cõmilitiũ fecere) conflato vsus, cũ Eldredo Anglo duro Marte cõgressus, victũ hostẽ in Northumbriã cõpulit. Vbi copiis Scotoꝝ aduẽtu quos paulo ante ex fœdere ad cõmilitiũ acciuerat aduersus Danos reꝑatis decreuit cũ Suenone denuo fortunã experiri. Mouẽs ergo recta ad hostiles copias nõ ꝓcul ab

Elboraco ad Ovusę fluminis ripā castra ponit. Tū Sueno Scotis
quorū magna vis erat cū Eldredo rege, īmemor accepti dudū ab il
lis bñficii mādat p̄ fęcialē vt dimissis Anglis domū redirēt: alio-
qui a Danis Norvvegis cunctisq; Germanię populis cruētissimū
bellū certo expectarent. Eldredus rex Danorum legatum apud se 45
in castris vidēs causamq; cognoscens eius aduentus cōclamat quid
ad suum venisset exercitum, an speculandi causa? Conantē respon-
dere sed prohibitum ilico in vincula coniicit. Instructam eodē die
aciem castris educit vt si vellet Sueno pugna contendere ei pote-
stas non deesset. Progreditur Danus obuiam aciebus magno ordi 50
ne instructis. Euestigio concursum celeriter adeo vt tela iaciendi
vix cuiq̄ daretur facultas. Acerrime vtrinq; aliquot horas pugna-
tum: Angli tandem fuga delapsi Danis victoriam non incruentā
concessere. In Scotis ingens edita cædes, in Anglos multo maxi-
ma. Fugiens Eldredus rex inuenta nauicula Ovusam amnem cum 55
paucis traiecit. Cęterorū pars maxima male affecta aut ferro periit
aut in Danorum potestatem venit. Duplici itaq; prælio profliga-
tis opib9 Eldredus quū nulla reparādi exercit9 spes reliqua esset,
hostesq; indies nouarum virium aduentu accrescerent, relicta pa
tria haud exigua cum nobilitatis parte vt meliorem fortunam si 60
quando offerretur expectaret, abiit in Normāniam. Eldredum re
gem Richardus (erat is eo temporis Normānorum dux) ad se cō
fugientem accepit hospitaliter, atq; regali honorauit hospitio. Eiq;
(sed aliquot post annos) vt Anglorum reges Normanno honesta
rentur sanguine in generum accito, Emmam filiam copulauit ma- 65
trimonio. Ex eo connubio duæ proles virilis sexus Alarudus &
Eduardus breui susceptæ. Nā priusq̄ Angliam Suenonis Dani fu
ria inuaserat, Eldredus ex priori coniuge Edmundū Ferreū latus,
ob corporis robur ac proceritatem, inuictūq; animū in laborū tole
rātia vulgari cognomine, genuerat. Is Edmūdus post patrē Eldre- 70
dū vita defunctum in Anglia vti opportunus ostēdet locus, sexde
cim annis quib9 Sueno & Heraldus principatū Anglorū tenuere
interiectis regnauit. Sueno duplici victoria elatus Danorū proce-
rū aduocata cōciōe agebat de Anglica gēte delēda: ne ea quo mi-
nus regnū sibi in Albione stabiliret aliqñ foret impedimēto. Qua 75
re aīaduersa ex Anglis nobilissimi quiq; in Albione remanētes, ve
niētes ad regē Suenonē ad ei9 pedes p̄iecti iter lachrymas precati
sunt, vt in miseros, varie afflictos, deiectos, virib9 iā ex p̄fesso attri
tos misericordia vteref. Veterē gentē opib9 mari terraq; aliqñ pol
lentē haud deleret. Sed deditā p̄mitteret vel miserrima seruitute 80

1 quibus vellet conditionibus in patria degere. Non arces, nō oppida, nec ciuitates opes ve, sed animas sibi liberis cōiugibusq; se petere testati. Sueno tametsi crudeli suapte natura esset ingenio, clemētius q̄ destinauerat in subiectos victoria vsus, iussit vt Angli nul-
5 lis exinde armis vtentes, aut rei rusticę darent operam, aut Danis seruirent. Se vt iustū regem cuncti consalutātes quicquid haberēt auri publici priuatiue, quicquid argenti armorūq; ad se deferrent. Arces, castella, ciuitates, ac cæteras regni munitiones Danicis permitterent pręsidiis. Si horū aliquod minus placeret cuiuis, iugulū
10 is pararet ad ferrū. Angli effractis viribus, & oi auxilio prorsus destituti, necessarias pacis leges, quia aliter vitæ consulere nequiuerāt Suenonis arbitrio excepere. Vnde regia dignitas Anglis adēpta in Albione in Danorū gentem est translata. Anno postea q̄ Saxones primū a Vortigerno inuitati venere in Britanniā nono circi-
15 ter supra quingentesimū atq; vicesimū. Duriter inde admodū Danorū immanitate Anglis imperatum, omni eis libertate adempta. Enimuero Sueno rex Danici sanguinis viros vndiq; per regnū ad honores, deiectis Anglis extulit. Haud passus quempiam nisi Danum ciuilem, forensem, vrbanū aut religiosum agere magistratū.
20 Piis viris præfecti, simul atq; pontifices per hæc sacerdotiis spoliati, aut cōiecti in vincula aut aliquo, Danis eorum in loca suffectis, ablegati Anglorū populares veluti mācipia habiti ludibrio & vili seruitute pressi: supra turpe seruitium innumeris conuiciis vnde ingens dolor eorum animos cruciabat, affecti. Cuncti ad hæc secū
25 lamentari iniquam sortem, sese incusantes q̄ non potius mori elegissent quū licuit, q̄ crudeliū adeo hostiū arbitrio apud quos nullus esset clęmētię locus intolerabili sęuitia opprimi. Perlatę afflictissimę gentis querelę ad Suenonem, in nullo hominem mouere ad miseratione͂: sed populū eo grauiori semp̄ adegit seruituti quo
30 magis aduersam querebatur fortunam. Sic sunt suapte natura truculenta tyrannorum ingenia: vt vel vltima afflictorum conspecta miseria, nihil remollita, posthabita humana cōmiseratione, ad maiorem afflictis calamitatem inferendam, vulnus vulneri superaddentes, iritentur: & quo maiori infortunio viderint deiectos, eo am-
35 pliori in eos desęuiāt iniuria. Tandē eo calamitatis misera Anglorū gēs p̄ Danorꝝ vesaniā est deducta, vt domesticatim Danicos exploratores, qui cūcta gesta dictaq; Suenoni enūciarent, alere cogerētur. Id regē Suenonē curasse ferūt: ne Anglorū tumultus, si res nouas forte molirentur, eum possent quoquo modo latere. Dictus
40 est is explorator dominus Danus, vulgo Lordain. Quod nomen

nostrates & populi nunc Angli dicti deinceps ita vsurpauerūt, vt quem viderint ociosum ac inutilē nebulonem, ocio deditū, alienis laboribus quęritantē victum, omniq; demū aspersum infamia, Lordain vel hac ętate appellitent. Porro Anglis ita oppressis, honore spoliatis regio, eorūq; opibus Dano vndiq; cedentibus, Sueno rex 45 quo regnū sibi stabiliret, cū vicinis gentibus Normānis, Britonibus ac Scotis fœdus inire instituit, his legibus vt nulla earū gentiū suppetias aduersus Danos Anglis ferret. Normāni Eldredum regem quē ad Richardū fugisse diximus cum sobole vel extinguerent vel ad se mitterent captiuū. Scoti Anglos in suos agros non 50 reciperent: quo fœdere steterant cū Eldredo rege, deinceps cū Danis perstarent. Hęc quū neq; a Normānis neq; a Scotis impetrare valeret, alio verso ingenio, Angliam a Normānorū iniuria si quā conarentur inferre, præsidiis ad maritima locatis tutari moliens. Scotos q; proximi essent, recētiq; prelio viribus effracti, bello la- 55 cessere ocyus instituit. Et vt res strenue nauaret, Olauo (Norvvegorū pręsidi erat id nomen) & Eneto Danię regimen secūdū regē tenēti, mādat secretis nūciis, vt quæsitis vndiq; militib9, traiicerēt in Scotiā, bellumq; inuisę genti inferrēt. Emensis paucis inde diebus, ingens Danorū classis, Olauo & Eneto ducibus, ad Speę flu- 60 minis ostia stetit in anchoris. Vnde ingens epibatarum vis, proximos in agros exposita, ita Morauię incolas terruit, vt q fugere poterant, relictis fortunis paucula præter armēta pręse acta, cū coniugibus & liberis, pauidi in alia loca abirent, Dani suo more cuncta deripiūt, templis sacro ornatu spoliatis, dirutis incensisq;, & sa- 65 cerdotibus cūctis quos obuiam habuere cęsis. Euagata ingēs truculētia per Morauiā, incolis quos fuga nō seruauit trucidatis, cūctas pœne regionis fortunas munitionesq; occupauit. Tres arces, Eldein, Forres, & Narmin, quā Dani Burgū postea appellauerūt, Morauī aduersus hostiū impetum egregie sunt tutati. Harū vnam 70 Narmin cæterarū oppugnatione relicta totis viribus Dani obsederūt, rati ea quę fortissima erat expugnata, cęteras vltro ī suā vēturas potestatē. Et quū insultus acerrimos facerēt in arcē, nunciatur Malcolmū regem cū copiis, vix quinq; passuū millib9 abesse. Dani ad nunciū lęti se pugnandi occasionem quā semp magnope 75 re optarant nactos, cantilenis suo more iucundisq; clamoribus relicta obsidione, ocyus in aduentantes Scotos mouere. Scotorū legati mouētibus extēplo affuere, Olauū atq; Enetū rogantes, quid in Morauiā amicorū agrum, nulla lacessiti iniuria hostiliter venissent. Danorū duces sub oratiōis initiū legatos quid amplius essent 80

1 petituri nolentes audire, illico correptos, interfici iusserunt. Percitus ira ob iniuriã Malcolmus questusq; secum, ius gentium violatum, in cœptum iter multo silentio animũ irarũ plenum præ se ferente continuauit. Vesperaq;, tenebris prospectu adempto, loco amœnissimo,
5 haud procul a Killos stationariis ex more rite locatis castra posuit. Nocte multa pugnandi ardoris edita sunt signa in castris, vociferationes, clamoresq; indiscreti pugnã poscentiũ nimiã portẽdẽtes alacritatem. At elucescente Danorum exercitu numero ac ordine, quali antea nõ vidissent ꝓspecto, tã ingenti spiritu Scoto militi cõcidente
10 lõge maior salutis q̃ hostis debellandi cura animũ versabat. Plæriq; vel excellẽti nobilitate tacite cõmurmurare cœperũt eo rẽ Scoticã authore Malcolmo rege ꝓductã, imanissimiq; hostis ita patefactã in iuriç, vt nec publicç nec priuatç saluti cõsulẽdi locus vllus videatur relictus. Quidã pudore correpti, dissimulantesq; mœrorẽ, cçteros ad
15 in hostẽ alacriter ꝓgrediendũ hortabãt. Rari erãt in multitudine q spem ita simularent, quin lachrymis, suspiriis, aut alio quouis vultus signo ingentẽ latere in pectore tristitiã ostenderẽt. Malcolmus hæc animaduertẽs, timẽsq; quum signa efferre iuberet, milites aut retro abituros, aut saltẽ edicto nõ fore audiẽtes, carris cõgestis, locũ editũ
20 instar suggesti factũ ascendẽs, oĩm ordinũ primarios ad se vocatos, dure obiurgauit: veluti domi fortes in nondũ visum hostẽ: ad primũ aũt armatç aciei aspectũ molles & timidos. Ecquid (inquit) cõmilitones, vos fortissimorum officio excedere, ac veterem fortitudinẽ ad primũ Danorũ aspectũ, quibuscũ sæpius antea fœliciter dimicastis
25 apertissime exuere coegit? Q̃ si truculẽtæ gẽtis furorẽ, atq; amentiam timeatis, indeq; vos acceperit rei fœliciter gerendç desperatio, non illis patribus prognati, qui vesanam hanc gentem pio bello ad Loucartẽ cum ipsius indicibili iactura, Kẽnetho rege, qui me genuit duce non multis abhinc annis vicerint, iure haberi debeatis. Factum
30 est huius hostis periculũ nostra memoria, & in his nostris sedibus & in Anglorũ agris cũ patrum nostrorum ingenti gloria. Quantũ dedecoris fuerint inde Dani assecuti, quot Albiana tellus illorum in suum gremium receperit: vt hanc Danorum sepulchrũ haud inepte dixerit quispiam, quosdã vestrum recenti memoria tenere, alios maio
35 rum relatu audiuisse arbitror. Qui in hisce aduersis sunt copiis Danos non esse tanta virtute quanta fuere qui ad Loucartẽ strenue cũ Scotis manus conserentes occubuere: sed horum reliquias esse cognoscite. Ergo augenda vobis est alacritas, non remittendi animi, vt cum victorum reliquiis humani diuiniq; iuris violatoribus cælesti
40 auxilio (vt par est credere) destitutis hodie concursuris. Ostendet

procul dubio vestra virtus ꝑseueransq; cōstantia, modo patrū more
rē egregie fueritis auspicati, q̄ temere, immanissima Danorū furia,
breui vestris manibus, fauēte numine, impietatis pœnas luitura, hoc
regnū impio bello lacessiuerit. Quid statis viri fortissimi? quid non
ducitis solita alacritate in hostē? nullus hic morę locus est, nullus lō 45
giori cōsultationi nisi potius corpori extēplo summa cū ignominia
(si vos dederitis in fugā) perituro: q̄ immortalitati, vestræ priuatæ
publicæq; saluti (qđ a bonis viris longissime absit) cōsulere mauul
tis. Sub hanc vocē primores, ne meticulosi haberent multitudinē ꝑ
multis clamoribus incitare moliuntur ad ingenti vi in præsentē ho 50
stem mouendum. Obortus inde tumultus, inter Scotos milites effe-
cit, vt neq; suarum neq; hostilium viriū habita ratione, aciebus haud
certo ordine instructis, illico ruerent in Danos. Olauus atq; Enetus
animaduerso q̄ inscite Scoti pugnā adorirent, immotis suis aciebus
rite instructis, furentiū absq; disciplina militari impetū egregie susci 55
piunt. Dani & si primo cōgressu vtrinq; ingens edita esset cędes, mu
tuis incitationibus longe maximā fecere dimicationē. Simul. n. a frō
te depugnātes pellebant, & a tergo, cohortibus ad id ante initā pu-
gnā destinatis petebāt Scotos. Itaq; tāta cōtentione res est acta quā
ta aduersę acies agere potuerūt. Scotis libertatē patrięq; salutē, Da 60
nis vitā ad vltimū tutātibus. Ad postremū Dani rē obtinētes Scoto
rum turmas multa clade profligatas in fug am pellunt. Malcolm⁹
rex accepto vulnere galea hęrenti capiti, ita vt nulla vi poterat detra
hi ab aulicis sublatus pro occiso primū in proximū nemus: inde vbi
ad se reuersus vires recolligeret equo impositus in pacatum est de- 65
portatus. Porro Dani haud satis tutū rati Morauia impacata fugiē
tes in alias Scotorum regiones persequi post cæsorū lecta spolia ad
Narmin arcem longe maiori q̄ antea vi obsidendam denuo sunt re-
gressi. Erat tum ea arx in peninsula turribus muroq; ingenti altitudi
ne mirificis operibus extructa. Angustum ad eam iter quo Isthmo 70
postea Danorū opera amoto ex Chersoneso insula facta ponte adiun
cta est continenti. Qui ad Narmin custodiam erant destinati infœli
cis pugnę accepto nuncio sese cum arce hostibus dediderunt ea lege
vt traditis armis, cęterisq; fortunis saluis, in pacatum eis impune abi
re liceret. Danorum duces accepta arce quoscūq; in ea reperere for- 75
tunis vestibusq; spoliatos in editiori murorū parte fide violata reste
suspēderūt. Estq; ita Narmin arx oīm illius regiōis munitissima Da
nicis armis occupata. breuiq; nouis adeo munita structuris vt mul-
torum opinione inexpugnabilis videretur. Inditum est & ei nouum
nomē Burgo (theutonicū est hoc vocabulum) quod ad nostrū deue 80

1 nit seculũ. Proditi ꝑditiq; ita infœliciter milites Scoti in Narmin ca
stello: eis qui Elgein & Forres tutabantur ꝓsidio documento fuere.
parũ Danorum fidei confidendum. Vnde illi arcibus simul cũ omni
Morauia Danis occupandis relictis, ꝓtinus ad regẽ Malcolmũ au-
5 fugere. Lęti Dani fœlici initio suscepti belli: vt sedes in Morauia sta
bilirent, naues quibus coniuges ac liberi ad se deueherent, illico mi
serunt in Daniam & Norvvegiam. Interea imbecilles corpore aut ꝑ
ætatem Scoti haud potentes aufugere, flagellis quotidie cæsi matu
ras segetes demetere cogebantur. Quo supplicio ꝑmulti senes, vale-
10 tudinariiq; vitam finiuere. Malcolmus rex ne nouarum virium acces
sione Dani in Morauia opes firmarent, in initio subsecuti veris, ingẽ
ti hominũ cõtracta vi, in eos cũ multo bellico apparatu mouit. Et iã
Murthlacum venerat (nomen vico est in Marrea regione, vbi primũ
pontificię sedis Abberdoneñ iacta sunt fundamẽta) quũ a Danis co
15 piis ei veniẽtibus est cõspectus. Perculit ingẽti terrore vterq; exerci-
tus alterũ. Scotis Danoꝝ immanitatẽ expertis iure suis capitibus ti
mẽdũ existimãtibus. Danis iã ꝓcul cõstitutis a mari locorũ ignaris
magisq̃ apertã vim hostiũ timẽtibus insidias. Verũ ducũ adhortatio
nibus vtrinq; firmatis animis in pugnã est progressum. Acerrimeq;
20 est aliquãdiu conflictatũ principibus vtrinq; pugnã cientibus. Sed
tribus fortissimis viris, Kennetho ab Ila insula. Grimo ab Erneual-
le, & Patricio a Dounbar e castello in prima acie dũ se incautius cõ-
fertissimis hostiũ turmis ingererẽt cęsis, ingẽs Scotoꝝ ꝑsequẽtibus
hostib9 facta est fuga. Angustus erat loc9 ꝑ quẽ fuga ꝓtrahebat̃, &
25 haud facile ꝑuius multitudini. Vñ & Malcolm9 ipse fugienti turba
act9, retrocedere paulũ cogebat̃. Loco fecere angustiã, ac difficilius
iter fossę aq̃ limoq; oppletę veterib9 vallis ex cespitibus adiectę do
mestici belli vt videbat̃ causa iã ante ꝑparatę. Iacebãt & crebrę arbo
res succisę itroitus exitusq; pœne ꝑcludẽtes. Mediis his locis stetit sa
30 cellũ diuo Moloco sacrũ. Eo vbi deuenerat Malcolm9 ꝑmẽte cõfusa
multitudine retro pulsus, sacello cõspecto manus ad cęlũ tollẽs, Sũ-
me, inquit, virtutũ deus penes quẽ & pietatis est ꝑmiũ & admissi sce
leris suppliciũ: Verę religionis cultores has sedes tua benignitate re
ceptas, pie tutãtes, qui exitiali bello ꝑfidi hostis iniuria petimur, hu-
35 mana ope destituti ad te cõfugimus, ꝑcamurq;, nostrę tã miserę sor-
tis, solita misertus clementia tui nõis hostis atrocitatẽ, hoc a popu-
lo benignius arcẽs, deme terrorẽ Scotis, fugãq; turpẽ siste. Et tu dei
para virgo mortalib9 vltimis miseriis speratũ iure refugiũ, tuq; diue
Moloce, cui hic ager, hocq; sacellũ dicatũ est, auxilio adeste. Hic ego
40 vobis templũ sacro pontificio magistratu decoratũ, vt monimento

sit posteris vestra præsenti ope seruatum esse Scotorum regnum, vo
ueo. Hęc vbi precatus Malcolmus, primorũ quidã perinde atq; audi
tas sensissent preces ingẽti voce inquiũt. Deus optimus maxim9 Cõ
militones resistere atq; iterare pugnã iubet. Secutus hæc verba præ
stantiũ militũ qui regi proximi erant clamor: Ostẽdite inquientiũ ad 45
uersum vultũ impio hosti: animasq; & patriã quibus nihil chari9 tu
tamini. Sub eã vocẽ Scoti ad cedentẽ hostẽ conuersi ingẽtem cladẽ
in eũ tanq̃ iussi cælesti voce exercuere. Dũ hęc fierent in Enetũ equo
insidentẽ nudato capite veluti victoria iã parta fuisset in Scotos ia-
cientẽ cõuicia, Malcolmus cũ globo ferocissimorꝝ iuuenũ impetũ fa 50
cit, ac equo deiectũ illico interimit. Danorũ cõplures, plęrisq; patria
voce q̃rẽtibus ducem cęsum, a Scotorũ vlteriori ꝓsecutione auertit.
Alacritas inde Scotis, hostibus vero terror immodicus nascitur. Per
seueratũ aliquãtulũ inde manipulatim nõ sine cruentis vulnerib9 in
pugna. Res tãdẽ Scotica superior fusis fugatisq; Danis facta, cęsisq; 55
pluribus & paucis admodũ captis. Olauus amisso collega parua cũ
Danorũ manu subsecutã noctẽ ducibus locorꝝ gnaris rediit in Mo-
rauiã. Postridie eius diei Malcolmus rex cõperto ꝓstãtissimos pœne
quosq; sui exercitus ferro absumptos, deposito cõsilio Morauię adeũ
dę, militibus victoribus cęsorꝝ spoliis potitis in Angusiã abiit: vbi re 60
liquũ anni in F rfair cõsultatiõibus sup̃ publicę salutis tuitiõe recu
perationeq; Morauię cũ Scotorꝝ maiorib9 cõsumpsit. Sueno Anglo
rũ Danorũq; rex interea audito q̃ infœliciter Dani cum Scotis ad
Murthlacũ dimicassent indignitate rei furẽs: ne res aduersæ suũ no-
men deiectius, Scotorũ vero augustius efficerẽt: vt acceptũ incõmo 65
dũ resarciret duplicẽ classem ingẽti epibatarũ numero refertã mitte
re parat in agros Scotorꝝ. Alterã videlicet ex Themesi amne, alterã
ex Dania vtriusq; militibus moderatoribusq; Camo Danici sangui-
nis viro i re bellica exercitatissimo sup̃mo duce ꝑfecto. Anno ab eo
altero cõueniẽtib9 Danicis classibus in Forthec ęstuarii faucib9 ad 70
diuę Ebbę promõtoriũ vbi erat institutum, conatus Camus milites
in terram exponere, frequentius confluentibus vndiq; hostibus in ar
mis ad littora ꝓhibitus insulã Sketh adnauigauit. Vbi posteaq̃ men
sem pœne totũ naues frustra cõtinuisset, ventũ nactus secũdum, pri-
ma luce sublatis anchoris ad rubrũ promõtoriũ cursum direxit. vbi 75
priusq̃ littora milite fuissent munita, copię oẽs e nauibus in terrã fa
cile scaphis linthribusq; sunt deporratę. Camus e vestigio cũ militũ
cateruis ꝓxios mõtes ascẽdit. Vñ Celurcę oppidi Danicis armis ãte
paucos ãnos direpti dirutiq; ruinas cõtẽplat9 gauisus eo loci se naui
gio delatũ, vbi aliq̃n Dani hostes vicerãt tãq̃ deletę ciuitatis cineres 80

1 victoriã ei fuissent polliciti, ex his auspiciũ sumpsit expeditionẽ fore fœlicẽ. Angusiã inde regionẽ vberem tũ opulentãq; om̃i clade belli lõge lateq; euastare iubet. Sacras ędes sacrilega cupiditate spoliare, easdẽq; partim incolarũ, partim religiõis odio, cui9 hostẽ se ꝓfitebat euertere. Brethonũ vetus olim Pictoꝝ oppidũ ĩgẽti castello, ac sanctissime trinitatis augusto fano, tũ nobile oĩb9 cũ copiis petebat. Et quũ arcẽ pparatis in ea priusq̃ hostis adesset oĩbus ad tolerãdam obsidionẽ capere nequisset, infesto agmine in oppidũ & sanctissimũ tẽplũ ruit: q̃ cęde ruinis ac incẽdiis ita diruit, vt oppidũ exinde pristi-
10 nũ decus nũq̃ recuperarit. Veteris vero fani pter turrim quãdã rotũdã mira arte constructã nullũ ad nostra secula remãserit vestigium. Camus his iniuriis in diuos hoĩesq; ferocior effectus, audiẽsq; Scoticã pubẽ in armis esse, Malcolmũq; regẽ numeroso cũ exercitu traiecto Tao deuenisse Alectũ, ad maritima flexit gressum. Et die q fuit
15 ab eo alter: multis incõmodis regione afflicta ad Balbryid vicũ castra posuit. Eodẽ die Malcolm9 rex ĩgẽti studio conat9 patriã idem nem ab auaritia ferroq; Danoꝝ ꝓ viribus pstare, ad Barrẽ (distat is vicus a Balbryid duobus passuũ millibus) cũ copiis egregie ad pugnã instructis affuit. Et qa haud dubie postridie digladiãdũ Scoti in
20 telligebãt lęti se patrię religionisq; ꝓpugnatores, sub vesperã modica sũpta qete qđ noctis superat pietatis officiis sacerdotib9 ministeria exequẽtibus exegere. Mane paulo ꝓpius hostẽ iã in ꝓpinquo oĩa vastãtẽ Malcolmus exercitũ ducit pugnãdi copiã factur9. Et priusq̃ aciẽ instrueret ad pugnã, Duces pcipuosq; gẽtis ad se accitos placi-
25 de admonet, aĩaduerterẽt in quã gentẽ essent pugnaturi. Cęcã cupiditate, pda, latrociniisq; nõ iusto bello victitãtẽ. Verę pietatis quã iã secũdo susceptã dereliqrit ex ꝓfesso hostẽ, nullã habẽtẽ belli causam nisi vt gentẽ innocuã deleat, alienaq; nihil ad se attinẽtia iniuria occupet, diripiat tẽpla, Christi tandẽ prorsus in Albione exterminet re-
30 ligionẽ. Quales & ipsi sint, qb9 Dani vltimã iniuriã iferre conarent patrię defensores: numinis vindices. Nõ tã militũ numero q̃ pectore dexteraq; virtutẽ metiẽtes: quibus deus optimus maxim9 sanã mẽtẽ hostibus (vt par sit credere) negatam, dedit, ad patrias sedes & innocentiã ac religionem tuendam. Pleni idcirco diuina humanaq; spe
35 procederent in certamen, memores quantum patriæ, quantum animæ, veræq; pietati debeant. Spem omnem ponerent in victoria, nullam aliam patriam in quam reciperentur respicerẽt. In hac illo ipso die aut cadendũ honeste aut fortiter vincẽdum. Hęc ad suos cupiditate pugnę ardẽtes Malcolmus. Camus vero Danos paucis horta-
40 tus vt solita cũ alacritate atq; virtute indubitatæ victorię spe in pliũ

progrederent, certi aut oportere mori i alieno agro ꝓculq; a patria vbi nulla fuga, nullũq; pateret receptaculũ: aut egregie hostẽ ferien do vincere. Secundũ hęc. Camo in aciẽ educẽti Malcolmus copiis ri te instructis fit obuius aĩo eo firmiori, quo frequẽtius illius gẽtis vi res ꝑlio fuisset expertus. Sic sunt strenua heroũ ingenia: vt quo plus 45 sumãt in rebus honestis expimẽti eo ad insignẽ operã edẽdã maiori semꝑ ausu ꝓficiscant. Dimissæ acies in certamen ferocissime eo die cõcurrere. Et quũ distractũ esset ꝑliũ in plures horas tãtaq; vis hoim cęsa, vt Lothea torrẽs medio agro decurrens multo cruore infectus plus prope modũ sanguinis q̃ aquarũ secum in mare deferret, made 50 rentq; cãpi tametsi arenosi cadaueribus oppleti nimia hũani sangui nis exundãtia. Neutra partiũ alteri cessura videbat. Cõspecti sunt eo certamine plęriq; telis cõfossi medios hostes ꝑtinaciter adeo cõple xi, vt nõ prius cęli q̃ cedẽtes & supra nõnunq̃ exanimes vulnerati in terrã caderẽt simul cũ cędẽtibus morituri. Id decertãtiũ in sese odiũ 55 quo eo tẽporis haud minus q̃ viribus est pugnatũ, effecit. Post lõgã pugnã egregie vicit Malcolmus. Camus cũ paucis Danoꝝ nobilissi mis acie egressus locorũq; ignarus i mõtes lõge cõspectos rat9 eo in Morauiã iter patere ꝑfugere est annixus. Sed secundo miliari a loco pugnę Scotoꝝ ꝑsequentiũ superuentu interfectus iustas luit sacrile 60 gii pœnas. Dedit cęsus Danus ita loco nomen, vt obeliscũ ibidẽ in rei monimentũ erectũ, cui & cadẽtis Cami & cędentiũ nostro ꝗuo cõ spiciunt effigies insculptæ, simul atq; ꝓximũ vicũ Camistone, id est Cami lapidem indigenę exinde appellitarẽt. Pręcipuus erat Cami ꝑ cussorũ egregius adolescẽs Keth nomine vt ab annalibus traditur, 65 cuius ingẽti virtute eo die Danorũ opes, haud parũ sunt ꝓfligatæ. Hic tãtis ꝓ meritis Malcolmi regis beneuolẽtia agro in Laudonia tum donatus Kethis familię hoc seculo inter nostrates admodũ in signi genus atq; exordiũ dedisse creditur. Ex ea progenie in qua nũc est, regii Architriclini (vulgo mariscalli) magistratus haud pau 70 cos insignes patrię assertores prosiliisse sequentes enarrationes sa tis edocebunt. Parẽ cladem nobilissimus Danorũ manipulus est sor tit9 ad Aberlemnonẽ vicũ vix a Bretheno nũc ciuitate episcopali se de honestata quatuor passuũ millibus: qui a Scotis interceptus ibi dẽ ferro occubuit. Quo loco ingẽs lapis est erectus. Huic animãtiũ 75 effigies nõnullis cũ characteribus artificiose vt tum fiebat, quæ rem gestam posteritati annunciarent sunt insculptæ. Superueniens tan dem nox, adempto militibus prospectu persecutioni finis fuit. Qui ferrũ euaserãt ex Danis sub noctẽ Scotis locoꝝ gnaris pecunia cor ruptis ducib9 naues adeũtes infœlicis pugnæ ad socios fuere nũcii. 80

1 Secundũ hoc præliũ quo dictũ est modo ad Barrũ gestũ Malcolm9 rex post lecta spolia atq; ex veteri militũ instituto diuisa Danorꝫ cadauera in loco pugnę terra condi iussit. Et q ex illis sparsim ꝑ agros cęsi fuerant eisdẽ, quibus ceciderãt locis sepeliri. Scotorꝫ vero fune-
5 ra ad sacra loca sepulturę causa christiano ritu deferri. Licet aũt vel hac ętate cęsorũ Danorũ ossa aliqñ multa arena superingesta fossis cõdita, nũc frequẽti vento arenã abstrahẽti inoperta cuiq; spectare, Indicio eo loci multa hoim millia ferro periisse, eosq; lõge ingẽtiori fuisse mole q̃ mortaliũ quilibet hoc nostro conspiciunt ęuo. Dani
10 quos prelio fugiẽtes naues diximus excepisse, anchoris sublatis, quũ in Morauiã ad Olauũ trãsmittere incœpissent, fuissentq; quatriduũ ꝑ aeris inclementiã multa ꝓcella varie ꝑ mare iactati: coortus repẽte violentus Eurus eos in Buthquhanię littus vbi nullus portus nauibus recipiendis aptus est impulit: fuissentq; naufragiũ passi, nisi in
15 quę inciderãt loca ad tenẽdas anchoras accõmodatissima eos seruassent. Cęterũ quũ subsolano multos dies cõtinẽter flãte, eadem statione inuiti detinerẽtur, inopia pressi: omi videlicet cõmeatu absumpto nactiq; tẽpus idoneũ quingentos epibatas omni bellico apparatu insigniter munitos, vt prędã armẽtorũ pecudũq; (illis em̃ Buthquha-
20 nia plurimũ abundat) ꝓximis ex agris agerẽt in terrã emisere. Qui Buthquhaniã tenebãt: Mernanci loci tũ Thani imperio ad arcẽdam Danorũ vim armati ex agris vicisq; globatim cõcurrũt, ad prælium instructę aciei speciẽ quandã prę se ferentes. Hi primo statim aduentu hostes timore adeo ꝑculerunt: vt quũ ad naues extremo absq; ma
25 lo redire nequirent, in vicinũ tumulũ (ingens valde is erat) relicta quã collegerant pręda, ad vitam tutãdã aufugere sint compulsi. Hago in appropinquãtes Scotos (huic secundũ Camũ extinctum Danorũ copię audiẽtes erãt) lapides quorũ ingens erat in tumulo vis magno impetu cũctis in hostẽ torquere iussit. Multis Scotorꝫ sua si
30 bi audacia necẽ attulit, ꝓuolutis saxis in montẽ cõscẽdere temere annitentes conficientibus. Vnde sautiis cadentibusq; recentiũ nõ semꝑ facto successu segnius q̃ inceptũ erat rẽ nostri videbant̃ nauare. Tũ Mernancus suorꝫ increpans timiditatẽ ignauiãq; palã eis exprobrauit q̃ tãto numero paucos adeo Danos haberẽt inuictos, quorꝫ ingẽ
35 tẽ exercitũ p̄stantissimo cũ duce Scoti ęquali hostibus numero nuꝑ ad Barrũ ꝓfligarãt. Ad ducis verba Scoti velut iniecta rabie certatim in tumulum subeunt. Multi secundum alios scandentium lapidibus obruti in iugo perierunt. Alios pertinacia tulit in summum. Sequuta illic cruenta dimicatio Danos ad vnum absumpsit. Haud pro
40 cul a Gemmere vico certamen Danis infœlix nullo perditarum re-

rũ nuncio ad naues redeunte eſt geſtum. Extant immenſi oſſium cu-
muli eo in loco multorum ibidem deſideratorũ teſtimoniũ. Qui in
nauibus mãſerant, cõperta ſuoꝝ fortuna tẽpus ac vẽtũ nacti idoneũ
relictis Buthquhaniẹ oris Morauiã adnauigant. Horũ Sueno rex ꝑ
internũcios certior factus homo ingentis ſpiritus, nulla vnq̃ ſiniſtra 45
ſorte effractus in ſuoꝝ cædis vindictã illico ſe armauit. Canutumqꝫ
germanũ tũ Daniæ regimen obtinentẽ, cuius opera in Anglia ſubi-
gẽda plurimũ valuit, vt acceptã vlciſceretur iniuriã in Scotiã nouis
iubet cũ copiis tranſmittere Canutũ ad regis imperiũ nihil moratũ
cõparata claſſe egregio apparatu cõtribuliũ vlturũ ſanguinẽ, traii- 50
cientẽ in Scotiã Buthquhaniẹ littus primũ tenuiſſe ferũt. Ibiqꝫ egreſ
ſum cũ epibatis ac cũcta ferro & flãma ꝓſternẽtẽ, inauditã antea in
ea regione cladẽ ediſſe. His iniuriis Malcolmus tametſi viribꝰ diu
turno bello fractis eſſet ad arma cõpulſus, exercitu ſubito cõtracto
in hoſtẽ cõtendit: excurſionibus tãtũ eius audaciã coercere cõſtituẽs 55
ne communẽ ſalutẽ vnius pugnæ aleæ obiiciẽs, ſi ea male ceciderit,
vlterius redintegrandẹ pugnẹ & patriẹ tuãdẹ ſpẽ & vires nõ habe
ret. Quindecim ſecutos dies res leuibus ꝑliis eſt acta: eis emẽſis Sco
ti milites Danoꝝ furia editẹ in cõtribules ſtragis impatiẽtes, oĩbꝰ ꝑ
circuitũ vaſtatis, cõmeatuqꝫ tãtẹ multitudini deficiẽti, ab rege Mal- 60
colmo pugnã poſcebãt, teſtati ſi differret ſe ꝑliaturos iniuſſos. Rex
ergo Malcolmus vlterius tẽpus trahere nõ potẽs, militũ aĩos ad prẹ
liũ acuit, vehemẽterqꝫ paucis verbis ad rẽ tñ accõmodatis excitauit
ardorẽ. Cõcurrerũt inde acies armis iuxta atqꝫ animis infeſtis. Cẹdes
ꝑtinaci certamine miſerabilis facta vtrĩqꝫ oĩni ꝓpe nobilitate cẹſa. 65
Nomẽ victoriẹ potius q̃ victoria ipſa apud Scotos fuit. Vix erat ex
Danis q fugeret. Scoti cõfecto certamine qbus plus aĩorũ q̃ viriũ ſu
ꝑfuit. primũ pugna inde cẹde laſſi fugientẽ, ſi quiſpiã fugiſſet, vix in
ſequi poterãt. Ita ſecutã noctẽ qui ex inimicis aciebus ſuperãt diſcre
tis locis, mœſto ſilẽtio ſeſe cõtinebãt. Mane heſterna clade ꝑſpecta, 70
oĩm cogitationibꝰ nõ ad bella ãplius cõtinuãda, ſed ad pacẽ ineũdã
cõuerſis, vtraqꝫ partiũ alterius arbitrio cõditiones acceptura ſeſe vl-
tro fatebat̃. Pax inde pia ſacerdotũ caduceatorũqꝫ opa his legibꝰ in
ter Danos Scotoſqꝫ eſt ſancita. Dani Buthquhania Morauiaqꝫ cũ ar
cibus ac munitiõibus libere relictis, a Scotiẹ littoribus diſcederent: 75
Malcolmo Suenoneqꝫ regibꝰ viuẽtibus aut horũ altero, populorum
neuter alterum laceſſeret bello. Nec Scoti Danorũ, nec Dani Scoto
rum hoſtibus aduerſus populorũ alterum ſub idẽ tempus bello au-
xiliares forent. Ager quo cruentum recens prẹlium erat geſtum ſa-
cer fieret chriſtianorum ſepulturæ, pontificis opera dicatus. In eo 80

1 condirentur Dani recēter cęsi. Nam ipsi Christi dogma paulo ante susceperant. Cōditoq; ibidem tēplo instituerentur sacerdotes ad sacra pro illis deo optimo maximo quotidie exequenda. Hæc se facturos persancto iureiurādo Malcolmo, Canutoq; regibus adactis: Da-
5 ni in naues recepti in Morauiam primum, indeq; Burgo cum cæteris regionis illius munitionibus, agris, vicis, oppidisq; libere relictis, cum omnibus Danicæ gentis illic tunc incolentibus, domū abiere. Pacem per hęc nactus Malcolmus, nihil antiquius habēs q̄ quę fœdere erant sancita adimplere, nobiles Danos ac Scotos q certamine
10 occiderant, solenni (vt ea fiebat ætate) apparatu efferre suis iussit. Cęteros in sacrato agro condere. Templū inde ibidē cōstructū dedicatūq;, & in eo sacerdotes ad sacra obeunda salario ex publico ad impensas tributo instituti. Veteris illius templi diuo Olauo (in cuius tutela Danorū Noruvegorūq; regnū est) aliquot post tempora vt
15 monumentū esset multā illarū gentiū nobilitatem reconditoria illic habere, sacrati, vel hoc seculo extant vestigia. Agrūq; Croiudain vulgo, qđ tātū valet ac si diceres mortem Danorū incolę deinceps appellitauere. Idq; nomen ad nos peruenit. Templo arenę ventorū impulsu vt frequētius in illis fit locis agitatę multitudine obruto, alte-
20 roq; haud ei dissimili loco cōmodiori reædificato. Horū enim ossa q acie ibi occubuerūt, nudata arena anno Seruatoris nri altero a vicesimo supra millesimū qngentesimū a nobis spectata ingenti plęrisq; fuere miraculo: ꝙ Caluarię, dentes, mādibulę, cęteraq; nostris manibus tractata nō quanta nūc hominū est: sed giganteam molem, præ
25 se ferre apertissime videbātur. Neq; dissimilia variis regni nostri locis veterū detecta cadauera sese frequentius mortaliū oculis offerūt conspectāda. Argumento illius ætatis homines eos qui nūc nascuntur mole corporū superasse longe. Cęterū Malcolmus (vti diximꝰ) graui defunctus bello nullo amplius vrgēte hoste, primū vt cunctis
30 Scotorū regionibus sacrę pontificum authoritate fierent supplicationes, quibus ab omni hominū ordine gratię superis demisissime cōstantissimeq; agerentur, curauit, Templa illa Danorū feritate euersa iussit restitui. Et vt virtute colerentur & sacrę dominarentur leges, belli turbulento tempore paulum neglectę, probiq; mores in sacer-
35 dotibus præsertim quorū vita populariū spectaculum, ad Bertham patrū cōuentū esse voluit. Vbi sanctis honores habiti, & clericorum quorūdā solutiores mores ad honestatem antiquitatisq; æmulationē sunt redacti. Malcolmus per hęc egregiū nomen inter suos adeptus et iā optimus inter bonos habitus, vt eis qui belli incōmoda perpessi
40 secum ad finē vsq; egregie perseuerarant, aut eorū qui honeste ceci-

derant liberis & necessariis benignus gratificaretur : Sconã cmniũ
ordinũ indixit conuentũ. Cõuenieti eo nobilitati condicto die, regno
in partes quas baronias vocant diuiso, cunctas opes agrosq; regios
meritorũ habita ratione ita diuisit, vt vestibulis publicis tumuloq;
in quo lapidea tũ stabat cathedra, pauculisq; redditibus Christi ec- 45
clesię donandis exceptis, ad sui atq; familię sumptus prorsus nihil re
linqueret. Barones vero (ita illius temporis equites nostrorũ anna-
lium monumenta appellant) ne non suppeterent ad regiam digni-
tatem facultates, vt cuiuscũq; agri domino excedente ex humanis hę
res siue mas fuerit siue fœmina vsq; ad alterum supra vicesimũ æta- 50
tis annũ regis esset sub tutela. Et quicquid per id tempus eo ex agro
emolumenti proueniret (Vardiam eum vsufructum nostri vocant)
vniusq; inde anni eiusdem agri census quem releuiam vulgo aut re-
leuatam dicunt, vniuersa cum hęredis dote si nullam eius desponsa-
tionem viuens pater fecerit quum in hæreditatem admittitur : fisco 55
penderetur regio, vno omniũ suffragio sunt assensi. Sequuta ingens
omniũ lætitia est ꝙ rex liberaliter adeo beneficiis honestasset baro-
nes, & ꝙ illi nullum fidei aut officii munus in regem omisissent, om
nia plena gratulatione effecit. Ita honestus finis cum mira omniũ
lætitia pio atq; officioso cõsessui est impositus. Neq; voti ad Murth- 60
lacum vltimis in prælio vrgentibus periculis facti immemor Mal-
colmus, ædem diuo Moloco sacram ingenti sumptu construxit, quã
siue ꝙ voto ita sese astrinxerat, siue ꝙ regionũ quas Dea Speaq; flu-
mina claudunt maiori q̃ par esset intercapedine eorum ab episcopo
disiũgerentur, episcopalem sedem factã prædiis agrisq; de Murth- 65
laco Cloueth & Dummeth cum eorum ecclesiasticis redditibus ad
põtificios sumptus donauit. Estq; sacra sedes ad Dauidis primi Sco-
torum regis tempora Murthlacensis appellata. Quo tempore eo-
dem Dauide pio rege authore Abberdonensis facta, & amplioribus
donata redditibus, longe ornatior celebriorq; cunctis est habita 70
Murthlaci sacrum magistratum omnium primus gessit Beanus vir
pietate & eruditione insigni inter diuos, sed aliquot post annos, rela-
tus. In eius locum suffectus Donortius. Huic Cormacus successor
non absq; sanctitatis opinione beatum finem vterq; sortitus. Necta-
nus inde tenuit pontificatum, quem Dauid primus rex iure inter di- 75
uos numeratus, Murthlacensi sede Abberdoniam translata, vt pa-
trem semper veneratus Abberdonensem antistitem voluit appellari.
Sequuta Nectanum longa episcoporum series eam sedem tenentiũ.
quinq; etenim supra viginti ad hunc vsq; diem fuisse qui pontificum
scripserũt vitas asseuerãt. Inter quos pleriq; religiosis operibus am- 80

1 plissimi omnium maxime Vvillelmus Elphin Stonn̄. de cuius præclarissimis gestis potius tacendum arbitror, vti Sallustium de Carthagine dixisse legimus, q̄ pauca in medium afferre. Verum ne tanti viri quo meliorem (quod absq; inuidia dixerim) nostra ætas non
5 vidit, q̄ viuens honeste confecerit prorsus ingrato p̄tereamus silētio. Audacter asseuerare audeo eum & publicum & priuatum magnis summa laude versatum in rebus publicę semper consuluisse saluti. Ad id summa annisum ope vt æquum, leges, iustaq; principis authoritas dominarentur persancte. Imperareturq; cunctis beneuolentia
10 magis q̄ metu: veroq; animi affectu populus veneraretur regē, plębs nobilitati absq; querela omniq; leuata iniuria audiens esset & morigera. Rex flagitiosis terrori esset, optimis quibusq; reuerentiæ. Virtuti studerent omnes, concordiaq; simul coalescerent. Sacerdotes solutioribus moribus cohibiti Christo diuisq; rite ac opportune sacra
15 peragerent: neglecta templa aut non rite culta in pristinum restituerentur decus. Vt deniq; quæcunq; in Scotorum regno: vrbane religioseve fierent ad reipublicæ decus, & ad Christi laudem forent accommodata. In his perpetuus viro labor dum superstes esset: In his omnem exegit vitam. Talem autem fuisse ipsum & maiori certe vir-
20 tute, q̄ ego aut dicere aut facile excogitare possem. Codex quem de Abberdonen̄. pontificum vitis vtcunq; edidimus, aliqua saltem ex parte legentibus ostendit. Sacrum Vvillelmi locum hoc temporis tenet Gauinus Dounbar vir inclyta virtute & dignus sane qui consilii altitudine, morum grauitate, ac iustitiæ æmulatione tanto pon-
25 tifici succederet. Cuius gesta q; præsentia sunt eo adhuc superstite suspitionis de assentando declinandæ causa hic iure subticentur. Posterior tamen ætas veluti plurimum illustria iure memorabit. Sed de his aptiori loco amplior fortassis sermo est futurus. Nunc ad rem nostrā a qua optimi patris Vvillelmi gratia, qui specimen Sco-
30 ticarum antiquitatum primus nobis ostendit stilum paulum defleximus reuertamur. Malcolmus rex post tot prælia & domestica & cum exteris Danis omniū gentium crudelissimis gesta: post aduersos fortunæ deuictos insultus, fœliciter rempublicam haud paucos annos administrauit, multis & egregiis operibus illustris. Interq; cę-
35 tera: legum municipalium volumen condidit quas nostrates exinde iudiciis ferendis seruarunt pœne immutatas Regiorum magistratuum iudicumq;, quos licet mundius magisq; latine vocari possint, vulgo tamen Cancellarium, Comestabularium, Mariscallum, Camerarium, Iustitiarumq; vocitant: & qui a secretis, a thesauris, a cubi-
40 culo ac chartophylacio essent, cūctorumq; ministrorum aulę annua

salaria vt nostris diebus penduntur: quantūq; regiis pro diplomatibus ac cæteris literis libellionibus tabellariis lictoribusq; soluēdum foret instituit. Fuissetq; procul dubio Malcolmus vix quopiam progenitorū qui ante eū regnarunt fama cum laude inferior, si talis virtus eius senectutem, qualis adolescentiam, iuuentam virilemq; ætatem exornasset. Verum immēsam viri gloriam immoderata cupiditas cōtaminauit. Nam vt frequenter euenire solet, ipse simul & ad senium & ad auaritiam deuenit. Pœnitens enim factæ in nobilitatem liberalitatis vt erogata dudum prædia agrosq; reciperet, quæsitis confictisq; causis excellentis quosdam dignitatis viros coegit vltima subire. Perciti eo malo primores & effusum necessariorum sanguinem ægerrime ferentes suisq; capitibus timentes: de rebellione cogitare cœperunt. Et quum crebrę ad id coitiones fierent magnatum, Malcolmus ad Glāmys a quibusdam necessariis nobilium iniuste cæsorum, aulicis largitione corruptis, eos noctu intromittentibus, insidiis petitus interficitur: regno paulo plus triginta annis occupato. Peracto scelere percussores simul cum aulicis quorum dolo malo rex interierat pernicibus equis aufugientes campis ita niue opertis vt iter nulli facile pateret, in lacum Forfair ignari venientes glacie effracta delapsi in altum, & aquis absorpti perierunt omnes. Aliquantoq; post aquis hyemali gelu concretis tepore verno solutis, furcinulis exrracti: nullo ludibrii genere non habiti in partes a carnifice sunt dissecti. Frequentioribus inde regni locis hæ corporū particulę ad compita in crucibus suspensæ, insignis flagitii diris vlti suppliciis spectantibus documento fuere. Periit Malcolmus anno a salutifero partu supra millesimum quadragesimo. Canuto Suenonis filio Danis Anglisq; in Albione imperante. Atq; in Ionam delatus sacra inter regum monumenta terra est conditus. Prodigia quędam tertio anno ante Malcolmi necem visa in Scotorū agro. Hora enim noctis circiter secunda natalis Christiani terra ingenti omniū cum horrore, mota est, vastusq; hiatus in Sterlingi vicinia ex eo terrę motu factus. Ex eoq; ingens vis aquæ egressa magnam proximi nemoris partem secum in Fortheam traxit. Mare sequuto vere maiore q̄ vnq̄ antea hominum saltem memoria redundauit ęstu, Dies Ioannis Baptistę natali festus pruina concretus tāq̄ brumalis fuit. Vnde necatis magna ex parte frugibus recēter e terra natis: ingens annonæ pœnuria mortales mox oppressit in Scotia.

45 50 55 60 65 70 75

SEQVITVR
Scotorum Historiæ Liber Duodecimus.

80



Alcolmo extincto, Duncanus nepos eius ex filia Beatrice, rex creatus est. Habuerat enim Malcolmus filias duas, quarum alteram viro nobilissimo Crinen nomine Abbathano Insularum & Occidentalis Scotiæ plagæ, matrimonio iũxerat, quo ex cõnubio Duncanus susceptus est. Alteram Doadam, Thano Glammis Syneli vxorem dedit, ex quibus procreatus est Maccabæus, vir profecto strenuus, & nisi ingẽtem fortitudini crudelitatem natura immiscuisset, ad res insignes gerẽdas natus videri poterat. Diuersissimis certe hi duo erãt ingeniis. Duncanus enim mitis erat ac clemens, & haud scio an in eam fuerit partem nimius, adeo vt ad corrigenda vitia plus ęquo se laxum præbuerit, nimiũq; indulgentem criminum illecebris. Maccabęus autem quantum ille nimis clemens & indulgens, tãtũ ipse seuerus: immo in crudelitatem etiam propensus fuit. Quamobrẽ vulgo votis expetebant, vtrũq; alterius paulum natura temperari: itaq; Duncanum optimum paci regem, Maccabęum præstantissimũ bello ducem futurum. Cæterum initia regni Duncani tranquilla, optimaq; erant, administrantibus regnum adhuc illis, quos Malcolmus rebus præfecerat, eamq; aduersus nepotem verecundiam, quam auo exhibuerant, seruantibus: Nec vlla vsq̃ iniuria agrestibus inferebatur, prohibentibus eam summa vbiq; cura magistratibus. Cæterum perspecta tandem Regis in puniendis flagitiosis ignauia, regnum statim multiplex malum circũstetit. Nam & seditiones & iniurię exoriebãtur, & bellum Danicum renatum est, Seditiones huiuscemodi ortę origine. Banquho regius in Loquhabria Thanus origo familiæ Stuart clarissimę, quę longa serie regem hodiernum produxit, dum regios census colligeret, acriusq; delinquentes, fraudemq; machinãtes puniret, impetu in eum a nonnullis illius regionis facto, censu, ac rebus omnibus spoliatus, vix viuus acceptis aliquot vulneribus euasit. Itaq; cum primum vulnera curata motum corporis ferre poterat ad regem profectus, præsentibus magnatibus iniuriam sibi illatam querula oratione exposuit: idq; tandem a rege impetrauit, vt misso fæciali qui iniuriæ authores in ius vocaret, animũ paulum contumeliæ accommodaret vlciscendæ. Cæterum illi flagitium scelere augẽtes, fæcialem vbi mandata exposuisset, ignominia prius affectum tãdem trucidarunt. Quo commisso facinore, quum haud dubie quisq; regis exercitum ad iniuriam vindicãdam breui adfore arbitraretur: Magdoualdus, adiunctis amicis & necessariis (quos sæpius obtun-

dendo monendoq; hebes regis ac ignauum ingeiniũ nihil ausurum
aut valiturum, aduersus regem concitauerat) in se vim belli futuri
sumit, multa in regem conuicia iactans, mollemq; eum ac gregi mo-
nachorum imperãdo aptiorem, q̃ fortissimis omniũ nationum viris,
Scotis esse. Cõtraxit igitur primo quoq; tempore, ex quibuscũq; po- 45
tuit q̃ maximas copias, alios vi, alios beneuolentia cogendo, inducẽ-
doq;: Hebridianos quoq; expertes sceleris in societatẽ perduxit bel-
li, nonnullos etiam spe prædæ Hibernicos illexit. Itaq; missos paulo
post a rege, summa vi excipiẽtes, Loquhabria cum magna strage ex-
pulerunt, & Malcolmum ducem (quem viuũ ceperant) capite, per- 50
fecto prælio, punierunt. Ea clades ad regem nunciata magnũ illi ti-
morem incussit imperito bellandi scilicet, ac huiuscemodi rerũ igna
ro, nec satis turbarum patienti. Propere igitur maiorũ consiliũ con-
uocat, ac quid faciendum foret ad reprimendam Magdoualdi vim
consultat. Aliis alia pro ingenii captu, suadentibus, Maccabęus, mul 55
tum in Regis mollitiem, ac ad puniendum segnitiem, inuectus, quæ
conglobandi coeundiq; spatium raptoribus dederat, nihilo minus,
si sibi eam prouinciam atq; Banquhoni assignare velit, breui se effe-
cturum pollicetur, vt ne vestigiũ quidem Magdoualdi supersit. Nec
euentus promissa destituit. Nã vbi primũ Loquhabriam ingressus, 60
partẽ regionis deprędatus fuisset, perlata viri ad hostes fama, desti-
tuti ea spe qua prius rem eã tẽtarãt, pars deserto Magdoualdo abie-
rũt: Attamẽ necessitate inductus Magdoualdus, manus cũ hoste ani
mati exercitus reliquiis conseruit, qui fortissime pugnantes pœne
omnes ceciderunt, pauci cum Magdoualdo sese receperunt in castel 65
lum: Verum quoniam obsidionem se tolerare Magdoualdus nequi-
re videret supplex veniam sibi, vxori, ac liberis per fęcialem petiuit,
quam vbi non impetrasset, nec superesset spes vlla reliqua, occisis
prius vxore ac liberis, ne ad contumeliam suam hosti trucidandi re-
linquerentur, ipse quoq; sibi vim intulit. Maccabæus apertis castel- 70
li portis, vbi cum suis ingressus Magdoualdum inter funera suo-
rum vidit iacentem nihil crudelitatis animi remittens, amputatum
trunco caput in contum figit, mandatq; ad Perthum vbi rex erat,
deferre, corpusq; ipsum truncum ab altissima cruce suspendit. Hebri
dianos veniam delicti impetrantes ingenti mulctauit pecunia: quos- 75
dam etiam eorum, qui in Loquhabriam ad Magdoualdum vene-
rant postea repertos, in crucem sustulit. Quamobrem Hebridiani
pœna suorum incitati, conuicia in Maccabæum iacere, fœdifragum
crudelemq; appellantes, ac sanguinis auidum, vt qui in eos sæuis-
set, quibus regis pepercerat clementia. Quibus verbis excandescẽs 80

1 Maccabęus, conscriptis copiis in Hebrides ad vindicandam linguæ petulantiam mouere parabat. Quieuit tamen multis amicorum precibus fatigatus, ac Hebridianorũ donariis lenita aliqua ex pare ira. Iãq; cura Maccabęi restitutum fere vbiq; ius erat, quum repente nũ-
5 ciatur a Suenone bellum maximis viribus inferri. Sed vt quis hic fuerit planius cognoscatur, paulo altius eius originem repetemus: Sueno is qui primus ex gente Danica regnum Angliæ occupauit, tres habuit filios, Heraldum, Suenonem, & Canutum. Primum regem Angliæ ante mortem fecit: alteri Norvvegorum detulit im-
10 perium, Tertium præfecit Danis. Heraldum Eldredus (quem Sueno pater (vti supra commemoratum est) regno pulsum in Normãniam fugauerat) tertio post patris sui mortem anno interemit, regnumq; denuo occupauit. Nec is diu regno potitus. Canutus enim Danorum rex cum valido exercitu Angliam ingressus Eldredo oc-
15 ciso, egregie fratris vltus est mortem, regno recepto. Aduersus quẽ Edmundus, filius Eldredi, reparatis viribus ad vlciscendam patris cędem, regnumq; reparandum, copias omnes quas potest, contrahit, hostiq; obuiam magno procedit animo. Verum quum acie vtrinq; instructa, signum pugnæ expectantes starent. Edmundus viribus cõ-
20 fidens ante aciem procedit, dux exercitus ducem ad singulare prouocans certamen. Egregium id esse dictitans ducum periculo rem geri: vt quem Mars superiorẽ efficeret is regni potiretur, potius q̃ tantorum virorum capitibus, quibus mox alter, quem armis meliorem doceret euentus, imperaturus esset. Æquum enim esse digniorẽ
25 indigniori præferri. Eum autem digniorem esse, qui esset validior. Placuit conditio Canuto, non minus q̃ alter ætate ac viribus feroci: q̃q̃ minori cũ periculo acie tota rem gerere potuisset. Itaq; vbi vterq; in aciem processerat, equo admisso infestis hastis concurrunt, ac dubio Marte aliquandiu manus magna vi nec arte minori, conserũt:
30 egregium vtrisq; exercitibus spectaculum: quũq; prope fessis equis aliquantulo segnius capesserent pugnam, Canutus Edmunde, inquit, quem superi vires meas experiri sine vlla læsione dederunt, iisdem corde esse arbitror, regnum quoq; possidere. Age in partem te regni voco, si conditio placet, ex æquo regnum diuidemus. Lętus
35 eam conditionem Edmundus accepit, maluitq; absq; periculo dimidio regni contentus esse, q̃ incerto euentu tantos subire labores ac discrimina: Nam & inscio Canuto vulnus acceperat: Venturam quoq; præsagiebat suo rempore aliquando occasionẽ, quando sine negocio vltro ad se totum rediret. Igitur alacres vtriq; equo desiliũt, atq;
40 ex infestissimis hostibus ineunt necessitudinem: regnumq; protinus

diuidũt:Quę pars Gallię proxima erat Canuto est assignata: alterã
Edmundus recepit. Inter hęc Emma cũ filiis, quos Eldredo regi pepe
rerat, Alarudo & Eduardo, effugit in Normaniã. At Sueno Norvve
gorum rex, fratrem suũ per industriã Angliam Danico regno adie-
cisse cernens, nec sibi cũctandũ ratus, qui senior esset si fratri in glo-
ria atq; imperio ęquari vellet, in Scotiam cũ valido traiecit exercitu,
bello causam eam pretendens, quod Cami necessarii sui & sociorũ eius
cędem ad Barrũ ad Croudan, Gẽmerẽq; factã vltũ veniret. In Fifam
autẽ classem appulerat, fratri neutiq̃, nec magnitudine animi nec bel
li peritia cõparãdus: Cędem enim crudelẽ & miserãdam in innoxios
statim pueros, mulieres, & infantes exercuit, maiorem q̃ antea vsq̃
sit audita. Duncanus rex vt ea exaudisset, ac tãtũ non ad aures eius
peruenisset infantium vagitus, necessitate mollitiem animi excutiẽs,
bello animũ accommodat. Inertem enim & segnem promptũ & pro
uidum efficit rerum aliquãdo necessitudo. Magnas extemplo cõscri
bit copias, ac eas in tres parteis diuidit: Primũ agmen Maccabęo at-
tribuit, Secũdum Banquhoni, Tertium ipse regit: maioremq; nobi-
litatis partem secum sumit. Ad Culros concursum haud procul ab
eo loco vbi nũc cœnobium est percelebre eodem nomine monacho-
rum ordinis Cistertiensis. Vtrinq; pugnatum est magna vi, ingenti
vtriusq; cæde exercitus. Sed victi Scoti fugam tandem præcipitem
corripuere: idemq; cædis finis, quod fuit fugæ initium: adeo ex con
gressu defatigatis Norvvegis, vt ad persequendũ nec animus nec vi
res amplius suppeterent. Noctem insequẽtem in pugnę loco sedere,
nondum rectam sibi victoriam sumentes, nec spolia ante lucem legẽ
tes. Vbi illuxerat ac prorsus abiisse hostes cognitum est, discurri ad
prædam permissum: vetitumq; ne cuiq̃ inermi vis vlla fieret: mansue
tudinis opinione, quasi iam regnum ipsius fuisset, deuincire Scotos
sibi cupiens. Deinde cum toto exercitu Duncanum persequitur. Tã-
dem vbi ex perfugis Bertham contendisse eum cognouit, ac Macca-
bęum in regionem vltra montanam ad reparandas copias, Bertham
& ipse petit regem obsessurus. Duncanus vbi se cinctum armis vi-
deret, teneretur; octauũ iam diem clausus, ex consilio Banquhonis
viri prudentissimi, ad Maccabæum quem appropinquare cũ nouo
exercitu audiuerat, clam misso nuncio, iubet ad Tulinã, quoad aliud
edixisset, considere: & ex altera parte fæcialẽ ad Suenonẽ emittit, po
stulans vt sibi cũ nobilitate ac fortunis omnibus, libere abire permit
tat: & in hoc si obsides det, sese mox oppidũ deditlurũ. Id ita petebat,
q̃q̃ sciebat repulsam se passurum, vt sensim ad omnimodã deditionẽ
(quæ simulãda erat) sine suspitione perueniretur. Itaq; denuo emisso

oratore Caduceatorē Suenonis in vrbē venire iubet, vt sup dedi-
tione ageretur. Qui vbi aduenisset, Duncanus simulās sese nec pos
se nec velle amplius Suenoni resistere, paratū se ad deditionem in-
dicat. Attamen quo iram in se Suenonis mitigaret aliqua ex parte
cum oppugnationē in longū extrahere tempus ob cōmeatus pos-
set copiam, se mox Suenoni & exercitui copiam omnis generis re-
rum facturum, vini, cereuisię, ac frumenti. Carniū vero illis satis ac
supesse ex prçda dictitās, quę si non sint, quantū velint, missurum.
Quę vbi Suenoni nunciata fæcialis aduentu, non solum illi, sed to
ti quoq; exercitui grata fuere, vtpote summa laborantibus inopia,
ꝙ nihil secum attulerant, atq; agro antea ab ipsis Scotis vastato,
pecora noctes & dies ad loca munita fuerāt coacta, ac frumētū cō
uectum. Interea vinū, ac cereuisiam Solatro amentiali (hęrba est
ingentis quantitatis, acinos principio virides, ac mox vbi matu-
ruerint purpureos & ad nigredinem vergentes habens, ad caulem
enatos & sub foliis latentes seseq; quasi retrahentes, vimq; sopori-
feram, aut in amentiam agendi si affatim sumpseris habentes, ma-
gna vbertate in Scotia proueniens) miscent, ac in exercitū magno
studio apertis portis conuehunt. Itaq; lęti ea copia milites sese in-
gurgitant auidi, ac de maioribus poculis certantes inuicem inui-
tant. Nec dux ipse abstinere suetus aut aliud q̄ milites agebant, si-
mulare, certatim quoq; cum suis vinū, cereuisiamq; promiscue hau
rit, donec impletus in somnū solutus est, maturante ipsius hęrbę vi
ac somnū aduocante. Panes quoq; coctos magna copia conuehūt,
ne quid deesset ad gulam excitādā, aut quo minus largiter sese ex-
plerēt. Nec minus q̄ oppidani optarant, faciunt: infundūtq; quoad
venter potuit sustinere debellatum iam existimantes. Conuectores
quoq; ne qd suspitiōis insit, hostib9 ꝓbibūt, eos ad potādū largiter
inuitantes. Interea Duncanus misso fideli ad Maccabęum nuncio
vt extemplo cum exercitu adesset, quæ cogitarat, perfecta esse in-
dicat. Itaq; q̄ potest maxime clā Maccabęus exercitū traiecto Tao
flumine per ligneum pōtem ducit in Bertham, ac inde aduersa por
ta egressus, quæ ad stationes Norvvegorum opposita erat, ducē-
te Banquhone ad castra hostium perueniunt. Tum maximo edito
clamore ad terrorem, si qui fortassis adhuc vigiles supererant ac
sobrii, cędem ingētem edunt, alios in cubilibus cędentes, quos nō
clamor, non tantus tumultus, non mors ipsa excitare opressos ve-
neno potuit. Alii in amentiam acti quid agerent, aut quid fieret nō
satis intelligebant. Quidam ꝙ dona hostium suspecta habuissent
integri a pharmaco ac sobrii ad regem accurrūt, noīe eū inuocāt,

verberant, premunt quicquid ad excutiendum somnũ posse videbatur, adhibẽt, nec tamẽ excuti somno poterat veneno potionis iã vires sumente. Tandem velut exanimem capiũt per noctem, vnus caput, alter pedes, alii brachia, pars ipsum corpus subleuãtes, atq; ad Tai ostia vbi nauiũ statio erat scapha piscaria deferũt. Sed ne nautę quidem se in nauibus cõtinuerant, vbi de potus in castris audiuissent copia. Pauci ergo relicti in singulis nauib9 vbi quod factũ fuerat vident in vnã omnes nauem delatis quæ vsui esse poterant, se transferunt, ac vela ventis dantes in Norvvegiã cũ rege: nec alii vlli q̃ qui regem eripuerant (qui fere ad decẽ fuere) prẹter nautas effugerunt. Maxima ea Norvvegis clades fuit, vel ipsis fatentib9. Nam quisquis exinde eques auratus factus est iusiurandũ dedit eã Scotorũ contumeliam, quantum in se esset, vindicaturũ. Sed naues in ęstuario vacuę nautis relictę post triduũ Euro vehemẽtius flante, inuicem collisę, fractę, ac submersę sunt, fundoq; hęrẽtes affluẽte harena, aggerib9 accumulãdis cum maximo illuc annauigãtiũ atq; illic enauigãtiũ periculo initio prębuere, q sub aqua modo latentes vt pleno ęstu mari tegũtur ita refluente mari nonnihil extant. Vulgo Drounlou id est mõtes mergentes appellitãtur. Scoti victoria ac prẹda ingenti potiti gratias superis per omne regnũ agere, supplicatiões decernere, omniaq; facere quæ gratus animus fieri amat. At dum illis sunt rebus q̃ maxime intenti ecce nunciatur classis Danica a Canuto subsidio cum exercitu fratri missa ad Kalgorn appulsam, ac militem expositum totam in circuitu oram deprẹdari. Aduersus eos Maccabęus & Bãquho profecti egregia cum iuuẽtute ac victoria recenti alacri haud difficulter eos superant, occisis nonnullis ex nobilitate ac reliquis ad naues fugatis. Qui ad naues confugerant apud Maccabęum ingenti obtinuerũt pecunia, vt q in pugna nobiles cecidissent in Emonia insula loco sacro sepelirentur. Extant & hac ætate notissima Danorum monumenta, lapidibusq; insculpta eorum insignia. Adiecta & lex quędã iureiurãdo Danorum firmata, ne vnq̃ Dani deinceps in Scotiam hostiliter ingrederentur. Hactenus Duncanus bella externa gessit septimum iam annum regnum cum fœlicitate quadam possidens. Accidit autem haud ita multo post res noua atq; admiranda, quæ statum regni perturbauit. Nam Maccabęo Banquhoniq; Forres (vbi tum rex agebat) proficiscentibus ac in itinere lusus gratia per campos, syluasq; errantibus medio repente campo tres apparuere muliebri specie, insolita vestitus facie ad ipsos accedentes: quas quum appropinquantes diligentius intuerentur, admiraren-

turqꝫ.Salue,inquit prima,Maccabęe Thane Glāmis(nam eū ma-
giſtratū defuncto paulo ante patre Synele acceperat.) Altera ve-
ro,Salue inquit, Caldarię Thane. At tertia Salue inquit, Macca-
bęe olim Scotorum rex future: Tum Banquho. Et vos (inquit)
quęcūqꝫ eſtis,mihi parum propitię videmini,quę huic pręter opti-
mos magiſtratus etiam regnū defertis,nec mihi quicq̄.Ad ea quæ
prima fuerat. Immo inquit longe tibi maiora q̄ huic nunciamus.
Hic em̄ regnabit quidē,infauſto tamen exitu,nec vllum ex poſteri
tate ſua inter reges iure numerandū relicturus. Tu cōtra,nō regna
bis quidē,verum ex te naſcentur longa nepotum ſerie rerū Scoti-
carū potituri. His dictis extemplo ſe ex illorū cōſpectu abripiūt.
Vana ea Maccabęo Banquhoniqꝫ viſa,atqꝫ ꝑ ludū Banquho Mac-
cabęum regē ſalutabat:Banquhonemqꝫ Maccabęus viciſſim mul-
torum regum parentem. Verum ex euentu poſtea parcas aut nym
phas aliquas fatidicas diabolico aſtu pręditas fuiſſe interpretatū
eſt vulgo,quū vera ea quę dixerāt eueniſſe cernerēt.Paulo em̄ poſt
in Forres Caldariæ Thanus pro tribunali ob lęſam maieſtatē,ca-
pitis damnatus eſt.Ager & magiſtratus beneuolentia regia Mac-
cabęo donatus. At Banquho cum in cœna hilares iocarentur,ride
rētqꝫ inuicem,Aſſequutus es inquit Maccabęe qđ duę illę ſorores
prędixerāt,ſupereſt conficiendū tibi quod tertia fore p̄dixit.Macca
bęus quū rem apud ſe voluiſſet,ſerio cœpit ad regnū adiicere ani-
mū.Sed occaſio expectāda erat,& qđ a ſuperis vt rebatur,deſtina-
tū fuerat tēpus.Sicut em̄ illi priora cōfecerāt ita & reliqua confe-
cturos credebat.Nec diu fuit quin veluti anſa quędā illi a Dunca
no pręberetur.Alterū enim ex filiis quos ex filia Siuerdi Northū-
brię comitis ſuſceperat Malcolmū Cūbria donauit,veluti iudicās
illū ſtatim poſt ſe regni gubernacula ſuſcepturū.Quod ęgre ferēs
Maccabęus vt qui fata ſua illū impedire conari arbitraret̄(veteri
enim cōſuetudine: ſi in regnū ſucceſſurus rebꝰ per ętatē gerendis
nō eſſet idoneus,is qui genere ꝓximus erat, prudētiaqꝫ excellebat
regni tenebat adminiſtrationē) haud indignā odii cauſam habere
ſe arbitratꝰ,cōſilia de regno inuadēdo habere cœpit.Addidere ani
mos viro quæ per deas illas(vt opinabat̄) acceperat.Nā cum vti
prędixerāt duę,eueniſſet,tertiū quod reſtabat,ſuperis adiuuātibus
haud difficile fore cēſuit.Inſtigabat quoqꝫ vxor eiꝰ cupida nōis re-
gii,impotētiſſimaqꝫ morę,vt eſt mulierū genꝰ ꝓcliue ad rē aliquā
cōcipiendā,& vbi cōceperint nimio affectu proſequēdā.Sępiꝰ itaqꝫ
virū haud alioqui ſegnē & ſuopte ingenio poſtrema regis cōtume
lia accēſum,acerrimis dictis icitat,ignauū ac timidū appellās, qui

cãtibus superis fatisq; portendẽtibus aggredi rem nõ audeat tam
egregiã,tãq; pręclarã:quã multi magnitudine nõis incitati,nulla-
q; spe alia sint adorti:satisq; habuerint vt eã ficto sibi nõie tenus cõ
parãtes animã effunderẽt,breui nõis eius appellatiõe lucẽ hãc cõ-
mutãtes.Cõsilia igit̃ cũ ꝓximis amicis cõmunicat,ac in primis eũ 45
Bãquhone:q vbi oĩa polliciti fuissent, ꝓ occasionẽ regẽ septimũ iã
annũ regnãtẽ ad Enuernes(alii dicũt ad Bot gosuanę) obtrũcat.
Adiũctis vero nõnullis aliis precio corruptis,regẽ sese caterua sti-
pãtiũ cõfisus,ipse facit:ac mox ad Sconã proficiscitur,ibiq; cõmuni
cõsensu rex appellat̃. Cadauer interfecti regis a paucis comitibus 50
eius Elginũ apportatũ est,ibiq; more regio curatũ,postea in Ionam
insulã delatũ atq; sepultũ,anno Seruatoris humani supra millesi-
mũ quadragesimo sexto,Canuti Danoꝝ Anglorũq; regis regni de
cimo quarto.Malcolmus Cãmoir & Donaldus Banus,Dũcani in-
terfecti filii,prępropere se in Cũbriã receperũt,quoad Eduard9 El 55
dredi filius(qui postea in diuorũ numerũ relatus est)adeptũ Da-
nis regnũ in Albione Anglorũ gẽti recuperauit.Tũ etenim Mal-
colmus ad Eduardũ sese cõtulit,ac ab eo regio honore except9 est.
Donald9 in Hebrides,inde tãdẽ in Hiberniã cõcessit.Maccabęus
vt regnũ stabiliret benignitate qđ flagitio cõparauerat,prouẽtus 60
regios potẽtiorib9 regni distribuit,mercedem cõsentientib9 scele
ri donans. Quo effecto,quũ a nullo vndiq; vicino rege metus esset
(q; ipsi vicini sibi metuebãt si vel trãsuersum a regno pedem reces
sissent nec incõniuẽtibus oculis alter alterius cõsilia ac facta cõsi-
derasset,de Canuto dico & Edmũdo)ad munia reipublicę admini 65
strãdę animũ apposuit.Plurima erat vbiq; grassatorum vis:qui ad
puniendũ tarditate & ad ignoscendũ laxitate Duncani in omnem
euaserãt licentiã. Hos iudicabat quidẽ pro bono reipublicę aufe-
rendos,sed si palã id faceret quoniã magna eorũ multitudo erat, 70
verebat̃,ne cõglobati,ad aliquẽ ex iis quos infensos sibi habebat,
se cõferrẽt ac motũ aliquẽ excitarẽt,vir acut9 callidã in eos technã
machinat̃.Per quosdã enim fideles amicos curat vt vicini eoꝝ qui
palã infames erãt,cõducti ꝓcio illos ad singulare ꝓuocarẽt certa
men,publico foro decernẽdũ,idq; fere vno die vt fieret vbiq; ꝓui- 75
debat̃.Itaq; vbi in forũ descẽdissent a satellitib9 regiis cũ armis in
insidiis ad id positis cõprehẽdũtur qui aduenerãt oẽs.Postea insõ-
tib9 dimissis reliqui oẽs in cruces acti sunt,prębuerũtq; nõ minus
vtile q̃ iucũdũ victorię spectaculũ,vbi oẽs,soliq; noxii succubuerũt.
Nec aliq deiceps grassari audebãt ꝓ cõperto habẽtes nõ magis se 80
regias man9 euasuros,si qcq̃ flagitiosũ cõmisissent,q̃ illi quos nuꝑ

1 in tãto nũero cepisset,fuerãt.n.ad duo fere milia.Inde oẽs Scotorũ regiones circũiit,ac Hebrides adiit oẽs iuris dicundi causa: habitusq; est pauperũ ac innocuorũ acerrimus propugnator,diligẽtissimus quoq; iniuriarũ in agrestes,sacerdotes,ac mercatores illatarũ
5 vindex.Intẽtus quoq; fuit,nec ab re,vt iuuẽtus spes futurę reipublicę optimis imbueret moribus:põtificesq; orabat,vt sacra sua diligẽter curarẽt,ne qua ibi culpa esset vbi imperiũ ipsis cesserat.Sustulit & quosdã magnates,Cathanesię,Suthirlandię, Strathnardinię & Rossię Thanos,q̃ dissidiis eorũ ingẽs damnũ populares ca-
10 perẽt,nec quiuissent aliter cõponi. Gallouidię tyrannũ Makgallũ regiã authoritatẽ in fęcialibus bis aspernatũ, ac postea prælio victũ,captũq; capite puniuit,eãq; regionẽ in summã pacem restituit. Sed oĩm pręstãtissimũ opus eius fuit in legib9 cõdendis ad reipublicę vtilitatẽ,vt si per ius regnũ adeptus fuisset,nulli oĩm regum
15 secũdus habẽdus fuerit. Quas quoniã vtilissimas fuisse iudico,nec fere notę sunt(vt optima queq;)vtile hic eas adiicere visum est.
Christo initiatũ ad prophanũ iudicem non vocato,vocatum cõparentẽve non iudicato,sed ad sacros antistites remittito.
Decimã partem terræ nascentiũ pastoribus ecclesiarũ libere con-
20 ferto,deũq; semper votis & oblationibus consuetis adorato.
Qui pontificis authoritatẽ annũ totũ execratus contempserit,neq; se interim recõciliarit,hostis reip.habetor: qui vero duos annos in ea cõtumacia perseuerarit,fortunis omnibus multator.
Qui eques auratus creatur,viduarũ,pupillorũ,agrestiũq; se fore tu-
25 torẽ iurato.Idemq; dũ quis Rex salutatus dicitur,facito.
Fœmina priogenita sicut & mares in hęreditatẽ succedito,nullaq; talis agri,p̃diiq; dño nubito:quæ si id fecerit hæreditatẽ amittito.
Nemo fundũ,prędiũ,agrũ,aut magistratũ alia q̃ regia authoritate possideto, neq; vllus q̃ temporaneus magistrat9 deinceps esto.
30 Nullus in p̃phanis rebus rei alicuius iudiciũ sibi dicundũ quẽ nõ regia maiestas cõstituerit,sumito,Regisq; solius nomine ius omne administrator,conuentus indicũtor,consiliaq; conuocantor.
Capitale esto si q̃spiã i alterius q̃ i regis verba iurauerit,seu iuramẽto socitatẽ cũ altero inierit, alteri9 se nulli9 societatẽ aut ministe-
35 rium initurũ & aduersus quẽlibet cum ipso iturum professus.
Si quis copias aduersus aliquem contraxerit, & qui cõueniunt & qui conuocat,amissis fortunis oibus,capitali pœnę obnoxii sunto.
Si quis quẽpiã,cuius ipse sumptibus aut victu non alitur quotidiano,seu ad publicum conuentum,seu ad forum,nundinasve comita-
40 tus vt assecla fuerit, capitis reus esto.

Equ9 alit9 agricolæ cura i aliũ q̃ rerũ rusticarũ vsũ, fisci regii esto.
Histriones Ludiones, mimi & reliquũ ociosorũ nebulonũ genus, nisi regis peculiari gratia ita ꝑmittant, ad aliquod artificiũ agẽdũ cogũtor: qđ si recusent, nisi inepti ęgritudine aut mutilatione fuerint, iumẽtorũ more ad aratrũ aut plaustrũ trahẽdũ adiguntor.
Filius qui patre superstite hęreditatẽ, etiã volẽte rege adierit, si pater postea lęsę maiestatis crimẽ admiserit, nihilomin9 exhęredator.
Cõiunx quã vir agri alicuius dominus in dominii acciuerit societatem viuens si nullos ex eo liberos pepererit, tertia agri parte, reliquis ad hęredes demortui redeuntibus, contenta esto.
Capitis damnãtor primates qui alicuius regionis inter se affinitatem contraxerint.
Qui armis corpus tegit, pręterq̃ dum ad bellũ proficiscitur, amissis armis illis, pro modo facultatum multator.
Pręfectus si agrum in suę ditionis territorio, dum præfecturã egerit, comparauerit: agrum ac precium amittito.
Pręfectus si intra ditionis suę fines, aut vrbanis aut rusticis filium filiãve matrimonio dederit, pręfectura abdicator: nec ipsi nec filio vnq̃ deinceps adire eundem magistratum fas esto.
Harũ legum atq; aliarũ quarũ vsus tum erat Maccabęus obseruãtissimus fuit, totoq; decennio, vt regũ quicũq; alius, optime regnũ administrauit. Sed hactenus in aliena fictaq; ꝑsona, vt fauorẽ populi cõciliaret. Mox veterẽ hoiem rursum induit, ac crudelitate mansuetudinẽ cõmutat. Agitabãt eũ furię (qđ fit in Tyrãnis & per scelus respublicas occupãtibus) nec id eũ nõ metuere perpetuo sinebãt, quod ipse alteri fecisset. Accedebat, earundẽ quę ipsi regnum prędixerãt vaticinio, Banquhonis posteris promissum esse regnũ. Itaq; nihil quale ipse suspicabatur cogitãtẽ Bãquhonẽ ad cœnã cũ filio, id est ad cędẽ inuitat. Nec tñ ędem hospitalem sanguine eius maculare voluit, sed vt etiã a se crimen auertere valeret, si obiectũ aliquãdo foret, ad facinus promptos extra regiã aliquot expectare iuber, quoad Banquho exiret: tũ quasi per tumultũ, eũ inuaderet cũ filio Fleancho obtrũcarẽtq;. Sed nocturnę caliginis benificio filius singulari dei auxilio ꝑcussorũ euasit manus, fatis ad meliorẽ fortunã eũ seruãtib9. Verũ vbi ex aulicoꝝ quorũdã amicoꝝ monitione insidias in caput quoq; suũ intellexit nõ min9 q̃ in patris intẽtatas, in exiliũ in Gauliã abiit. Cęterũ nõ alienũ ab ĩstituto facturus videor, si originẽ regũ q a Banquhone descẽderũt q̃ queã breuissime, huic loco inserã: qm̃ res ita exposcere videt̃, vt q tãta serie nunc regnũ possident, quã habuerint gentis suę originem, vno lo

1 co cognoscere valeāt. Itaq; Fleanchus vti dictū est in Gualiā exulatum fugit, gentisq; domino ob ingenii dexteritatem inter familiares mox numeratus, & ex frequēti cōsuetudine captus amore filiæ eius, ipsam nō auersantē formosum ac nobilē adolescentē, grauidā
5 facit: quod vbi pater cognouit, illum occidit, filiāq; seruituti vilissimę adiudicauit: natumq; ex ea filium nomine Vvalterū rus ablegat. Is viginti natus annos maiorū spirituū adolescens q̃ quos ruri educatos diceres, agro relicto, ad auum se contulit: a quo exceptus quidē, sed seruiliter habit9, animū tamen nihilominus erectū
10 & magna semper suspicantem seruabat. Cæterū breui vbi a sodali ipsi improperatum fuisset, ꝙ ex stupro natus ac ignobilis prorsus esset, indigne contumeliam ferens, occiso cōuiciatore clam auo in Scotiā contendit, cognatorū opem imploraturus. Vbi cum in aulam venisset, ab Anglis qui cū Margarita Scotorū id temporis re
15 gina, ac postea inter diuas relata, in Scotia agebant, comiter atq; amice in sodalitiū eorum acceptus, breui diligēti obsequio, omniū sibi amicitiā fauoremq; cōciliauit. Postea exercitus nō contemnendi dux factus in Gallouidiā, ac deinde in Hebrides profectus Tyrānos deuictos occidit, ac tumultus per eos cōcitatos sedauit oēs.
20 Quibus reb9 gestis clarus, regiq; acceptus vbi innotuerat eū Scotico sanguine prognatū, regni Senescallū, id est regiorū prouētuū primariū procuratorem rex creat, prędiisq; & agris Stragis, Coil, Stuartislandis (vti ea vulgari & vernacula Scoti appellāt ligua) donat. Natus ex Vvaltero Alanus Stuart, q cū duce Lothoringię
25 & Roberto notho Angloꝝ regis filio p̄clara quedā egerat facinora i terra sācta recuperāda āno circiter a Christo nato nonagesimo nono supra millesimū. Alano ꝓcreatus est Alexāder Stuart, is qui author est percelebris cœnobii Pasleti, vbi ab initio inhabitarūt viri Benedictini istituti, religiōis sanctitate insignes. Eius fili9 Vval
30 terus a Doundouald, clarus in pugna ad Largin cōmissa, Alexandro tertio Scotoꝝ rege duce, fuit. Ex Vvaltero prognat9 est Alexāder eadē pugna insignis, & alter fili9 Robert9, cui donato a patre agro Tourboutoun filia & hæres Roberti Crux a Cruxtoun matrimonio iūcta est, quo cōnubio eqtes baronesq; a Darle & tan
35 dē etiā comites a Léno ꝓcreati sunt. Cęterū ex Alexādro nati sunt Iacob9 & Ioānes, & alii cōplures filii, q noua cognomēta a prędiis suis sūpsere. Ioānes aūt Iacobo puero adhuc fatis functo, ex virgine hęrede Boutil quā vxorē accepat Vvalterū Stuart suscepit: qui patre ad Variū sacellū cęso i Boukil, Renefrai, Rothesa, Botha, Coil,
40 & Stuartoun successit. Is Mariorię Roberti Bruis regis filię, postq̃

reparato regno res tranquilliores reddiderat, cōiunctus: ex ea Robertū Stuart regē pcreauit. Ex quo prouenit Robert9 tertius rex. Ex Roberto Iacobus primus natus: qui genuit Iacobū secūdū, atq; is Iacobū tertium: ex quo Iacobus quartus est profectus. Huius filius Iacobus quintus hac tempestate adolescens annos quindecim natus Scotorū regnū fœliciter ac i magna augustę fœlicitatis spe obtinet, Anno ab humani generis in terris viso redemptore sesquimillesimo ac sexto & vigesimo. Ad Maccabęū itaq; vnde oratio nostra defluxit, reuertamur. Perpetrato quo dixim9 modo in Bāquhonem scelere nihil deinceps prospere Maccabęo successit. Nā quū fere palam esset inuidia eum sublatū, sibi quisq; timentes, raro ac inuiti primates ad regiam comparent. Quæ res maius iterū malū attulit. Etenim vbi se Maccabęus terrori esse, a cunctisq; se metui intellexit, vicissim & ipse cūctos metuere incepit. Eaq; de re in oēs pariter odium concepit inexpiabile. Exinde eñ causis confictis, q nouarū legū aliarūq; contemptores & transgressores essent, quosdam interfecit, bonaq; eorū vniuersa confiscauit. Ergo percepto ingenti ex aliorū cędibus fructu, licentius id iam occeptat agere: geminū inde cōmodum sentiens. Nam & ii quos timebat, trucidabātur, ac eorū bonis, conductis magno numero stipatoribus ab iniuria quā timebat sese tuebatur. Arcem quoq; & loco & munitionibus munitissimā in cacumine Dousinnani montis ędificauit. Mons hic situs est in Gourea, decem a Pertho milibus passuū distās, admodū editus, longeq; ac late agros circa respectās. Vnde totę pœne videri Angusia, Fifa, Stermundia, & Erneuallis possunt. Cæterum opus ipsum difficillimū, nā ob montis arduitatem, nec lapides, nec cœmenta, nec materia vlla nisi labore summo ingētibusq; impendiis illuc cōuehi poterant. Ab opere tamen nō destitit. Thanos eñ ex omni regno suam quemq; vicem operi adesse, suisq; impendiis ędificare iussit. Mandatoq; omnes paruerūt, & iam in orbē pœne circuierant, quū Magduffi Fifę Thani adessent vices: qui cū operi prępesse nō posset, operas artificesq; suos eo miserat, mādaueratq; vt q̄ possent diligentissime officia quiq; sua prosequerentur, ne qua regi succensendi p absentiā suā prębéretur occasio. Verebatur eñ in tyranni venire potestatem, cui se suo cū periculo quidam crediderāt. Itaq; vbi rex operis inspiciendi gratia in castellū venisset, Magduffumq; nō reperit, cōmotus (suspiciosis eñ animis quęuis offensa vel minima maximarū etiam irarum sępe causa est) hic homo, inqt palā nisi Lupato in os iiecto ferociū more equorū, haud vnq̄ vt opinor iperio erit obsequēs. Nec deiceps ęquis illū oculis

1 aspicere potuit:seu ꝙ nimias eius opes timeret,seu ꝙ ab haruspici-
bus(quibus tũ magnopere confidebat ob expertam olim diuinan-
di de se nympharũ,vti credebat,veritatem)acceperat,cauendum a
Magduffo vt qui magnopere eius insidiaretur capiti. Cęterũ pridẽ
5 Magduffum e medio sustulisset,sed impetũ eius remorata fuit mu
liercula futurorũ pręscia,obscuris eũ vaticiniis lactans,atq; a metu
omni retrahens:in fatis esse dictitans,haud prius eũ hostiũ manib9
vinci posse q̃ nemus Birnen se ingenti circũscriptum spatio ad no-
uum hoc quod ędificabat castellum Dounsinnan translatum esset,
10 neq; vnq̃ hominis manu ex muliere prognati interimendũ. His su-
perum fauoribus(vti credebat)Maccabęus securus omniũ insidia
rum,licẽtiosius cũcta agere,neminem timere, Altero em̃ vaticinio
se inuictum fore credebat, altero ferro haud quaq̃ interiturũ. Sed
falsę dęmonum delusiones,in extremam eum perniciem induxere,
15 dum ne cui postea timeret ac pręceps in cędes omniũ ferretur,effe-
cerunt. Thanus aũt Fifę vt tyranni cruentas effugeret manus,fugã
in Angliam ad Malcolmũ Cãmoir in Scotiam reuocandum,para-
bat,nec Maccabęũ consiliũ eius latere potuit. Verũ enim est quod
fertur prouerbiũ,regũ oculos vel linceis acutiores esse,oẽsq; Midę
20 aures circũferre vtpote qui ea q̃ vel lõgissime absunt,cernunt acu-
tissime,ac planissime exaudiunt.Quippe qui in omniũ ędibus prę-
cipue excellẽter potentiũ in Scotia vnde aliqd timoris esse posset,
aliquos corruperat,qui dominorum acta aut cõsilia olfacientes ad
ipsum q̃primum enunciabant. Itaq; omnia celerrime vel cogitata
25 tm̃ pœne percipiens,priusq̃ satis de nouis rebus deliberassent, eos
oppressit.Hæc illũ omnia metus,qui nec noctes nec dies securum
sinebãt,consciẽtiam sceleribus q̃ perpetrauerat exagitãtibus,exco-
gitare adegerat.Tãta enim est flagitiorũ vltrix cõsciẽtia sibi haud
quaq̃ recte conscia.Igitur vbi consilia Magduffi exaudisset,celerri
30 me copiis quibusdam contractis in Fifam nullo motu facto abiit,
castellumq; vbi Magduffum inesse credebat, obsidione cingit,nec
magno negocio capit:quippe nihil tale expectãtibus qui defende-
bant,nec satis cõmeatuũ habentibus ad longinquã obsidionẽ susti-
nẽdam.Quãobrẽ a principio statim animũ remiserũt:nihilo tamen
35 Maccabęus minus crudelis in deditos fuit:omnes em̃ ad vnũ occi-
dit & liberos Magduffi & cõiugem , ac quotquot eius ibidem mi-
nistros repperit.Bona Magduffi vniuersa hastę subiecit ac per totã
eum Scotiã reipu.declarauit hostem.At ille iam in Angliã perue-
nerat ad Malcolmũ,cędẽ suorũ nuper factã vindicaturus. Ad quẽ
40 quũ accessisset,necessitatẽ suam,suorũq; miseriam exponit:cædem,

crudelitatem immẽsam ac deteſtãdam tyranni ſęuiſſimi, quãta in-
ſolẽtia in omniũ magnatiũ capita graſſatus ſit, ac etiã nũc graſſe-
tur, vt item ſi vel dũtaxat timeri ſe a quoq̃ ſenſiſſet, eum velut capi-
tale cõmiſiſſet crimen, ad ſuppliciũ pertrahat ac multiplicibus tor-
mentis affectũ vix tandem ſpiritum efflare permittat. Nec modo a 45
quibus met⁹ illi eſſe poterat, odioſos eſſe, ſed etiã pueros innoxios
ac cõiuges eodem malo damnari. Non enim tm̃ potentes ex medio
tollere ipſum cupere, ſed etiam bona ipſorũ diripere, ac ſatellitib⁹
illa ſuis diſtribuere, nouoſq; cõparare quibus ſtipatus omnẽ tandẽ
nobilitatẽ ex regno ſublaturus ſit. Ad quę quũ ingemiſceret Mal- 50
colmus, Quouſq; tandem inquit ille infandã tuorum trucidationẽ
inultam relinques? tam indignã patris tui, & amicorũ veſtrorũ cę-
dem ab illo tyranno factam, qui genere vobis ꝓpinquiſſimus, be-
neficiis vel maxime erat obnoxi⁹? quãdo ſatiatus pœnis patrię tuę
eris? q̃ te quidem profugũ oppreſſa non tutata eſt, ſed quanta inde 55
omnes paſſi ſumus? Nec vero tibi tũ ętas aderat q̃ aduerſus talem
beluã tamq; ferocem potuiſſet contendere. Nec tum quoq; Eduar-
dus aliquis Angliã obtinebat, qui auxilia ꝓbere conanti potuiſſet.
Populus vt in perniciẽ ſępe ſuam deſipit, nouis rebus plęrũq; gau-
dens, nondũ expertus huius fuerat crudelitatẽ, quem nũc malo ſuo 60
noſcere didicit. At modo ah quãtis ſępe cũ gemitibus ſuſpirãt? quo-
ties ignauiam ſuam condẽnant? Te vero in quo ſolo ſpes meliores
ſuas cõſiſtere arbitrantur, quoties & q̃ ardentibus votis expetunt?
quãtis exoptant ſuſpiriis, vt mẽtem eam diuinitus aliquando acci-
pias, qua patriã tuam ac ſe tyrannide ſęuiſſima liberare velis? Quã- 65
obrem niſi hic ignauus, patrię afflictiones proſpectare gaudes &
exiliũ iſtud tibi immeritiſſimũ perpetuo tolerare voluptati eſt, ca-
peſſe aliquãdo rempublicã, ac patriam miſeram, miſeriis (quod in
te eſt) libera. Suppeditabit Eduardus rex hũaniſſimus & tibi cha-
riſſimus quantas optabis copias, qui ipſe aliquando expertus eſt ac 70
vidit patriã ſuam a ſęuiſſimis ac potẽtiſſimis regibus oppreſſam:
Sed virtute ſua & dei auxilio ex crudeliſſimis illorũ eripuit mani-
bus. Nobilitas tota q̃ in Scotia eſt Maccabęũ extremo proſequitur
odio, non publicę magis calamitati cõdolentes, q̃ ꝓpriis malis in-
citati. Qui eñ nihil hactenus ab illo Phalaride (vt digno eũ nomi- 75
ne appellem) mali in ſe paſſus eſt, in horas ſingulas cruẽtiſſimum
ferrũ in iugulũ ſuũ premendũ expectat. Non eñ bonis ſuperari ei⁹
malitia poteſt, ſed iritatur magis. Nam q benigniſſime ac prõptiſſi-
me imperiis eius pluſq̃ Mălianis obſequit̃, ſuſpectas illius blandi-
tias (vt ait) habet. Qui non illico obtemperat, pręſens malũ aſſe- 80

1 quitur. Quis eas tā cōtrarias res quantūuis magna in eo sit prudē-
tia temperare ita posset, vt peruersum illius ingeniū nulla ex par-
te offenderet? At populus omnis, quali erga te sit aīo, si nōdum ex
istis satis intelligis, ex iis q̄ dicam facile considerare potes. Grega-
5 tim & sine discrimine trucidātur, non eñ illic deliguntur vt nostri
ordinis homines velut ad victimam, sed passim vt Charybdi illi in
mentē venit, mactant. Dubitare ne igitur poteris vtrū secunda, an
aduersa hæc tibi cōsilia futura sint? & vtrū facilia an difficilia? Vt
vero omnia non tam aperte ostēderent sese: tamen non negligendę
10 essent patrię tam deflēdę mulierculis qdem, sed tibi ac nobis vin-
dicandę calamitates, patris tui viri optimi ac māsuetissimi indigna
trucidatio, tua ipsius quoq; pericula q̄ amicis iuuantibus euasisti:
ob q̄ illi extrema quoq; passi sunt: vt taceam nō temere iuuantibus
superis illud p̄iculū te euasisse, immo diuino illo auxilio ad hęc te
15 tēpora reseruatū vt extremis laboranti malis succurreres populo.
Hęc vbi Magduffus adhortādi Malcolmi gratia dixisset: fuit cer-
te pro rei acerbitate cōmotus Malcolmus: tamen cuncta primum
dissimulauit, vt animum hominis experiretur, verus ne esset, an (vt
frequentes ad ipsum alias Maccabęus miserat) ad tentandum ho-
20 minis animum, falsus ac subdolus vt in discrimen perduceret, atq;
tandem ad necem traderet Maccabęo, Respondit aūt patriam qui-
dem cordi sibi esse, dolereq; eorum sese vicē, qui vt dicebat a tyran
no crudelissimo vexabantur, tamen spei in ipso illis nihil esse, nec
aptum se regno. Multis se, vti fingebat, & grauissimis obnoxium
25 vitiis: quę ipse in se agnosceret quidē, curare tamen nequiret: adeo
vt si bene constitutum regnum ab aliis maxima omnium beneuo-
lentia accipiat, tamen propter illa tueri illud se non posse: ac præ-
cipue propter vitiorū omniū teterrimū ac reliquorū quasi fontem
immoderatā libidinem: quæ etsi tūc etiam mala, perniciosaq; esset,
30 tamen eam intra ędiū suarū parietes contineri, nullāq; ex ea cōmu
nitatē malū aliquod sentire: sibi dūtaxat vni esse pestiferā. Qꝫ si eā
(inquit) potestatem rerū adeptus, eam omniūq; agendorum licen
tiam quę regibus datur accipiam multo grauiorē fortassis subdi-
tis futuram illā experiemini intemperātiam q̄ vt eā foribus vestris
35 excludere possitis: quę per coniuges, per filias, per honesta atq; in-
honesta p̄uagaretur omnia insolenti9, q̄ nūc Maccabæi sit cruētus
in vos gladi9. Insup (inqt) quod ab regia maxime abhorret digni
tate, plurimūq; populū in prauos adducit mores, mendacio intātū
gaudeo, adeoq; me oblectat animus subdolus, vt quātūuis graui in
40 re, tamē me falli ac decipi aliosq; fallere & decipere gestiā. Quāob

rem quũ in rege nihil magis decorum sit constantia, veritate, iusti-
tia, & toto deniq; virtutũ illarũ choro pulcherrimo: quũq; eas oẽs
vna cõplectatur veritas, mẽdaciũq; ea omnia subuertat, vides q̃ sim
ineptus ad ea quę me gerere vultis obeũda: quantoq; me malo ve-
stro in vestras vocatis ceruices. Quãobrem vti vos cõsoler illud ac 45
cipite, eiusq; memores este, quod in fabulis fertur de vulpe ab exa-
mine muscarũ sanguinẽ ipsius exugentiũ oppressa: quę quũ rogare
tur a viatore quopiã abigi ne eas cuperet? respõdit, succi illas ac san
guinis plenas esse, ac segnes iam saturitate corpori isidere: q̧ si eas
abegisset, alias recentes ac famelicas ꝓtinus aduolaturas, & quod 50
reliqui sanguinis priores fecissent id oẽe illas exhausturas. Proide
me vt sum sinitote ne vota vestra, q̃ tãtis nũc ꝓcibus optatis, in di-
uersam cõuertant partem, ac quẽ nũc tanto desiderio aduocatis nõ
minore idignatiõe ac iniuria eiiciatis postea turpissime. Ad ea Mag
duffus, saltẽ id patrię concedere velit, rogat, vt se ducẽ noiare libe- 55
rãdę patrię ꝑmittat, reliqua sibi ac amicis curę fore. Et quũ id quo
q; renueret, explorare tentãs quid ad extremũ Magduffus acturus
esset, an etiã constãs permansurus (nondũ eñ certo animo persua-
sum habebat, non esse subdola fictitiaq; q̃ ageret). Ergo inqt Mag
duffus, si nec patrię te charitas mouere, neq; tuorum nefãda mala q̃ 60
quotidie ꝑpetiũtur, in sui miseratiõẽ trahere te valẽt, nec vllis ꝓci
bus flecteris, opto, vt de⁹ tibi mẽtẽ aliquãdo meliorẽ det, aut ne diu
tius in gẽtis tuę contumeliam superesse te sinat. Quod vero ad me
attinet, quãdo ab oĩbus desertus sum, ne casum patrię videã q̃ lõ
gissime hinc me in exteras proripiã terras, ac quod patrię pręstare 65
non possum, nomini pręstabo Christiano, quo oẽs eadem veluti cõ
tinemur patria: atq; hoc corpusculũ hostibus nostrę religionis ob-
iiciã, quoad lucẽ his oculis intueri potero. Iãq; discedere cũ idigna
tione parantẽ, Malcolmus syncere illũ q̃ agebat, atq; ex aĩo & face
re & dicere tãdẽ ꝑsuasus, cõprẽsa toga retinet, Magduffe, inquiẽs, 70
quæ optas effecturus sum: bono animo esto: Qꝫ ita tergiuersatus
sum experientia me facere docuit, cum huiusmodi verbis sępe mihi
struxerit insidias Maccabęus. Itaq; quãto tardius q̃ orabas pollici-
tus sum, tanto maiori cura ac vigilantia prosequar. Deinde iunctis
dextris & data atq; accepta fide, quonã pacto rem peragerẽt, inter 75
sese consultãt & rebus constitutis Magduffus ad regni oras profi-
ciscitur atq; illinc literas ad primates per fidos mittit nuncios, cer
tiores eos faciẽs de cõiuratione in Maccabęũ facta, & ad nouas res
incipiẽdas hortatur, Maccabęũq; expellendũ & Malcolmũ verum
regni recipiendum hęredem. Interea Malcolmus subsidium decem 80

1 milium militũ cum Siuardo comite Northumbriȩ duce excercit9 futuro, ab Eduardo Anglorũ rege impetrauerat. Eorũ fama in Scotiam perlata priusq̃ cõparatis rebus necessariis educti essent, duas exciuit factiones, quarum vna Malcolmo fauebat, altera vero Mac
5 cabȩo: quȩ castris collatis leuibus nonnunq̃ prœliis certauerãt, nolentibus qui Malcolmo adhærebant priusq̃ ex Anglia auxilia aduenissent omnibus copiis fortunæ aleam experiri. Verum vbi copiȩ ex Anglia auxiliares aduenissent, Maccabæus exterritus tanto numero hostes augeri, & suos quotidie minui cernens, in Fifam abiit,
10 eaq; penetrata Bertham contendit copias auctur9, mox ad nouum castellum Dounsinnan castra ponit, certum animo atq; constitutũ habens, hostes illic opperiri, nam turpe ducebãt nullo experto certamine, regno exire. Amici tamen eius nonnulli pacem eum cum Malcolmo cõponere tolerabilius suadebãt cõditionibus, aut gaza
15 regni ablata in Hebrides concedere ac conductitio milite rem reparare quibus magis fidẽdum esset q̃ illis qui gregarim quotidie secessionẽ facerent. Sed fata hominẽ sua capiebant, quibus ꝑsuasus erat non prius q̃ sylua Birnen eo perlata esset, vinci se posse, nec tũ etiam mortem sibi imminere, quoniãquidẽ non ab homine nati ma
20 nu necandũ vates prȩdixerant. Malcolmus Maccabæum q̃celerrime insecutus, pridie q̃ victoria potitus est ad Birnen syluam cũ exercitu consedit, vbi quum paulum quieuissent, corporaq; curassent, in syluam omnes abire mandat, ac ramũ vnũquẽq;, quãtum posset ferre maximum, decerpere: prima vero noctis vigilia iter ingredi
25 tur. Tao deinde traiecto sublatis in altum ramis prima aurora in hostiũ conspectũ venere. Quos vbi Maccabȩus vidisset, noua specie territus tandẽ de se id interꝑtatus est ac fato suo. Tamen in pugnã milites suos educit animo nihil boni augurante. Vix autem acies abiectis ramis concurrerant, quum ipse fuga deseruit excercitum.
30 Quod vbi milites vidissent, nolentes pro timido ac infelici vitam suam profundere, omnes in fidem Malcolmi venerunt. Magduffus priuato in Maccabæum odio ipsum persequitur: Iamq; ad Lunfannain Maccabæus peruenerat, eiusq; imminebat tergo Magduffus: Tum equo desiliens, Quid me frustra infœlix persequeris, inquit,
35 qui non ab homine nato interfici possum, agedum accede vt præmium tibi tanti laboris feram. Magduffus verbo citius equo desiliens. Immo hic inquit, hodie omnium tuorum scelerum in omnes mortales pœnam lues, meaq; dextra mactabere: qui non aperto matris vtero prognatus, sed cæso eius ventre prodii. Quo dicto ca
40 put Maccabȩo machera amputat ac conto præfixũ ad Malcolmũ

iucundissimũ aliquando a tyranno afflictis defert spectaculũ. Hic finis Maccabęo fuit decimũ sextũ regnanti annũ: qui multa reipu. bona fecerat, eaq; rursum vniuersa varia dæmonũ pręstigiis delusus crudelitate dehonestauit, defœdauitq;. Occisus aũt fuit anno salutis generis humani supra millesimũ sexagesimo primo, qui ann9 Malcolmo decimus sextus fuerat exilii, & Eduardo Anglorũ regi regni octauo. Cæterum quonã pacto reductum a Danis Anglorũ imperium ad veros regni hæredes atq; Eduardũ peruenerit, paulo altius repetam. Postq̃, vti diximus, Canutus ac Edmundus ex hostibus amici facti regnũ inter se partiti sunt, ad quartũ vsq; annum quieta in Anglia cuncta fuere. Nam & pax constabat, & vterq; alterius ad nouãdas res metuebat vires. Verũ satis constabat vtrũq; alterius imperium haud ęquo animo ferre, cum suum quisq; q̃ alterius regnũ esse mallet. Qua de re nefarius quidã ac flagitiosus natione Anglus, audax & sceleratũ concipit apud sese facinus vt videlicet alterutri regnũ gratificaretur. Edmũdus aũt q; minus potens esset nec imperiũ extra insulã vllũ habebat, iniurię visus est opportunior, faciliusq; apud Canutũ facinus suum probatum iri arbitrabatur, præmiumq; habiturum se magnum sperabat. Itaq; Edritus (nam id illi nomen erat) perscrutatus omnes opportunitates, foramen in latrinis ad quas Edmũdus alui soluendę gratia cõmeare solebat, secreto efficit, atq; inde veru ferreo inguen Edmundi denudatum letaliter percutit, celerrimeq; se subducens ad Canutũ accurrit, regẽ eum salutans totius Anglię. Canutus rei nouitate obstupefactus, ludibrioq; se haberi antumans: nec regna per tales conferri homines, qualis is erat, solere gnarus: vix iram tenuit. Cũq; ille magis ac magis asseueraret, quid actum tãdem sit rogat. Tum facin9 suum enarrans, id quod ipse multo tempore optasset effecisse se ait: manu sua sustulisse Edmundũ professus, ac tantę rei dignum præmium Canutum postulat. Canutus etsi ęmuli morte ex animo non dolebat, tamẽ mercedem sceleri dignã, iustamq; sumere pœnam, q̃ gratiã referre maluit: factoq; medio in foro patibulo illũ suspẽdit, meritasq; temeritatis suę dare illũ pœnas coegit. Eo facto Canutus & suspitionẽ a se omnẽ cędis auertit, quam eo viuo nequiuisset effugere & cõciliatis ea vindicta reliquis Anglis, regnũ oĩe toti9 Anglię maxĩo oĩm cõsensu adeptus est. Nã cõsilio aliquãto post toti9 regni habito, magnates finiũ regni Edmũdi, adductis ad Canutum duob9 Edmũdi filiis Eduardo & Eduino tutelã puerorũ simul & regnũ obtulerũt. At Canut9 vbi eos aliquãdiu honestissime habuisset mutato animo vt regnũ sibi ac posteritati stabiliret necẽ pueris ma

1 chinatꝰ, mittitq; eos postea ad Valgarũ Suetię pſidẽ cũ literis qbꝰ illos pręcipiebat interfici. Verũ pręses nobilitate puerorum cognita, ac innocẽte ętate cõspecta motus est aduersus eos misericordia, missisq; ad Salomonẽ Hungarię regem in tutelã, mandata ꝑfecta 5 simulabat. Deinde Canuto mortuo filiꝰ eiꝰ Heraldus successit cui cognomentũ Hairfut, a pedũ impositum erat velocitate, vernacula Anglorũ lingua pedẽ leporis significãs, nec plus duobus annis in regno superfuit. Eiq; frater eius suffectus est Hardicanutus omniũ qui viuebant hominum & superbissimus & Anglicanę genti infen 10 sissimus, multisq; coopertus flagitiis. Nec eñ fratris manes qesce re passus. nam effosso eius cadauere quod ipsi ac matri suę iniuriã intulisset, vt ferebat, caput quod viuis fieri consueuit amputauit: contoq; pręfixum in edito loco Londini proposuit ad contumeliã. Truncum corpus in Temesim fluuium proiici iussit. Legem vero 15 tulit vt quicũq; Anglus Dano obuius fieret aperto capite ac inclinato toto in eũ corpore dominum salutaret. ac si forte eodem tempore Anglus Danusq; pontẽ trãsirent, cõsisteret Anglus ad finem pontis, quoad Danus præteriuisset. Eã contumeliã indigne Angli, prout ęquũ erat, ferentes, per omnes ciuitates primũ fremere inter 20 sese non ferendã esse tam elatã ac contumeliosam tyrannidẽ, ꝓbrũ id turpissimũ etiã in posteros fore dictitãtes, per oẽs ciuitates coniurant eodẽq; die pręsidia Danorũ, quę ob facilitatem cõmeatus in diuersa oppida distributa erãt, ex cõposito ad solẽnes cœnas inuitãtes suos qq; hospites vino implẽt, mediaq; nocte somno ac ebrietate 25 oppressos trucidãt: vna nocte sęuissima Danorũ tyrannide Angliã liberãtes. Hardicanutus vbi cęsum oẽ pſidiũ suũ cognouisset, Anglosq; ad se veniẽtes, tẽpus esse quo durũ illud iugũ excutiendum esse exaudisset vociferãtes, ne captus, dedecori maioribꝰ q fortissime regnũ cõparauerãt supesset, aut supbię suę pœnas grauissimis 30 lueret cruciatibus ad primũ Anglorũ impetũ, manus sibi intulit, meritasq; de se ipse pœnas sumpsit. Ita quarto Danoꝝ rege extĩcto q imperiũ Anglorũ tot occuparãt annis, ad sanguinẽ iterũ Anglicanũ regni gubernacula rediere Angli recepto a Danoꝝ tyrãnide regno Godouinũ virũ omniũ in Anglia potentissimũ (nam & Ca 35 nuti filiam vxorem habuerat in Normãniam ad accersendos duos Eldredi regis filios quos Emmã matrẽ in Normãniam fugientem, secum rapuisse ex manibus Danorũ supra ostendimus, & ad regni administrationẽ euocãdos. Godouinus filio suo regnũ ambiens Canuti ex filia nepoti, vbi in Normanniã venisset, veneno adolescẽtes 40 tollere parat. Alarudus iniurię obnoxius necatus est, Eduardꝰ fra-

ter eius diuino numine euasit insidias, atq; in Angliā mox ꝑuenit, rexq; declaratus est: Godouino postq̄ conat⁹ irriti fuere, voluntarium sibi eligente exilium. Erat Eduardo mansuetum ac pium ingenium, iniuriarū facile obliuiscens, in pauperes maxima cōmiseratione, exemplar omnis virtutis. Itaq; Godouinū etiam aliquot post annos veniā petentem nō modo remisso flagitio in gratiam recepit, agrosq; illi restituit, sed etiam filiū eius Heraldum ducem creauit Oxonii. Sed nō impunitum superi scelus hominis nefarii dimisere. Nam quodā die quum mensę regię astaret, mentioq; Alarudi forte fortuna facta esset, mortisq; eius deploratio, Godouinus scelerata mēte flagitiū auertere a se conatus, accepta panis particula, ita me superi hoc pane strāgulēt, inquit, vt me authore Alarudus veneno necatus est, ac dicto citius moribūdus in terrā concidit, Rex ac circunstantes miraculo rei obstupefacti, execrantes perfidū Godouini animū, deum laudibus extulerūt optimū iniuriarū vindicem. Mortuum aūt cadauer in prophano loco sub patibulo sepultū est. Itaq; (vt vnde digressa est se referat oratio) Eduardi huius Anglorū regis auxilio anno regni eius octauo Malcolmus paternū reparauit regnū. Coronatus aūt fuit Sconę more maiorum vigesimo quinto die Aprilis anno Christi sexagesimo primo supra millesimū: inde Forfair generale edixit consilium: vbi primores regni qui partibus suis adhęserant, quorūq; patres a Maccabęo fuerant occisi, amplis donauit pręmiis: agrisq; ac magistratibus redditis, pristinam ipsorum aut parentū restituit dignitatē: volens, vt quod antea non fuerat, aliarū more gentiū a pręd iis suis cognomina caperēt. Quosdā vero etiā comites alios barones aut equites auratos creauit Magduffum Fifę Thanum, comitē fecit atq; alios quoq; viros præstantes Montethi, Atholiæ, Lenni, Morauię, Cathanesię, Rossię, Angusię dixit comites. Pauci Thani relicti sunt. Hi primi fuere comites quoꝝ nr̄i meminerūt annales, Multa tū noua cognomina Scotorū familiis idita, Calder, Locart, Gordō, Setoun, Gallora, Laudir, Vvavvain, Meldrun, Schau, Leirmōt, Libertoun, Straquhyn, Cargil, Katra, Doūdas, Cocburn, Mar, Myrtoun, Menzees, Abircrōme, Lesbei multaq; alia predioru nomina, quibus viri fortes a rege donati in munerū concessere cognomina. Magistratus quoq; quidā qui in familiis remāserunt cognominū qbusdā dederunt originē vt Stuart Duruard, Bānirmā, ferman, & alia nonnulla. Propria etiā quorūdā nomina, qui familię nobilitatis initium ꝓbuere deinceps per omnē familiam vsurpata sunt Kennethe, Grame, Hay atq; alia quædam. Ita & tū & postea quoq; noua cognomina, obliterarunt vetera, quę

nomina non necesse aut superuacaneū etiā esset vniuersa numerare. Eodem in cōsilio rex multas ciuiles religiosasq; sanctiones edidit ad immortalis dei gloriam ac veneratione̅,regniq; cōmodum ac decus. Postea rex Magduffum laudatū pro concione q̄ regni restituēdi primus fuisset author, ac tam enixe postea elaborarit vt effectum assequeretur, tribus ac familiam eius donauit priuilegiis, vt gloria nominis eius factiq; ad posteros perueniret. Primum vt comes Fifensis quisquis is esset,regis iāiāq; coronandi in cathedram imponendi munus & officiū haberet solus:Alterū vt quū rex ad bellum procederet primę semper aciei moderamen comiti Fifensi deferretur. Tertiū vt tribui Magduffi perpetuo regalitas esset vt vocāt.Appellant autem regalitate̅ priuilegiū,quoslibet in sua tribu creandi magistratus,aut iudices iuri dicūdo cōstituēdi,quacūq; in actione,extra crimen maiestatis lęsę. Potestatem quoq; habet ex quacūq; regni parte si quis ex ipsius tribu, vel ea regione cuius ipse est,in ius vocatus est, ad suos reuocandi iudices. Constitutum quoq; est eodem consilio a rege vti Barones oēs puteos faciendi ad cōdemnatas plectendas fœminas,ac patibulū ad viros suspendēdos noxios potestate̅ haberēt. Leges aūt Maccabæi quas supra retulimus abrogauit omnes. Quibus rebus quū maxime Malcolmus intentus esset,nūciatū est,quosdā factionis Maccabęi cū Luthlato (cui fatuo cognome̅ erat,que̅q; alii filiū ei9, alii cognatū referūt)Sconā accessisse,illūq; Rege̅ salutasse.In quos quū Magduffus missus esset,haud destitit quoad interceptū Luthlatum ad Essen Bogęuallis vicū cū sociis omnibus occiderit. Corpus Luthlati vna cū patris funere in Ionam insulā perlatū est,regioq; more sepultū.Pax deinde regnū habuit ac quies quatuor circiter annos. Quū repente allatum est conglobatam magnam latronū manū ad Corburnspethum,Laudoniā Marchiāq; latrociniis infestas reddere. Eos regis iussu Patricius Dūbar aggressus nō sine negocio subegit, cęso duce capiteq; eius ad regem cōportato. Amiserat aute̅ quadraginta ex suis,captis ex hostibus octoginta,qui in furcis suspēsi sunt, ac trucidatis sexcentis.Malcolmus ne qua virtus in obscuro lateret, ob eam victoriā Patricium comitem Merchiarū creat,donatq; agris Corburnspethi,ea lege vt Laudoniam Marchiāq; latronibus repurget,ac in vexillo militari in rei signū depictū latronis caput sanguine ferret conspersum. Paulo post rex insidiis per coniuratos petitus, sed cum eas pręscisset,venatum abiens,vbi eum obtruncare inter cōiuratos conuenerat,principem coniurationis seuocat solū, in vallem vndequaq; syluis septam,ibiq; increpitum,q̄ in se conspirasset quem maximo ob beneficia amore prosequi debebat, ad singulare prouo-

L

cat certamen: vbi non ex insidiis res ageretur, sed vter virtute maior
esset, is euaderet superior. Quod vbi audiuit, in genua prosiliens sup
plex veniam delicti petiuit: facileq; vt a miti impetrauit igenio, ea le-
ge ne deinceps talium affinis consiliorũ fieret. Dum in hoc statu res
in Scotia essent Eduardus Angliæ rex, quũ prolibus careret, nepo- 45
tes ex fratre Edmundo quos profugos in Hũgariam fugisse memo-
rauimus, per nuncios reuocat. Cæterum Eduinus iam diu fatis con-
cesserat. Eduardus vero accepta in coniugem Agatha filia Hunga-
riæ regis, filium ex ea vnicũ suscepit Edgarũ Ethlig nomine, duasq;
filias Margaritam & Christianam. Itaq; vbi mandata viator exposu- 50
isset, accepta Eduardus a socero abeundi facultate cum coniuge ac
liberis in Angliã rediit: estq; magno in honore ab Eduardo rege ex-
ceptus. Voluit autem Eduardus in primo statim aduentu nepotem
sibi cognominẽ regem creare, vt nullus post suũ decessum in aulam
irrepere regnũq; posset per ambitionem illo pręterito. Verũ Eduar- 55
dus nepos se nũq̃ cõmissurũ respondit, vt patruo viuo regnũ ipse ac-
ciperet. Magna profecto ac digna omni posteritatis laude, continen-
tia: quod alii per ferrum, per flammas, sursum, deorsum omnia mouẽ-
tes appetunt, id oblatum cum tanta animi moderatione renuere. Cę-
terum haud diu talibus regibus fœlix Angliæ regnum permansit. 60
Etẽm nõ multo post iunior Eduardus defunctus est, & patruus haud
ita diu post eum superstes fuit. Morte autẽ eorum veluti classicũ tu-
multuũ cecinit. Comitia enim regum solenni more habentibus ma-
gnatibus, statim disceptationes de regno inciderũt. Nam quũ incli-
nati fere omniũ in Edgarum Eduardi regis nepotẽ essent animi, ap- 65
pareretq; eum designatũ iri regem, interuenere illius turbatores sen-
tentiæ: Heraldum Godouini filium prę hoc decernẽdũ ex vsu reip.
dictitantes ob metum belli Danici qđ imminere videbatur: omnesq;
a priori sententia in suam perduxerunt, atq; Heraldum crearunt re-
gem. Sunt qui dicant superiores illos pecunia corruptos, illius fuco 70
sententiæ in consultationem rem extraxisse & deinde spatio interpo
sito cæteros omnes auro expugnatos. Heraldus accepto regni gu-
bernaculo egregie principio cuncta administrabat, nec a cęde impe-
rium suũ (vt fere faciũt qui per fraudem ad tale perueniũt fastigiũ)
auspicatus est. Edgarum, & matrem, sororesq; eius quocũq; libebat, 75
libere errare Londini, vbi agebant, permittens: ac velut fortunam cõ
tempsisset, innoxium eum in regno suo reliquit, qui verus erat regni
hęres, raro id alias visum. Verum Agatha filio metuens in suũ eum
suscipiebat diuersorium, diligentissimeq; obseruabat. Cæterum eue-
nit, Heraldum quasi non esset quod domi ageret, animi recreandi 80

1 causa in Flandriam traiicere. Sed cũ medio mari veheretur, impetu ventorũ, ingenti procella repente ingruentiũ, in Normaniã propulsis nauibus in hosticũ delatus est. Sed astuto statim consilio in melio rem omnia vertit partem. Nam quũ vt verũ hostẽ suũ Vvilhelmum 5 Nothum Normaniæ ducẽ metueret ob nepotis eius cędem a patre suo olim factã, quã verebatur ne occasione oblata in se vlcisceretur: vltro ducẽ adeundi volũtatẽ incolis se dixit habere, esseq; qđ cũ illo ageret. Itaq; celeriter cõparatis equis Caduceatore q; ad ducẽ pmisso, Rothomagũ venit. Nothus aduẽtu tãti regis motus, honores oẽs 10 illi a populo exhiberi iussit, eũq; excepit q̃ potuit honorificentissime. Postridie regẽ de re ob quã ille venisset rogaturus adit. Heraldus q iam cõmentũ secũ meditatũ habebat, aiebat se nõ vulgari regũ more id quod peteret rogare p caduceatores, sed se voluisse vltro aduenire vt corã ageret, resq; eo cõficeretur facilius, quanto gratiosius esset 15 pręsentẽ qualia ipse ageret cõficere: nẽpe filiã ei9 p hoc vxorẽ postulare, pacẽq; perpetuã ac fœdus facere. Vvilhelm9 nihil fraudis suspicatus, veraq; q̃ narrabãtur arbitratus, lętus tãti regis affinitate, libẽter quę peteret facturũ se respõdit. Nec mora interposita, solẽni ritu nuptię celebrãtur magno & ducis & populi gaudio. Oĩbus aũt per 20 actis aliquot post dies Heraldus cũ noua nupta in Angliã, magna comitãte nobiliũ Normanię caterua, rediit. Vbi iã in tutũ euasisset, extẽplo edictũ dedit, ne qs Normanus post triduũ in Anglia moraretur, pœnã alioq subiturus capitis. Sponsam suã turpissime agasonibus suis pstituit, ac naso, auribusq; pcisis fœdissime violatã pisca 25 toria naue in Normaniã remisit. Idq; authorib9 Anglicis ac nostratibus historię scriptorib9 veterib9 refero. Recẽtiores nõ vltra spõsalia progressum tradunt, illisq; Heraldũ nõ stetisse. Vtcũq; se res habet, Vvilhelmus Nothus ira pcitus ob eã cõtumeliã, Heraldũ bello psequit, cõmissoq; plio ad Tõnisbrigũ, regno eũ vitaq; spoliat ac regiũ 30 sibi ipse nomẽ vẽdicat. Eius aũt i hũc vsq; diẽ, regni gubernacula ab eo tenet posteritas. Coronatus autẽ Vvilhelmus Nothus fuit anno Christi sexto & sexagesimo supra millesimũ, vigesimo qnto decẽbris die. Cęterũ Edgardus vbi vidit trãslato regno in Normaniã se omni spe adipiscẽdi deinceps regni destitutũ, ne qđ periculũ capiti suo im 35 mineret cũ matre ac sororib9 in Hũgariã redire cõstituit. Quãobrẽ cõparata naue mare ascẽdit. Sed aduersis vẽtoꝝ flatibus aliquãdiu iactatus tãdẽ incolumis cũ suis in Fortheã æstuariũ delatus i eũ sinũ qui & hac nostra memoria D. Margaritę a sorore eius dicit, classem appulit. Quoꝝ aduentus vbi ad Malcolmum regem (qui tũ Doun 40 fermilemi agebat) nunciatus fuisset, emisit ad eos nuncios, qui ge

nus ac nationem perquirerent: & quid eo loci acturi venissent. Cęterum vbi regia ortos stirpe accepit, Anglos natione: haud immemor quæ nuper ab Eduardo acceperat, beneficiorum, comitatus florẽte adolescentium nobilium turma, nauem accessit. Edgarus vero vbi ad se regem venire intellexisset, q̃ potuit ornatissime cum matre ac sororibus obuiam Malcolmo processit: omnesq; humanissime a rege excepti in aulam regiam cum magno omniũ adducti sunt applausu. Post aliquot autem dies Malcolmus perspecta Margaritæ probitate ac moribus optimis, captus virtutibus virginis, matrem de nuptiarum contractione compellat. Nec mater renuit quippe quæ sciebat se nunq̃ parem illi in orbe terrarum filię suæ maritum vel virtutibus vel opibus, si ipsum spreuisset, inuenturam. Itaq; ingenti nobilitatis totius regni festiuitate & apparatu post octauas paschę celebratę sunt nuptiæ, ãno Christi sexagesimo septimo supra millesimũ, ac sponsa Margarita in reginam solẽni more coronata. Vvilhelmus Nothus Angliæ rex vbi quæ facta in Scotia erant audiuisset, veritus ne qua inde mala imminerent, cum amicos adhuc Edgari multos Anglia haberet, ne quid illi per seditionem noui molirentur, omnes proscripsit. Quorum ingens in Scotiam numerus ad Malcolmũ peruenit, prędiisq; ab rege acceptis perpetuo ibi mansere. Hinc illa familiarum cognomina Lindesa, Vaus, Ramsay, Louel, Touris, Prestoun, Sandelandis, Bissart, Soulis, Vvardlau, Maxol, aliaq; complura. Aduenerant quoq; nonnulli cum Margarita ex Hungaria, qui posteris quoq; suis nomina reliquere: Crythoun Fothirgame, Giffhert, Maul, Brothik quæ ad nos vsq; peruenerunt. Aliæ familiæ aliis aduenere temporibus ex Gallia, vt Fraseir Sinclair, Bosual, Moutalth, Moutgomore, Cambel, Boas, Betuin, Taillefer & Bodeual, alięq; pręstantes cognominibus. Quę cum aliis plusculis, de quibus vbi commodum videbitur a nobis fiet mentio, diuersorum regũ temporibus in nostram gentẽ ascita, quia veteres annales nõ tradũt liquide sub quorũ Regũ imperio sint recepta, nõ oĩa suis locis recẽsere potuim9. Sed qui id tẽporis venere ex Anglia cõplura ad Edgarum vasa cęlata magno artificio, partim argentea, partim attulerũt aurea. Sanctorum quoq; reliquias quasdam, inter quas preciosissima illa crux nigra, quam postea rex Dauid cœnobio suis impẽsis in Laudonia ædificato donauit. Vnde & nomen sanctę crucis obtinet. Paulo post hanc proscriptionem Vvilhelmus rex ad Malcolmum regẽ fęcialem mittit vt ad se remitteret Edgarum: quod nisi faceret armis se illum ablaturum cum magno eius malo minitans. Malcolmus etsi graue bellum nisi paruisset, prospiciebat imminere: tamen

1 turpe esse regi hospitē insontē præsertim ad hostis arbitriū prodere
seq; indignū qui Margaritam sororē Edgari vxorē paulo ante acce-
pisset ad necem fortasse tyranno vxoris fratrem tradere, arbitratus,
respondit non æqua Nothum postulare. Itaq; quū re infecta fęcialis
5 ad regem suū redisset, bellum Scotis Angli indixere. Northumbri
ducis sui gratia Siuardi, cuius sorore prognatus Malcolmus fuerat,
ab Anglis deficientes Malcolmo adhęsere. Quāobrē Rogerus qui-
dam Normanus collecta militū manu, Northumbriam incurrit, sed
fugato cęsoq; exercitu Scoti Northumbriq; victoria potiti sunt. Ro
10 gerus dux exercitus a suis per insidias trucidatus. Nec ea clade abs-
territus Nothus Ricardum Glocestriæ comitem, quē inter Anglos
sibi fidissimū habebat, in Cumbriā cū valido rursus exercitu mittit.
Sed illi obiecti, Patricius Merchiarum comes & comes Montethi, le
uibus pręliis quatenus tutū erat, prędationes ab hoste fieri prohibue
15 rūt. Nec id Vvilhelmo cordi erat cū nihil promoueret. Itaq; maiore
adhuc scripto militum numero, illis episcopū Baiocensem Odonem
fratrē suū quē comitē Cantii fecerat, pfecit: qui Northūbriā depda-
tus, cęsisq; cōpluribus partim ex Scotis, partim ex Northumbris, in-
columem exercitum reducere parabat. Sed Malcolmus cū expedita
20 Scotorū manu & copiis Siuardi auxiliaribus abeuntē adortus, ma-
gna affecit clade omniq; pręda exuit, eaq; victoria lætus repetiuit
Scotiam. Vvilhelmus nondum bello satiatus, filium suū Robertum
cum maiorib9 q̄ antea vnq̄ copiis in Northumbros mittit: sed is ad
Tinā fluuiū sedens nullam rem gessit memoria dignam, tantū nouū
25 castrum ab hostibus pœne dirutum reparauit, domūq; rediit. Tandē
vero pax inter reges conuenit his legibus, vt eā Northumbriæ par-
tem quæ campū petrosum (Stainmoir, vulgo nominant) & Tuedā
interiacet Cumbriamq; Malcolmus haberet, & pro illis in verba An
glorū regis iuraret. Crux vero lapidea medio erigeretur cāpo Stain-
30 moir cum duobus a lateribus regū statuis: quarū altera finē Anglicæ
ditionis, altera Scoticę terminū significaret. Ea Recrois, hoc est regū
crux appellata. Siuardi autē Northūbriæ comitis filius Voldiosus
Vvilhelmi regis neptē ex filia vxorē duceret, essetq; a cēsu regio in
vicesimū vsq; annum immunis. Pacem regum, excepere domi motus
35 intestini. Gallouidiani em̄ primū ac deinde Hebridiani vicinos qua-
cūq; intrare poterant agros vastari, damna multa, maioreq; metū vi-
cinis incutere. Eos Vvalterus filius Fleanthi (qui vt diximus ad Mal-
colmi aulā vbi venisset pstantis militiæ artibus ducis nomē adeptus
erat) acceptis a rege copiis primum Gallouidianos, duce seditionis
40 Makglauo cęso, deinde Hebridianos ingēti affectos clade i ditionē

regis redegit. Itaq; ob ea fœliciter gesta, Senescallus regni a rege ef-
fectus est, & Stuart vulgari cognométo a regio munere nũcupatus.
Hoc tumultu sedato superuenit longe grauior, maiorisq; discrimi-
nis motus. Morauí siquidem sollicitatis ad defectioné Rossis & Ca-
thanesiis, vicinisq; gentibus, interfectis ministris regiis palã iugũ re- 45
giũ reiicere ac liberi esse voluerũt, duceq; dicto Makduncano hosti-
liter regios agros deuastabãt: tãtũq; damni dederũt quãtũ nũq̃ alias
auditũ, metũq; lõge maiorẽ. Mox eñ Magduffus coacto ingẽti exer-
citu Marriã ingredi parabat. Marriani autẽ trepidi pecunia hominẽ
prohibere conabãtur ac iniuriã auertere. At supuenit opportune cũ 50
exercitu rex ipse, & ad Monimuscũ vicũ positis castris itellexit oẽm
pœne Aquilonarem Scotiæ partẽ atq; Hebrides cõsentire cũ Mora-
uis. Quãobrẽ metuẽs rex nõnihil rogat procuratorẽ suũ nũ in ea re-
gione ager vllus esset regii census: vbi cognouisset Baroniã Moni-
muscã ad mẽsam regiã attinere, eã protinus diuo Andreæ in Fifa de- 55
uouit, precatus diuũ Apostolũ vt victoriã sibi ac suis largiri digna-
retur. Verũ vbi ad Speã fluuiũ ꝑuenisset cũ exercitu atq; ex aduersa
ripa hostes armis fulgentibus tãta multitudine vidisset, quãtã vix in
tota Scotia esse crediderat, signifero expauẽte, nec tã celeriter vt an-
te vexillũ mouente arreptũ signũ Alexandro Carroni equiti fortissi- 60
mo ferẽdũ tradidit, donato agris quibusdã ad munus hoc perpetuo
subeũdũ. Id & hac tempestate in eius familia remansit, nomine tamẽ
cõmutato pro Carron Scrimgour dicto. Sed Spea traiecto vbi acies
ordinatæ iãiam cõflicturæ cruento haud dubie ꝑlio essent: interuentu
pontificũ & piorũ virorũ qui eo ad sedãdos cõuenerãt tumultus cõ- 65
ponẽdãq; pacẽ, certamen omissum est ac pax composita, hac lege: vt
milites hostiũ, domũ extẽplo redirent. Nobiles vita salua in regis ꝑ-
uenirent potestatẽ. Cæterum permultos eorũ bonis spoliatos, in mu-
nita loca ad vitæ exitum vsq; relegauit. Secũdũ hæc Malcolmus hor-
tatu coniugis suæ sanctissimæ mulieris totum se virtutibus deuouit, 70
eleemosynas ac alia pia sanctaq; opera faciens. Tantũq; breui profe-
cit vt in tota Albione nemo quantũuis religiosus illi par vitæ sancti-
monia haberetur. Ea omnia vxore potissimum vt diximus monente
ac instigante agebat: gaudensq; eius monitis ac piis hortationibus,
quicquid suadebat exequebatur. Nec enim quicq̃ quod non exquisi- 75
tum pietate erat, illũ monuit. Horũ religio in deũ & in homines mi-
sericordia, multos exemplo sui ad piam vitã transigendam ducebat,
certabantq; pulcherrimo saluberrimoq; certamine mutuæ charitatis
ac pietatis in deum. Mater quoq; Margaritæ ac soror Christiana cõ-
motæ eorũ exemplo, relicto aulæ strepitu ad vitã se priuatã ac proin- 80

1 de institutis suis magis accõmodã, cõferentes, Christo sese totas tradidere. Edgarum ferũt pace inter Scotos Anglosq; inita ad Vuilhelmum regẽ Anglorũ concessisse, donatũ agro quopiã. Cęterũ nunq̃ ab latere eius discessisse, ne rerum nouandarũ inueniret occasionem,
5 nulla vero aduersa re ad finem vitę perductũ. Inde Malcolmus instigante semper vxore Margarita nullis vnq̃ præconiis satis laudata, quo facilius in omnẽ populum pietas manaret, id quod pręcipuum erat, summa cura, magna ex parte negligẽtia deperditum restituere, magnisq; accessionibus promouere instituit. Fuerant ante hęc tempo
10 ra quatuor Scotiæ episcopi, Sancti Andreę & Murthlacensis qui in suo vigore etiã tum stabant, duoq; alii episcopatus. Candidę casę & Glasguẽsis qui iam tũ collapsi a temporibus Kentigerni Ninianiq; pœne interierãt, eos primũ restituit delectis ex oĩ Scotia virtute eru ditioneq; pręstantibus viris, duosq; illis alios adiecit. Morauiẽsem &
15 Cathenensem: quibus vti superioribus insignissimos pręfecit viros, suisq; terminis inclusit. Adeoq; hac institutione profectum erat apud quosdã, vt quũ serpere in Scotiã Anglorũ luxus simul cũ lingua, cupiditasq; exquirẽdorũ ciborũ atq; augendarũ mensarũ cœpissent, ad regẽ venerint questũ de deprauatione morũ ac veteri regni parsimo
20 nia iã pœne in desuetudinẽ abolita, multisq; precibus regẽ obsecrarent vt crescens illud malũ, prius q̃ vires suas auxisset, ac latius per iuuentutẽ grassaretur summa cura cõpesceret. Consueuerãt enim semel tantũ in die cibũ sumere quantũ necessitas naturę exigebat, nec delicata, nec exquisita terra mariq; edulia indagare, nec vllis ea cõdi
25 mẽtis maximis impẽdiis ex alieno prope orbe, summo cum periculo cõquisita, corrũpere potius q̃ emẽdare: eo rerũ sapore cõtenti, quẽ natura rebus indidisset. Tum omniũ optimũ secũ condimentũ adferentes exercitatum laboribus corpus. Nec enim prius quicq̃ sumebãt q̃ fames stimulabat. Hinc illi fortissimi, maximaq; corporis mole viri,
30 quos nobis antiquitas protulit, qui velut gigãtes proceri, maximis laterũ viribus in hostes velut leones irruebãt, perniciẽ quacũq; grassabãtur secũ ferẽtes, nullis exterriti viribus humanis, ipsi oẽs humanas vires excedẽtes. Cęterum Malcolmus summa vigilia, maximisq; conatibus irruentem hanc pestem ac breui omnem occupaturã Sco
35 tiam quæ fere sola expers ea ætate voluptatum erat, prohibere atq; extirpare annisus est. Sed infœlicia hominũ ac in mala semꝑ proniora q̃ ad bona amplectenda ac retinenda sunt ingenia. vbi enim prius ignoratione voluptatũ tẽperantia sua ac parsimonia contenti continentissime vixissent, semel importatis ac degustatis illis malis præ
40 cipites eo irruerunt, vt ne summa quidem vi retineri potuerint. Nec

quæ tum importata ex moribus Anglorũ erant, si cũ istis quę nunc fiũt conferrẽtur, admodũ vituperanda forẽt (nisi ꝙ ab illa prisca cõtinentia ac sobrietate multũ excedebant) Nã fortassis eis natura nõ adeo grauabatur. Bis enim die cibũ capiebãt, ac vt plurimũ duobus tãtũ vtebãtur ferculis ii quos intolerandam intemperantiã attulisse 45 querebantur. Qui si ea videant quę nũc fiunt: tãtũ eñ ab illis veterũ moribus recessum est, vt cũ illi viri fuerint maxime sobrietate cõmẽdati, isti sese vorando probare velint, nõ terra, nõ mari, nõ cęlo quicq̃ reliqui facientes quod eorũ non populetur ingluuies, quasi id maxime laudabile sit quod cũ lupis eis cõmune est, nec tamen possent vincere: quid eos dicturos credas? quantũ exclamaturos? Sed verbis ea 50 nequicq̃ querimur, cum eo malum hoc penetrauerit, vt nec purgando nec secando, vrendove corrigi possit. Intima enim iam viscera occupat. Citius omnẽ gentẽ stirpitus exscindas q̃ vitiũ istud profligare possis. Post hęc V vilhelmus Anglorum rex Nothus, vita functus 55 est anno regni vigesimo & salutis nostrę supra millesimũ octogesimo sexto. Reliquerat aũt tres filios, Robertum quẽ moriẽs Rothomagi ducem Normanię fecerat, & V vilhelmũ Ruffum, qui Angliæ regnũ a patre accepit, & Henricum Beuclerk cui thesauros ac supellectilem reliquam testamento legauit. Eodem anno Malcolmus, di- 60 ruto veteri Dunelmensi templo noui fundamẽti iecit V vilhelmo sacrę illius sedis episcopo & Turgoto priore viro sanctissimo eruditissimoq̨, qui post aliquantum tẽporis S. Andreę factus episcopus vitã D. Margaritę & Malcolmi regis cõscripsit vernacula quidẽ lingua, sed non minori elegantia q̃ pietate, veritateq̨, vt qui illis familiarissi- 65 mus, dũ viuerent, fuerit, optimusq̨ testis vtriq̨ virtutum suarũ extiterit. Idem Turgotus vbi aliquãdiu maximo cũ fructu munus suũ administrasset, vita defunctus & in Dunelmiam delatus, vbi prioratus officiũ antea gesserat, sepultus est. Eiusdẽ illius Turgoti suasu Malcolmus trinitatis tẽplũ ad Doumfermilẽ condidit, sanciẽs vt exinde 70 cõmune esset regũ sepulchrũ. Quanta vero in deũ pietate, q̃q̨ sancte cũ hominibus Malcolmus & vxor eius conuersati, quanta etiã industria mores hominũ emendare conati sint, facile intelliget qui Turgoti librum de vita Malcolmi ac D. Margaritæ legere curauerit. Illud vero inter cætera haud indignum memoria existimem, abroga- 75 tã pessimam eam ac pestilentẽ consuetudinẽ olim ab Eueno tyrãno Ethnico inductã vt domini, pręfective in suo territorio sponsarũ omniũ virginitatẽ ꝑlibarẽt dimidiata argẽti marca vnã noctẽ a præfectorũ vxoribus redimente sponsa: quã etiãnũ pendere coguntur, vocantq̨ vulgo mulierũ Marketam. Nec dissimile est qđ haud lõge a 80

1 Louanio in pago fit quodam, vbi suę sponsę stuprum sponsus a loci præfecto redimit. Qua seruitute nulla vnq̃, maior fando est audita. Vvilhelmus Ruffus, vbi primū Anglorū regnū suscepisset ab omnibus nefariis sceleribus regni initia auspicatus est, sacrilege ecclesiā
5 Christi multis afficiens contumeliis, ꝓuentibusq́ꝫ eam omnibus spolians. Monasteria vero quæ venationē impedire suam causabatur, diruens: eosq́ꝫ q conatibus ipsius aduersabātur, partim priuate, partim publice interemit. Anselmū Cantuariēsem Archiepiscopū ꝙ leuiter eum corripere ausus est, Romā in exilium misit, non ferens vllū ani-
10 mæ salutis monitorem. Ægroq́ꝫ stomacho vix cōcoquēs, Scotos Cūbriam, Northumbrięq́ꝫ partē possidere, bellū haud indictum mouit occupato castello Alvvick ac cęso præsidio. Ita repetitis nequicq̃, rebus Malcolmus cum ingenti exercitu principiis occurrere volens in Northūbriam ingressus est, castellūq́ꝫ Alvvick om̄ibus copiis obse-
15 dit. Iāq́ꝫ ad finē prope res adducta erat, redactis ad extremā necessitatē rerum omniū inopia castellanis, quū audax quidam miles Anglus facinus magnū ac periculi plenum concipiens equo ascenso ꝑnicissimo depositis reliquis armis hastā modo claues portarum castelli pręfixas habentē ferēs, sicuti deditionem facturus ad castra ho
20 stium accedit: quē vbi venientē vidissent Stationarii Scotici, lęti oēs concurrunt, clamorēq́ꝫ gaudii indicē edunt, videlicet perfecto vti rebantur tam diutino labore: atq́ꝫ venientē ad regem perducunt. Rex clamore excitꝰ e tētorio ꝓdit, visurus quid nouę rei illic tum actum esset. Anglus demissa hasta regi claues porrigit, om̄ibusq́ꝫ in claues
25 animo infixis, telo regis oculū ꝑcutit sinistrū, subditisq́ꝫ extēplo calcaribus equo in ꝓximas syluas euasit. Rex inter manus suorū concidens cōtinuo expirat. Ferunt Ruffum audito eo viri facinore vocatū illū ad se in Northūbriā prædiis quibusdam regiis donasse, ac Persęi cognomentū illi indidisse, qđ perforatorē oculi significat, atq́ꝫ ab
30 eo illius familię originē ductā, quę & hodie Northūbrię comitatum possidet aliquot post secula receptū. Scoti autē occiso rege Malcolmo, relicta castelli obsidione, diuersi abiere vnde venerāt, illo in Tynnuith Anglię abbatiali cœnobio sepulto. Post aliquot tamen annos ab Alexādro filio effossum, Doumfermilem regia pompa ad S. Tri-
35 nitatis ędem trāslatū aiūt ac conditū. Eodem tēpore alio vulnere ꝑcussa est Scotia. Nā Eduardus Malcolmi primogenitus, leui prælio haud procul ab Alvvico cū Anglis conserto, ex vulnere qđ ibi accepit mortuus est, ac omniū ex regia familia primus Doumfermilē sepulturā sortitus. Margarita vbi & viri & filii cladē accepisset in ca-
40 stello Edinburgensi decumbens, ex longa tabe, augente eam tristitia

tandē post quartum diem fœlicē animā expirauit. Incidit Malcolmi mors, anno redēptionis supra millesimū septimo & nonagesimo, idibus Octobris, Regni vero eius trigesimo sexto. Eodem āno Albion multis grauissimisq; territa est prodigiis. Nam exundatione germanici maris multi vici, castella, oppidaq;, & maximæ syluæ subuersę sunt in Scotia pariter & Anglia. Qua tēpestate sedata, agri Godouini, cuius superius mētionē fecimus, haud procul a Tamesis fluminis ostiis, arena obruti sunt, quæ & nostra memoria Godouini arenę appellantur, vulgo Goduisandis. Verum quoniā id proprium illi acciderat, in religionē versum est a vulgo: creditum enim ob Alarudum quem veneno sustulerat innocentem, optimūq; adolescentē, etiam ad posteros eius vltionem peruenisse diuinam. Nam omnes ea inundatione interierant. Nec parum agri Morauiani in Scotia eodem tempore a mari est deuastatum, subrutis a fundamēto castellis, deletisq; vrbibus quibusdam: cultuiq; effectū humano ob arenas a mari egestas ineptum. Tonitrua facta tam ingentia, tāq; immani fragore horrenda, vt multi homines in agris icti ac animātia quædam perierint. Turres quoq; eorum impetu prostratę. In Laudonia, Fifa atq; Angusia arbores & segetes multis in locis sponte incensæ. Malcolmi tempore habitum est generale conciliū Claromontēse, in quo Vrbanus pontifex Secundus instituit diuæ virginis & matris Mariæ horas, quas vocant, celebrandas, eandemq; Sabbato quoq; die pręcipua deuotione populū christianū colere debere. Eodē etiā Malcolmo viuente reliquiæ diui Nicolai destructa a Sarracenis Lycia Barrū delatæ sunt. Susceperat autē ex D. Margarita Malcolmus sex filios Eduardum (quē nuper interiisse diximus) Etheldredū (qui prima etiam pubertate fatis sublatus est & sepultus in Doumfermilem) Edmundū (is relicto humanarū rerum & aulę om̄i strepitu in Angliā abiisse, ac soli cultui supni regis fertur vacasse) Eldredū Alexādrū & Dauidē. Verū quidā aiunt Edmūdū a Donaldo patruo, quū is regnū inuaderet captū, ac in carcere necatū. Itaq; ꝓximū regno Eldredum factū. Cęterū Donaldus Malcolmi frater, quē in Hebrides confugisse metuentē Maccabęū supra diximus, audita fratris morte ascitoq; in auxiliū Norvvegoꝝ rege pactiōe Hebridū, si ꝓspere conatus successissent, cū exercitu in Scotiā traiicit, nec vllo fere negocio regnū occupat alienatis cōpluriū animis ab regib9, qbus veteres mores ac tēperātia auita chara erat: & q dolebāt nouos illos ab Anglis iductos nō summis conatib9 extirpari. Donaldū vero nūq̄ luxu Anglico imbutū sēp seueritati Hebridianoꝝ tot iā ānos assuetū dictitātes: itaq; facile reparaturū pristinas cōsuetudines, cōtinētiāq; a patribus acce

ptam reuocaturum. Edgarus Margaritę frater nepotũ suorũ capitibus timẽs secretis nũciis eos in Angliã vocat. Venere ii tres Edgarus Alexãder, & Dauid cũ duabus sororibus, quos lętus accepit, & quã potuit occultissime nutriit. Nec tñ occulta ea res fuit. Nam miles quidã Organus noĩe ex calũnia mercedẽ opimã sperãs Edgarum apud regẽ lęsę maiestatis accusauit, quod sese ac nepotes suos, quos in hoc clã alebat, reges veros regni dixisset. Cęterũ is breui importunę cupiditatis pœnas meritas dedit, deuictus ac occisus ab equite quodã, qui suscepta Edgari causa pro rei veritate decernenda singulare certamẽ susceperat. Donaldus occupato Scotię regno ad Sconã accedẽs rex declaratus, haud quaquã approbantibus quę fiebãt magnatibus, quod recẽs memoria Malcolmi ac Margaritæ animis adhuc insidẽs magis liberis eorũ fauere cogebat. Sed vt cito res denuo nouarentur, temere effusum tyrannicũ a Donaldo verbũ effecit. Inter pocula eñ cum amicis suis, ac adulatoribus profuse potis, capitibus primorũ regni minari cœpit, nisi quãprimũ in verba sua sacramẽtũ dedissent. Quod verbũ altius quã ipse crediderat animis hoĩm insedit. Itaque Duncano Malcolmi notho equite aurato rei militaris imprimis perito, acceptis militibus a Vvilhelmo Ruffo ad profligandũ Donaldũ patruũ suũ, veniente vbi acies prope congrederẽtur, defectio statim a Donaldo ad nepotẽ facta est, illeque fuga pręceps Hebrides petiuit, ac saluus euasit. Hic Sconã accedẽs rex declaratus est. Sed homo militaris semper in Gallia aut Anglia bellicis rebus antea deditus, nihil minus quã rẽp. administrare didicerat, ęquũ eñ ac iustũ militari habendũ more existimabat. Statim igit Scotia seditionibus exarsit. Nec id Donaldũ in Hebridibus latentẽ latuit. Quare corrupto Mernię comite Macpendiro cędẽ nepoti Duncano per insidias parat. Macpendir die pariter ac nocte occasione captata tandem per noctẽ in Mentetho regẽ obtruncat, nemine aut percussorem persequente, aut cęsum dolẽte, hominẽ videlicet minime apud suos gratiosum. Cęde Duncani nothi perpetrata Donaldus patruus eius in regnũ opera maxime Macpendiri restitutus est. Cęterũ ante Nothi aduentũ sex mensibus regnarat ipse, Nothus anno & sex mensibus, iãque iterum parto imperio haud plus tribus obtinuit annis in maximis rerũ motibus, seditionibusque intestinis. Proceres eñ magis nõ aduersati eius coronationi fuerant quã eã probarant, occasionẽ denuo opportunã eius exigendi aucupantes. Interim Hebridianorũ leues quædam excursiones fiebant, & ab Anglis quoque non est cessatum: Memoria vero dignũ nihil fiebat. Tãdem Magnus Norvvegorum dux circũuectus Hebrides insulas cũ exercitu, captis munitionibus, præsidiisque impositis, in ditionem eas

suã redegit: Iuraq; ac leges illis cõstituit, qbus & hac nostra vtuntur
ętate. Magnates ęgerrime id ferentes Norvvegos sibi Hebrides in-
sulas ademisse, multis ꝓcibus Edgarũ efflagitarũt, vt ad paternũ re-
gnum recuperandũ adueniret sese oibus conatibus vicibusq; auxilio
futuros. Edgarus per legatos primũ agẽdũ ratus, si quid verbis pro 45
ficere posset regnum a Donaldo repetit, pulcherrimos in Laudonia
agros sese daturũ illi spondens, si petitis acquieuisset. Cęterum tan-
tũ abfuit, vt Donaldus postulata perfecerit, vt etiã manus a violatio
ne legatorum nõ abstinuerit. Nam fœde pulsatos in carceres conie-
cit, ac paulo post, vt scelus pleni9 factũ esset, etiã interemit. Tũ Edga 50
rus suadẽte Edgaro auũculo suo impetratis a Vvilhelmo Ruffo au-
xiliis, aliisq; Anglię principibus auxilio venientibus in Scotiam iter
ingreditur. Verũ vbi cũ copiis ad Dunelmiã consedisset, ꝑ somniũ
superne monitus, vt si vexillum quod diui Cuthberti erat, secum fer-
ret, haud dubiã secuturã victoriã: excitus e somno mane monaste- 55
rium ingreditur, ac rebus diuinis, deo, ac D. Cuthberto peractis ve-
xillum eius inde sumit, atq; in expeditionem expansum defert. Do-
naldus Edgaro aduenienti obuiam cum ingenti multitudine factus
viso diui Cuthberti ac regio vexillo, statim a suis destituitur, ac sese
in fugam præceps coniicit: cumq; iamiam in Hebrides traiecturus 60
esset, ab incolis capitur, & ad Edgarum deducitur: a quo in carce-
rem coniectus, in vinculis post aliquantum temporis mortuus est.
Edgarus sine sanguine victoria potitus extemplo Edinburgum adit,
ac inde matris suæ, ac fratris sepulchrum inuisit, vbi factis parenta-
libus vocatoq; consilio procerum regni gubernacula accepit. Nec 65
multo post a Godrico episcopo. S. Andreæ inunctus est. Nam di-
ua Margarita viuens id ab Vrbano Pontifice Maximo impetrarat,
vt exinde reges inungerentur. Fuit eoꝝ oim Edgarus primus, qui in
Scotia reges vnctione sacra sanctificati sunt, anno a redemptoris ad
uentu primo supra millesimũ centesimum. Confirmauit id postea Io 70
annes vicesimus secundus papa. Duobus aut circiter annis anteq̃
Edgarus regnum Scotiæ adiit regnante Donaldo, expeditio prin-
cipum christianorum in terram sanctam facta est ducibus Roberto
duce Normanniæ, Godofrido duce Lothoringiæ, comite Blesensi,
Comite Flandriæ, nõnullisq; aliis Francorum principibus, & alia- 75
rum gentium. Tanta vero ex omnibus nationibus multitudo conflu
xit ad stipendia tam pio bello facienda, vt nunq̃ alias tãtus visus sit
tamq; instructus exercitus. Iter autem per Græciam primum fecere
Canstantinopolim. Inde Hellesponto traiecto ac peragrata Asia mi-
nore transcensoq; Tauro monte, Antiochiam in Syria expugnarũt, 80

1 vbi cõmonstrante per somnium D. Andrea Apostolo in ęde Diui Petri lancea, qua Christi latus confossum fuerat, ex terra effossa: inde multis rebus præclaris gestis, expugnatis castellis ac oppidis vicinis, tandẽ caput Iudęę Hierosolyma exercitu cincta, ac capta est: an
5 no salutis nono & nonagesimo supra millesimũ. Itaq; recuperata terra sancta supplicationes frequentes habitæ sunt, actæq; deo immortali ob fœlicem successum gratiæ. Inde disceptari cœptum, quũ tanto vniuersorum labore Iudæam subegissent, quis regno præficeretur, ac partum opera sua tueretur. Cuncti eum honorem renuere in-
10 dignos sese tanto fastigio existimantes. Tũ per suffragia re trãsacta ad Robertum omnes voces perlatæ sunt, qui florentissimum ducatum suum, vt Christo militaret, oppignerarat. Cæterum Robertus, iam fratris Vuilhelmi Ruffi Anglorum regis mortem nulla relicta sobole audiuerat (Is enim in nouo saltu, quem dirutis quadragin-
15 ta monasteriis auctũ ab eo diximus, vagus, discurrens ad persequendas feras, incaute in telum emissum incurrerat, ac morte violatæ religioni pœnas dederat). Maluit igitur Angliæ regnum, ac cui tum præerat Normanniæ. Quamobrem actis benigne gratiis primoribus, in Godofridum id transtulit. Omnesq; domũ redierunt. Henri-
20 cus Beauclerc, seu Bellusclerus, Roberti frater, emisso rumore, Hierosolymis Robertum fratrẽ suum regem constitutum, ipse ab omnibus rex creatus est: Roberto in vtroq; regno frustrato, qui cum illud ob longinquitudinem recusaret, in hoc a fratre præuentus est. Edgarus Scotiæ rex Henrico isti Anglorum regi secũdo regni anno Ma-
25 tildem (quæ ob virtutes suas Bonæ postea cognomen meruit) sororum alteram, Alteram Mariam nomine Eustathio Boloniæ comiti vxores dedit. Ex hac Eustathius vnicam duntaxat filiam suscepit, comitatus hæredẽ, quæ postea adulta Stephano Marchiorũ in Anglia Maritaniæq; comiti Henrici Bellicleri ex sorore nepoti, ac post
30 ea etiam regi nupsit. Cæterum ex Matildis & Henrico quatuor liberi prognati sunt. Vuilhelmus, Richardus, Eufemia, & Matilde, Edgarus, vt aliqua saltem parte, beneuolentiæ Cuthberti gratias referret, agros Coldinganiæ monachis Dunelmiæ donauit, & oppidum Beruicium Dunelmiæ episcopo Canulpho. Verum quoniam idem
35 postea capitales Edgaro insidias struere ausus est, beneficio priuat9 est, ac Beruicium rex recepit. Matildis Bona cognomento, vbi regina coronata fuit, maternis semper institit vestigiis pręclarũ omnibus sui imitandę exemplum præbens. Nullum bellum toto regni sui tempore gessit Edgarus, ob probatam subditis virtutem ma-
40 gis venerandus q̃ metu tantæ potestatis terribilis. Mortuus au-

tem Alecti est, ac in Dumfermilem sepultus, Anno Christi millesi-
mo centesimo nono, regni sui nono. Fratri defuncto sine liberis, Ale
xander Fers, id est fortis ob singularem in latronibus compescen-
dis virtutem cognominatus, suffectus est. Principio enim regni
eius Morauí & Rossi videntes eum inter aras, ac sacella versari pa- 45
rentum more, rati ignauum & tardum ad corrigenda peccata fore,
cum magna audacia rapinas, inuicem in agros incurrentes, exer-
cuere, eoq; tandem cupiditas ea euasit, vt velut rabidi nulli mor-
talium parcerent, cædesq; promiscuas facerent. Non enim modo ad
fœminas & pueros, sed ad infantes quoq; etiam percussoribus per 50
innocentiam arridentes furor ille peruasit. Vetera inter se dissidia re-
nouantes. Alexander cum aliquanta copiarum manu eas regiones
adiens duces tumultuum ac principes captos capite mulctauit. Re-
deunti vero per Merniam mulier quædam flens ad genua accidit, in
iuriam sibi indignam a comitis Menriæ filio illatam conquerens, di 55
ctitans. s. maritum suum ac filium, q; illum ob debitum iudice co-
ram conuenissent, cæsos. Alexander mulieris iniuria reiq; atrocitate
commotus, repente equo desilit, nec in equum prius ascendit q̄ fla-
gitii authorē in furca suspensum vidisset. Reuersus ergo Rex Gou-
reā castellum ab Edgaro ædificari nuper cœptum, perficere consti- 60
tuit. Magna enim in syluis circa, latronum multitudo grassari con-
sueuerat. Vestigia castelli illius adhuc hac nostra ætate cernuntur,
sed nec nomen mutatum est, Baledgar modo nuncupatur. Agros
quosdam a comite Goureæ dum ab eo fonte leuaretur, donatus fue-
rat, iiq; in eius castelli vicinia opportune siti erant: Itaq; eos ad castel 65
li donabat vsum. Verum dum operi q̄maxime intentus esset, latro-
nes quidā iniuriā se pati arbitrantes, q; deinceps nō impune grassa-
rentur, in Alexandrum conspirant, ac corrupto muneribus promis-
sisq; cubiculario regio, per noctem clam in castellum per cloacam
intromissi, dum illum somno oppressum arbitrarentur, adoriuntur. 70
Sed diuina prouidentia minime regem latebant. Quare sumpto pro
tinus ense, qui ad caput pendebat, celeriter arrepto animo lecto euo
lat, ac cubicularium in primis, & sex alios, qui in cubiculū iam pene-
trarant, forti intrepidoq; animo occidit, reliqui aūt territi ac metuen
tes, ne a tergo opprimerentur fuga sibi consulere nitebantur, sed ab 75
excitis tumultu famulis oēs capti sunt, atq; vincti ad regem perdu
cti, ac questione adhibita coniuratione aperiūt. Rex cognitis cōiura
toribus, in Merniā primū eos statim persequitur, ac inde in Morauí-
am. Sed cum ex altera Speę fluminis ripa collectis copiis trāsitū p-
hibere conarentur, inter primos Alexandrū Carron signiferū supe- 80

riosis Alexandri filiũ manu promptissimũ cum parte copiarũ transmittit. Eius aduentu territi hostes, in fugam versi sunt. Sed plærinq; eorum intercepti, ac variis suppliciorum generibus affecti. Nec rex quieuit, donec principes coniurationis pœnas dedissent. Deinde etiam formidolosus latronibus visus, tranquillius reliquum egit tempus. Alexander Carron ob singularem virtutem conspectante rege editam: occiderat enim complures incuruo ense, (quorum tunc ensium vsus plurimus erat) admodum regi gratus, acceptusq; factus est. Quocirca auctis prędiis Strinscour, id est acerrim9 gladiator ab eo dictus est. Insignia quoq; cognomini apta accepit. Leonem videlicet erectum tenentem ensem. At non desunt qui dicant cognomentum id illi inditum q̃ Anglo singulari certamine secum contendẽti manũ pręciderit. Sed vt superior nominis ratio est verior multorum authoritate scriptorum, ita & honestior. Cognomen vero & in hunc vsq; diẽ familia eius obtinet, vt nostra fert opinio. Eius enim facile princeps hac tempestate Comestabularius Deidonẽsis (vt in rei fidem id dicamus) vexillo ensem incuruũ, atq; vncatum, depictũ habente, ad bellum procedere consueuit. Alexander peractis illis rebus Cœnobium canonicorum, quos regulares vocant. Sconæ, vt locum illum celebriorẽ redderet, a fundamentis iactis instituit, Sanctæ Trinitati & Michaeli archangelo dedicatum: quo ex cœnobio exinde viri eruditione & sanctitate clari emersere. Durat autem & hac tempestate. Nec ita multo post Forthe ę rex æstuarium traiiciens, coorta tẽpestate in Emoniam insulam appulsus descendit, repertoq; D. Colũbę sacello, viroq; Eremita, triduo tempestatis vi permanere illic coactus est: exiguo sustentatus cibo, quem apud Eremitã quendã sacelli custodem reperiebat, nec tamen comitantiũ multitudini vlla ex parte sufficiente. Itaq; eo periculo defunctus D. Columbæ ędem vouit. Nec diu voto damnatus fuit, cœnobio paulo post regularium, ordinis D. Augustini extructo, agrisq; atq; redditibus ad sumptus eorũ collatis. Auxit quoq; facultates sacrę ędis D. Andreę cũ aliis quibusdã prędiis, tũ eo agro, cui nomẽ est Apricursus ab apro immẽsę magnitudinis, qui edita & hominũ & pecoꝝ ingẽti strage sępe nequicq̃ a venatoribus magno ipsorũ malo petitus, tandẽ ab armata multitudine inuasus, ꝑ hunc agrũ ꝓfugiens, confossus est. Extãt immanis huius beluæ indicia ad Diui Andreę: dẽtes (quos maxillis exertos habẽt) admirãdæ magnitudinis, lõgitudinis eñ sunt sexdecim digitorũ, & latitudinis quatuor, religati catenulis ad sellas D. Andreę. Abbatiã Doumfermilẽ a parẽte icẽptã ꝑfecit: redditibus, aliisq; ornamẽtis locupletatã. His rebus incũbẽte Henrico, in Anglia Dauid ger-

manus eius cum sorore Matilde regina degens, Matildem filiam hę redē Voldiosi comitis Hundintonię Northũbrięq; & Iudith neptis Vvilhelmi Nothi vxorem, beneficio regis, duxit. Qua de re Hũdin tonię ac Northũbrię comes est effect9. Nat9 aũt hoc cõiugio, dign9 parentibus suis filius Henricus nomine. Nupta est eodē tēpore Hē rici Bellicleri filia Matildis, Henrico quarto Romanoꝝ imperatori. Post huiuscemodi nuptias haud ita diu Matildis bona sup̃fuit, defun cta Londini, atq; ad Vestmonasterium sepulta, anno a salute generis humani supra millesimũ centesimo & vigesimo. Tertiũ abhinc annũ mortua fuit Maria Boloniæ Comes, soror Matildis, singulari in deũ pietate mulier, & in hoies misericordia. Idq; declarant etiã nunc extã tia in monumentis eius epigrãmata Londini in Seruatorum mona sterio insculpta. Secundũ mortē Matildis Henricus rex bellũ aduer sus Ludouicum Francorum regem tres prope annos continuos ges sit: vbi cum varia fortuna pugnatũ fuisset sępe, incolumis ipse in An gliã reuertitur, fœdere ac pace cum Franco composita. Cęterũ liberi eius, Richardus, Vvilhelmus, & Eufemia Comes Parchẽsi patrem re uertentē secuti, comitante ingenti nobiliũ caterua, a tempestate me dio mari obruti sunt, ac ad vnum omnes submersi, nec nauta aut ve ctore quopiã euadente: Tantę procellę mare exagitarant. Henricus sobole iã orbus, nisi ꝙ vnica sup̃stes erat filia quã imperatori nuptã diximus, in mœrore reliquũ vitę trãsegit, nullã admittere cõsolatio nē, nullã animi refectionē, nihil lętitię, nihilq; gaudii secũdũ hanc or bitatē aulam suã recipere patiēs. Lugebãt oēs vna cũ dño doloribus afflicto, tristitia pariter oēs tenebat, taciturnitas oib9 ꝓ solatio erat. summa deinde modestia regnũ administranti, nõ cõuiuia, non ludi lu ctũ aio excutere poterant. Nõ venationibus delectari, nõ choreas adi re, nõ cõsuetas in animũ voluptates accipere, pulla veste tristis, ac te tricus vbiq; incedēs sustinebat: adeoq; hãc orbitatē animũ eius p̃cu lisse ferũt, vt risisse deinceps, aut vllã aio admisisse cõsolationē sit vi sus nunq̃. Sub hæc Alexãder quoq; fatis cõcessit, nullis ad posteros relictis liberis. Põpa vero ingenti Doumfermilem elatus, prope pa tris sepulchrũ, quē paulo ãte ex Tinmutho accitũ, illic cõdiderat, cõ dit9 est. Anno regni decimoseptimo, salutis vero nostrę vicesimo qn to supra millesimũ cētesimum. Hoc rege regnãte familia Cumenia emergere occœpit, Ioãne Cumenio adolescēte nobili ob egregiã vir tutem, ac fidē erga regē agris donato haud ita multis. Sed ex his tã exiguis initiis in tãtã postea molē excreuit, vt magnitudine sua labo rãs sicut fere maxima quęq; ipsa sui interit9 extiterit causa, atq; in se ruinã ipsa cõsciuerit. Eiusdē regis tēporibus, Ordo sacrę militię Hie

1 rosolymitanę auspicata cœpit initia, eorum qui equites appellantur Rhodienses. Eisdēq; tēporibus exordium sumpsit authore Nodoberto viro sanctissimo, Pręmōstratensis ordo, cuius plurima inter Scotos cœnobia visuntur, viris religiosissimis plena. Eadem fe
5 re tempestate Hugo a sancto Victore multa eruditione clarus: cuius etiam pręclara & permulta lucubrationis monimenta passim legūtur, ī pomœrio Parisino e cœnobio sancti Victoris ad superos concessit, sepultus ibidē. Aetate quoq; eadem D. Bernardus Cistertiensem ordinē mira vitę sanctimonia, incōparabili eruditione illu
10 strauit, quam literis traditā ad posteritatem dedit. Ea vero religio paucis ante Bernardum annis a D. Roberto initia habuerat, Anno a Christo nato octogesimo quinto & millesimo. Bernardus autem vbi gloria ingenti nec minore fructu in Clarępallēsi cœnobio Abbatis munus primus gessisset naturę concessit, anno a partu virgi-
15 neo supra millesimū centesimo quinquagesimo. Sepultus in eodē cœnobio cū Melchiade viro ob sanctitatē cōspicuo, ex Scotia oriūdo. Dauid Alexandri frater Sconam ꝓfectus inunctus, ac marmori admotus, fratri in regnum successit. Indeq; statim ad regni munia sese contulit, iustitiam vbiq; & pietatem quas a parentibus accepe-
20 rat, magna cura obseruans. Nec bella finitima quietem interpellabant, tantisper dū Henricus Anglorū sceptra gubernabat. Igitur regnū suum totū maiorum Dauid ritu iurisdicundi causa ꝑlustrās pauperum ipse cū magna comitate audiebat causas: magnatum ad alios reiiciebat iudices. Si quis iniuriā ab aliquo iudice passus fue-
25 rat, eam ꝓtinus iudicis sarciebat iactura. Multa itaq; primis annis ad decus regni instituit, cupediis atq; popinis e regno eiectis. Nam eas maxime dū remanerent moribus bonis officere, atq; ad mollitiem animi parandā roboraq; virorum effœminanda valere q̄plurimum cognouerat. Cœnobia q̄decim partim in regni initio, par-
30 tim vbi bellū quod cum Anglis gessit sedatum fuit, extruxit, magnisq; dotauit reditibus, tum ecclesiasticis, tū vrbanis. Ea vero hæc sunt, Calco, Iedburgus, Melros Neubottel Halurculstrain, Dundranain, S. Crucis monasteriū ad Edinburgū Cāpus Kenethi, Killos, Doumfermilē, Holme. in Cūbria, Vestaliūq; monasteria duo,
35 vnū ad Carlil, ad Beruicū alterū, Duo itē cœnobia ad Nouum castrū, vnū Pręmōstratēsiū, & alterū regulæ diui Benedicti ꝓfessorū. Quatuor quoq; nouos cōstituit episcopos, Rossensem, Brechmēsem Dounkeldēsem, & Dounblacēsem, amplissimisq; reditib9 locupletauit. Quintū ex Murthlacensi fecit Abberdonēsem: Quot vero &
40 q episcopatus munus illic gessere, quū ad Iacobū quartū deuētum

fuerit in Vvilhelmi Elphinscoun gratiam præclarissimi inter eos
qui sedẽ illam tenuere, exponem9. Interim Henricus filius ei9 quẽ
ex Matilde vxore Dauid procreauerat, adolescẽs nõ minus pietate
q̃ ore patrem referens, Adamã Vvilhelmi comitis a Varrain filiã,
illustri Francorum Anglorumq; prognatam sanguine vxorẽ acce- 45
pit: ex qua tres postea filios sustulit, Malcolmũ, Vvilhelmũ, Daui-
dem: & totidem filias Adamam, Margaritam, Matildem: de quib9
posterius dicturi sumus. Sed paulo q̃ hęc acta sunt in maxima fœli-
citate, rebus Scotorum stantibus, regia domus reginę morte fune- 50
stata est, florente adhuc ætate, ac quæ maxime mulieribus decori
sunt, forma pariter & pudicitia quibus ea ęquales omnes facile su-
perauit fœminas, Sconæq; sepulta est, vtiviuens cupiuerat, anno ab
incarnatione verbi diuini millesimo cẽtesimo trigesimo secũdo: re-
gni aũt Dauidis septimo. Matildis aũt cõiugis charissimę decessu,
Dauid multum dolens nullas deinceps cõtrahere volens nuptias, 55
primam vxori fidẽ ad mortẽ vsq; seruauit. Dum in hoc statu Scoto
rum res essent, Matildis Henrici Bellicleri Anglorũ regis filia, de
functo marito Henrico quarto Romanorũ Imperatore in Angliã
ad parentẽ rediit. Nullã eñ ex illo ꝓlem susceperat. Verũ vbi pri-
mum aduenisset, Hẽricus rex pater eius, indicto cõuentu generali 60
omnẽ nobilitatẽ in verba filię iurare adegit. Sed vt q̃primũ nepo-
tes sibi ꝓcrearet, viro eam collocare statuit. Neq; ei ad id natione
Anglorũ quisq̃ placebat, ne bella inter se perpetuo gererẽt, cęterũ
Gaufrido Plantaginet viro cobilissimo Andigauię comiti despon-
det. Nec multo post cõceptus est filius, Hẽricus vulgo Imperatri- 65
cis dictus filius, isq; postea Anglorũ rex creatus. Eisdem tẽporibus
Robertus Normãnię dux absq; liberis decessit. Quaõbrẽ Normã
norũ imperiũ ad Henricũ Bellũclerũ fratrem ꝑuenit, nec is diu se-
cũdũ fratris mortẽ in humanis fuit, correptus calida febre. Mortu9
vero est anno salutis Christianę supra millesimũ centesimo trigesi 70
mo quarto. Turbata extẽplo vniuersa resp. in Anglia. Nã imꝑatrix
id tẽporis in Andigauia cũ marito Gaufrido grauiter decumbente
detinebatur, filio quẽ ex eo ꝓcrearat vix dũ duos annos nato. Itaq;
Stephanus Bolonię comes nepos ex sorore Henrici Bellicleri, vbi
destitutũ regnũ videt (nã Robert9, cui regni tutela fuerat cõmissa 75
fato quoq; raptus decesserat) cõtracto excercitu in Angliam ad re
gnũ occupandũ q̃ potest celerrime traiicit. Primũ velut per cunicu
los regnũ inuadẽs, administrationẽ modo Anglię postulat, quoad
matura regio puero ętas adueniret: qđ q̃a æquũ ꝓceribus visus est 80
petere, haud grauate ab eis obtinuit. Igit̃ arcib9 q̃busdã castellisq;

1 in custodiã acceptis,ꝑsidio ea suo firmat,ac paucis post dieb9 suffra gantib9 nõnullis,regiũ nomẽ assumit,idictoq; cõsilio publico, ac cõuocatis ꝓcerib9 oib9,in verba illos sua iurare cõpellit.Ac ne qd deesset,quo minus oĩ ex parte regiã authoritatẽ ostẽtaret, Legatos
5 in Scotiã mittit,ad Dauidẽ regẽ, qui eũ primo quoq; tẽpore ad se accirent vt Cũbriẹ,Northũbriẹ, Hũdintoniẹq; noĩe se beneficiariũ fassus fidei iuramentũ ꝑstaret,qq; si imperiũ suũ aspernaret̃ illi cõ-tinuo bellũ indicerent.Dauid haud incõstans in fide semel ꝓmissa respõdet Matildi se nuꝑ fidẽ dedisse ac sacramentũ ꝑstitisse, nec iu
10 stum esse eo violato nouũ ipsi dare,velleq; veteri poti9 fidei stare q̃ nouis applaudere inuasoribus.Quẹvbi relata ꝑ legatos Stephano fuere,incursionẽ cõfestim Angli in Northumbriã, q̃ Scotorũ tum erat,fœdãtes cũcta incendio ac depdationibus faciũt.Nec iniurias illas Scoti deuorãt,aut vti imbelles tolerãt,nõ ita multo post illa
15 ta Anglis haud impari clade.Insequẽti aũt anno Scotoꝝ excercit9 Merchiarũ Mentethi,Angusieq; comitib9 ductoribus in Angliam irrũpũt.Quib9 obuiã ꝓcessit Clocestriẹ comes cũ ingẽtib9 copiis. Ad Alertoun acerrime cõcursum tradũt,multis vtrinq; cẹsis,maio ri tamẽ Anglis nũero,nec minori captis,ꝑsertim nobilibus,cũ ipso
20 rũ ductore Clocestriẹ comite.Ita Stephanus, quũ se amissa in ꝑlio bona nobilitatis parte,bonaq; capta,tutari regnũ arbitraretur nõ posse,nisi captos redemisset,remisso in ꝑpetuũ oĩni bñficii iure qd Anglo rex Scotorũ ob Cũbriã Northumbriãq; debebat,suos rece pit.Sed vti ꝑ vim regnũ occuparat ita non sine iniuria possidere in
25 animũ inducebat. Nam facti paulo post pœnitẽs cõtractis rursum oĩbus quas potuit copiis,Northumbriam recuperare parat. Vnde collecta ad eorũ aduentũ tumultuaria manu,vim Scoti prohibere nitunt̃,cõmisso aũt ꝑlio inferiores euadunt. Nec tñ erat magna ea clades,nã leuibus qbusdã ꝑliis,iniuriã ꝓhibentes magnã,parte ali
30 quanta Northũbriẹ cessere q̃ ab Anglis statim a victoria fuerat oc cupata.Dauid vt bello finẽ aliquẽ q̃primum imponeret cõsultius ratus aut oĩbus virib9 Northumbria Anglos pellere, aut honeste occũbentẽ in totũ cedere,ꝑ oẽm Scotiã milites scribi iubet, maxi-mũq; exercitũ cõtrahi.Sed nõ ita multo post Turstanus Archiepi-
35 scop9 Eboracẽsis Marcheniũ(nũc vocãt Roxburgũ)ad regẽ pacẽ petitũ accedẽs,impetũ illũ remoratus est, trimestribus impetratis induciis,ea tamen lege,vt Angli Northũbriã filio suo Hẽrico ce-derent. Quæ postq̃ ab Anglis nõ seruari Dauid cognouit,impetu repẽtino in eos,q Northũbriẹ partẽ obtinebãt,facit,magnaq; cẹde
40 afficit.Qua calamitate suorũ audita Stephanus collecto protinus

excercitu Roxburgũ vsq; penetrat, verũ nũcio allato, nõ oẽs secum
cõsentire nobiles, retrorsum nulla re digna pacta, rediit. Sed anno
qui illum sequutus est vera pax agi cœpta, rem inter se disceptanti
bus archiepiscopis Cãtuariẽsi ac Eboracẽsi cũ episcopis Glasguẽsi
Aberdonensi, & S. Andreę. Dauid quidẽ se in Nouo castro cõtine- 45
bat cũ nobilitate Scotica. Stephan9 aũt cũ suis ꝓcerib9 Dunelmię
euentũ rei expectãs. Pax tandẽ inita, annitẽte maxime Matilde Eu-
stathii Bolonię comitis filia, Anglię regina, Dauidis nepte ex soro
re Maria. Cęterũ pax his facta est cõditionib9, vt Northũbria, Hũ-
dintoniaq; Henrico Dauidis filio velut iusto hæredi, iure materno 50
cederẽt. Cumbria antiquo iure Dauidis maneret. Pro illisq; Henri
cus Anglo sacramentũ daret. Pace itaq; hoc maxime modo stabili
ta, Stephan9 in Cantiũ abiit, in Cumbriã Dauid. Ibiq; Carleolum
nouis mœnib9 arceq; munitissima firmat. Hęc trib9 regni Stepha
ni annis acta, quarto deinceps anno Imperatrix quondã Matildis, 55
nã id nomẽ etiã tũ retinebat: ingẽtibus cõtractis, partim ex Gallis,
partimq; ex Anglis quos sibi fauentes habebat, copiis: Hẽrico filio
impubere adhuc cũ Gaufrido patre in Andigauia ęgro manẽte, in
Angliã traiicit ad regnũ sibi ꝑ manus a patre traditũ recuperãdũ.
Primo statim aduentu comes Cestrię Radulphus & Robertus co- 60
mes Clocestrię cũ suis clientibus ad Matildẽ venere reliquis om̃i-
bus Anglis Stephano adhęrentibus. Longũ id bellũ varia sępe for
tuna pugnãtibus fuit, atq; in quartũdecimum extractum annum.
Interim adulto Henrico Matildis filio Elienorã Vvilhelmi Picta-
uiensis filiam Pictauię & Cenomanię, ducatusq; Turonẽsis hęredẽ 65
in coniugem accipiente, bellũ renouatũ iri videbatur: nam a matre
accitus ingentes copias secum in Angliã deportauit. Iamq; res ad
extremam Anglicanę gentis perniciem spectabat, suis inter se viri
bus concurrentibus in mutuam occidionẽ Anglię incolis, quũ ma
lum id perspiciẽtibus prouidis quibusdam viris cõposita inter eos 70
pax est, hac quidẽ lege, vt in partẽ regni Henricus in pręsens acci-
peretur, & defuncto Stephano regnum totum reciperet. Cæterum
Elienora anteq̃ eam Henricus vxorem duxisset Ludouico iuniori
regi Francorum iuncta fuerat, ab eoq; nimiam causante propinqui-
tatem repudiata: Sed vbi eam primum Henricus duxisset, mox ex 75
ea cæteros inter liberos susceptus Richardus, post aliquot annos
paterna hæreditate Angliæ regnum, Ducatum Normaniæ, An-
digauiæq; & Vasconiæ comitatum accepit: & a matre Pictauiam,
Cenomaniam, & Turonensem ducatum. Dum illa gererentur in
Anglia, Henricus Dauidis regis vnicus filius, maximo omnium 80

1 mœrore, fato perfunctus est tribus, vt antea dictum, filiis adhuc impuberi ętate relictis. In Calco abbatia opera patris extructa sepultus anno incarnationis Christi centesimo quinquagesimo secundo supra millesimū. Erant in hoc viro spectatę virtutis signa pluri-
5 ma: quamobrem ab Anglis non minus q̃ a Scotis desideratus. Spē enim de se optimam omnibus gentibus præbuerat, moderatissimū se ipsis regē, vbi regni administrationē accepisset, exhibiturū esse. Quāobrem vulgo credebatur non minori animi motu eam fortunam laturum Dauidem, q̃ superioribus temporibus Henricus Bel
10 luscler9 rex filiorum interitum pertulerat. Verū pręter q̃ q̄ dissimilis hui9 casus, multoq; acerbior, tot filiorum vno tempore, tempestate maris accepta clades nulla prope posteritatis spe relicta, (neq; enim ad eam diē Matildis Imperatrix pepererat) Dauid longe fuit animo fortiore, rerūq; humanarū (optime videlicet a paren
15 tibus institutus) peritiore. Quicquid enim volūtate fieri diuina cognoscebat, id nō modo malum nō esse, sed etiā ab eadē diuina prouidentia ad bonū aliquod destinari, animo suo persuaserat. Relicti etiam tres filii, filięq; totidē numero Henrici filii, deficientē posteritatem abunde fulcire poterant. Attamen cōcursus vndiq; amico-
20 rum e tota Scotia ad illum fiebant: quos non minus deuictos sibi, eximia quadam morū dexteritate, q̃ si fratres essent effecerat. Nobiles quoq; vniuersi ipsum pœne tanq̃ parētem optimum venerātes, vbi primum Henrici mors peruulgata fuit omni studio ad illum conuenere consolaturi ac leuaturi dolorem quem illum concepisse
25 vt verisimile erat, rebantur. Verum plus oratio ipsorum consolatoria præ se ferebat doloris, q̃ illius quem consolaturi venerant responsio. Quamobrem inspecta eorum sedulitate Dauid, conuiuio omnes magnificētissimo excipit, nullum pręse luctū ferens, quūq; esset iam cibo fames exempta quo tempore maxime lætis sermoni
30 bus conuiuia exhilarari consueuere, facto manu silentio, huiusmodi verbis ipse illos vltro consolari aggressus est, Quanta sit vestra aduersus me fides, & q̃ sedula mei vos cura tangat, & si antehac sæpius expertus sum, hodierno tamen die primo fructum cepi longe vberrimum. Siquidem nunc penitus animos vestros perspe-
35 ctos habeo: qui perinde atq; filiorum vestrorum aliquis occidisset, lugetis, & me quem filii obsequentissimi immatura morte afflictum existimatis, consolatum eximia cura vestra, laboribusq; ingentibus venistis. Verum vt super ea re gratiarum actiones ac relationes in aliud differamus tempus, quo vobiscū liberius agere atq;
40 opportunius licebit, nūc satis sit me cōfiteri, q̄cquid vsq̃ habeo ter-

rarum,& quicquid ipse sum totũ me vobis, animam pariter & cor-
pus debere. Cæterum quod ad eã rem attinet,quãobrem huc vltro
omnes,humanitatem erga me vestram ostendentes,aduenistis,pau
cis accipite. Ita me parentes mei,quos pro diuis habeo, cœlosq; vir
tute sua penetrasse,& fructum laborum nunc pulcherrimum acci- 45
pere,confido,ab ineunte ętate & a teneris vnguiculis instituerunt,
sicq; docuerunt,vti deum horum quę videmus omnium sapientissi
mum creatorem atq; eorundem gubernatorem prouidentissimum
summa semper veneratione colerem,nihilq; fieri ab eo frustra existi
marẽ,quod non summo suo & imperscrutabili consilio in vsum ali 50
quem bonum disponeret,dispensaretq;. Itaq; meditanti mihi pręce-
pta parentum meorum noctesq; & dies recolenti atq; ea quæcunq;
fiunt,aduersa,secunda,prospera,felicia,omnia ęquo gratoq; animo
amplectenti,ac in meliorem interpretanti partem,principio facilio
ra q̃ cæteris solent euenerunt & afflixerunt minus. Sed cõsuetudi- 55
ne roborato atq; ad omnia aduersa firmato non modo non grauia
acciderunt,sed etiam iucunda atq; expetẽda. Neq; enim leuiter me
in his rebus exercitari contigit. Vidi enim patrem meum vel hac
luce mihi chariorem, nec minus vniuerso huic populo vtilem q̃
desideratum,nec tamẽ eum amor populi aut suorum ab illa fatali 60
necessitate asserere potuit, Cognoui matrem (vt de me nihil dicã)
orbi etiam terrarum ob singularẽ probitatem conspicuam, eadem
hac fatorũ via tandem ingredi vel sponte sua coactam. Nonne fra
tres meos omnes & mei amãtissimos,& mihi suauissimos,atq; vxo-
rem meã mortalium omniũ multo charissimam morte succumbe- 65
re necesse fuit? eiusq; durum, vt aiunt, perferre iugum? Ita profecto
se res habet, neminem adhuc contigit illius ingruentiæ declinare
impetum,omnes ęque illi semel vitam hanc debem9: Sed id nobis
grato accipiendum animo,quod beneuolentia nobis diuina largi-
ta est,vt immortales omnes essemus,nisi nos ipsi vitiis,velut mor- 70
bis contaminatos ęternę morti adiudicassemus. Quamobrem iure
mihi gaudendum potius existimaui,ꝙ singularis dei fauor talẽ mi
hi filium largitus est,qui omnium hominum iudicio dignus est ha
bitus,quem pręsentem amaremus & nunc absentem desiderarem9.
At nunquid hoc magnopere dolendum ęgerrimeq; ferendum, ꝙ is 75
cuius ille erat,quiq; eum nobis mutuo dederat,repetiuerit, atq; id
quod suum erat, receperit? Nam quæ iniuria est, quod tu benefi-
cio meo aliquandiu possedisti, si id mihi reddi cum libuerit postu-
lem? Neq; illo me diu cariturum spero, si perinde nos atq; opta- 80
mus, diuina prosequetur clementia. Breui enim me supremi illius

regis imperio euocatum iri confido,ac in cœtum illum cœlestium ad parentes meos,ac fratres,filiũq; ac coniugẽ euolaturũ:vbi illos longe alios q̃ hic eos cognouimus,effectos comperiã.Itaq; vt mihi repetere idem liceat,oppido lętor me superna id assequutum gratia in filio,vt spe certa illum eo peruenisse credam, quo nos omnes peruenire obnixe votis optamus omnibus,annitimurq; viribus: vt dum illud veniet tempus,quo animę nostrę ex his corpusculis velut e carceribus emittendę sunt,dignę inueniantur eo consortio in quo illum ꝑbeate iam agere pie confidimus: nisi adeo nos inuidos quispiã existimet,vt eam ob causam nos dolere arbitretur, ꝙ in his adhuc sordibus immersi atq; inuoluti hęreamus,hisq; spinis impliciti,quas ille iam curis oĩbus expeditus euaserit.Quinpotius vestigia eius atq; aliorũ sanctorum sequentes in hoc dies,noctesq; inuigilemus vt eo superis bene fortunantibus euadamus,quo illũ auxilio diuino ac virtute sua peruasisse pie arbitramur . His dictis ac gratiis deinde deo ob munificentiã ipsius solenniter peractis conuiuium solutũ est:omnesq; de regis ingẽti sapientia in stuporẽ rapti, in suam quisq; domũ abiere.Inde Malcolmus puellus natu Henrici filiorum maximus, per Scotiam omnem circũductus a Duncano Fifæ comite , aliisq; primoribus,regni princeps declaratus est, oĩbus in eius verba iurantibus. Vvillelmus aũt proximus ętate filius ducibus iisdẽ Northũbriam petiit,vbi pręsentibus illius regionis primoribus est comes nominatus.Post hæc Dauid rex Carleilum adiit,eodemq; Henricus Imperatricis filius Matilde matre instigante aduenit,& eques auratus ab illo factus est, dato iureiurando nunq̃ se Scotorum regno Nothumbriam,Cumbriam, Hundintoniamq; adempturũ.Eaq; paulo anteq̃ in societatem regni Angliæ admissus erat Henricus,acta sunt . Nec ita multo post morbo quodam graui correptus est Dauid eidem ad finem vsq; vitæ adhęrẽte.Itaq; quũ iam vitæ terminũ adesse sentiret,quoad aliquid virium supererat,totum se pietati tradidit.Nam indignum se reputans,ad quem corpus Christi deferretur,dum ipse ad templum accedere adhuc posset,inter duos sacerdotes medius debilitatem eĩ9 sustinentes,subleuantesq; ad templum cum ingenti cordis humilitate processit:cumq; iam in templum peruenisset,peracta re diuina sermonem ad suos ac circunsistentes habuit de pietate in deum, q̃ beneficus & salutaris ipsum colẽtibus & illis conuiuentibus esset, vt nõ modo in præsenti vita,suis cultoribus præmia largiatur magnifica, sed etiam post hanc vitam certo sperare faciat , illa quæ omnem humanum captum excederent longissime. Quo peracto in

genua procidens & ardentibus aliquandiu precibus Christum dominū, venerabile eius corpus integra fide synceraq; deuotione suscepit. Inde in cubiculū reductus cōuocatis primoribus nepotes suos illis iā extremo commendauit, datoq; singulis osculo, vt publicam semꝑ vtilitatē tuerētur ꝑcatus est, deinde commendata deo aīa sua, mox obticuit, feliciterq; migrauit. Sepultus vero est Doumfermilē in regio parētū sepulchro, addito insigni monumēto, anno ex quo regnū susceperat, nono supra vigesimum, qui erat salutis humanę Millesimus cētesimus qnquagesimus tertius. Quantus hic vir fuerit, quantūq; omnibus ornatus virtutibus satius esse ducerē silētio ꝑterire, q̄ paucis dicere, propterea ꝙ vbi pauca narrantur, cętera vitio scriptoris aliquo omissa videri possint. Cæterū vnū me res ipsa supra omnes eius virtutes ac singularē in pauperes misericordiam haud reticere sinit: ꝙ prudentia admiranda sic aulam suā gubernarit, vt quod apud omnes corruptissimū est, quodq; omni vitiorū genere scatet, cura sua & exemplo, non modo purgarit & ab apertis prohibuerit flagitiis, sed etiam in omne genus virtutis exercuerit. Non illic impudicū verbū vllū ex ore cuiusq̄ audiebatur, nō lasciuus motus oculis occurrit, nō cōpotatiōes ac comessationes ebriosorum crapulosorūq; manduconū apparebant, nulla in domū corrupta vnq̄ admissa, nemo flagitiosus illic delitescere potuit. Casta ac puravbiq; omniū oratio, extra sermonē familiarem nil nisi pium inter se conferentium. Sobria & continens vitę omnis conuersatio, nullę vnq̄ rixę, nullæ querelæ: mutuo inter se omnes velut fratres amore prosequebantur, mutua inter se officia comiter deferebant. Itaq; non monasterium vllum tanta cōcordia, tantaq; religione cōspirat vt illius familia ac regia, charitatis vinculis atq; reliq̄s omnibus virtutibus connexa, deuinctaq; spectabatur. De reliquis autem vitiis vt de superbia, fastu, contemptu: deq; illis contrariis virtutibus humilitate, obœdiētia, & id genus aliis dicere multa non nūc habeo, ꝙ sine mutua charitate, concordiaq; nullę virtutes consistere valeant, nec rursum illis vigentibus, vitiis vllis queat esse locꝰ. Aliorum ea cura sit singula perscribere qui vitas illustrium virorum decātādas sumpserunt. Mihi satis est, idq; meum esse officium reor, res gestas describere, ac carptim vtcūq; regum nostrorum mores ad aliorum imitationem deliniare. Regnante Dauide eruditione insignes aliquot viri claruerūt. Richardus a Sācto Victore Scotus natione, ordinis D. Augu. apud Parisios, vbi & sepultus, monachus, cuiꝰ opa atq; eruditionē notiora arbitror q̄ vt hic multū sint cōmendanda. Petrus itē Lōgobardus Sententiarū scriptor episco-

1 pus Parisiensis, cuius omnimodã sacrarum literarum scientiã testatur opus ab eo cõscriptum sententiarũ, omniũq; tritum manibus. Refertur & a quibusdam in hanc ętatem Gratianus qui patrũ decreta scite in vnũ collegit volumen.

5 Scotorum Historiæ liber decimustertius.



Efuncto rege Dauide, Malcolmus ex filio eius Henrico nepos in regnũ suffectus est, admodum adolescens: annũ enim tum decimũtertium adhuc agebat. Qui q̄q̄ rerũ im-10 peritia tanto regno gubernando impar etiã dum esset, tamen singularis eius modestia, moresq; ingenui, ac ingeniũ (parentib9 summa cura instituentibus) eximiũ optimi principis futuri spem prębebant. Tãta vero fuit 15 ab ineunte ætate vitæ castimonia, adeoq; purũ syncerũq; nõ modo animũ, sed etiã corpus tueri amabat, vt inde virginis cognomentũ nulla vnq̄ ducta vxore, in hũc vsq; diem meruerit. Huius anno primo Stephanus Anglorũ rex, ex mœrore amissi regni mortẽ obiit. Sed initio regni Malcolmi protinus miserãda fames, ac tum in ho-20 mines, tum in pecudes sęuissime nulla tamen cõtagione grassans lues omnẽ vndiq; Scotiam inuasere. Qua occasione Sumerledus Argadię Thanus, suspicans id quod res erat, partem vnam populi morbis cõsumptã, quę vero reliqua erat omniũ rerũ inopia confectam, aut inedia languentem, cõtempta regis pueritia, vna cum vi-25 cinis populis in spem prędę adductis, in regnũ impetũ facit. Cęsis vero qui conatibus eius obuiã iuerant, omnes in circuitu agros vaste depopulatur. Erat Sumerledus altiora iam, q̄ pro fortuna sua, animo complexus, vt qui ex humilioribus ad maiora euecti, nõ fere mediocritate contenti esse cõsueuerunt. Verum nõ diu prospera 30 hac fœlicitate vsus est. Collecto enim vndecũq; exercitu, ac pro copiis quę tum aderãt instructo, Gillechristus Angusianus regiorũ præfectus iusta eum acie deuicit. Cęsa fuerũt hostiũ ad duo milia. Sumerledus tanta accepta clade, rebus suis diffidens, fuga in Hiberniã facta vitam seruauit. Quibus rebus gestis ac fama ad vici-35 na regna q̄celerrime perlata, Henricus secundus Angliæ rex metuens, ne victoria elatus Malcolmus ad altiora iam maioraq; animo tenderet, seu alia quædã animo moliens, per fęcialẽ ad se Malcolmũ Londinũ venire iussit, prætextu vt sibi Cumbrię, Hunditonięq; (quod auus ipsius Henrico primo Anglorũ regi olim fece-40 rat) obsequiũ fidemq; pręstaret: interminatus si mãdata cõtẽneret,

prędictas ei se regiones ademptur͂u.Paruit adolescēs, hac tñ lege,
ne quid de Scotię libertate decederet.At Henricus,quoniã ei tum
bellũ erat cum Ludouico sexto Francorũ rege,Malcolmũ secũ in-
uitum in expeditionem in Galliã ire coegit. Nã & si fide regis in
Angliam venerat, iureq; vt in regnũ suũ rediret contendere pote- 54
rat, tamen ei cui in manu erat cogere petenti denegare non aude-
bat.Erat autem regis adolescentis ingeniũ mite,trãquillũ &,mini
me ferox, religionis ac pacis q̃ belli amãtius.Itaq; si iniuriũ erat,
inuitũ cõtra veterem amicũ duci, tamen quoniã postea animũ suũ
omnibus probare posse confidebat regis voluntati concessit.In ea 50
expeditione Anglus crebris incursionibus Franciã vexauit,ac po-
stremo Tolosam obsedit.Quibus omnibus Malcolmũ(quo illi in
dignationem a suis, a Franco vetere amico inimicitiam conflaret,
adesse coegit.Cæterũ multis viris nobilibus amissis,inter quos in
signes fuere Guilhelmus comes Bellomensis Stephani superioris 55
regis filius,& Honnanus Clocestrię comes,in Angliã Hẽricus re
uersus est,ac in patriã Malcolmo redeũdi potestatem fecit. Reuer
so in Scotiam Malcolmo nihil prius visum est agendum, ac vt q̃
primũ legationem ad põtificem Maximũ obœdientię cõsueto mo-
re,gratia,mitteret.Sedẽ ea tẽpestate Petri, Eugenius tertius obti- 60
nebat.Eã legationẽ Guilhelm9 Morauiẽsis episcop9 & Nicolaus,
qui tum regi a secretis erat,vir insigni quadã virtute pręditus,ob-
iuere.Qui postq̃ benigne a Põtifice maximo excepti rem ex senten-
tia confecerant, domum lęti reuersi sunt. Sed quum primum do-
mum rex reuersus,conuentũ magnatũ cõuocasset,paulũ a pericu- 65
lo res illi euaserũt. Grauiter enim & cõcitatis in eum animis,pri-
mates pœne omnes indignũ dictitabãt cui tam nobile cõmittere-
tur regnũ:qui dignũ existimarit contra gentem sociam, ac tot an-
norũ curriculo confœderatã, cum rege tam inuiso arma ferre, ac
res ad rebellionem spectare videbatur.Verũ cum modestia quadã 70
sese rex purgãs,ꝙ per Anglum (cuius in manus per fraudẽ vene-
rat)id facere adactus esset, quod alioqui cũ tam valido ac exerci-
tato imperatore sumendũ protinus erat, a iugo suo depelleret:sese
haud difficulter Franco purgatũ iri,vbi rem plene intellexerit:fa-
cile pristinam eorũ gratiam recuperauit. Verũ Henricus,quũ an- 75
tea iram nobiliũ aduersus Malcolmũ subolfecisset, denuo eum in
Angliã ad cõuentũ Eboracensem vocat quo eam alia fraude quan
tũ queat augeat.Mira em̃ Scotię cupiditate tenebatur.Quãobrem
vbi conuentũ ad consiliũ erat,multa prius de Malcolmo questus,
tãdem se Scotos priuare Northumbria,Cumbria,Hundintoniaq; 80

1 in animo habere dixit,ꝙ in expeditione,Francis nimiũ cum magno suorũ damno fauisset:idq; non ex sententia tm̃ sua,sed cõmuni consilio approbante fieri velle.Itaq; vrgente rege pedibus in sententiã ipsius ab omnibus itum est,multum verbis reluctãte Malcolmo.
5 Sed fauori ac potẽtię omnes cessere. Verũ Henricus falsa prius fama nobiliũ animos populiq; præoccupari, q̃ Malcolmus redisset, vtile ad exasperandos populi in illum animos ducens,per idoneos facinorũ suorũ ministros, volentẽ eũ antedictis cessisse regionib9, in cõuẽtib9 ac cõciliabulis diuulgauit. Igit Malcolm9 vbi primũ
10 in Scotiam redisset ignarus omniũ rerum, a Thano Erneuallensi, & a cõpluribus aliis nobilibus ad defectionem concitatis,magno militũ numero,in Bertha oppido obsessus est. At re comperta,vbi cognouissent falsa se fama,vt dictũ est,inductos esse,venia impetrata obsidionẽ soluerũt,ac in optima deinceps fide perseuerarũt.Mal
15 colmus eam sibi iniuriã ab Henrico factam, ac inique ablatas regiones suas fremẽs,repetitis prius rebus bellũ Anglo indicit.Post plurima aũt tũ accepta,tũ reddita vtriq; vulnera,cõuẽtus tandẽ regum,haud procul a Carleil factus est,vbi de pace loquerent.Quo in congressu Malcolmus maxima suorũ offensione,recepta Cum
20 bria,Hundintoniaq;,quũ Northumbrię spes nulla esset,ab ea Anglo cessit,nec deinceps suorũ recõciliare animos potuit:quieta tamen omnia reliquere:ne dũ ipsi ciuilibus dissidiis cum rege suo cõtẽderẽt,Anglo,qiã diu regno isidias tẽderat,prędę essent.Hoc tumultu sopito,enat9 est alter,licet nõ totis agitat9 opib9,tñ haud
25 quaq̃ superiore bello periculo inferior. Nec em̃ aperto res marte gerebatur,sed amicorũ regis,totiusq; Scoticę nobilitatis clam animi ad defectionẽ tentabãtur.Igitur Angusius Gallouidianus pręfectus,vbi clam tentata res nõ ꝓcessit, cõscripto q̃maximo exercitu,vi aggredi statuit simul sperãs eos,q ãtea metu sese cõtinuerãt,
30 mox certa spe ostentata nihil cũctaturos:Huic obiectus a rege cũ delecto exercitu est Gillechristus Angusianus,cuius in defectione Sumerledana virtus, fidesq; claruerãt:qui cũ hostibus ter prælio cõmissis,tandem ducẽ in Candidã fugat Casam.Id ibi asylũ est diuo Niniano sacrũ. Quem Malcolmus loci religione violare veri
35 tus vndiquaq; summa circũsideri cura fecit. Quare defatigato tandem longa obsidione Angusio,rebusq; desperatis in deditionem venit.Rex accepto filio ei9 obside ipsum abire liberũ, plurima tamẽ agri ꝑte multatũ,ꝑmisit. Qui vbi se pristina nõ modo authoritate dignitateq; excidisse, sed ꝓpe oĩbus ornamẽtis priuatũ videret,ra
40 so capite canonic9 sanctę Crucis Edinburgi,reliquã ętatẽ trãsegit.

Exortus est inde alius tumultus, contemptu pari, periculo vero &
crudelitate barbarica longe maiore Moraui Gildone duce ferro
igniq; vicinis populis Rossia, Bogeualle, Marrea, Gareotha Buth
quhania, Merniaq; deuastatis. Legatos quoq; ad Gildonem de iniu
riis questum missos, contra ius gentium crudeliter ad vnũ omnes
interfecerunt. Qua re audita Rex admodũ iratus cõfestim conscri-
pto exercitu Gillechristũ ad vindicãdas tantas iniurias in Mora-
uos emisit. Cæterũ aduenientẽ etsi expertũ atq; peritũ vt qui mul-
tis in prçliis dux prospere semp̃ pugnauerat, tamen summa vi atq;
audacia, cõscientia monente vsi, fusum profligarunt. Qua fortuna
Malcolmus accepta maiori q̃ antea exercitu comparato, prçsentia
quoq; sua ad verecundiã militũ opus esse ratus, infesto rursum ex-
ercitu in Morauiam contendit. Sed iterũ conserto prçlio, etsi non
minoribus animis, tñ haudquaq̃ pari pugnatũ euentu. Congressis
etenĩ ad Speç fluminis ostia, vbi diu çquis viribus pugnatũ esset
Malcolmus, receptis in mediã aciem defatigatis, ac recẽtibus ad-
uersus fessos iam hostes submissis, in fugam Morauos conuertit.
Tum vero çedes maxima fieri cœpta, vt nulli parceretur a rege di
ctũ est. Et quũ non satis pœnç regi deleto exercitu datũ esse visum
esset, gentem ad internicionem perdere eodem feruore præcepit.
Solisq; pueris, senibus, ac fœminis parcens iuris gentiũ violati ex-
emplũ in eos horrẽdũ pariter ac memorabile edidit. Nã tãetsi cru
dele id facinus ac sçuius q̃ pro tã miti regis ingenio factũ cuipiam
videri possit: attamen quoniã tã crebri vndequaq; tumultus ac re-
belliones exoriebãtur, necesse visum est ad terrorẽ aliorũ accepta
semel iusta sçuiẽdi causa exẽplũ tale statuere. Extincta pœne Mora-
uorũ gẽte, ex oĩ Scotia colonos agricolasq; eo mittẽdos curauit,
ne terra ea inculta atq; ociosa iaceret, agrosq; eis ac p̃dia diuisit. Se
cũdũ hçc Sumerledus Argadiç Thanus quẽ supra victũ in Hiber
niam cõfugisse cõscripsimus, ratus tanta hominũ cçde animos ma-
gnatũ alioqui nõ multũ regi fauẽtes, a rege alienatos esse, tentan-
dã rursus fortunã existimãs, cõtracta iermiũ militũ exigua manu,
spe magis q̃ viribus fidens, in Scotiã traiicit. Sed infœlicius etiam
tum q̃ prius cœpta euaserũt. Nam aduerso cõmisso prçlio ad Ren
frou, interfectis, præter paucos qui initio pugnç aufugerãt, omni-
bus, ipse dux turpiter viuus in hostiũ venit potestatem. Et ad regẽ
adductus in altissima cruce meritas violatç fidei pœnas dedit. Cu
ra oĩs belli vacuus rex, quũ nullius vsq; hostis metus adesset, ad pa
cis munia animũ cõuertit. Duas florente çtate ac viro iã maturas
sorores habebat, vtrãq; forma moribusq; prçstantẽ. Maiorem natu

1 Margaritã noíe:minorẽ Adamam.Illã Canono Armoricę Britannię duci vxorẽ dedit:hãc Florẽtio Hollãdię comiti. Quibus peractis indictũ cõsiliũ primoribus Scotię,vbi de rebus ad rẽp.pertinẽtibus ageret,quod cũ peractũ esset:surgẽs Arnaldus episcopus,
5 S.Andreę vir vitę sanctimonia:prudentiaq; ciuili clarus. Vnũ etiã Rex,inquit,quod vel maxime ad res cõmunes pertinet,hodie mihi dicendũ est.Idq; quo facilius effici possit, quęso animũ diligenter aduertas:neq; eñ ad te minus,q̃ ad salutem & tranquillitatem regni pertinet. Superioribus diebus quũ sorores tuas elocares,faci-
10 le intellexi te prorsus animũ induxisse,in cœlibatu totã vitã trãsigere.Quod cum puerili,licet eximię virtutis cuiusdã amore coneris,si me audies, cuius tibi neq; consiliũ neq; exhortamentũ vllum frustra fuit:si nihil neq; honestius neq; laudabilius, si nihil vtilius ac magis regno tuo tibiq; necessariũ probaro,mutabis hanc certe
15 mentem ac obstinationem tuam,& melioribus concedes.Nã quid honesti9 eo,qđ nõ hoim legib9 cõstat,nõ a Minoe Cretẽsi,nõ a Lycurgo Lacedęmonio,nõ a Solone Atheniẽsi, etsi optimis legislatorib9,ex quoꝝ libris tãq̃ ex ęquitatis oĩs fontibus,oĩa iura,oẽsq; leges Romanę haustę sunt,attamen cũ essent hoĩes errare potuerũt
20 & sępe errauerũt:sed authore deo primũ humano generi pręceptũ est.Qđ si melius aliud cognosset rerũ ille cõditor illud sane prius traditũ ab eo esset. Rursum qd apud oẽs mortales laudabilius eo cui9amore qcqd est ĩ orbe terrarũ q̃maxĩe afficit? Aut si id,qđ apđ oẽs in ꝓfesso est,hoc maxĩe ab oibus laudat qđ maxime naturę cõ
25 ueniẽs est. Quid magis ex natura est q̃ maris ac fœminæ cõiũctio? Nõ Icari modo aut gigãtũ, supra q̃ natura patit conari.Dices fortasse cœlibatũ multoꝝ sanctoꝝ,aut etiã Christi(si vis)authoritate sup oĩa cõmẽdari.At qd porro seqtur,nõ oẽs videlicet hoc sapere,nec cuiuis id a deo datũ esse.Qꝫ siqui sint,quos ĩ id elegit Chri-
30 stus vt verbũ dñi,populo ipsi9 annũciẽt,quin cœlibes viuãt nihil obsto,imo id necessariũ prope eis existimo. Cęterũ non ea tua vitę sors est,nõ in hoc vocat9 es:sed vt regnũ tuũ qđ a deo accepisti,recte administres.Id aũt vt optime exequi possis qd aliud agẽdũ est, q̃optimo exẽplo quod in te propositũ est populo, ac iis reb9 quas
35 illi imitari possint,pręire ac pręmonstrare? Hoc officii tui maxime est nõ modo edictis ac legib9,ꝑcipere,sed vita ac morib9 ĩ oẽs virtutes illis cõgruẽtes adducere. Iã vero qd vtilius at iucundius ab hoĩe excogitari potest q̃ cõiugẽ habere cui oẽm animi tristitiã,cui oẽs dolores si qui obueniãt impertias, & quę vicissim te cõsolãdo
40 tibiq; blãdiẽdo cõsolet? Quę recte valẽtẽ oblectet,quę iratũ miti-

get,quæ fessum recreet, ęgrū animū solet, corpus curet? Neq; est qđ diffidas ne nō animo tuo cōgruētē reperias. Id aliis ꝑfecto est sollicitudo aut periculū vel maximū: tibi quem latere nihil potest, qui metus inde esse debet aut potest? Postremo maior ne res vlla ac magis necessaria imperatori ac regi accidere potest q̄ liberorū copia? qui & pace & bello maximo sunt vsui: Pace aūt vt resp. per illos ex cōsilio tuo fidelissime gubernet: nā fideles raros esse sæpe expertus es. Bello vero quos tibi duces malis exercituum dari? aut quos tui magis reuereātur, aut barbari metuāt, q̄ quos regis esse filios regniq; hęredes scirēt? Illud autē verissime ab antiquis philosophis prudētissimis quidem illis viris dictū est, Nō nos modo nobis natos esse, sed partim amicis, partim liberis ac parētibus ac maxime patriæ: & prę cæteris illos quos natura aut deus ad hoc destinasset vt rebus pręessent publicis. Quāobrem si honestū esse, si laudabile, si vtile, si necesse demōstrauimus cum omnibus aliis, tum iis maxime quorum soboles reip. profutura est, noli existimare gratum deo officium te exhibiturū, si perpetua successionis spe patriā tuā ac regnū priuaueris. His atq; aliis multis animū regis frustra a proposito reuocare conat9, multo magis ne incœpta vnq̄ desereret, effecit. Diuini enim spiritus adolescens veluti proposita tentatione aduersus cupiditates insurgens, omnia prę iis quæ prima esse cognouerat, cōtemnebat: inquiens se a pueritia virginitatē suam Christo dicasse, deūq; prouidisse ne non essent quibus se defuncto regnum cederet. Re igitur illa infecta, consilium est dimissum. Deinde cum graui implicitus ęgritudine decubuisset, pace cū Henrico Anglorum rege composita, augustissimi templi diui Andreę i Kilreul sacri fundamēta iecit, canonicos diui Augustini paucis quibusdam agris quorū reditibus sacra tuerentur donans. Ea tum faciebant pietate insignes dei cultores, quales plæriq; tū erāt sacerdotes, non per auaritiam, neq; inertiam id vitæ genus sectantes, sed quo commodissime hymnis ac precibus continuis inseruirent deo. Paucis quoq; post diebus Cuprū ab eo conditū. Ea est abbatia diuę virgini sacra amplissimis dotata reditibus. Inhabitant eam viri religiosi ordinis Cistertiensis multa pietate celebres, nec in hanc vsq; diem vllo notati manifesto flagitio. Eodem tempore archiepiscopus Eboracensis Rogerus summi Pontificis id temporis legatus, ꝙ publice ob auaritiam male audiret, Scotia prohibitus est. Indignum enim, nec immerito, existimabat, temperantis aulam regis, regnumve flagitiosis hominibus, quantumuis magnos gererēt honores, patere. Exulauit & hoc rege regnāte ab

Anglia Thomas Cantuariensis vir & eruditione & vitę sanctimonia pręclarus. Cæterũ instante Malcolmi die fatali, maxima hominũ admiratione, magniq; metu mali quatuordecim diebus, anteq̃ rex e vita decederet, Cometa, duobus longissimis ardere radiis est visus. Extict9 aũt est ad Iedburgũ duodecimo regni sui anno, ab incarnatiõe vero supra millesimũ cẽtesimo & sexagesimo quĩto. Iusta ei magnifice facta sunt, delato Doumfermilẽ, ibiq; more maiorũ in cõmuni regũ monumẽto, cõdito. Successit Malcolmo Vvilhelm9 germanus ipsius, ob insignem iustitiã Leo cognominat9. Qui vbi primũ regnũ adeptus est, nõ ferẽs eam iniuriã quã nõ magis fratri suo Malcolmo, q̃ cõmuni Scotię nomini Hẽric9 Anglo℞ rex fecerat, ꝑ legatos ab eo Northũbriã repetit. Quib9 ab Hẽrico respõsum est, qđ ius ęquũq; esset, sese ea in re factur ũ: veniret more maiorũ suorũ Londinũ, ac pro Cũbria ac Hunditonia in verba sua iuraret. Quã rem vbi legati domũ reuersi nunciassent: nihil cunctatus Vvilhelmus Londinum profectus est, ac pro duabus supradictis regionib9 facta fide, tertiã sibi Northumbriã restitui petiit. Id fraude Angli dilatum est. Nec eñ fieri posse aiebat, vt quę regiis prouentibus annumerata essent, priuata dũtaxat regis voluntate alienarentur. Quãobrem maiore tempore opus esse. Conuocandos ex omni Anglia magnates, eoq; cõuẽtu, quę iusta peteret, sine mora ex sentẽtia ipsi9 factũ iri. Interim Hẽric9 in Normãniã trãsmittit: nec ausus fuit Vvilhelmus petenti vt comitaretur aduersari, ne qua causa repulsę merita, si abnegasset, prębita videri posset. Huic profectioni plęriq; nobiles tũ Anglię tũ Scotię interfuere. Sed cũ Hẽricus nec finẽ vllũ faceret de restituenda Northumbria nec de reditu in Angliam verbũ fieret, non ferens longiorem moram, petit ab Henrico Vvilhelmus vt sibi redeũdi faciat potestatem, quo ęgre tandem impetrato, cum suis in Angliam traiecit. Inde terrestri itinere raptim in Scotiam cõtendit: vbi publicis rebus cognoscendis insistens præclarissima pacis opera gessit. Quoscunq; enim flagitii cuiuscunq; reos deprehendit causa cognita condemnauit. Arces pręterea arcendis latronum, quorum illic magnus prouentus est, iniuriis, impositis muniuit præsidiis. Quod mihi præclare ab eo factum videtur. Nam si latrocinia cum bellis cõferẽda sunt, non illa istis minus videntur rebus publicis noxia, vbi viator quispiam innoxius, aut mercator, foro venditis rebus, ac per latrones ignotos ac idcirco tuto cum omni genere hominũ conuersantes, antea in vrbe notatus, ob pauculã rem in syluis, antris, aut mõtibus, interim etiã in medio campo, misertime iugulatur. Atq; hæc

quidem minora sunt, alioqui si manum maiorem contraxerint, non
villis, non pagis totis abstinetur: minantur, nisi præsto certam pe-
cuniā ad horam constitutam afferant, villicis quidem mortem, vt
qui impares sint, si vel aperte adoriantur: aliis (quæ furtim per fi-
la sulphure & pice illita & in altera parte lentū ignem habentia, 45
donec ad sulphur attigerit non inflāmanda, ad multos sępe dies)
moliuntur nocturna incendia. In bello etsi maiora cōmittantur
multa, attamen aperte. Quib9 metus est fugere licet. Nec quę bel
lo fiunt tam videntur miseranda nec tam indigna q̃ quæ latroci-
niis. Illic enim ætati ac sexui parcitur, hic in omnes pariter, vnde 50
modo aliquid auferri potest, sęuitur. Quamobrē non minore vide-
tur laude dignū, purgatā esse ab eo latrociniis regionem, q̃ multa
sępe milia hostium cęsa. Quibus rebus gestis, iterum per legatos
Northumbriam ab Anglo repetit. At vbi Anglus vidit aut dimi-
candū esse aut cedendum, ex cōmuni magnatium sententia, ea par- 55
te cessit, quā Malcolmus proauus ei9 obtinuerat. At Vvilhelmus
oblatam eam Northumbriæ partem cum haudquaq̃ reiiciendam
censeret, tamen quod iuris in totam haberet, id sese nequaq̃ amit-
tere velle dicebat. Sed Hēricus paucos post annos tātā prędā, quā
vsus gratiorem fecerat, fremēs oblatam, clādestinis consiliis repe- 60
tere conatur: persuadens quibusdam Northumbrianis qui etiam
num in ditione eius permanserant, vt excursionibus Scotos ad ar-
ma concitent: Ita per cōtentionem calumniādo, qui imbecilliores
essent, iniuriam prius intulisse, non modo se Northumbriam, sed
etiam Cumbriā, Hundintoniamq; recuperaturū esse. Quod vbi fa- 65
ctum est, ac ad regem perlatum, res a Guardiano repetitę sunt. Is
est enim in vtriusq; tum Scotię tum Anglię finibus cōstitutus ma
gistratus, ac rebus (si qua inscio rege in alterutrū agrum excursio
deprędatiove facta esset) restituendis præfectus. Vbi quum nihil
ęqui responsum esset, coactis copiis, infesto exercitu omnes vndiq; 70
circa fines Anglorum agros, ferro igniq; deuastant. Sed quoniam
ea tempestate Henricus forte in Gallia aberat, ac iam messis insta
ret, tantūmodo sua vtcunq; tutari satis habuerūt, ne prorsus omni-
bus exuerentur: non vltra progredi, nec fines vicissim ad inferendū
bellum transcendere. Itaq; insequenti quoq; hyeme incendiis, popu 75
lationibusq; a Scotis deuastati sunt. Sub æstatem proximā nihilo
segnior Vvilhelmus, exercitu q̃ potuit maximo conscripto, rursum
Anglorum fines populabundus inuadit. Dextrū cornu Gillechri
stus comes Angusianus tenebat, qui ob egregiam virtutem, quam 80
regnante Malcolmo multis sępe locis ostentauerat regis sororem

1 cõiugẽ habebat. Sinistro Rotholãdus regius cognat9, q & eqtũ magister pfect9 erat. Mediũ ipe rex ducebat. Angli, quo spatiũ p ociũ cõscribẽdi exercitus esset, ingẽti pecunia Vvilhelmũ p legatos orant, vt impręsentiarũ finibus pacato exercitu excederet. Quibus Vvilhel-
5 mus respondit se pecunię arbitrio bellũ, neq; incipere, neq; finire, nec priorẽ se iniurias intulisse, sed illos, quũ ipse omni parte quietus fuisset. Tũ cũ nondũ mala iugulo ipsorũ iminerẽt, ferociter ab eis respõsum, nunc vbi videãt impendentia sese effugere non posse, supplices adesse. Attamẽ se nõ tam inhumanũ esse, nec sanguinis adeo sitientẽ
10 quin si modo damnũ prioribus incursionibus illatũ, ac Northũbriã hęreditario iure sibi debitã vellent restituere, quoad ea perfecta fuerint quieturũ ac tũ deniq; discessurũ. Quę vbi relata ad Anglos a legatis erãt vt legationibus vltro citroq; mittendis, spatiũ saltem aliquod apparandis rebus daretur, ac interea spe pacis suspensum ho-
15 stem minus infestum haberent, tum si qua sors daret, dolũ quoq; aliquem struerent, iterum eadẽ de re legatos ad Vvilhelmũ aureos mõtes (vt dicitur) pollicentes mittunt. Interim vt inopinantes eos inuadant, noctu vnũ in locum, haud ita longe a Scotorũ exercitu omnes conueniunt, ac exercitum suũ duas in partes diuidunt. Vnã in medio
20 campo solis ortũ expectare iubent, quæ hostes iritatos in aciem euocet. Alteram in valle quę haud procul inde erat quieturã, donec hostium exercitus satis longe prætergressus esset, ac tũ demũ summis clamoribus, quo maxime terrori sint, maximoq; impetu in hostiũ incursuram statuunt. Quo factum est vt cum sole illuscente ad castra
25 Scotorum instructa acie Angli contenderent, prius in conspectum eorũ venerint q̃ fama esset aliquo illos moturos. Qua re necopinata turbati primum Scoti, ac deinde confirmatis animis, raptim armis castra egressi aduersus hostem aciem instruunt. Vbi cum leuis quædam velitatio facta initio esset protinus simulato metu ex com-
30 posito passim Angli q̃ latissime fugiunt. Ita enim existimabant diuisum insequẽdo hostiũ exercitũ, cũ in insidias incidisset, nõ facile i ordinem redire posse, nec eos spes fefellit. Nam cum fugiẽtes Anglos Scoti solutis ordinibus persequerentur, regem suũ omni prope pręsidio nudatum, medio campo destituunt. Itaq; qui in insidiis colloca-
35 ti erant animaduertentes cum paucis Scotorum regem relictum, ita vt antea præceptum erat, in eum impetum faciunt. Interea qui antea fugam simularant signo ducis conuersis ordinibus, primum insequentes excipiunt. Inde perturbatos ab insidiis repente exurgentibus, ac paulatim summo nisu cedere, & tandem quod ipsi antea p si-
40 mulationem fecerant, vere fugere compellunt. Vvilhelmus fugatis

suis inter duas hostium acies relictus, neutri par, tamen aliquandiu vtrãq; summis viribus sustinet, oẽm in partẽ, si qua posset eruptione tentans. Tandem vbi nullam euadẽdi viam, ac iam suos deficere, seq; vnũ peti videt, hostibus sese tradidit. Cruoris haud ita multũ vtrinq; fusum est, cum alii recentes etiãnum fugam simulantes haud diffi- 45
culter vsq; ad locum insidiarum persequẽtiũ manus effugerent. Alii ab insidiis exortis territi, conuersos quo antea fugerant, non ita diu sustinerent, ac mox ad circũuentum regem currentes nihil proficere se posse arbitrarentur, q̃ vt euaderent. Captum Vvilhelmũ statim in Normanniã ad Henricum regem suum perducunt. Erat annus quo 50
hæc gerebantur ab ortu Christi redemptoris nostri millesimus centesimus septuagesimus quartus, ac regni Vvilhelmi nonus. Neq; vero postea vtrinq; cessatum est. Nam quum Angli protinus a victoria totam occupassent Northumbriam, ac deinceps Cũbriam inuadere tentarent, a reuocatis ex fuga militibus ac nouis quibusdam co 55
hortibus conscriptis, fortiter ac egregie Gillechristo, ac Rotholando ducibus repulsi sunt. Conuenit tandem inter eos pax quędam, vt quoad Vvilhelmus captiuus esset, Northumbria Angli potirẽtur, Cumbriam, Hũdintoniamq; ipsi sibi seruarẽt. Duobus annis anteq̃ Guilhelmus Rex captus est, Thomas Archiepiscopus Cantuarien- 60
sis quem supra exulasse diximus ob pertinax in libertatis ecclesiasticæ defensione studium, reconciliato per Alexandrum Pontificem, & Ludouicum Francorum regem, & Philippum Flandriæ comitẽ, Hẽrico Anglorum rege, ab exilio reductus est. Sed prorsus infœliciter id illi cecidit. Etenim non concoquens conceptum ac ita diu visceri- 65
bus inclusum odium Henricus, non multis postea diebus, quinto a Natali dominico die post meridiem in templo Cantuariensi complexantem altare Diui Benedicti, si quem forte sacra ab iniuria prohiberẽt, ꝑ quatuor suos familiares Vvilhelmũ Breton, Hugonẽ Moruell Vvilhelmũ Traci, & Reginaldũ Fittes, cõtra fidẽ datã, quę breuita- 70
te tẽporis prolapsi etiãnum recenti memoria hęrere debebat, fœdissime, crudelissimeq; trucidauit: Q̃uãq̃ id postea negauerit. Nã anno sequẽte rediens ab expeditione Hibernica, quos grauiter afflixerat q, imperio ipsius parere nollẽt, in Normaniã traiiciẽs ꝑsentibus duobꝰ cardinalibus Alberto & Tertuino ac ingenti circũfusa multitudine 75
in Basilica Rothomagensi extremis sese execratiõibus cõtacto Christi euãgelio eius cędis innoxiũ iurauit. Sed & eodẽ anno flagitiorũ pœnitens nudis pedibus ac linea tantũ veste opertus inuiso Sancti Thomæ sepulchro plurimis lachrymis delicta expiauit. Anno dein- 80
ceps tertio ex quo martyrio coronatus fuit vir sanctus, Alexandro

pōtifice authore diuorū catalogo aſcriptus eſt. Hoc anno portētū in
cęlo apparuit Sidus imēſum plurimis circū ſtellis paulo rubicūdius
fulgētibus noctē diēq; ꝑpetuo in occidēte fixū tenuit. Audito Vvil-
helmi infortunio Dauid eius frater comes Leuceſtrię, quē Henricus
ſecū vbiq; habebat, ꝑmittēte eo, ī Scotiā eſt reuerſus, vt fratre abſēte
reip. ꝑeſſet. Vbi quū res mediocriter, ac quātū in eo ſtatu rerū ab eo
fieri poterat, pacaſſet, legatos de rege ſuo ſimul ac fratre liberando,
in Normaniā ad Hēricū mittit. Princeps legationis fuit Richardus
ſancti Andreę epiſcopus, qui comitātibus cōpluribꝰ nobilibus, vbi
ad Anglū ꝑueniſſent, certis pactis extēplo regē ſuū liberarunt. Pa-
cta aūt huiuſmodi ferme fuere, vt ꝓ liberatione cētū milia librarum
Sterlingarum ꝑſolueret, partē vnā pręſentē, pro reliqua pignori Cū
briā Hūdintoniāq; ac Northūbriā daret, quoad perſoluta eſſet. Ad
hoc ne Vvilhelmus vnq̄ in Anglos deinceps hāc ob cauſam bellum
moueret. Ac quo certiora ea eſſent, tradere in manus Angli iubere-
tur caſtella quatuor firmiſſima Beruicū, Roxburgum, Caſtellū puel
larum, ac Sterlingum. Quibus ita compoſitis reuertētem ſubito res
nouæ excepere. Nam Gilbertus Ferguſii filius Gallouidianus, vir
inſignem crudelitatem, regni cupiditati coniunctam habens, aſſum-
pto ſtolide regis nomine, finitimas Gallouidię regiones fœde vaſta
uit, ac regnū ſibi Scotię totius ſubigere in animo habuit. Quāobrē
ſtatim maximā eorū, qui cœptis eius nō fauebāt, ſtragem dedit. Fra-
tri quoq; audaciā eius verbis nōnihil increpāti oculos, manuſq; adi-
mere nō eſt veritus. Aduerſus quē Gillechriſtus Anguſianus cū nu-
meroſo exercitu miſſus cruētiſſimo eū ꝓlio deuicit. Exercitum etem̄
Gilbertꝰ ex facinoroſiſſimis, ac ꝓinde multis ī ꝑiculis verſatis cōfla
tū habebat. Quicūq;.n. facinus aliqđ atrox ſeu flagitiū cōmiſerāt, ho
micidiū vel parricidiū, aut aliud ſcelus patrauerāt, qbꝰ cōſciētia cer-
tū (ſi in manꝰ deueniſſent) periculū denūciabat, ii oēs ex oībꝰ circa
regionibus ad eū veluti aſylū cōfugerāt. Nā cōmutato rege, nō mo
do cōmiſſoꝝ īpunitatē, ſed etiā maxima ſperabāt ꝓmia. Itaq; primus
cōflictꝰ acerrimꝰ fuit & aliquādiu anceps aliis de vita pariter ac opti
ma ſpe, aliis de patria aduerſus crudeliſſimū tyrānū cōcertantibus.
At qm̄ Gillechriſtus numero maxime abūdabat, defatigatos recipiē
do ac recentes ſubmittendo, tādē in fugā hoſtē cōuertit. Quāobrem
tū primū maxima cędes terga vertētibꝰ facta eſt, pluresq; ceciderūt
in fuga q̄ in pręlio. Gilbertus Gallouidianus ex prælio, curſu conti-
nuato. Monā inſulā petiit. Inde in Hiberniam confugit. Subſequen-
ti anno Hugo cardinalis ac diaconus ſancti Angeli a ſummo Pōtifi
ce legatus in Angliā miſſus, quo eccleſias Anglicanas ſūma priꝰ di

ligẽtia inſpectas,ſi quibus opus eſſet,reformaret, ac deinde vna ope
ra idẽ facturus in Scotiã ꝑgeret:cõfectis in Anglia rebus, ex vniuer
ſa Scotia epiſcopos ad ſe Northamtoniã ad certũ diẽ euocat. Citati
cõparẽt:ibi concilio facto, quũ mandata ſua a Põtifice iubẽte epiſco
pos oẽs Scotię,Archiepiſcopo Eboracenſi ſubeſſe, expoſuiſſet,pro 45
lixa oratione ꝑſuadere conatus eſt,ęquo vt id animo facerẽt. Omni-
bus enim epiſcopis aliarũ regionũ patronũ quendã ac veluti caput
eſſe cui ſubſint,ne protinus querelę cauſæq; oẽs ad Põtificẽ ſummis
cũ laboribus,tum expenſis deferãtur. Nullam eſſe in tota Scotia ci
uitatẽ Metropolitanã,quo in rebus ambiguis cõſultatũ conueniant, 50
nullã amicitię,qua vel maxime aduerſus hoſtes muniti ſint, occaſio-
nẽ inter ipſos eſſe. Quãobrẽ nõ modo opportunũ Eboracẽſẽ Archie
piſcopũ eſſe nõ magnis terrarũ ſpatiis diſtãtẽ, ſed etiam diuitiis opi
buſq; prępotẽtẽ, q ſi qua vlli neceſſitas ab hoſtibus ingruat mox au
xilio eſſe poſſit. Ad hęc id religioni noſtrę maxime cõuenire,vt libẽ- 55
ter maioribus ſeſe ſubiiciãt. Maximũ enim id meritũ eſſe ſi cõpluriũ
imperio ex ordine ſubeſſent. Ita enĩ virtutes ſummas humilitatẽ ac
obœdiẽtiã maxime in nobis lucere, ſi taciti ac lubẽtes multoꝝ fera-
mus imperia. Ad ea Gilbertus adoleſcẽs eruditione pariter & ſancti
monia cõſpicuus,ad hoc conciliũ a rege Scotoꝝ Vvilhelmo miſſus, 60
vt,ne qua nec aduerſus ſe,nec regnũ ſuum a Cardinale iniuria fieret,
proſpiceret,reſpõdit. Iã inde ex quo fidẽ Chriſtianã ſuſcepiſſent libe
rã fuiſſe Scotiã,nulli extra ſuã regionẽ,ꝑterq̃ vni Põtifici,velut Chri
ſti vicario ſubiectã. Iniquũ modo poſcere põtificem Scotos Anglis,
quibuſcum bella prope continua gerant,ſubdi. Qđ ſi pietatem quę- 65
rat & concordiam inter ipſos, primum nihil vſq̃ ab epiſcopis com-
miſſum eſſe quãobrem libertate ſua merito priuari debeant. Deinde
non eſſe neceſſe ad exteros nouorum bellorum ſeminarium iacere
ſi quid inter eos correctione dignum (qđ hactenus inquit factũ non
eſt) cõmittatur: id regi curę fore. Pietatem vero ac reliquas virtu- 70
tes habere ſe, inſignes virtutibus ac eruditione viros q laboribus &
vigiliis doceãt. Itaq; regem plurimũ orare,atq; obſecrare S. Pontifi-
cem, vti impræſentiarum contentus ſit, nec regnum ſuum nunq̃ de
ipſo aut Romana ſede male meritũ, hoſtibus ſuis obnoxium faciat.
His atq; aliis rationibus Gilbertus egregie cauſam libertatẽq; Sco 75
ticę eccleſię tutatꝰ eſt. Re igitur infecta legatus abiit. Gilbertus hic
poſtea effectus epiſcopus Cathanẽſis vir,dum inter viuos eſſet mira
quadam vitæ ſanctimonia,ac proinde poſtq̃ naturæ neceſſitati ſatiſ-
feciſſet,& fragile iſtud naturę humanę corpus depoſuiſſet,diuoꝝ in
numerũ conceſſit. Aliquot eo anno portẽta viſa ſunt. In natali enim 80

1 Ioannis Baptistę grando tanta quantitate de cęlo cecidit, vt fere mi nora animãtia cõficeret, veluti oues ac capras, & id genus alia. Homines quoq; siqui in itinere vel alioqui extra tecta dephensi fuerant illa cõciderũt icti. Idibus quoq; Septembribus, adeo sol ipsa meridie 5 obscuratus fuit, cũ nulla tũ eclipsis esset, nulleq; cęlũ nubes obscura rent, vt pallidus esse horas ppe duas appareret. In Diœcesi aũt Ebo racẽsi tonitruũ ac fulgur insolitũ cælo factũ est, quibus aliquot monasteria cũ incolis & aliis viris sunt adusta. Per hęc fere tẽpora constructũ est pcelebre monasteriũ noĩe Abbroth, ędiũ amplitudine ma 10 gnificentissimũ, tẽplo oĩni genere diuitiarũ, vasis aureis argenteisq;, cultu deniq; toto pciosissimo ornatissimoq; decoratũ. Ad hęc reditibus annuis agroq; latissimo dotatũ. Inhabitãt aũt viri iã inde a cœnobio cõdito in hanc vsq; diẽ vitæ innocẽtia ac morũ pbitate nullis secundi. Instituto vero viuũt diui Benedicti acciti ex Calco. Templi 15 fundamẽta diuo Thomę Archiepiscopo Cãtuariensi sacri, a Vvilhelmo Scotorũ rege, qui cum illo magnã puer consuetudinẽ habuerat, iacta sunt anno circiter ab orbe redẽpto millesimo centesimo septua gesimo octauo. Eodem anno Adama Vvilhelmi regis mater, postq̃ Abbatiã de Hadintõ admodũ locupletẽ ędificasset, vita defũcta est. 20 Sub id tẽpus more maiorũ Vvilhelmus legatos Ioãnem S. Andreæ episcopũ & Reginaldum Abbatem primũ de Abbroth ad pontificem Romanũ Alexandrum tertium qui nomine suo obœdientiã declararent, Romam mittit. Qua re lætus Alexander Rosam auream balsamo oppletam, indicium ac pignus singularis aduersus regem 25 charitatis p eosdẽ dona misit. Priuilegiis insup cõpluribus singulari ter donauit. Haud ita lõge post Gillechrist9 Angusianus, cuius sępe ante meminimus, vxorẽ suã ob adulterii suspitionẽ ira pcitus, ex castello prius eiectã, inde in Manis (vico id nomẽ est plus minus mille passibus ab Alecto) laqueo suspẽdit. Cuius rei indignitate grauiter 30 iratus rex (nã soror ipsius erat) bonis eũ oĩbus exutũ, postq̃ summa cura inquisitũ nõ reperit, hostẽ declarauit. Castellũ quoq; eius ita fun ditus deleuit, vt vix vllũ eius in hãc diẽ appareat vestigiũ. Cęterũ fra trẽ suũ noĩe Bredũ Gillechristus paulo q̃ hęc euenerũt, agro Giluio donauerat. Vnde nomen ac origo familię haud incelebri Giluiorũ: 35 quę etsi Gillechristi scelere ppe ad iternicionẽ redierat, tñ virtute & fide adeo postea claruit, vt nullis in aula deinceps regia inferior eua serit. Morit interim dũ hęc agunt Vvilhelmi cõiũx, cuius & nomen & familia nõ satis liquide constãt, opinor quia eã priuatus adhuc acceperat neglectam & pretermissam ab historiographis. Filiam vero 40 suã nomine Adamã ex ea susceptã patricio comiti Laodinẽsi nuptũ

dedit. Per eadẽ tẽpora Hẽricus Anglię rex, exorãte Hugone Dunel
mensi episcopo castellũ puellarũ appellatũ, Vvilhelmo reddidit. Cæ
terũ in demortuę locũ, Emengardam filiã comitis a Bellomonte ne
potis ex filia Vvilhelmi Nothi, quem primũ in Anglia ex sanguine
Normãno regnasse diximꝰ, vxorẽ accepit. Exinde lex lata ab vtroq; 45
rege est, vt quicũq; alterutri vel hostis, vel exul esset, vtriusq; ꝓhibe
retur agro. Quo factũ est, vt Gillechristus latere in Anglia diutius
non posset, ac confestim mutata veste quo difficilior cognitu esset,
inde quoq; ꝓfugeret, intolerandis alioqui etiã ab Anglis contume
liis affectus. Itaq; quũ nullus fugę ac exilio locus esset, quo, si in aper 50
to viueret, nõ eũ rex ꝑsequeref, in Scotiã rursum fugã cõuertit: ibiq;
aliquãdiu cum duobus filiis exilii comitibus, in syluis & antris, æta
tem egit miserabilem. Per eosdẽ fere dies qbꝰ hęc in Scotia gesta cõ
scripsimus: Saladinus in Asia grauibus bellis Palestinę Iudęã, quam
modo Sanctã vocamus terrã, multis ꝓliis superatã fœdissime vexa 55
uit: ac tãdem totam captis Hierosolymis ac Ptolęmaide, viciniscq; vr
bibus expugnatis, in ditionẽ redegit. Eam tũ christiani tenebãt, quos
ille omnes vti canes & angues exosos habebat, ipse omni non modo
inuidia, odioq;, sed & cruciatu ob sacrilegia dignissimus. Itaq; victor
crudelissimã in victos tyrãnidem exercuit. Nam Guidonem regem, 60
& Romaldũ ędituorũ magistrũ, nõ ꝑ lictorẽ nec carnificẽ supplicio
admouit, sed qđ antea nunq̃ fando auditũ est, manu propria, quo vo
luptatẽ de sanguine inimicorũ maiorẽ caperet, sęuissime trucidauit.
Reliquis qui ex triginta milibus peditũ, mille ducentis equitibus vi
ui capti fuere, episcopis pariter ac æditi, hospitalium quoq; præ 65
fectis & sacerdotibus, & quicũq; ex vulgo capi potuere, iussu eius iu
gulatis omnibus. Hac tãta nois christiani clade primũ in Franciam,
deinde in Angliã Henrico regi nũciata, grauẽ vbiq; gemitũ luctũq;
prodidit. Eaq; oĩa auxere legati, calamitates suas, tyranniq; crudelita
tem, & quę in obsidionibus, & quę capti passi fuerãt exponendo: quę 70
tã immania erãt vt a me sine lachrymis recitari non possint. Tum in
quãtis contumeliis ob nomẽ christianũ quotidie hominibus nefariis
ac sacrilegę legis cultoribus seruiãt. Ac qđ nullis, modo vere Chri
stũ amẽt, tolerandũ sit, nec ęquis audiendũ auribus, iis etiã qui vel in
ter nos sacrilegi sunt, Crucẽ Christi ꝑ portis eoꝝ, ludibrio quotidie 75
maxio affici. Quoꝝ verba oẽs ad miserationẽ excitabãt. Hẽricꝰ vero
eos hospitaliter exceptos, spe plenos dimisit. Nihil. n. differẽdũ ratus
cõparatis q̃primũ rebꝰ ad ꝓfectionẽ necessariis, ac exercitu numero
so cõscripto in Asiã subsidio christianis illis traiicere in aĩo habuit.
Cęterũ cœpta eiꝰ res nouę domesticę ĩpediuerũt. Nã Hẽricus filiꝰ 80

eius quē paucis ante diebus coronauerat, inuisus patri, coniuratione cū primoribus quibusdam Angliæ facta, regnū inuadere non expectata patris morte, constituerat. Qua patefacta, inceptis Hēricus destitit. Id tēporis copias Vvilhelmus aduersus Makulzē & Makbein in Rossiam mouebat. Latrones ii erant Hebrides insulas incolentes superioribus aliquot annis deprędati Rossiā, Catheneſiam, Morauiam in eas cū libuisset, aut vbi pdę spes affulsisset, triremibus raptim transmittētes. Qui si quando obuiā sibi cum exercitu regem venientem audiuissent, hostem ludificati conscensis nauibus asportata præda in suas insulas aufugerūt. Itaq; illi annis proximis, supradictas regiones infandis vexauere malis. Ea vero tempestate Vvilhelmus vbi intellexit prędones istos late Morauiam deuastare, missis triremibus aliquot cum iusto epibatarum numero, qui hostium incenderent classem, eoq; facinore reditum latronibus præcluderēt, ipse cum expedito exercitu in Morauiam profectus, hostes assecutus est, ac pulsos in Rossiam cum nequicq̄ ad triremes iam igne consumptas confugerent, non sine cruore interclusos cepit, captos capite plecti, ac deinde in rotas aerias Saxonū more, vbi coruos pascāt, reliquis prædonibus exemplo, attolli iussit. Pacatis ita in Rossia Morauiaq; rebus statuit ex itinere Vvilhelmus cœnobiū Abbroth cuius nuper fundamēta iecerat inuisere. Itaq; vbi vidit, præfectos operis ac ipsos artifices amplissime pro sua quęq; conditione donatos, orat, obsecratq; nullis sumptibus parcant, quo minus opus q̄ magnificentissimū efficiant: pedibusq; & manibus (qđ aiunt) conētur, ne quid ornatui, ne quid dignitati desit: sese abunde impensas om̄es suppeditaturū, ipsi modo præfecti q̄optimā vndequaq; materiam conquirant, ac artifices eam quantum possent elegantissime expoliant. Inde rex cum trans Bertham iter faceret, ecce pręter omniū expectationem Gillechristus & duo eius filii cespites e terra ligonibus effodientes, ac manu ita victum pauperem quæritantes, regi de via visi sunt: quos cum ob immutatum vestitum nondum agnosceret, mirareturq; quonam adolescentes tam eleganti corporis habitu, vt non in ea fortuna nati viderentur, redacti essent: occurrit nudato supplex cano capite senex simul cum duobus filiis, atq; aduolutus regis pedibus ita infit. Si misericordiæ apud te locus est, vt esse spero, rex clementissime, si veniæ perditis, ac pro cōmissis, multas sæpe mortes in vita perpessis oro te per misericordiam Christi, qui nos peccatores suo etiam sanguine indignos redemit, & obsecro vna cum filiis meis innoxiis, qui pientissimo aīo patris miserias comitatu suo hactenus cōsolati sunt, vt nos in gratiam tuam recipere digneris. Deinde quum iussus esset

nomen ac causam quæ eo miseriarũ eos redegerat exponere lachry-
mis ore oppleto, ac veluti singultibus diu metu tristitiaq; obstupefa
ctus, obmutuit. Tandẽ bono esse animo iussus, demisso vultu lachry
mabũdus, Gillechristus (inqt) ille sum oĩm q viuũt hoĩm infœlicissi
mus, qui nescio quo malo fato ausus sim in sanguinem regium ira- 45
tus manũ immittere. Itaq; dignis malis affect9 patrimonio toto pri-
uatus, in Angliam in exilium cum duobus filiis profugi, cũq; ibi in-
fandis me afficerent contumeliis, superiorem mihi fortunã exprobrã
tes, ac per ludibriũ veluti etiãtum exercitum ducerem, hostem me-
tuendum dictitãtes, atq; postea inde etiam lege cõmuni de exulibus 50
pulsus, nec inuenirem, vbi miserã possem cum liberis vitam finire,
in Scotiam rursum redii, syluis ac antris memet cum filiis abdens,
ne quis nos forte cognosceret: ibi cũ in æstatem victum hęrbę radi-
cesq; pręberent, hyeme necessitate prodire sumus coacti. Itaq; primo
mendicando, deinde qđ vides, cespites istos effodiẽdo, qđ naturę suf- 55
ficeret, quęsiuimus. Quãobrem si vllus apud te precibus relictus est
locus, si tẽpore indignatio ex aĩo excessit, neq; adhuc recentes in ani-
mo dolor ac ira remanẽt, miserere supplicum, ignosce pœnitẽtibus:
Non hæreditatẽ paternã, nõ dignitatẽ pristinã petimus, aerẽ modo
natiuum haurire optamus, vbi manu vitã pauperẽ sustinentes, agere 60
liceat. Quę si a te impetramus, nõ modo gloriã, nomenq; apud oẽs
nationes comparaueris, sed eum quem maxime sectaris, Christũ ęmu
latione ipsius singulariter tibi iniuriæ hui9 obliuione astrinxeris. Cu
ius verbis cõmotus rex recordatus virtutẽ pręstãtissimi olim ducis,
ac fortunã pristinã qua nulli secũdus a rege fuerat, ac cõtra inspecta 65
ꝑsenti calamitate in qua iã senex cũ duobus pulcherrimis filiis fortu
nã eius sequẽtibus, miserrime degebat: nõ modo culpã oẽm remisit,
sed illachrymatus & eũ ãplexus, bono esse aĩo, beneq; sperare iussit.
Inde datis seni, liberisq; eius equis, vt se Forfariã vsq; comitentur ius
sit. Ibi eos rex postridie ad se vocat, offensaq; omni remissa, pristinæ 70
restituit dignitati, agros, quos nõdũ nouo cœnobio Aberbrocht ero
gauerat, reddit. Exinde Gillechristus in fide regis ꝑstitit: Cœnobioq;
tãtũ abfuit vt male vellet, eo ꝙ partẽ ꝑdioꝝ suoꝝ haberet, vt ipm &
cœnobitas etiã cũ summa beneuolentia coluerit. Nam cum alter fi-
liorum ante ipsum vita excederet, alter rei vxoriæ ineptus esset, ma 75
gna agri sui parte viuẽs Aberbrocht donauit. Nec cessit patri filius
Gilbredus bñuolẽtia, cũ post patris mortẽ ãpliorẽ etiã illi agrũ reli
querit, ac eximio dũ supesset amore ipsum ꝓsecutus sit. Sepulti vero
sunt pater ac duo eius filii in augustissimo Abbatiæ illi9 tẽplo ante
arã Diuę Catharinę sacrã, vti monumẽti idicat iscriptio. Cęterũ & si 80

1 Vvilhelmus Cœnobio Aberbrothio extruendo magnopere deditus esset, nihil tamen omisit, quod ad cõmodũ reip. seu bonũ Imperatorẽ attineret. Iura siquidẽ quotidie summa æquitate perseuerauit dicere, sontes meritis pœnis afficere, bonis, si q meriti essent præmia digna 5 dare. Leges vero adeo seueras latronibus, ac iis qui pupillis, viduis, aut imbelli turbę iniuriã aliquam inferrent, tulit: vt vel nomine ipso terribilis illis esset. Quas huic operi inserere, propterea ꝙ passim in ore hominũ ferantur, superuacaneũ existimaui. Interea Henricus rex Anglię, filius Matildis Imperatricis, de quo superius sæpe verba 10 fecimus, mortuus est. Cui Richardus alter eius filius suffectus. Decesserat enim ante patrẽ Henricus primogenitus filius, quem supra coronatũ diximus. Richardus adolescens spirituũ plenus, ac viribus potens, nõ differendũ arbitratus, expeditionẽ in Iudęam edicit, ac pᷓsto esse ad certũ diẽ exercitũ iubet. Interea quo omnia tutiora domi 15 absenti essent, vicinos nõ diutius metu cõtinendos, immo benignitate conciliandos ratus, accito ad se Vvilhelmo Scotorũ rege, castella tria quæ oppignerata adhuc retinebat, videlicet Beruiciũ Roxburgum & Sterlingum. Pręterea eam partẽ Northumbrię, quam victo Vvilhelmo pater eius ademerat, ac Cumbriã Hundintoniãq; reddit 20 ea cõditione adiecta vt quicquid esset castellorũ in eis, præsidiis suis occuparet. Insuper reliquũ quod pro quatuor castellis pignori datis, debebat oẽ remisit, acceptis tãtũ decẽ milibus librarũ argenti in futurę expeditiõis ĩ terrã sanctã subsidiũ. Quib9 receptis Vvilhelmus extẽplo fratrẽ suũ Dauidem Hundintonię comitatu donat. Dauid 25 accepto comitatu fideq; veteri sanctione a Malcolmo primo edita Richardo pręstita profectus est cũ eo in expeditionẽ quingẽtis comitatus militibus, quos partim suis, partim Richardi expẽsis sustinuit. Creato inde Arthuro Britãnię Armoricę duce nepote ex sorore Anglię hęrede Richardus, si sine liberis decessisset, ac regno Ioanni fra 30 tri suo cõmisso cum præfato Dauide Balduino Cantuariensi archiepiscopo, Huberto apud Sarum episcopo, & Rodulpho comite Clocestrię, atq; ingenti hominũ multitudine, ac nauibus centũ quinquaginta, ex portu Massiliẽsi cursum Hierosolyma versus tenuit. Ann9 quo expeditio hęc facta est, erat redẽptionis nostrę millesimus cẽtesi 35 mus & nonagesimus primus. Philippus vero Francię Rex cũ ingẽti hominũ atq; armorũ apparatu, paulo ante ex portu Genuensi soluerat. Cũ eo erãt clarissimi viri Odo Burgundię dux, Philippus comes Flandrię, Henricus comes Campanię, Theobaldus Blesensis, & Stephanus sacri Cęsaris. Insuꝑ Archiepiscopi, episcopiq; ac sacerdotes q̃ 40 plurimi. Appulit Philippus classem ad portũ Ptolemaidis. cui vetus

erat nomē Aaron. Eā tū ciuitatē Saraceni tenebant. Cōtinuo igitur eam obsedit. Richardus prospero cursu quū in Cyprum venisset, statuit eā insulam prius hostibus purgatā, Christianis restituere q̄ vlterius relicto a tergo hoste procedere. Itaq; infesto exercitu totā prius deprędatus est, ac tādē capto rege (nam is Saracenus erat) vna cū filia, ac cęsis qui sectę erāt Saracenicę, insulam Christianis reddidit. Inde cū Ptolęmaidem tēderet, obuia facta hostiū classis est, quę subsidio Ptolęmaidi veniebat. Qua Richardus deleta, subuersaq;, nautis ac epibatis cęsis Philippo sese ad Ptolęmaidem coniūxit. Extracta est Ptalęmaidis obsidio menses cōplures, fortissime eā Saracenis defendentibus, q̄q̄ exteriorū mœniū pars maxima ariete quassata, prostrata in terrā iacebat. Interim perficiēdę expugnationis p̱ Christianum quendā, qui creditus Saracenus fuerat, ac in p̄sidio vrbis erat, occasio data est. Is natione Scotus nomine Oliuerus, ac in aula regia aliquando versatus, ob furtū cuius conuictus erat, exilio damnatus, ad Saracenos confugerat. Qui quū linguā ac mores perdidicisset, creditus ex ipsorū esse numero, stipendia in Ptolęmaide merebat: ac tū forte fortuna portam quādā, vbi ciuitas vnico tm̄ muro cincta erat, arcibus fortissimis idcirco munitā obtinebat. Itaq; quū extra muros inter stationarios hostiū milites qui ex stipendiariis Dauidis erant, pręcipuū quēdā Ioānem Duirvvard nomine conspiceret: cui quo tēpore adhuc in aula versabatur, notus familiarisq; fuerat, voce eū vernacula compellat, ac vt fit vltro citroq; de variis rebus verba cōmutant. Ibi Ioannes occasionē tātam nactus animū hominis tentat vt si qua opportunitate posset, portam eā panderet (Nondū vero alienatus a Christianis Oliuero animus erat) Itaq; placere sibi conditionē inquit, si confecta re, patriam ac agrum sibi Dauid restituere vellet. Quod vbi verbis ducū Ioannes p̱misisset, constituta hora noctis, fideq; vtrinq; data acceptaq; discedūt, Interim Oliuerus cōmilitones suos ingentibus p̱missis corrumpit. Statuta hora Dauid, cui a ducibus hoc negocii imperatū erat, cum magna militū manu intra portam recipitur. Inde clamoribus, tumultu, cędibusq; omnia complet. Sub lucem Richardus captam vrbem ingreditur. Nam Philippus paulo ante morbo correptus, in Franciā redierat. Restabat arx munitissima quā aliquot postea diebus multis quassatā insultibus capit, ac quicquid in ea mortalium erat, interficit. Cepissent inde haud dubie Palęstinam, ac cæteras regiones, quas impia Saracenorum gens Christianis ademerat, nisi ortum dissidium inter Francos Anglosq;, nulla maiori ex re q̄ ex ambitione, tā sanctos impediuisset conatus. Euersa itaq; ac solo æquata Ptolęmaide Richardus cum in Italiam

1 contēderet, orta tempestas classem eius totam disiecit. Quamobrem desertus propemodum, insidiis quorūdam Christianorū exceptus ad Henricum Imperatorem perductus est. Nauē in qua Dauid inerat comes Hundintoniæ ingruens ventorum procella, in Æegyptū de-
5 latam scopulis impegit. Vnde cū paucis ægre viuus in terram euadens, ab incolis captus, Alexandriam ductus est ac in vincula coniectus. Longo deinde tempore posteaq̄ captus fuerat, opera mercatorū Venetorum liberatus in illorum traditus est manus, ac primū Constātinopolim, deinde Venetias circūuectus, vbi ab Anglis qui eo ad
10 mercatū venerant agnitus, & redemptus est: ac liberaliter ab eis aliquādiu habitus, domū redire permissus est. In Flandriam autem vbi venisset, comparata Gessoriaci (quæ nūc Sclusa seu Clusa dicitur) naue, qua in Scotiam pergat, ex portu soluit. vbi vero paulum processisset, orta iterum tempestas, magnis periculis nauem haud pro-
15 cul a Norvvegia Setlandiaq; iactauit: per brumam enim nauigatio erat, ac propterea periculi plena. Mediis vero periculis, vbi ædem diuæ virgini, si sospes in patriā rediret, vouisset, eius auxilio ereptus in Taum æstuarium ad Alectum haud procul a scopulo, vbi nunc diuo Nicolao sacellum ædificatū est, media nocte nauim clauo velisq; nu-
20 datam, appulit. Cæterum vbi illuxisset ac se tantis exemptum periculis in suam ditionem peruenisse videret, lætus in terrā prosiliens, gratias deo diuæq; virgini egit, q̄ potuit maximas. Oppidum autē Alectum mutato nomine Deidonū vocauit, ꝙ clementia diuina ex imminente morte eo saluus deductus esset. Ædem diuæ virgini sacram
25 nihil cunctatus in agro cui Triticio nomen erat, condidit, ac Parochialem effecit: in cuius tutela Deidonū exinde habitū est, nisi ꝙ plæriq; oppidani diuū Clementem, sub cuius præsidio antea Alectum fuerat, vetustissimū ipsius templū frequentantes plurimū piis illic venerentur votis. Vvilhelmus rex vbi primū per nūcium Dauidem fra-
30 trem saluū rediisse audiuit, ac veluti ex morte reuixisset quem tanto tempore periisse arbitratus est, vix sese lætitia continens, Deidonum ad fratrem q̄celerrime accurrit. In vlnas eum amplexatus ac osculatus, prope gaudio exanimatus stetit. Tandem vbi sedatus ille feruor paulum fuisset: Gratias (inquit) vobis deus superne ac intemerata
35 virgo agimus, qui hunc nobis quem tanto desiderauimus tempore saluum reducemq; esse voluistis, quē tanta ab infidelibus parta belli gloria, postea summis periculis, vinculis, tēpestatibus nobis ꝑfunctū reduxistis. Inde frequentes fieri supplicationes, totoq; regno festos agi dies, ludos celebrari publicos, edixit. Indicto vero magnatum re-
40 gni concilio, Dauidi fratri permisit, quocunq; loco vellet cœnobium

ædificaret, ac quibuſcũq; agris placeret, ditaret. Complura inſuper priuilegia Deidono rex contulit, quibus in noſtram etiamnũ ætatem ciues gaudent. Dauid fratris beneficentiam haud aſpernatus Abbatiam in Fifa cõdidit, diuę virgini dicatam (Loudoris vulgo vocãt) ampliſq; reditibus dotatam. Inhabitant eam iam inde ex quo condita eſt Benedictini ordinis monachi inſigni morum innocentia, inſuper admirandę rei cuiuſpiam miraculo clari. Neminẽ enim a ſerpentibus lędi in ea vnq̃ eſt viſum. Siti aũt ſunt in media valle circũfluẽte riuulo, ſeptiq; vndequaq; ſyluis: quocirca ingens ſerpentium multitudo eo ſemper confluit. Neq; in vlla circũ regione Scotię tãta eorum copia conſpicitur. Ipſe vidi adoleſcentem puerili ludo in campo ſaliẽtem in medium colubrorum gregem incidiſſe, ac intactum illęſumq; inde abiiſſe. Interim Richardus ingenti pecunia a ciuibus tributa, inſuper magna ſacrorũ vaſorũ parte collata, liberatus in regnũ rediit. Veniens nõ vno honoris genere exceptus eſt, omnes enim certatim ſummo honorum ſtudio aliis alios ſuperare cõtẽderũt. Ioãnes regis frater cui regni cura mandata erat reus affectati regni factus, in conſeſſu publico ſeſe purgauit, Cęterum Vvilhelmus vbi cognouit Richardum in regnũ rediſſe, aſſumpto fratre Dauide, Londinũ ei gratulabũdus occurrit, adferens ſecum duo milia Marcarũ quas Richardo ſe donare dixit, non ignorans oẽm quam potuit vndecũq; collectã ipſum in expeditionem pecuniam aſportaſſe, ac iam denuo ingenti redemptionis precio grauatũ. Itaq; hac beneuolẽtia duo reges omniũ mortalium amiciſſimi effecti ſunt. Reſtabat nonnihil in Anglia tumultus. Nam rumor erat quoſdam in regem ſuũ conſpiraſſe. Igitur illis comprehenſis, de quibus ſuſpitio erat, vbi falſa eſſe quæ ferebantur, cognita ſunt, cuncta tranquilla reſederunt. Secũdũ hęc graui morbo Vvilhelmus in Anglia decubuit, atq; vt fere ab iis fieri conſueuit, qui nouas res iãdudum cupiebant, rumore de morte eius falſo in Scotiam allato, omnia miſcere ſurſum deorſum conari, alii rapinas exercere, alii cędes inimicorũ facere, priſtinę licentię mores, per omnia prorſus debacchãtium more graſſari, aduerſantes violare: poſtremo iuſtitiam pariter cum rege extinctam eſſe credentes, nihil reliqui, qđ modo collibuiſſet, facere. Cæterum vbi certiore allata fama regem adhuc ſupſtitẽ eſſe auditũ eſt ĩ vltimos Albionis receſſus multi Heraldo quodam Cathaneſiæ Thano, ac Orcadum comite, homine facinoroſo duce recepeunt ſeſe. Hos aſſecutus rex in Cathaneſia, omnes depręhẽdit, ac vt cum eis lege ageretur edixit, ne ſi qui inſontes inter eos eſſent cum ſontibus ſuppliciũ ſubirent, neue qui magnis flagitiis onerati erant leuiore q̃ pro meritis pœna ſi tãtũ

1 trucidati essent plecterentur. Dux ipse fuga in Hebrides presens eua
sit supplicium. Verum non ita diu postea comprehensus in Catha-
nesia atq; ad regem perductus, oculis prius erutis (Nam idipsum
episcopo Cathanesiæ fecerat) ac testibus exectis in cruce strangula-
5 tus est. Cũctis insuper stirpis eius maribus virilia adempta regis iuss-
su sunt vt hominis vnius ætate scelestus ille sanguis extingueretur.
Sequutus est annus miseranda in Scotia fame memorabilis. Nã hor
dei modius quinq; coronatis aureis egre comparari potuit. Rursum
in sequenti anno qui salutis nostræ fuit supra millesimum cẽtesimũ
10 nonus & nonagesimus, tanta omniũ rerum vbertas fuit, quanta nũq̃
antea audita. Quo anno Alexander primogenitus Vuilhelmi regis
ex Ermengarda regina natus est. Eodem anno extremum diem Ri-
chardus rex Anglie obiit. Cui Ioannes frater ipsius successit. Tribus
annis post illa concilium a Vuilhelmo primorum Scotiæ indictum
15 est: quo cuncti nobiles Alexandro regis filio tertium agenti annum
fidem vti futuro regi dederunt. Peruenit eodem a summo Pontifice
ad Vuilhelmũ legatus, ensem cui9 capulus vaginaq; aurea & gem-
mis distincta erant, & galerum purpureũ indicium ecclesiæ (vti vo-
lebat) defensoris afferens. Multis insuper (quas vocant) indulgen-
20 tiis ac priuilegiis eum honorans. Quæ Vuilhelmus, quoniam grato
accepit animo, eodem concilio approbante decretum est vt dies Sab
bati a duodecima hora meridiei sacer esset, neq; quisq̃ res profanas,
quemadmodum festis diebus vetitum erat, exerceret. Idq; campanæ
sono populo indicaretur, ac postea sacris rebus operam darent, con-
25 cionibus interessent, vesperas (quas vocant) audirent, idq; vsq; in
diem lunæ facerent, constituta aduersus contemptores graui multa.
Adiit deinde Vuilhelmus Londinum, veteri more fidem pro agris
quos in Anglia habebat Ioanni præstitutus. Quo cũ venisset voluit
Ioannes, vt secum in expeditionem contra Philippum Francorum re
30 gem in Galliam traiiceret. Quod quum abnueret Vuilhelmus, pro-
pterea q̃ fœdus cũ Philippo inierat, paulo post infesto exercitu Cũ-
briam Northumbriamq; depredatus est. Itaq; mox bellum cœptum
fuisset, nisi Angliæ proceres prædam omnẽ restituere Ioannem ad-
egissent. Nolebant enim eodem tempore diuersis bellis tantorũ re-
35 gũ distineri. Tanta autem fuit eo anno asperitas hyemis adeoq; pro-
lixa, vt ante Martii dimidium nemo terram aratro proscindere vale-
ret. Cereuisia, quam vocant congelata pondere venderetur. Nix con-
tinua multos dies caderet eaq; maxima pecudum strages fieret, Ter
ræmotus vero quotidie ab Epiphania domini vsq; ad Calendas Fe-
40 bruarias factus. Secũdum hanc hyemem, Ioannes perfunctus bello

Gallico occasionẽ belli aduersus Scotos concitandi quærẽs castellũ in Northũbria ex aduerso Beruicii ædificare cœpit. Quod Vvilhelmus ægre ferens insequuta hyeme, nequicq̃ Ioannẽ sępe per legatos obtestatus, ne nullã causam iustã habens, inimicitiarũ materiã pręberet, orans vt cœptis desisteret, demolitus est, ac solo æquauit. Igitur Ioannes quasi indignabundus eã sibi iniuriã factã esse, conscripto validissimo exercitu Scotiã infestus petit. Vvilhelmus id futurũ iãdiu animo pręcipiens, cõparato vicissim exercitu, in finibus obuiã hosti procedit. Cęterũ dum agmina vtrinq; consisterent, prius q̃ signũ pugnę daretur, interuentu primatium, cõcordia regibus conciliata est. Itaq; exercitibus dimissis Eboracum vterq; rex cum nobilibus concessere, vbi vetus pax & amicitia his conditionibus nouo fœdere est inita, vt Margarita ac Isabella Vvilhelmi filiæ, post elapsos ex illo nouem annos, duobus filiis Ioannis Henrico & Richardo nuberẽt, ea pactione, vt maiori auctu, si natu elapsum tẽpus vita excederet, minor succederet. Dotem Vvilhelmus ingẽtem filiabus daturũ se pollicitus est. Castellum q̃d Ioannem ad Tuedam ædificasse, & Vvilhelmum demolitum esse iam scripsimus, id dirutum maneret, nec vnq̃ ab Anglis reædificaretur. Quæ vt rata essent, nouem Ioanni nobilissimorum Scotię adolescentulorum obsides dati sunt. Eodem in conuentu Vvilhelmus agros quos in Anglia possidebat, Ioãni regi Angliæ cui quadam tenus obnoxii erant, quo statim in Alexandrum filium suũ transferret, tradidit. Nam hæ cerimoniæ in illis agris, quos alicui acceptum ferre debes, si resignare in quempiam velis, fieri cõsueuere. Nec quisq̃ hęreditatem amplecti talem potest nisi obsequio fideq; regi aut cuicunq; id ius est, prius præstito. Itaq; eo fœdere inter reges conuenit, vt filius aut qui proxime in regnum successurus esset, hanc veluti seruitutem subeat: ac eas deinceps terras, quas tum Scoti in Anglia habebant, præstita fide accipiat. His fere diebus quum Eboracense consilium, de quo diximus, inter reges celebraretur, allatus est puellus forma eleganti ac nobilissimi cuiusdam viri in agro Eboracensi hæres, graui varioq; morbo correptus. Nam ex oculorum altero sanies illi cõtinuo effluebat, manus altera arescebat, neq; alterius pedis, neq; linguæ cõpos erat. Itaq; in contrarietate morbo℞ cũ causas medici inuenire non possent, de curatione desperantes incurabilem asseruerunt. Nam nõ vnam nec vnq̃ visam causam tam contrarias res efficere. Quem vt primum Vvilhelmus accessisset, ac cruce signatum cõtigisset, solo tactu pristinę restituit sanitati. Quãobrẽ diuinitus id factũ pleriq; credidere, quo virtutẽ tãti viri: deus latere nõ fineret, ac orbi suspiciẽdũ ederet. Vnde effectũ

1 est, vt in summa deinceps apud omnes reuerentia esset. Quũ aũt domũ Vvilhelmus reuertisset, multa loca sacra magnifice dotauit, videlicet Nethl, Melros. Sanctę Crucis abbatiam Dounfermilem & alia multa ac pręcipue episcopatum Abberdonensem, cui plurimos
5 agros, prędiaq; dono dedit: qđ facile ex diplomatibus eius demõstrari etiãnũ potest. Episcopatum quoq; nouũ Lismorensem duodecimũ Scotię fecit, agris prędiisq; ad id collatis. Bertham autẽ oppidũ qđ cum magna nobilitatis parte ingressus erat paucis elapsis diebus tãta inundatio Tai & Almundi fluuiorum, qui mœnia alluũt, facta est,
10 vt eorum haud paruã partẽ demoliretur, domorum magna strages esset, ac multi mortales summersi interirent. Ipse vero rex cũ vxore liberis ac nobilibus haud expers periculi fuit. Perierũt nãq; ex regia familia in primis Ioannes regis filius adhuc lactens cum nutrice ac duodecim fœminis: Præterea aulici viginti. Clamor ac lamẽtatio in
15 vrbe tantus fuit, qualis fere in captis esse solet. Prorsus enim terribilis res inundatio aut impetus sęuientis aquæ alueos suos egressę, mihi quidem videtur: ac ferme plus quibus inde periculum esse possit, q̃ ignis, formidanda. Nam ignis paruis initiis crescit, nec fere homines latet, aut si lateat, non multos potest fallere, & fere in domos tm̃
20 ac supellectilẽ sęuit, in loca sine cõbustibili nulla, et si pręsto viri adsint, facile ab initio sopitur ac extinguitur. Aquã nemo excludere vnq̃ potuit, per rimas, per foramina domos subit, nec quisq̃ fere dũ semel excesserit, ingruenti renitendo profecit. Vnicum dũtaxat in ea re subsidium, si adsint, naues: quæ vbi desunt non tecta scandentes,
25 non turres cęlum prope altitudine tangentes aquæ vim effugiunt. Omnia enim late grassans fundamenta, terramq; subruendo secum rapit, ac trahit: quod prius terra erat, mox multis in locis salum est. Vvilhelmus itaq; deuastatam sic Bertham cernens vt ferme minore cum difficultate noua vrbs extrui, q̃ quæ diruta erat reparari pos-
30 set, ac partem etiam aqua obtineret, prorsusq; difformis esset vrbis facies, alio ciuitatem transtulit, ac nouam vrbem condidit nomine Perthum, a Pertho nobili viro appellatam, qui cõdendæ vrbi agros gratis contulit. Multisq; Rex eam priuilegiis atq; agris donauit, vt crescere cito augeriq; posset. Cæterum nunc illi nomen Sancti
35 Ioannis est. Facta hæc sunt anno a Christi natali decimo supra ducẽtesimum & millesimum. Anno sequenti Ioannes Anglorum rex meliorem Hiberniæ partem sibi subegit: ac illum sequenti Gualiam. Quo tẽpore rursum in Cathanesia alius exortus est tumultus. Gothredus enim filius Makuilzem, cuius rebellionem superius expo-
40 suimus, crebris incursionibus Rossiam, vicinasq; gẽtes deprædatus,

maxima eis damna intulit. Augebatur indies magis ac magis exer-
citus eius, Hebridianorum, & Loquhabrorum accessionibus. Itaq;
Vvilhelmus conscriptis sex militum milibus cum eis Malcolmum
comitem Fifensem cũ Atholię comite ac Thano Butquhanię exer-
citus duce ad conatus latronũ compescendos mittit. Qui commisso 45
prælio Gothredum profligato cætero exercitu cũ paucis grauiter
vulneratum ceperunt, & q̃ celerrime ad regem adduxerunt, ac nisi
maturassent, non viuus ad regem perductus esset. Quamobrem vbi
primũ aduenisset iussu regis Semianimis capite trũcatus est. De re-
liquis qui capti erant simile supplicium sumptum. Eodem tempore 50
nata est grauis inter Ioannem Angliæ regem & Innocentium tertiũ
Pontificem Maximũ, variis de causis dissensio. Exigebat enim Ioan-
nes ab omnibus prælatis ac sacerdotibus contra ius canonicũ, redi-
tuũ ecclesiasticorum decimam, ac eorum qui cõtra iuerant, quosdam
bonis spoliauit, alios in exilium egit. Stephanum cõsecratum episco 55
pum Cantuariensem episcopatu prohibuit, ac proscriptis Priore, mo
nachisq; Cantuariensibus, reditus bonaq; eorum occupauit. Pręterea
Cistertiensis ordinis cœnobia, ꝗ abnegassent se daturos tria marca-
rum argẽti milia, reditibus ac plæraq; supellectili preciosa, vasis ar-
genteis, aureisq; quæ ad sacra pertinebant, insuper signa, si qua pre- 60
ciosa essent, ac ornata preciosiore sacrorũ despoliauit, ac monachorũ
bonam ablegauit partẽ. Quę Innocentius nõ modo indigna esse ra-
tus, sed etiam mali exempli, ne reliqui reges, quos similis auaritia te-
neret, incœpta eius imitarentur, primũ dulcibus verbis ac precibus
eum obsecrauit, ne tanta scelera in ecclesiam auderet, quæ vt cõtem- 65
psit, iterum eum grauioribus paulo, & asperioribus monuit, & quia
etiam tum non destitit, extremo remedio, excõmunicationis fulmine
damnauit: regnũq; Angliæ (quod aiũt) interdicto subiecit, quęcũq;
sacra in tota Anglia publice fieri prohibens. Inde Ioannem perpe-
tuam ob contumaciam authoritate qua potuit, regno priuauit: quæ 70
omnia tãtũ abfuit vt eũ compescerẽt, vt potius in nefanda omnia au
denda pręcipitem traherẽt, Qua ex re Innocentius, reges omnes qui
Christi ecclesiã sequerentur, qđ brachium vocant seculare, aduersus
cõmunẽ ecclesiæ Christi hostem inuocauit. Quũ autem vidit Ioãnes,
nõ se parẽ tot ac tãtis regibus simul in se ingruẽtibꝰ fore, licet antea 75
ne cutem quidẽ ferire Pontificis fulmina animo suo dictitasset, facto
rum pœnitẽs, absolui se a cõmissis petiit, ac pro pœna quã meruerat
Innocẽtio ac successoribus eius Romanis põtificibus regna Anglię
Hibernięq; tradidit: quę cõtinuo illi Innocẽtius ac successoribus eiꝰ
reddidit, ea conditione eoq; pacto vt ipse & post eum successores sui 80

1 in septenos annos in perpetuũ ex regno Angliç septẽ milia marca
rũ argẽti:ex regno Hiberniç tria milia reciperẽt. Quam pensionẽ
in hanc vsq; diem,ab eo tempore, Angli Hiberniq; Romã compor
tãt. Quare rebus ita compositis cũ Pandulpho Pontificis diacono
5 ac id tẽporis legato,Ioannes excõmunicatione solutus est, & An-
gliç regnũ ab interdicto leuatũ in integrũ restitutũ.Paulo deinde
post Vvilhelmus exacta ętate,annos eñ septuaginta quatuor vixe
rat,vir præclarus tum regni gubernatione tũ vitę tãta sanctimo-
nia,vt viuus etiã(quod ea tempestate rarũ admodum erat)miracu
10 lis polleret,diem Sterlingi obiit anno Christi millesimo ducentesi
mo decimoquarto, regni vero quadragesimonono. Sepultus au-
tẽ est Abberbrothi in sacro adyto seu choro primario ante altare
maximũ.Quo anno defunct9 est Vvilhelmus in Martio duo come
tę,humano aspectui terribiles,alter Solẽ pręcedẽs,alter sequẽs vi-
15 si sunt.Sequẽti anno peperit bos in Northũbria capite ac collo vi
tulũ,cætera pullũ equinũ.In autumno vero lunę duę seiunctę pa-
tentibus duobus cornib9 visę.Vixere Vvilhelmi tẽpore viri clari
Dominicus Hispanus natione,qui quũ sub instituto canonicorũ di
ui Augustini aliquãdiu vixisset,ac eo relicto, verbũ dei per orbem
20 pręedicasset,ex sociis suis pręedicatorũ ordinẽ primus instituit:q ab
eo etiãnum Dominicani appellãtur. Pręterea Frãciscus Assisian9,
Minoritarũ ordinis princeps,quorũ sodalitiis & collegiis iã orbis
terrarũ plenus est. Vixit etiã Abbas Ioachimus Calaber,vir miræ
sanctitatis,q eximios in Apocalypsim ac pphetas cõmẽtarios reli
25 quit. Pręter hos Rodolphus archiepiscopus Coloniẽsis qui trium
Magorũ(quos reges vocãt)corpora olim ex Perside Cõstãtinopo
lim & postea Mediolanũ trãslata cum ea vrbs per Fredericũ Impe
ratorẽ deleta fuisset,Coloniã Agrippinã trãsportauit,vbi i magna
omniũ veneratione habẽtur.Erat & in Frãcia Petrus,cui Comesto-
30 ri cognomen erat,q ecclesiasticã cõscripsit historiã. Et inter nostra
tes Vdardus monachus Cuprẽsis Brechinẽsis episcopus & Eusta-
thius abbas Abberbrothensis re & opere qđ prædicabãt exequen
tes.paucis eñ clericis asseclis suis comitati pedites totã Scotiã p-
lustrauerũt verbũ dñi seminãtes.Extat adhuc monasteriũ Abermo
35 renochtũ vocatũ Cistertiẽsis ordinis cœnobitis, Vvilhelmo viuo
cõditũ,& eo mortuo per Ermengardã reginã amplis reditibus do
tatũ.Octo pręterea annis priusq̃ Vvilhelmus vita defungeret, in-
stitutus est ac cõfirmatus ab Innocẽtio tertio Romæ ordo mona-
chorũ sanctę Trinitatis de redẽptiõe captiuorũ,q ann9 erat salutis
40 humanę supra millesimũ ducẽtesimus vndecim9:regni vero Vvil-

helmi quadragesimus sextus. Quo anno missi sunt duo illius ordinis monachi ab Innocentio a quo consecrati erãt, in Scotiam: quibus Vvilhelmus regiam suam Aberdonensem, cũ non ita multis reditibus donauit, vt abbatiã inde conderent: ampliora daturus, si longius superstes fuisset. Extat etiãnum cœnobiũ inter religiosa loca nõ cõtemnendũ. Alexãder deinceps Vvilhelmi filius secũdus hoc nomine in patris demortui locũ successurus, magna nobilium comitat9 caterua Sconã venit, vbi veteri regũ more in lapidea sedẽs cathedra regni gubernacula imposita capiti corona suscepit. Qua re peracta, iustis paternis Aberbrothi faciũdis quatuordecim vacauit dies. Nec quicq̃ est ab eo omissum quod ad honorẽ aut decorũ attineret regium. Postea edictum in omnem est Scotiam, ne quis eo anno ludos, aut magna celebraret cõuiuia, vt nemo luctus vllo in loco expers esset. Per omnia templa exequię solennes, sacra ac supplicationes fierent. Ipse rex toto anno cum omni familia, non alia q̃ pulla est veste vsus. Primum ab eo habitum est consilium Edinburgi, vbi primũ patris confirmauit acta, ac deinde quicunq; administrationem vllam, vllũve officium a patre accepissent, vt id ratum cuiq; maneret pronũciauit. Nominatim vero Vvilhelmũ a Bosco episcopũ Dumblanensem Cancellariatũ vt vocãt, ac Alanũ Gallouidianũ Comestabulariatũ (is autem secundus a rege magistratus est: penes quem & capitis causa est, si quis intra duo milia passuũ a rege, sanguinẽ violẽter alicuius effuderit) retinere voluit. Peracto consilio, Alexãder matri viduę quia decreuerat, quod reliquũ sibi foret vitæ, illic trãsigere vbi diua Margarita aliquando vitam egisset, castella ac oppidula Forfair & campos, pascua, lacus, ac multa præterea quæ animo ipsius placuerant, vnde vitæ subsidia, quæ reginæ viduę satis essent, conquireret, assignauit. Iudices deinde per oẽm Scotiam in qualibet ciuitate optimos quosq; viros, qui populo controuersias omnes, iusq; definirent legi iussit. Duos insuper legatos Romam suo nomine obœdientię suę demonstrãdę gratia misit. Per idem tempus dissidium tumultusq; in Anglia maximus inter Anglię proceres ac regem Ioannem ortus est. Erant in Ioanne multa vitia, sed fere eorũ omniũ fons ac fomentum auaritia. Humana eñ ac diuina cuncta, vbi emolumẽti ac rerum aliquid auferri potuit, contempsit. Nam cuicũq; pater aut mater aut quiuis cuius iure hæres esse deberet, mortuus esset: nõ pri9 succedere in bonis is potuit, q̃ pro magnitudine hęreditatis illa ab rege redemisset. Filias antẽ familias nobiliores, non parentum sed sua volũtate accepto prius precio elocauit. Ab episcopis ac cœno-

1 biarchis annuas exigebat pensiones, quod in prophanorũ agris fi-
eri cõsueuit, si seruitutis aliquo genere obnoxii essent. Qz si qui ec
clesiarũ aut cœnobiorũ antistites vita excesserãt, reditus statim sa-
crorũ locorũ occupauit omnes, donec nouus electus ac cõsecratus
5 esset pręses. Ad hęc alia permulta indigna ac intolerãda perpetra-
uit. Quę nõ ferentibus diutius archiepiscopis Cantuariẽsi atq; Ebo
racensi ac multis comitibus aliis rebellionis ducibus, regis teme-
ritati auaritięq; obuiã est itum. Quibus adeo a Philippo Frãcię re
ge & Alexandro rege Scotiæ fautum est, vt si cœpta eorũ statim
10 nõ succederẽt, aut hosti pares non essent, subsidio se cũ exercitibus
in Angliã venturos promiserint. Quę vbi Ioannes intellexisset si-
bi metuens, ac quo periculũ imminẽs declinaret, publice iureiurã
do pollicit9 est, omnia ea mala se deinceps omissurũ, cõsuetudines
prauas vniuersas abrogaturum, nihilq; quod ad remp. pertineret
15 sine consilii sententia acturum. Quæ vt probari postea possent, di-
plomate conscripta & Cancellario sunt tradita. Cæterum animus
inquietus & auaritia cæcus non sane diu iniuriã (vt ipse putabat)
inultam tulit. Nam ingenti pecunia per legatos Romã ad Cardi-
nalem quendã nomine Gualonem, hominem vitiis coopertum, per
20 quẽ omnia a Pontifice impetrabat, missa, cuius nõnulli in ea ex ve-
teri adhuc cupidine auidissimi sunt, & per eũ questus est Innocẽtio
de violentia subditorũ suorũ & regis Francię & Scotię, q; sibi im-
periũ in suos exercere non permisissent: seq; dicebat cuncta in suoꝝ
commodũ fecisse, illos autem ingratos & inobœdientes cælũ ter-
25 rę, Scotiam ac Franciam Anglię miscere conatos esse. Quibus au-
ditis Innocentius indignabundus, vt qui Anglorũ regi ob pensio-
nem, quã in septenos recipiebat annos, admodũ fauebat, & quodã
tenus se dominũ Anglię rebatur, legatis respondit, causam Ioãnis
sibi curę fore, ac eam se tutandã recipere. Erant enim ea tempesta-
30 te plurimi homines auaritię deditissimi in aula pontificia, ac pro-
pterea cũcta vnde emolumentũ sperarent apud Pontificẽ perficere
audebãt, vniuersa vęnalia quantũ in ipsis erat habẽtes. Inter quos
reliquos audacia, aliisq; vitiis facile superans, Gaulo quispiã cardi
nalis erat nihil nõ ob lucrũ efficiens. Operępreciũ est videre supe-
35 riorũ patrum, quorũ se nomine tenus imitatores profitentur, mode
stiam, paupertatem, pietatem ac iustitiam, & docendi perducendiq;
tum verbis tum exemplis omnes iuxta diuites ac pauperes, ad oui
le Christi studium, non auro neq; gemmis vesteq; precio sa ornato-
rũ, non in aulas regum sese ingerentiũ, non stipatorũ ac satellitum
40 Thracũ circa se cateruas habentium, non regum luxum omni ge-

nere luxurię superare contendentiũ, non simulatione quicq̃ agentium, sed in veritate, in aperto versantium, non alia quę narrare pudet perpetrantiũ. Ac cõtra huiusmodi antistites ordinis ex quo primũ diuitię honori esse illis cœperunt q̃ sint illorum dissimiles q̃ diuersa ingrediantur via, q̃ non vestigia illorũ imitentur, quorũ tñ locum occupãt. Itaq; haud multo post animũ recipiens pollicitis Gualonis Ioannes, cõtra pacta ac iusiurãdũ cõsueto more exactionibus populum pariter ac clerũ vexare, tyrannidem in omnes prorsum, sed maxime in nobiles exercere, & quicq̃d agat dũmodo pecuniam ingentem comparet nihil pensi habere. Atq; ita nõ amplius illius oppressiones ac scelera dominationẽq; tam impotentem ferre sustinentes proceres Ludouicũ Philippi regis Francię filium natu maximũ, ac Alexandrum regem Scotię cum exercitibus accersunt. Ludouicus prior cum expedito exercitu adest, ac Ioannẽ prælium detrectãtem in aciem prouocat. Ioannes nec popularibus admodũ, nec suis fidens (omnes em̃ lęserat) in tutissima se loca recipit. Igitur Ludouicus nullo obstante cũ exercitu pacato Londinũ vsq; penetrat, vbi cũ maxima oĩm lętitia ac gratulatione exceptus est. Inde literis Ioannem monuit si pacem secum ac cũ subditis cuperet, flagitiis deinceps abstineat, quibus omnib9 mortalibus, nedum subditis suis inuisissimus effectus esset, damna illata ac iniuste exacta restituat, Iusiurandũ seruet, quę vt sine fraude faciat, filiũ cum propinquis ac necessariis aliquot, obsides mittat. Ioãnes spem omnem in Gualone ac pecunia sua sitam habens, ad nullas conditiones animum aduertit, non diu eos inultos sibi insultaturos dictitans: qua re nunciata Ludouicus cum suo simul & Anglorũ exercitu hostem petere statuit, frustra ratus exercitũ cum magno populi damno per Angliã discursari, & agros ac oppida quæ forsan innocua sint, deuastari: ipm autẽ qui omnia in se mala meruerit, ac oĩm malorũ caput sit ociosum ac inultũ spectare: ac fortasse adeo nõ angi agrorũ depopulationibus, vt etiam gaudeat, eos qui se mediocriter non pertulerint sumentem, ab hostibus fere cũctis spoliari fortunis. Interea Alexãder rex Scotię vbi cognouisset Ludouicũ in Anglia rẽ gerere, cõparato exercitu ꝑ mediã Angliã, nullo violato mortali, acsi ꝑ pacatũ nõ per hosticũ duceret Londinũ ad Ludouicum peruenit. Cuius interuentu aliquãtulũ res intermissa est. Nam vbi post gratulationes mutuas, multa inter se de regnis suis disseruissent, priusq̃ cœpta persequerentur, placuit in Franciam relictis in Anglia exercitibus decem tantũ nauib9 ad Philippũ, ad renouanda fœdera antiqua traiicere. Itaq; Doueriũ ꝓfecti sunt, vnde

1 relictis exercitibus cum agmine nobilium soluere. Cęterũ Philippus mox ab ipso traiectu Boloniȩ occurrit, cum quo renouato pristino cum Francis Scotorum fœdere, vtrięq; vnde digressi erant reuerterunt. Pacta autem fœderi antiquo addita hæc erant: neutrum
5 alterius nec hostes nec exules in suũ regnum recepturũ, nec alienigenam sine alterius consensu ducturũ. Si Rex Angliȩ vtrũuis inuadat, alterum protinus futurũ auxilio, ac ab altera parte hostilẽ inuasurum terram. Interea reuersis Londinũ Alexandro & Ludouico Ioannes mœrore magis q̃ morbo confectus diem suũ obiit. Fe-
10 runt quidam clam a monacho, cuius cœnobiũ destruere in animo habebat dato veneno necatum esse. Extincto Ioanne orta inter proceres Angliȩ quæstio est, reiicienda ne stirps Ioannis an denuo recipienda esset. Verũ maior pars nobilium, quȩ sępe meliorem vincit, obtinuit vt Henricus eius filius succederet. Quãobrem deleto
15 eo cuius gratia bellum id susceptũ erat, nihil amplius in Anglia morandum ratus Alexãder in Scotiam exercitum reduxit. Sed in itinere cum Alexander absq; metu ac ob id solute exercitum reduceret, quidam Anglorũ impetum in Scotos facientes, quosdam ab ordinibus late palantes circũuentos occiderunt. Qua iniuria per-
20 citus Alexander non ita quiete ac solute deinceps exercitũ duxit, sed peruagatis plurimis agris pecoris ac aliarũ rerũ prædam amplissimam cũ summa exercitus ouatione domũ reduxit. Dum hæc in Anglia gerũtur Innocẽtius tertius, de quo paulo ante diximus, conciliũ Romę generale habuit: cui interfuere quadringenti duo-
25 decim episcopi, ac cœnobiarchę quos vocant abbates supra octingentos. Eo concilio Innocentius vniuersos Ioannis regis Anglorũ hostes excõmunicari per Gaulonem cardinalem in Angliam legatum mandauit. Imprimis Ludouicũ Delphinũ Franciȩ, & Alexandrum Scotiȩ regem, omnesq; eorũ comites & asseclas. Inde baro-
30 nes ac episcopos omnes qui Ioannis volũtati aduersati Ludouico sese iunxerant, insimulans eos inuasionis bonorũ ecclesiȩ Romanæ ꝙ Anglia Pontifici Maximo obnoxia, ac quodãtenus subdita esset. Igitur Gualo legat9 vt primũ Angliam attigit, ilico Henricum Ioannis filium regem coronauit. Inde nominatim hostes Ioan-
35 nis (vt aiunt) excõmunicauit, & loca in quibus agebant sacris interdixit. Ludouicus vbi vidit, potiorem Angliæ partẽ Gualoni & Henrico coniunctam esse inita cũ eis pace pecunia pro absolutione ab Legato accepta, in Franciam abiit. Cæterũ non prius Gualo Angliæ proceres ac præsules in gratiam recepit q̃ ingentẽ nu-
40 merassent argenti summam. Nam illi moris erat honesta & inho-

nesta omnia quęstui habere. Secundũ hæc Hẽricus Angliæ rex cõ
parato q̄ potuit maximo exercitu Scotiam infesto milite popula-
bundus inuadit: multa vbiq; strages erat, cuncta enim per quę ex-
ercitũ ducebat, deprędabatur. Sed audito apparatu Alexandri, cui
id temporis summa cura incumbebat, extemplo se recepit: veritus 45
ne si cunctatus esset, repentino Alexandri aduentu opprimeretur.
Sed Alexander nihilo deinde segnior fuit cõscribendis militibus,
conuehendo frumento, ac impedimentis comparandis. Itaq; omni-
bus abunde instructus castella in Northumbria, quæ Anglorum
pręsidia habebant, summa vi expugnat, expugnata diruit. Inde ad 50
Carleil oppidũ expugnandũ exercitum ducit, quod haud diffici-
li negocio in deditionem acceptum est, permisso prius pręsidio si-
ne fraude abire. Quibus subactis firmissimũ præsidium imposuit.
Northan cum aliquãdiu obsedisset, nec spes vlla expugnationis
appareret, exercitum reductum in Scotiã exauthorauit. Mox Hen 55
ricus veluti ex insidiis collecta magna militum manu, vbi Alexã-
drum dimisisse copias vidit, rursum Scotiam impetit. Beruiciũ cũ
arce capit. Inde cũ magna hominũ strage maritimã Scotiæ oram
late ad Hondintonum vsq; incẽdiis ac cęde replet. Nam quoscũq;
puberes obuiã habuit, exceptis sacerdotib9, omnes interficit, nemi- 60
nem viuũ capiens. Sed quia Dumbar castellũ munitũ, primo obsi-
dionis impetu capere nequibat, cũ exercitu Angliã repetit. Cæte-
rũ Gaulo, de cuius auaritia superius a nobis dictũ est, nactus præ-
textũ ac opportunitatẽ prędam ex Scotia conuerrendi, regno Sco
tię sacris interdixit. Ipsumq; Alexandrum q; Angliam exercitu de 65
uastasset, atq; a sacra ecclesię (vt voluit) terra manus nõ abstinuis-
set vltimis execrationum fulminib9 prosecutus est. Quę res quum
appareret in extremum euasura malum, si vtriq; & Scoti & An-
gli summa vi aduersus inuicem contenderent (quod parabatur)
Episcopus Eboracensis & episcopus Salisberiensis viri prudentes 70
ac pii cum aliis quibusdam sui similibus ad Alexãdrum vt pacem
vtrinq; conciliarent profecti sunt: quorum opera ac precibus pax
inter reges composita est, his legibus vt Alexander oppidum Car
leil deducto præsidio redderet, ac quicquid præterea castellorum
in Northumbria occupauerat, ipse prouentus ac fructus annuos 75
redderet. Northumbrię ad crucem vsq; regum vocatam reciperet,
ac totius Cumbrię dominiũ quẽadmodũ Hẽrico ac maiorib9 An-
glorum visum fuerat, retineret. Ex altera rursum parte Henricus
Beruicium simul cum arce Alexandro redderet, ac ibi Alexander
execrationibus Gualonis absolueretur. Ita inter eos inita pace 80

antenominati episcopi accepta a Gualone potestate vbi Beruiciũ aduenissent, Alexandrũ absoluunt, ac regnum interdicto liberant, cæterisq; nobilib9 idem factum est. Sed Gualo ne prorsus vacuus rediret, ac frustra tantas sumpsisse molestias videret, Antistites ac presules ecclesię in quos quodãmodo imperiũ se suũ exercere posse credebat, nõ se armis videlicet defendentes ad se omnes Anuicũ venire præcipit, nõ prius eos dimissurus q̃ absolutionẽ sui immensa quisq; pro facultatibus pecunia redemisset. Itaq; quibus ociũ gratius contentionibus erat animo eius satisfaciunt: alii indignũ esse rati, nec flagitio carere, sacra ita palam venalia (vt ipsi interpretabãtur) habere, negant se quicq̃ daturos: quippe innoxios esse ac satis supplicii pro rep. suscepisse, q̧ cõmuni malo tanto tempore affecti essent. Eos Gaulo Romam adire iussit, ratus itineris longitudine deterritos, tandem aliquid daturos. Sed nihil eos terrere potuit rei indignitate accẽsos. Itaq; Romã vbi venissent grauiter verbis absentem Gaulonem coram Innocentio accusant, ac pariter literis tum episcoporũ tum cœnobiarcharũ seu Abbatũ & Angliæ & Scotię magnę quotidie ad Innocẽtiũ de auaritia Gualonis querelę adferũtur: quibus cõmotus Pontifex Romam eum reuocat, vt ex præsente causam cognoscat: qui vbi venisset, conuentus presidẽte Pontifice factus est, ac vnus ex iis qui Romam absolutionis gratia accedere adacti erãt, aliorũ ac suo nomine exorsus est narrare cuncta quę ex quo in Angliã legatus Gualo venerat, auare ac scelerate perpetrata ab eo erãt. Nam primũ vbi post excõmunicationem omniũ Ioannis hostium Scotos ac Francos absoluisset, a presulibus & ecclesiasticis prefectis ingentem exegisse pecuniã: deinde ipso præsente Henricum Scotis bellum rupta pace quæ paulo ante conuenerat intulisse, vt ab eo Henricum instigatum videri possit: postea Alexãdrum sese defendentem, ac paria prioribus inferentem: Deinde rursum ab Henrico vexatum, ac tum deniq; diris execrationibus condemnatum, & totum Scotiæ regnum sacris interdictũ. Quo factum esse, vt maximo Anglia simul & Scotia bello pœne conflagarint. Quod quum vix esset sedatum per sanctissimos quosdam viros vtrinq; pro pace interuenientes, tum absolutis rege ac nobilibus in minus potentes, q̃q̃ innoxios & omniũ rerum ignaros impotentiam suam exercuisse, vt omittatur eo vnde missus erat ignorãte, postrema hęc ab eo acta esse. De quibus quũ se non satis Gaulo purgaret, multatus est ab Innocentio pro eius arbitrio pœna pecuniaria. Qui vero Romã absolutionis causa venerãt, absoluti ab Innocẽtio sunt. Interim Dauid comes Hundin-

tonius frater Vvilhelmi supioris regis de quo in expeditione Hie
rosolymitana mentionem fecimus, mortuus est: vir & bello & pa-
ce maxime insignis. Sepultus est autem in abbatia Anglię Seue
cia. Henricus Anglię rex quum ex puero ad ætatem maturã, qua
sapere incipimus peruenisset, pacis q̃ belli amantior, cum Alexan-
dro rege Eboraci præsente Pandulpho Pontificis legato de pace
congressus est. Qua composita vinculis eam firmissimis firmare
nituntur, amicitia videlicet & affinitate. Habebat Henricus soro-
rem nomine Ioannam, vixdum viri potentẽ: eam Alexandro despõ-
det. Alexander vicissim quas apud se sorores habebat idoneis in
Anglia elocaturũ viris recipit. Despõsatio hęc facta est anno Chri
sti millesimo ducentesimo vigesimo, quo anno nonis Iuliis, trans-
latio sancti Thomę Cantuariensis Henrico rege & archiepiscopis
aliisq; pręsulibus ac magna nobilitatis parte præsentibus magna
cum veneratione facta est. In sequentem annũ missus est ab Hono-
rio pontifice, qui Innocentio successerat, Aegidius quidam Cardi-
nalis in Scotiam legat9, qui in subsidiũ nouę expeditionis in terrã
sanctã pecuniã aliquã cõquireret. Is accepta haud parua & a laicis
& a clero, quum eam in itinere dilapidasset, spoliatum se a latro-
nibus confinxit, ita crumena inani Romã rediit. Paucis igitur die-
bus postq̃ ille reuersus erat, eadẽ de causa missus est alius in Sco-
tiam legatus. Sed Alexander consulendos prius suos ratus con-
siliũ conuocat. Ibi Præsul quidam supra modum auaritię legato-
rum Romanorũ infensus, liberrime aduersus eos in hanc sententiã
proloquutus est. Q̃q̃ multa sunt quæ me deterrent ea quę in rem
publicam sunt publice ac libere dicere optime Rex, tamen quum
humanitatẽ tuam fidemq; in defendendis tuis, si quid reipub. causa
aut dicant in consilio aut faciant considero, nõ possum non susce-
pta populi causa, veritatem hic omnem propalam proferre: ac le-
gatorũ tyrãnidẽ quã in nos his ꝓximis ãnis fœdissime exercuerũt,
cõtemnere. Nã licet intolerãda sit tyrãnis quã is exercet q̃ regnũ
hęreditate paterna ac successione acceperit, tñ multo min9 ferẽda
si inuaso imperio, serui nostri aut infimę sortis hostis hoies, in nos
debacchẽtur aut sęuiant, quibus nos terrori esse decebat. Ita (q̃uis
miserũ nobis esset imeritis) si mala quibus per hos annos affectũ
hoc regnũ est, a Pontifice nobis illata essent, ferẽda ea vtcunq; pu
tarem. Verum vt homines infimi & ad aliquam fortunam per fla-
gitia prouecti nõ modo sacris in nos pœnis, cum mandatũ etiam
a Pontifice non haberent, per tantam iniuriam iam iterum sęuiant,
sed quod sacrilegum est, ea quæ summa ac sanctissima hactenus

1 a patribus nostris accepimus, auarissime q̃stui habeant: q̃s ea nõ indigne patienda ac vindicãda existimet? presertim quũ nec finẽ vllũ faciant, & nostrã simplicitatẽ ac modestiam superbissime contemptui habeant. Superioribus igit̃ his annis taciti indignabamini inter vos, quidã etiam questũ ad Pontificem ibatis de iniuria ac auaritia Gualonis, q̃ non satis habuerat iniuste vos omnes sacris interdixisse ac excõmunicasse, sed quos minus potẽtes q̃ vt tanto nomini (quo ille tum oneratus, nõ honoratus erat) resistere auderẽt, arbitrabatur, eos se pecunia sceleratissime redimere ab interdicto 10 atq; excõmunicatione cogeret. Vt omittã certissimis cõiecturis ab illo cõflatum quoq; posterius bellum esse videri, & qui concordiæ causa huc missus erat, eum in extremũ periculũ vtrũq; regnũ perduxisse: q̃ quia nota vobis esse scio, quid repetere cũ summo & meo & vestro dolore attinet? Extitit & alter paucis vix mẽsibus elapsis, ex 15 eadem farina ꝓfectus, in re nulla Gualone melior, deterior vero q̃ esse potuit? Is quum in causa iustissima ac pia cõquisitũ ad nos pecuniam aliquã a Põtifice missus esset ad redimendos Christianos, quos Saraceni subactos, miserrima seruitute ac indignissimis contumeliis, q̃ ipsis potius ꝓferenda erant, ꝑmerent: ac ex populi libe- 20 ralitate ingentem cõflasset (Existimabat eñ pius populus, non minus eos quos Christus sanguine suo redemisset & q̃ eo in baptisma te tincti essent cõiũctos sibi & amandos, q̃ qui in eodẽ vtero mẽses delituissent iustos). Eã omnẽ homo audacissimus in summa ambitione ac luxu etiam nobis aspicientibus profudit: nec veritus est 25 falsum crimen cõfingere, vt flagitia sua tegeret, & ne absumptum immo deuoratũ thesaurum restituere cogeretur. Q̃z si qui duos tales experti vestro malo estis, eo redigemini dementiæ vt tertio etiam crediturí sitis: illum ne meliorẽ existimatis esse reliquis, qui vt melioribus priores cõmitterentur honores, hactenus expectare 30 debuit? Quid igitur faciendum esse censes, dixerit quispiam? Non modo hunc non admittẽdũ reclamante populo ac regno exhausto, sed ne in posterum quidẽ alium. Nam quando ea quæ semel data sunt, male ꝑdita sunt ab illis, qui ea vt vsui essent curare debebant, non est necesse in eandem nos foueã recidere. Si aliquid vobis aut 35 toti regno supersit, id non malo collocatũ iri si in pauperes, quorũ hic nõ est exiguꝰ numerus, distribuatur arbitror. Quę quũ summo regis & assidentium assensu ꝓbata essent, legatus in regnum admissus non est. Celebratę dein sunt nuptię inter Alexandrũ regem Scotię & Ioannam Henrici Anglorũ regis sororem ac inter Hu- 40 bertum Iustitiarium Angliæ, & Margaritam Alexandri sororem:

Quibus nuptiis pax veluti sigillo cum Anglis firmata est. Cōpositā cū exteris pacē, excipit bellū ciuile duce quodam Gillespico nomine, natione Rossensi, qui interfectis quibusdā reliquę ipsius vitæ flagitiorū sociis, q aduersus regiam maiestatē se ituros denegabāt, cum reliquis oppidum Euernes captum igne delet, prædiaq; regia 45 vbiq; deuastat. Cui a rege cū exercitu peditum equitumq; obuiam missus Ioannes Cumein comes Buchcanię multis eū locis ꝑ abrupta anfractaq; delitescentē tandem prehensum capite obtrūcat, pariter cum duobus filiis, atq; eorū capita ad regem mittit. Hoc sedato tumultu Cathanenses episcopū suum, cui nomen Adamo erat, de 50 cimas more cōsueto a popularibus exigentē, ac quū non persoluerent, diris, vt mos, execrationibus eos ꝑsequētem, correptum domi suę flagris prius fœde cęsum in propria ipsius crudeliter culina cōcremarūt. Quod flagitiū vbi ꝑlatū ad Alexandrū est, Is tū Idburgi erat, contractis paucis quibusdā copiis illuc extēplo ipse ꝓficiscit, 55 ac statim cōprehensis sceleris authoribus, qui supra quadringētos erant, omnes supremo afficit supplicio, filios vero impuberes eorū (nam puberes eūdem cum parentibus exitum habuere) testiculis priuat, ne hominum sceleratorum proles successione multiplicata, diu sup̄stes esset. In cuius rei signū certissimū extat in hanc diem lo 60 cus, vbi proiecti testes erant, nomine rem ipsam referens. Testiculorum em̄ appellatus est collis. Comitem vero Cathanesium, q nec succurrisset inuocanti auxiliū Adamo, nec trucidato de homicidis suppliciū mox sumpsisset, comitatu priuauit. Pontifex vbi Alexandri in puniendis hominibus flagitiosis diligentiā ac curā audisset, 65 plurimis verbis eum per legatū laudauit. Alexander inde Aberdoniā iam ante a Gregorio a Malcolmo inde secūdo ac postea a Dauide Vvilhelmi fratre priuilegiis agrisq; donatam cū sorore altera Isabella ab Anglia reuersa adiens, multis & ipse priuilegiis ornat. Vbi accepta a Pontifice priuilegiorum Scotię diplomata, ve 70 nerando viro Gilberto Carthophylaci qui Adamo seu Adę Cathanesio episcopo crudeliter a subditis, vt docuimus, necato pauloante successerat, custodienda tradidit. Tertio inde anno, cum Alexander cum matre Emengarda (vti Scotię mos est) & paucis post diebus in festo regū apud alios fieri consuetum, natali Christi genio libe 75 ralius indulgeret, captata opportunitate, comes Cathanesius, supplex ad eum veniā rogatum venit cędis Adami, cuius quū innoxiū esse se diceret, insimulatus fuerat: eum Alexander seueritate exuta pristinę fortunę, accepta prius ingenti pecunia, restituit. Sed impunitatem hanc ab homine cōcessam, haud inultam deus dimisit. Nā 80

1 famuli eius ꝙ eos asperius æquo tractasset, post paucos annos, noctū trucidatū, ac in grabatū impositum (quo facinus occultū maneret) accensis ędibus cōcremarunt. Periit igitur ille eodē supplicii genere (etsi aliquot annis postea) vt diuinitꝰ factū videri possit,
5 quo Adamū episcopū affecerant, cuius in mortem ipse haud dubie consenserat. Aliquot annis ꝙ hæc gesta sunt aduenerunt in Scotiā viri sanctitate clari a diuo Dominico missi. Nam ferūt Alexandrū cum in Galliam ad Philippum ad redintegranda antiqua fœdera venisset: forte etiam Dominicū conuenisse, multūq; precatum vt ex
10 iis quos ipse secum habebat, sanctos quosdam viros in Scotiam ad erudiendum populū mitteret: quod vbi factum est, maximo apud Alexandrū honore habiti sunt, Aedesq; vbi agerent aut suppeditatę sunt aut nouę ędificatę. Itaq; ii viri vt q a sanctissimo viro instituti erant, sanctā omnino vitā exegere. Cęterum vti fere (vnde com
15 paratum sit) nescio omnes res ab optimis initiis in deteriora prolabi videmus, defunctis illis sensim ab exacta illa vita in omnē prope luxum plurimi eorum qui successerūt declinauerūt. Itaq; pœne trecentos annos a pristina religione ꝓlapsos Ioannes Adam ętate nostra vir & pietate & eruditione insignis, qui primus Aberdoniæ
20 theologiæ lauream nobiscū accepit, in pristinū eos vitæ statū relictis vitiis redegit. Prouolutis deinceps annis aliquot, sub id fere tēpus, quo gesta ea sunt, ꝙ pauloante sunt a nobis conscripta, venere, in omnē terrarum orbem missi a Francisco Minorita, etiam in Scotiam. Sed & illi deserta priori viuendi norma, quā a Francisco san
25 ctissimo viro acceperant, plęriq; nō ita sancte vixerunt, ad hāc vsq; nostrā ętatem: qua videre datū est illius sodalitii ac professionis viros verę religioni deditos & deuotos vbiq; pœne, sed apud nos maxime, piis sudoribus ad pristina sanctorum patrum instituta reductos. Verum ad reliquam historiā reuertendū est. Lōga deinde pax
30 tenuit, quoad fato sublatus est æquissimus muneris sui administrator Alanus Gallouidiæ dn̄s, regis vt vulgo dicitur, Comestabulis. Is tres filias matrimonio coniunctas reliquerat, & ex ęquo illis Gallouidiam diuiserat. Cæterum erat & ex eo filius, sed nothꝰ, qui quoniam ex concubina natus erat, priuatus a patre relictus est. Is
35 inflatus nobilium quorundam factiosorum hominum vanis pollicitationibus, dominum se Gallouidię nominat, ac eis qui ex Gallouidianis non obtemperabant, simul cum vicinis populis fœde vastat. Iamq; ad decem hominum milia ad eum confluxerant, & ipse ad maiora rei prosperitate accensus erat. Cum Patricius Doumbar
40 Merchiarū comes & Vvalterus Stuart ac Douundoualdus duces

cum de exercitu peditum equitumq; ab Alexãdro missi, graui ac cru-
ento prelio eum deuicerunt. Hostium ceciderunt quinq; milia: In-
ter quos & dux ipse, ceteri aut capti aut regno pulsi. Comestabulẽ
rex Rogerũ Quiti, qui filiã natu maximã Alani duxerat, cõstituit:
is ad Robertum vsq; regem hoc muneris a rege habuit. Nam tum 54
ob lesam maiestatem, familia eius deleta, in locum eius Haius ab
Errolia successit. Hoc tumultu sopito, nunciatum est Alexandro
Henricum Angliæ regem cum nobilitate sua dissidere, quib9 au-
ditis Alexander, si qua posset in gratiam eos reducere, extemplo
cum Ioanna vxore sua & Isabella sorore in Angliam proficiscitur, 50
raptim omnia percurrens, nisi ꝙ pietatis causa Cantuariam ad reli
quias sancti Thomę accessit. Sed mox composita inter eos pax est
permittente Henrico in cõsueta Anglos libertate degere. Inde ce-
lebratæ Londini nuptiæ sunt, Isabellæ ac comitis Northfocensis,
cui ea ab Alexandro nuptum data est. Paucis diebus a nuptiis Ioan 55
na Alexandri vxor ex putrefacto iam lõgo tempore vtero, moritur,
nulla relicta sobole. His rebus peractis in Scotiã Alexander reuer
titur. Altero deinde a reditu anno qui fuit a Christi natali Millesi-
mus ducentesimus quinquagesimus nonus, ꝙ liberos nullos habe
ret, vxorem secundam ducit Mariam nomine, filiam viri cuiusdam 60
nobilis Ingeliami nomine, comitis de Govver apud Roxburgum.
Natą breui ex eo connubio virilis sexus proles, cui nomen Alexan
dro inditum. Eodem anno Henricus rebellantem Gualiã domuit,
cęsis rebellionis principibus. Et Ioannes Cumein comes Angusia-
nus ad Ludouicum Galliarum regem ab Alexãdro missus, priusq̃ 65
legatione functus esset, mortem in itinere obiit. Deinde Alexander
omnem Scotiam cum vxore Maria perlustrauit, ac quũ in Hõdin-
toniam peruenisset, Patricius comes Atholiæ in diuersorio noctu
trucidatus, & deinde cum ipsa domo igne absumptus est. Quib9 id
scelus authorib9 perpetratũ esset, incertũ erat. Grauis tamen suspi 70
tio duos tenuit Ioannem scilicet Bissartũ & Vvalterum eius auun
culum. Qui, quoniam certo flagitium ab eis cõmissum probari nõ
potuit, omnibus spoliati fortunis in exilium, vita seruata, acti sunt.
Habitum deinde est concilium primatum ecclesiæ præsente rege
Perthi, id oppidum nunc, vt antea significatum est, Sancti Ioannis 75
dicitur. Eo concilio edita sunt statuta prouincialia approbante re-
ge ac regni primoribus, quæ & hoc tempore in ecclesia obseruata
manent. His fere temporibus Sumerledus Argadiæ Thanus, fi-
lius superioris Sumerledi, quem post alteram seditionem in cru-
cem a Malcolmo sublatum supra scripsimus, patris insistens vesti- 80

1 giis a rege defecit, ac vicinas Argadiæ terras grauibus fœdauit depopulationibus. Sed a comite Merchiarum vict9 in deditionem ea lege venit, vt suspenso ex collo laqueo supplex ad regem veniret: Quod vbi ab eo factum est, veniam ab Alexandro impetrauit.
5 Fuere ea tempestate in aula Henrici Anglorum regis, quibus bella pace potiora erant, quiq; diuturno ocio flaccescere virtutem arbitrarentur, homines factiosi ac potentes: in bello impunitatem flagitiorum ac lucrum, vnde aliis omnibus damnum vel maximum est, sperantes. Nam silent inter arma Iustitia & leges. Ii vanis ser-
10 monibus ac pollicitationibus animum regis inflantes, ad bellum cum Scotis gerendum concitarunt. Et cum nusq̄ ab eo violata fides esset: inuentum tandem est, quod fœdera rumperet. Castellum quod a Richardo ad Tuedæ ripam ædificatum, ac a Vvilhelmo dirutum memorauimus, nec ꝓpter fœdera vnq̄ refici conuenerat,
15 erigere occipit. Fuisset profecto id belli veluti classicum, nisi primores Angliæ viri prudentes, quibus quies ac Iustitia grata erat, Henricum increpantes docuissent per pacem & fœdera cum Vvilhelmo a Richardo icta, id neuti q̄ licere. Itaq; sopitus est ille belli fumus. Paucis inde diebus venere in Scotiam legati a Ludouico
20 Rege Franciæ apparãte expeditionem in Iudæam, subsidiũ in bellum quod cum fidei hostibus gerendum esset, petentes: cum quibus confestim missæ fuerunt expeditæ ac delectæ aliquot cohortes, & tres duces Patricius comes Merchiarum, Dauid Lindesai a Glenesk, & Vvalterus Stuart a Dondoualle, viri prudentia & ar-
25 te militari illustres. Qui cum Ludouico in Aegyptum profecti, partim ferro, partim peste pœne omnes periere. Ab eo tempore haud ita diu superuixit Alexander. Correptus enim graui morbo in Carnere insula a continenti Argadię haud late diuisa, breui post moritur, ætatis suæ Anno primo & quinquagesimo, & regni trice-
30 simo quinto, salutis vero nostræ supra millesimum ducentesimum quadragesimo nono: Corpus delatum, vt viuens voluerat, ac sepultũ est in Melrois. Aetate eius vixerunt viri & vitæ sanctitate & eruditione insignes Hugo Cardinalis ordinis prædicatorum, qui in Biblia catholica cõmẽtarios scripsit eruditos. Præterea Gil-
35 bertus Cathanensis episcopus, postea in diuorum relatus numerum. Tradunt aliqui Duchacum episcopum sanctissimum regnante Alexandro secundo vixisse, asserentes eum diui Gilberti Cathanensis episcopi fuisse pręceptorem. Sed alii ipsum longe hæc tempora præcessisse scribunt. Vtcunq; autẽ se res habet, vir facile fuit
40 omni laude dignissimus, deoq; & hominibus cum primis acce-

ptus : quod facile ex miraculis quæ viuens ac mortuus in noſtram
vſq; ętatem edidit,conſtat.Coluntur vero ſumma veneratione reli-
quiæ eius in Roſſia:vbi & ſepultus eſt.Mortuo Alexandro ſecun-
do,filius eius Alexander huius nominis tertius priuſq̃ in regnum
reciperetur magnam inter nobiles diſceptationem & contẽtionem 45
ortam ſuſtinuit,tamen eius in patris locũ ſuffectionem non impe-
diuit. Aliis ſidera, quæ plurimum illis obſeruare mos eſt, aduerſa
regi creando eſſe dicentibus:aliis nondum equitem auratũ factum
eſſe,ac propterea a regni gubernaculis prohiberi . At niſi contem-
ptis iſtiuſmodi ſuperſtitionibus comes Fifenſis lapidi admotum fa 50
tali puerum more prius maiorum inunctũ coronaſſet,profectis di-
latandis comitiis haud dubie res in ſummum euaſiſſent diſcrimen.
Declarato vero iam rege ac ſacro peracto acceſſit ad eum vir qui-
dam haud ignobili genere natus,montana Scotiæ inhabitans,qui
contextam a ſe Genealogiam regum Scotiæ omnium , ad paren- 55
tem vſq; gentis Gathelum memoriter recitauit.Quem rex ampliſ-
ſime donatum ex conſilio gubernatorum domum dimiſit. Annum
agebat Alexander,cum patri ſuccederet,nonum,ac proinde metus
erat maximus pueri rectoribus , ne contempta eius pueritia vndiq;
in regnum impetus fieret . Quamobrem protinus legati regis no- 60
mine ad Henricum Angliæ regem fœderibus renouandis miſſi,
& ſi ea impetrarent ,adderent regem Alexandrum filiam Henrici
petere vxorem : Quibus Henricus aſſenſus eſt . Anno ſecundo re-
gni ſui Alexander conuocatis ex toto regno cœnobiarchis epiſco-
pis ac Baronibus ad Doumfermilem,celebribus ac multis ſuppli- 65
cationibus prius habitis,oſſa Magaritæ atauiæ ſuæ , terra effoſſa,
capſulæ argenteæ multis ornatæ gemmis impoſuit . Quumq; ea
epiſcopi omnium conſenſu in adytum templi deportare conaren-
tur ac peruẽtum iam eſſet ad Malcolmi mariti eius ſepulcrum,re-
pẽte omnes immobiles conſtitere.Capſula em̃ cui reliquię inerant, 70
ſepulchro Malcolmi impreſſa adhæſit , nec vlla vi moueri potuit.
Quo miraculo ſtupefacti omnes cum haud inuenirẽt tam nouę rei
cauſam , venerandus quidam ſenex ſpiritu diuino afflatus ſublata
voce,vt cuncti eũ facile exaudirent,Margaritã inquit marito,quam
viuo ſemper exhibuit reuerẽtiam,eam mortuo denegare nolle,quã 75
obrem non prius eam ſeſe veſtris manibus in adytũ deportari per-
miſſuram q̃ Malcolmus maritus humo effoſſus lateri adiungatur.
Quod vbi factũ eſt tũ deniq; ſublata cũ marito in adytũ delata eſt,
atq; in hodiernũ vſq; diem multa populi veneratione ibidem colun 80
tur ambo.Eodem anno Ludouicus Francorũ Rex in Aegypto con-

1 tra Christi hostes pugnans, a Soldano captus est. Quoad vero Alexander puer erat, moderatissime regnum per optimos quosq; ad id delectos administratum est. Sed paucis post annis, quum prohibere iniurias vellet populi, ac eas a quibus illatæ erant restitui Vualterum comitem Montethensem & comitem Atholiæ, & comitem Buthquhanię atq; dominũ Strathbogę, familię omnes Cũmeniæ, Hugonem quoq; Abernethem, ac multos eorum complices, quorum iniuriis populus vexatus diu fuerat, in ius vocat: qui vbi non comparuissent, ac a rege se hostes declaratos intellexissent, cũ aliquanta militum manu regiam noctu inuadentes (rex tũ Kynrossæ agebat) regem ipsum capiunt: captum ad Sterlingum perducunt. Itaq; maiores iam in dies q̃ antea in populũ iniurias facere, omnia pro libidine, capto eo qui prohibere poterat, sine metu agere. Erat ea tempestate familia Cũmenia & diuitiis & multitudine hominũ admodum pollens. Quippe præter comites qui multi sane erant, fuere equites aurati triginta duo, omnes eodem appellati cognomine. Cæterum Vualtero Cũmenio comite Montethensi, ab vxore veneno sublato, qui author horum omnium fuerat, reliqui impetrata a Rege venia deinceps in fide perstitere. At vxor Vualteri cum Anglo quodam infimæ sortis homine, cuius amore capta maritum necauerat, in Angliam om̃ibus prope fortunis spoliata, profugit. Per idem fere tempus Romæ ab Vrbano quarto institutum est festum corporis Christi quod die Iouis post sacrosanctæ trinitatis solennia, per vniuersum orbem celebratur. Et Carmelitani sodales vbi primum in Scotiam cum paucis venissent, sacellum in Parthi suburbano ędificatũ, quod eis episcopus Dunkeldensis assignauerat, occupauere. Referunt monachum quendam a Melros ea tempestate insomno, vti dicebat, ab angelo edoctum crucem reperisse, haud longe ab oppidulo Laudoniæ nomine Pepilis, capsæ, cui titulus inscriptus erat Sancti Nicolai episcopi, inclusam. Nec multo diuerso loco Vrnam repertam lapideam summo artificio factam, atq; in ea inuenta ossa bisso inuoluta, sed cuius ea fuerint, incertum fuisse. Verum protinus aperta Cruce multa facta miracula. Alexander rei nouitate ac religione motus, templum in quo loco Crux ipsa reperta erat, magnificum extruxit: Idq; nunc monachi Sanctissimæ Trinitatis inhabitant. Adiit inde Alexander Eboracum ad Henricum Angliæ regem, vti filiam eius Margaritam sibi iamdiu desponsatam acciperet vxorem. Itaq; q̃ maxima potuit celebritate magnificentiaq; ab Henrico exceptus est, sumptuosissimis lautissimisq; conuiuiis in natali Christi, (nam hic gentis mos

est) habitis. Conuenerant enim tum ex Scotia cum Alexandro, tum ex tota Anglia nobilissimi quiq; ad tantorum hominum nuptias, quibus honeste accipiendis maximos rex Angliæ sumptus fecerat. Non deerat quicq̃ quod lætitiam aut gaudium animis excitare posset: quicũq; musices aut psallẽdi, aut alicuius instrumenti quod exhilaratione animo afferret, periti erant eo aut vocati, aut vltro cõcurrerant. Plena erat regia saltantiũ, canentium, psallentiũ q; turba: alii choreis operam dabant, pars q̃bus animus dictabat, epulis, null9 vsq̃ luctus erat, nulla solicitudo, vinum omnes curas diluebat abũde. Soluti prorsus omnes, ac voluptatibus animi, oculorum, ventrisq; dediti erant, quo ꝓ sua quisq; virili regias nuptias decorarent. Quibus ita celebratis cũ vxore in Scotiam Alexander maximo ꝓsequentium nobiliũ comitatu rediit. Deinde elapso aliquanto tempore conuentus vtriusq; regis cum magnatibus ad castellũ Verck nomine facta est, de corrigendis vtriusq; regni vitiis quę tum per magistrat9 passim cõmittebantur. Quãobrem illis q̃ minus recte munera sua administrasse videbãtur deiectis, alii sunt suffecti. Itaq; Richardus Dunkeldensis episcopus Alexandri cancellarius, & Dauid Lindesay a Gleenesk, ab eius cubiculo, & Alanus ostiarius rerum capitaliũ pręfectus, effecti sunt. Orta vero inter nouos & antiquos magistratus cõtẽtione, nolẽtibus antiquis rationem accepti & expensi reddere, res ad vim aliquã spectare videbatur. Cęterũ Alexãder nihil magis seditione intestina perosus, remissis partim debitis, partim solutis, litem facile dissoluit. Absolutũ est ea tẽpestate tẽplũ cathedrale Glaguẽse, ædes ꝑfecto magnifica, cuius haud exiguam partẽ Vvilhelmus ibidem episcopus, liberalitate sua extruxerat. Nec diu operi ꝑfecto supꝑfuit. Insequẽti anno ex pluuioso autũno corrupto omni fere frumẽto magna Scotiam simul & Angliam fames annonę pœnuria inuasit. Quod vbi Acho Norvvegorum rex percepisset domestico malo vel maximo impeditã esse Scotiam vidẽs, ac fama, vt fit, rem maiorẽ q̃ pro vero celebrante, ea rei gerendę ac auspicandę cõmodissimam occasionẽ ratus, cũ magna nauiũ ac Danorũ Norvvegorũq; militũ multitudine in Hebrides insulas traiicit (Eę insulę ab Edgari regis tempore in Norvvegorum potestate fuerant) Inde qua proxime nec difficulter potuit, in Arrainã & Boitam trãsmissurus, quas ea tẽpestate adhuc solas ex illarum numero tenebant Scoti. Cæterum subactis Arrainis ac Boitanis in potestatẽ redactis, non cõtentus eo ꝓspero successu ratus ad oĩa similiter fortunã adiuturã, in Albionẽ quoq; insulis iis vicinã exercitũ omnẽ trãsportauit ac statim Air castellũ

1 aliquãdiu obſeſſum expugnat. Inde regionem circa omnem late fer-
ro igniꝗ; deuaſtat. Alexander triſti earum rerum nuncio allato, quũ
nec ſuos deſerere vellet nec etiam ſe bello parem hoſti diutina victo-
ria feroci, crederet, anxius curis, legatione tempus paulum extrahe-
5 re optimum ratus eſt. Miſit itaꝗ; viros prudentes ac vt captus illo-
rum hominũ eſt ſatis eloquentes, qui adeuntes Achonem ita locuti
feruntur, Si regibus noſtræꝗ; genti, non ea iam inde ab initio con-
ſuetudo diligentiſſime obſeruata eſſet, vt nullis bellum inferremus,
a quibus non antea res repetitæ ac cauſæ ob quas iniuriæ inferãtur,
10 expoſitæ eſſent: profecto non iam legatos ad vos miſſos, ſed exer-
citum hoſtium acieꝗ; in aduerſum procedẽtem intueremini. Ita enim
perſuaſum habemus, nunq̃ nos lucrum ex bello etiam victores ho-
ſtibus deuictis ac ſpoliatis non reportare, cum plurima antea da-
mna noſtris etiam agris illata ſint, ac ſi qua bellum, reſtitutis re-
15 bus, effugere poſſimus, ſtatim quieſcere optimum eſſe. Nam quæ
dementia, quod verbis apud quenq̃ confieri poſſit, id ferro ac cædi-
bus efficere conari? Sed ſi ea quę iuſte apud omnes fieri in confeſſo
eſt, ab hoſtibus contempta ſint ac non pacem ob quam bella gerũ-
tur, ſed bella malint, tum demum iratis animis infenſi adſumus,
20 nec virtus ac ira morando reſidet, Immo magis multo iritatur.
Quamobrem a rege ad vos miſſi ſumus quæſitum, quo veſtro iu-
re, qua noſtra iniuria, rupta pace quam centum plus annis ſumma
cum tranquillitate vobiſcum habuimus, non modo duas illas inſu-
las, ſed etiam continẽtem, nulla ætate excepta, neutroꝗ; ſexu a cę-
25 dibus libero crudeliſſime deprædatum veniſtis. Quid ſceleris a no-
bis non modo in vos, ſed etiam in aliquos, quorũ vos vltores pro-
fiteamini tãtũ ſit commiſſum, vt non pueros modo aut mulieres &
ſenes, quibus nemo tyrannus non parcit, occidatis ſæuiſſime, ſed
templa quiꝙ; dei ac ſanctorum eius, ſi qui eo vt vitam tueantur pro-
30 fugiant, ſacrilege violetis, res ſacras rapiatis, ac etiam ſi lubet, in-
cendio vaſtetis. Quamobrẽ ſi non deum, qui prouidentia ſua cuncta
quæ cernimus gubernat, ſi non ſanctos eius quos ipſe vt ſe diligit,
ac omnia proinde apud eum poſſunt, ſi non vltionem, ſi non vindi-
ctam ſcelerum, metuitis, extimeſcite ſaltem duos orbis terrarum po-
35 tentiſſimos reges amicitia & cognatione deuinctiſſimos, quorum
ne aſpectum quidem in vos irruẽtium nedum impetũ, ac vires ſuſti-
nere poſſitis. Itaꝗ; quod ad nos attinet vt malitis florentibus veſtris
rebus, iniuriis reparatis hinc decedere monemus, q̃ rebus deſpera-
tis cum vltima ferenda erunt, nequicq̃ miſericordiam iam a vobis
40 repulſam implorare. Quæ dicta a legatis eam ob cauſam tam forti

ter, tamq; præsenti erant animo, vt si fieri potuisset, metum aliquem
hosti audacissimo incuterent. Nam satis id temporis habuissent, si
Scotia cum omni præda, quam tum raptam habebant, excedere vo-
luissent. Verum tantũ absuit vt metũ illis iniicerent, vt vicissim etiã
Acho his verbis ferocissime regi Scotisq; minitaretur: Dictis (in- 45
quiens) vestris ferocibus minacibusq; commoueri legati existimatis,
adeoq; stulte meticulosum me creditis, vt si verbis cessurus essem, vl
tro vobis bellum illaturus fuerim: stolidi profecto ipsi estis si id pu-
tatis. Sed quod ad insulas ac iniuriam quam vos sic exaggeratis at-
tinet, hoc accipite: nos non monitoribus vobis neq; præceptoribus 50
opus habere, vt quid iniurium sit, quid instũ sciamus: Sed si causam
quęritis quamobrem Arrainam & Boitam Hebrides insulas repeti-
uerimus, dico eas antiquo iure ad gentem nostrã ac auos proauosq;
meos pertinere, easq; nos repetitum a vobis tanto tempore per iniu-
riam tenentibus, damnũq; quod inde nobis reponendum est, ex Sco- 55
tia repetitũ venisse. Quamobrem id regi vestro cuius minas ne floc-
ci quidem facimus, meis verbis referte: si pacem q̃ bellum mauult, si
oppidorum direptionem ac vastationem, si agrorum depopulatio-
nem, si suorum cædem euitare cupit, si deniq; regni vastitatem ante
aspectum suum videre non vult, decem q̃ primum marcarum argẽti 60
milia ad nos mittat, ac possessione Hebridium omniũ nobis cedat.
Quibus Alexander auditis, cum videret se bellum effugere non pos-
se fortunam experiundam ratus q̃ potuit maximas copias contrahit,
vt tametsi viribus hosti impar esset, numero saltem superaret: qua-
draginta hominũ milia secũ educit. In tres partes diuisus erat exer- 65
citus: Dextrum cornu habebat Alexander Stuart vir bellicis laudi-
bus insignis, nepos Alexãdri illius qui Abbatiam Pasletunam a fun-
damentis iecerat ac dotauerat. In eo erant Argadi, Atholi, Lenouici,
& Galloudiani: Sinistrum cornu Patricio Dumbar, Patricii superio
ris filio, iuueni, vigore animi ac fide plurimum apud regem valenti 70
Rex tradiderat. In quo erant Laudoniani, Fifenses, Merchiani, Berui
ci, Sterlingi, & qui vicinas illas regiones incolebant. Mediam aciem
ipse rex ducebat, siue quoniã ea firmissima esset, & multitudine prę-
staret, siue vt vtriq; cornu, si quãdo opus esset cũ expeditis ac prom-
ptis quos secũ habebat in tempore succurreret. Ea erat ex Scernun- 75
dis, Angusanis, Mernanis, Marrianis, Morauis, Rossis, Cathanesiis,
& cæteris ex Scotorũ iuuentute delectis, quos corporis sui Alexan-
der custodes & præsidium exercitus habebat. Erant præterea singu
lis nationibus sui duces spectatissimi quiq; ex eis & virtute & nobi- 80
litate, qui linguam ac mores ingeniũq; suorum nouerant. Cæterum

1 in ingressu Cuninganię regionis. vbi hostib9 appropinquare cœpit, re sacra peracta, veluti mos est Christianis, milites prius adhortari q̃ cõfligeret optimũ ratus, huiusmodi eos verbis alloquutus est. Quod deũ, qui cũcta quę in reb9 mortaliũ existũt, cernit ac prouidet, paulo
5 ante precati sumus, vt videlicet qui meliorẽ ac sanctiorem pugnandi causam habeãt, iis victoriã tribuat, id vos idẽtidẽ in memoriã vobis reuocare velim, quo fide ac spe certa confidentes eundẽ qui vniuersa optime moderatur & qui latrones ac prędones: neq; alere neq; fouere consueuit, sine metu, ac summa vi hostes impetatis. Neq; enim cũ
10 iis hostibus vobis res est, qui dubia fortassis causa de agris certant, & de quibus vtrũ meliorẽ vobis causam habeãt dubitetis, sed cũ iis pugna decernetis qui captata opportunitate, dũ frumenti inopia laboraretis, prędę cupiditate insulas vestras vobis per iniuriã abstulerũt, ac furtorũ suauitate illecti, nõ illis modo cõtẽti quę nullis aduer
15 santibus sine vllo labore cõparauerant, audẽt etiã populabundi Scotiã ingredi, & agris tectisq; nostris, si deo placet, férociter minitari. Quãobrẽ nõ iniuriã modo illorũ indignissimã, sed vestrã etiã necessitudinẽ p̃ oculis habẽtes, meminisse debetis patrię, parentũ, cõiugũ, ac liberoꝝ vestroꝝ libertatẽ ac vitã in dexeris vestris cõsistere: vnoq;
20 hoc p̃lio aut patriã incẽdio arsurã, parẽtes ac liberos in seruitutẽ miserrimã ab hominibus barbaris abducẽdos, cõiuges ac filias vestras infanda oĩa quę victoria Barbaroꝝ facere cõsueuit, passuras, aut virtute vestra propulsatis fortiter hostibus pristinas vos vestras in tranquillitate fortunas bonaq; possessuros. Itaq; id vos existimare vti res
25 est, velim, nõ corpora solũ vestra aut vestras dũtaxat animas armis tegi, sed parẽtum quoq; cõiugũ, ac liberoꝝ. Pręterea id semp̃ in animo cogitate vos nõ me tm̃ ac suũ cuiusq; nationis ducem pro se vobisq; pugnantẽ inspecturos, vt nullius fortiter factum obscurum sit, aut sine pręmio abeat: sed eos quoq; quos charissimos habetis pro quib9
30 hoc vobis certamen capitur, Immo totã Scotiam intuituram ac notaturam oculis veram cuiusq; aut virtutem aut ignauiam. Concipite igitur robur ac vires intra pręcordia milites: quod tãto magis vos q̃ illos facere decet, quanto maius periculum est propulsantibus q̃ inferentibus iniuriam: quantoq; iustior vobis irę ac indignationis q̃ illis
35 causa est. Illis eñ pro pręda modo certamẽ est: quã vbi viderint per corpora atq; tela vestra petendã esse, facile eorũ animi pertinacia vestra vincentur: vobis autẽ pro libertate, pro templis diuoꝝ, pro focis pro fortunis omnibus, pro vita deniq; vestra & vestrorũ omniũ iusta defensio est. Quãobrẽ arma cibũq; vt tantis sufficere cędibus possi-
40 tis, q̃ celerrime capite, atq; deo adiuuante, latrones istos, atq; patriæ

istius prædones q̃ audacissime submouete. Hæc apud Scotos Rex Alexander. At ex diuersa parte Acho cohortandos quoq; suos arbitratus, ne hostiũ multitudinẽ extimescerent, ita disseruit: Nisi mihi virtus vestra iã diu spectata esset milites, nec spes certę in manibus essent, frustra ego vobiscũ in hoc periculum ac stulte processissem, 45
& incerta pro certis captassem. Licuisset vobis ignauis in patria miseris ac in summis laboribus, durissimam pariter & tenuissimam vitam agere: sed quoniã data occasione mecũ spes meliores sequi præoptastis: en vobis nũc proposita pręmia, nũc virtutem quisq; suã ostẽdat. Videtis ex opposito castra hostiũ omnibus opibus, omnibus the- 50
sauris referta, id quod sępe optastis intuemini, gladiis ea vestris hastisq; per mediam hostiũ aciem petenda sunt. Nec eo modo quæ illic sunt, q̃q̃ sunt magna, parta victoria sola vobis futura sunt, sed quicquid pręterea in tota est Scotia: immo ipsum regnum si vultis, si vos viros, vt estis, pręstabitis. Superatis semel hostibus omnia vobis per- 55
uia, omnia prompta expeditaq; erunt, omniaq; hostes vltro oblatum venient. Pręmia vero a me cuiq; amplissima erunt. Nam pulsis hostibus vbi quisq; volet pro virtute sua pręDiis agrisq; a me largissimis amplissimisq; donabitur: & diuites potẽtesq; deinceps vt hostes nũc vestros videtis, vos quoq; futuri estis. Cæterum quoniã res magnas 60
haud sine periculo fieri aiũt, videamꝰ quęso q̃ difficile vobis hoc bellũ futurũ sit, q̃ sint fortes ac formidolosi milites quibuscũ vobis de gloria ac opibus certamen erit. Scire vultis quales vos hostes habetis? fame diutina debilitatos, cõsumptos, semianimes, quibꝰ vires ac virtus iã defluxere, ac prius q̃ ad sudorẽ vẽtũ erit animo defecturos, 65
effigies, immo vmbras hominũ nõ hoĩes. Nũ igit̃ difficile istos erit vltro lassitudine pronos ac propẽsos in terrã propellere ac cõculcare? Ferrũ ac hastę manibus ægritudine elabentur, anteq̃ ictũ inferre possint. Non facilius pecora balantia mactetis, q̃ tã imbecillem trucidabitis militẽ. Sed numero superant, vt aiũt, pręda igitur vobis tã- 70
to amplior futura est. At si vobis fortuna aduersa eueniat (qđ superi prohibeãt, nec mihi, robur, ætatẽ, ac victorias vestras respiciẽti animus id fieri posse persuadet) attamẽ si secus aliqd eueniat, cauete ne inulti, sicut stolidę victimę mactemini, neu in fuga salutis spem ponatis, Vndiq; eñ cincti sumus, nã sunt a tergo, a lateribꝰ maria ma- 75
xima, hostes a frõte: naues qbus huc aduecti sumꝰ procul, vt prius q̃ ad eas ꝑuenire possitis circũuẽtos vos eques cõculcarit. subsidiũ ꝑterea nullũ, quo vos recipiatis vsq̃ est. Quæ igitur dementia sit abiectis armis qbus vos protegatis, auersis ab hoste pedibus salutẽ quęrere? Quãobrẽ tantis propositis pręmiis nec minoribus vicissim pe- 80

riculis, quæ vel ignauis robur, animumq; addant, cauete in prælio dextras vestras sinatis torpere. Fortuna itaq; fauente, quod in potestate vestra situm est, hodie vos victoria lætos ac opulentos videam, efficite. Vtrinq; igitur deinde copiæ instrui cœptæ. Acho aciem suam, pro ratione hostium instruxit, robur omne in medium contraxit agmen, quoniam regem a transfugis in medio esse cognouerat, atq; expugnatos tunc omnes fore credebat, vbi regem, in quo omnia consistunt, deiecisset. Nec id ab re credidit. Verum cornua, quoniam multitudine minime abundabat, infirmiora relicta sunt. Primo tamen in omni parte acerrime aliquandiu pugnatũ est, præsertim vbi reges pugnabant. Nã vbicunq; premi aliquam partẽ videbant illuc cum expeditis adesse, monere, hortari, increpare, nonnunq̃ tardiores aut minus promptos: prorsus vterq; officium boni ac strenui ducis agere. Sed Acho summa sæpe vi perrumpere mediam hostium aciem nequicq̃ nitebatur. Nam & numero Alexander ea parte longe superabat ac defessos recipiens recentes submisit ac robur pariter exercitus apud se habebat. Nec segnius in cornibus ab initio concursum est. Cæterum numero impares vbi se Norvvegi circũueniri ab hostibus vident, metu perculsi fugæ initium a sinistro cornu prębuere. Itaq; Alexander Stuart, qui dextro præerat Scotorum cornu, fugatis aliquantum hostibus, ac occiso Achonis nepote viro apud Norvvegos maxima secundum Regem authoritate receptui signum dedit ac rursum in ordinem ab effusa persecutione reuocatos aduersus mediam hostium aciem reduxit, vbi Acho nihil reliqui faciebat vt per hostium agmen ad regem perrumperet. Cędem igitur maximam in hostes a tergo cæsos edebant. Cæterum sinistrum interea cornu Scotorum, cui Patricius præerat magno discrimine laborabat, perculsis omnibus, duce grauiter vulnerato. Sed vbi mediam Norvvegorum aciem conuersam in fugam viderunt, recepto animo summa vi, dextrum quoq; cornu pepulere. Ita ab omni parte fugatos Scoti hostes per mediam Cunegamiam persequuntur. Maxima tum strages edita, sed nox persecutionis finem fecit. Rex Acho cum paucis ægre euasit. Ac vbi ad Air castellum, quod ab eo supra captum conscripsimus, peruenisset, altera illi clades postridie nunciatur. Nam centum quinquaginta nauiũ classis orta tempestate sæuissima nocte post pugnam commissam, tota exceptis quatuor nauibus scopulis illisa fuit. Nautæ ac epibatæ qui nauibus amissis enauerant sunt ab incolis cæsi omnes. Duplici igitur plaga percussus Acho, quatuor illis nauibus circũuectus extremam Scotiam, in Orcades peruenit insulas. Ceciderunt in eo certamine ac

fuga,prçterq̃ qui vel naufragio vel a rusticis cçsi perierãt , Norvve-
gorum milia viginti quatuor:Scotorũ quinq; pœne milia.Congres-
sum autem est apud Largis oppidum eo prçlio apud Scotos nobile
anno supra millesimum ducentesimo sexagesimo tertio.Acho vbi in
Orcades reuersus est,nihil tanta clade fractus,vires reparare nititur, 45
nouasq; ex Dania Norvvegiaq; copias cõscribi iubẽs ipse classem no
uã fabricat,vt se proximo vere in hostes vindicet.Cçterũ eo in princi
pio Decẽbris vita defuncto,omnia intermissa sunt . Natus eodẽ die
quo Acho decessit Alexandro ex Margarita filius, cui nomen quoq;
Alexandro inditum . Qua ex re gemina populum lætitia extulit eo- 50
dem die producta in lucem regia sobole successionis spe, ac mortuo
infensissimo hoste,ablatoq; imminentis belli metu grauissimo . Itaq;
omnia quç verum populi gaudium fieri amat,facta vbiq; sunt: Cam
panç pulsari per totam Scotiam iussç,sacra fieri,preciosissimis orna
mentis,Inde ludi publici a populo facti,priuata celebrata conuiuia , 55
quçcũq; indicia depulsi timoris ac gaudii signa essent,cũcta ea ostẽ-
tauere.Successit Achoni Magnus eius filius vir fidelis ac deum me-
tuens,summaq; prçditus prudentia, qui in sequenti anno legatos ad
Alexandrum de pace misit, iis legibus vt Arraina & Boita Scotorũ
essent,reliquæ Hebrides Norvvegorũ,vt fuerant,remanerent:Qui- 60
bus ab Alexandro responsum,nisi Hebrides omnes antiquo iure ad
Scotos pertinentes,deditum venirent q̃ primũ Scotia discederent,se
non ante quieturum,q̃ vniuersas recepisset.Dimissis legatis,extẽplo
Alexander Stuart & Ioannes Cũmein cum exercitu in Monam insu
lam sunt missi , eamq; centum sexagintaseptem annis a Norvvegis 65
ac Danis per iniuriam occupatam, haud sine cruento milite recupe-
rant . Subactç Monç prçfectus impositus,qui quoties opus esset cũ
tredecim triremibus ac quingẽtis militibus naualibus subsidio Sco
tis veniret . Exinde missus exercitus est ingens cum ducibus comite
Ætholiæ,comite Carictæ Merchiarũ,Alexandro Stuart, & Thano 70
Argadiæ ac Lẽni,vulgo Lẽnos in Hebrides reliquas:quarum maxi-
mas quasq; cum magna difficultate cçsis vbiq; Norvvegorũpræsi-
diis expugnauere, cçterç sibi diffidentes vltro ad Scotos trãsiuerũt.
Quod vbi vidit Magnus Norvvagorũ rex legatos, quorũ princeps
erat Cãcellarius Regni, ad Alexãdrũ misit, vt prius si q̃bus possent 75
cõditionibus Hebrides reciperẽt,si id min9 possent,annuũ reciperẽt
vectigal saltẽ.Sed vbi legati exosos Hebridibus ꝓrsus reclamãtib9
Norvvegos videre,prioribus postulatis supersederũt:posterius inter
reges his legibus conuenit. In primis vt pax sempiterna esset vtrisq;
ac socii confœderatiq; manerent.Magnus & Norvvegorum prima- 80

1 tes omni se iure Hebridum abdicarent, ac pro eo Alexāder quatuor
marcarum milia argenti Norvvego regi numeraret, & in singulos
annos centum marcas argenti penderet. Margarita Alexandri filia
vixdū vnū annū nata, Hāgonano Magni filio, in cunis adhuc vagiē
5 ti, dum vterq; ad maturam peruenisset ætatem, matrimonio iungere
tur. Ad hęc cōmunibus impensis in quo loco conflictū fuerat, hospi-
tale pauperum ædificarent. Cæterum prius q̄ ita cōstituta pace do-
mū legati dimissi sunt, pręsentibus eis quidam ex Hebridianis, q; im
pensius Norvvegorum regi contra Scotos fauissent, in crucem acti
10 sunt. Ea tempestate Anglia intestino laborabat bello, insurgentibus
aduersus Henricum Angliæ regem ac Eduardum eius filiū, quibus-
dam Simone a monte forti duce magnatibus: qd̄ vt facilius propel-
leret, Henricus subsidium ab Alexandro per legatos petit, cum qui-
bus ab Alexandro ducente Ioanne Cumein quinq; armatorum milia
15 missa, qui strenuam tum temporis Henrico operam Simone deuicto
& cum liberis occiso nauarunt. Nam cæteri veniā regis impetraue-
re. Huic ille tumultu extincto successit alter Rogero Martimer au-
thore. sed is q̄ præcedens longe citius pacatus fuit. Nam expugna-
to castello Reulard nomine ac cęsis propugnatoribus, captus cum
20 quibusdam ei coniuratis Rogerus digno affectus est supplicio. Ale-
xander deinde ocio suo abusus, ac per quosdam homines impios ac
tranquillitati publicę inuidentes incitatus laxis q̄bus ante constricti
erant habenis milites pariter ac vere prophanos homines qui ad nu-
tum principū flagitia committere generosum ducunt, in monachos
25 ac ecclesiasticos licentia sua vti, eosq; vexare instigauit. Quæ quum
prohibere episcopus sancti Andreæ excommunicationibus obuiam
eundo conaretur, ac quosdam attigisset ex regia familia, commotus
Alexander in exilium eum abire aut desistere cœptis iussit: multa
quoq; in Priorem quem vocant Sancti Andreæ maledicta effudit,
30 affirmans eum vnice episcopo familiarem, illumq; vt talia aduersus
sese auderet, animare. Cæterum episcopus exilium tyrannicæ ser-
uituti ac flagitiis præferens in Franciam q̄ primū nauigio concede-
re statuit. Sed Rex monitus ab optimis quibusdam viris & grauiter
obiugatus q; Christi ecclesiam quam tutari deberet, non vereretur
35 nefarie vexare, cœptis destitit, ac q̄ citissime reuocare episcopum
mandauit, factorum veniam obsecrans. Quocirca reparatis da-
mnis quæ illata a nefariis illis hominibus erant, absoluti omnes
sunt ab excommunicationis vinculo. Per hæc fere tempora missus
est denuo legatus Pontificius in Scotiam ad conquirendam ad
40 expeditionem in Saracenos, pecuniæ summam grandem. Cæterum

ab Alexandro haud inscio quid ageretur extra fines subsistere iussus est, ac per literas mandata exponere. Petiit itaq; nomine Pontificis a qualibet sine delectu ecclesia parochiali quatuor marcas sterlingas: Ab abbatibus vero vel ꝙ eos episcopis ditiores credebat, vel minus mandatis metu aduersaturos, octoginta. Misit insuper statuta quędã ab ipso in itinere composita, vt sibi gratiam regis cõpararet, quibus optimũ esse scribebat oẽm populũ insuescere. Ad ea Alexander Rex pręfecti ecclesiastici, & populus vno ore ita responderunt: Pręceptis sese eius vel alterius cuiusq̃ pręter quæ concilium aut Pontifex edidisset, ad recte viuẽdum non egere. Nam quo sint plura pręcepta eo reperiri plures transgressores. Quod vero ad collationẽ munerũ pertineret, recte sibi fieri videri ecclesię hostes vindicare ac miseros illos & afflictos quos illi in pessimã seruitutẽ redegerint liberare, verum immoderatã esse petitionẽ tam ingentis pecunię, se pro cuiusq; facultatibus, sicut cõmodũ videbitur delectum aliquẽ militũ missuros, ne pecunia denuo naufragium patiatur, aut a pręDonibus in itinere rapiatur. Quod Henricus Rex Angliæ socer eius, per Eduardum filiũ suũ venientẽ ob id Roxburgum ad sororem ac sororiũ apprime laudauit. Expertus enim idem sapiebat. Misit inde Alexander mille marcas argenti Pontifici maximo Clementi quarto in subsidium profectionis: Ad Ludouicũ vero vt ipse quę per legatos postularat, mille milites cum ducibus comite Carictę, comite Atholię, Ioanne Stuart Alexandri fratre, Alexãdro Cumein, Roberto Reth, Georgio Duirvvard, Ioanne Quintio, & Vvilhelmo Gordon, qui quocũq; iter arriperet, ipsum sequerẽtur. Hi omnes cum Ludouico in Africa partim ferro pugnãtes aduersus Saracenos, partim peste æstũ regionis, frigidissimo assueti solo, ferre nõ valentes, occubuere: anno incarnationis septuagesimo supra millesimũ ducentesimũ. Cæterum Eduardus Henrici regis Angliæ filius cum Ludouico in Africã etiã profectus vbi primũ patris morte reuocatus est prospero cursu domum rediit. Eadẽ tẽpestate Martha filia comitis Carictæ inter cęteros in Africa absumpti adulta iam ætate ac viro matura, cũ in syluis animi gratia feras proseq̃ẽs venaretur, obuiũ forte habuit Robertũ Bruis dominum vallis Annandiæ in Scotia & Clenelandię in Anglia, nepotem ex Isabella secũda filia Dauidis Hundintonię comitis ac ex cõplexu formosissimi adolescentis amore perstricta in castellum nomine Tuburi illum secum assumpsit, ibiq; celebratis q̃ citissime, ne quis forte impediret, nuptiis matrimonio iuncti sunt. Eo connubio natus est Robertus Bruis is qui postea Alexandri Regis stirpe deficiente, regnum Scotiæ adeptus est. Cæterum Alexander indigne primo sine

1 ullius consilio Martham contraxisse matrimonium cum adolescete tantum semel viso, ferens: multis tandem precibus exoratus, hereditatem illi paternam, quam tantum non indignatione abstulerat, retinendam possidendamque reliquit. Paulo deinde post fratres Eduardi Henrici regis Angliæ filii,
5 in Scotiam ad sororem sororiumque visendos venere, ac postea Alexandrum cum uxore Londinum, ut Eduardi coronationi interessent, adduxere. ubi quum plurimi omnis generis ludorum celebrarentur tum magna Scotorum gloria singularia edita sunt certamina. Erat ea tempestate in aula Eduardi haud ignobilis quidam genere vir natione Norma-
10 nus, admiranda corporis virtute, ac rei equestris summa preditus peritia. Hunc quum omnes magna gloria totam diem certando deuicissent. Scotus quidam Ferquhardus nomine ex nobili familia ortus Rossus natione ad illam solennitatem honoris gratia regem prosecutus, tandem cum maximo Scotorum gaudio superauit. Quem rex Alexander victoria suo-
15 rum letus comitatu Rossie donauit. Isque & posteri eius cognomentum eius in quintam usque sobolem ferentes obtinuerunt. Nomina eorum hec sunt Ferquhardus, Vvilhelmus, Vvilhelmus, Hugo, & Vvilhelmus. Sextus vero qui illos sequebatur ac Rossiæ comitatum habebat, alio cognomento dictus est Vvalterus Lesle, ac septimus Alexander Vval-
20 teri filius, in quo celebris ille comitatus prolis inopia defecit. Eodem tempore Alexander Alexandri regis filius donatus a patre comitatu Hundintoniensi in verba Eduardi, ut iuris erat, iurauit. Redeuntem Alexandrum ex Anglia turbauere nonnihil res noue. Nam Ioannem Cumein comitem Atholie quod castellum nomine Blairbrid aduersus latro-
25 nes in Atholia munitissimum ædificasset, vicini in eum nobiles multi insurrexerunt. Ceterum contentiones eorum Reginaldus Chein, qui Alexandro a cubiculo tum erat vir nobilis ea tempestate ac prudens pacificator ad eos missus conuocatis in castellum Calidonie partibus, facile composuit. Erat & alia lis inter duos nobilissimos eius ætatis vi-
30 ros Ioannem Cumein & Vvalterum Bullok de comitatu Monteth. Ioannes eo successionis iure comitatum petebat, quod ipso nulla mascula proles propior esset, Vvalterus filiam duxisse se comitis superioris aiebat. Verum datus a rege, partibus consentientibus cause arbiter Vvilhelmus Fraseri regni cancellarius, ita iudicauit: ut Ioannes dimidium comi-
35 tatus obtineret cum nomine. Altera pars Vvaltero absque nomine cederet. Secundum hec tempora Eduardus Angliæ rex induciis cum Soldano factis a terra Sancta domum reuersus est: anno salutis nostræ supra millesimum ducentesimo tertio & septuagesimo. Quo anno natus est alter Alexandri filius, cui nomen Dauidi inditum. Concilium eodem
40 anno Lugduni habitum, quo euocati ex omnibus mendicantium gene

ribus primores in quatuor ordines qui etiãnũ manent redacti sunt.
Nã in infinitũ iam tũ ꝓcesserant, dũ vnusquisq; noui aliquid inueni
re ac nouę sectę nomẽ suũ posteris relinquere studeret. Edictũ quoq;
est ne quisq̃ noui aliquid incipere deinceps tẽtet: ne populo nouę re-
ligionis titulo imponẽtes, alienis viuãt ociosi laboribus. Cęterũ quũ 45
post inducias in Africa cõpositas, Christianorũ sese exercitus domũ
recepisset: Saracenus credens, hostes suos auxilio destitutos posse op
primi, ruptis fœderibus infestus eos inuasit, fœdamq; in eos crudeli-
tatem exercuit. Quæ vbi ꝑlata essent ad reges Christianos, indignũ
esse rati non protinus subsidio venire, omnes sese iterum nouę parãt 50
expeditioni. Scoti decimam decimæ partis fructuum ecclesiastico-
rum in hoc contulerunt. Sed inuida fata tam bonis obstitere conati
bus, quo minus perfici possent, impeditis rerũ cura domesticarũ ac
intestinis seditionibus, ducibus. Interim diem extremũ obiit Alexan-
dri vxor in castello Cuprensi. Nec diu matri Dauid secundus Alexã 55
dri filius superfuit. Itaq; Alexander de successione sollicitus, quum
primũ per ætatem licuit Alexandrũ primogenitũ suum filiæ comi-
tis Flandriæ elocat, nuptiis maxima solẽnitate ad Gedburgum cele
bratis. Anno inde insequẽti Margaritã filiam Hangonano Norvve
gorum regi nuptũ tradit. Quã quũ episcopi quidam ac Barones no 60
bilesq; q̃plurimi prosecuti in Norvvegiam essent, haud exigua eorũ
pars in reditu naufragio periit. Paulo inde post funestata est duobus
funeribus altero super alterum, regia domus. Decessit enim Alexan
der filius prior nullis relictis liberis, ac mox secuta est Margarita
Norvvegorum, vt diximus, regi nupta, infante etiãnum filia dunta- 65
xat vna relicta. Quibus calamitatibus non modo rex, sed & omnis
prope Scotia vehementer est consternata, nulla aut exigua posterita
tis spe superstite. Et iam tum diuinantes animo quæ plurima inde
posterius mala euentura essent, nequaq̃ sua ab opinione falsi sunt.
Sed de his infra dicturi sumus. Cæterum Alexander remissa prius 70
in Flandriam retro vnde venerat Alexandri filii vxore vidua, quan-
ta maxima potuit celebritate, haud quaq̃ abiecta omni spe, adhortan
tibus nobilibus quibusdam, legatos in Franciam pro conquirenda
noua coniuge, misit: qui mox filiam comitis Draconẽsis (aut vt qui
dam referunt Campaniæ) Iolantam seu Ioletam nomine, magna co 75
mitum frequentia in Scotiam duxere, eamq; Alexander summo gau
dio exceptam Gedburgi vxorem duxit. Sed nõ sane diuturna ea fuit
lætitia. Nam eodem anno cum iuueniliter equo feroce ad Kyngorn
veheretur, ac insolentibus quibusdam motibus equum agitaret, eie-
ctus in terram pronus, confracta infœliciter ceruice repente exani- 80

1 matus est. Sepultus vero in Doufermilem anno regni trigesimo se-
ptimo, Salutis vero humani generis, supra millesimũ atq; ducentesi
mũ sexto & octogesimo. Tradunt scriptores pridie q̃ Alexãder fato
functus esset, comitẽ Merchiarum percunctatũ sub noctẽ insignem
5 quendam vatem ac prædicendi arte haud sępe fallentem, Thomam
Leirmont nomine, vtrum aliquid in posterũ diẽ noui euenturũ esset:
respõdisse illũq;, sed obscura oratione, imminere vehementissimã vẽ
torum procellam atq; impetuosam, quę cũ maximo totius Scotię ca
lamitate anteq̃ sol meridiem prętergressus insequentis diei esset, in-
10 grueret. Itaq; suspensos oẽs in sequẽtẽ diem, Thoma rursum ad prã
dium ad comitẽ Merchiarum inuitato abiisse. Verum quũ serenum
vbiq; cælum appareret, ac iam meridies instaret, nec in vllam tempe
statem aura propensa videretur, per iocum comitem antedictum fal
si vaticinii Thomã arguisse ac impostorem esse dictitasse: sed illum
15 ad ea nihil præterq̃ nũ etiam meridies prętergressus esset respondis
se: quod quũ nondum factum dicerent, horam eos constitutam expe
ctare iussisse. Itaq; priusq̃ ea elapsa esset, nunciũ accurrisse mortem
subitam regis referentem. Tum Thomã, hanc eam esse dixisse pro-
cellam quã Scotiæ maximã cladem illaturam esse certo sciret. Cæte
20 rum quęcunq; illum existimare placet, quove afflatum numine, præ
clarus sane vir fuit ac toti Scotiæ admirabilis: nec fere aliter q̃ mox
ceciderant, licet obscuris de industria verbis vteretur, futura prædi
xit. Annis aliquot priusq̃ Alexander mortuus est Gualia tota ab An
glo subacta est principe Gualiæ in bello occiso, ac fatre eius cum vi
25 uus in manus hostiles venisset, pedibus ad caudã equi religatis ad lo
cum supplicii tracto: vbi in quatuor partes discerptus, perlatis in di
uersas Anglię ciuitates singulis, iis quibus defectiones tumultusve
cordi erãt, abunde nequid tale molirentur documento fuit. Prodigia
plurima regnante Alexãdro tertio visa sunt. Nam regni anno septi-
30 mo & decimo tantus erucarũ per totam Scotiam & Angliam pro-
uentus tantaq; vis fuit, vt oẽs fructus arborum hęrbarũq; absume
rent, mala, pyra, pruna, quęcũq; ad frugem aliquam peruenerant, cor
rumperent, holera & quæcunq; in hortis minores hęrbę crescunt ad
caules vsq; arroderent. Eodem insuper anno tanta inundatio nimio
35 plus solito maris ęstu per tempestates alueos excedente, facta est, prę
sertim Tai & Forthię fluuiorũ vt multas villas ac pagos prostraue-
rit, maximãq; cladẽ tũ hoim tũ pecorũ dederit. Vigesimo autẽ anno
admirãdę magnitudinis cometa quotidie sub meridiẽ visus est. Ter-
tio deinde & vigesimo tribus aut quatuor diebus a festo Epiphaniæ
40 vẽtorũ tãta tẽpestas cũ ingẽti grãdinis insolitę magnitudinis multi

tudine in tota Scotia facta est, vt constratis passim ædibus, ignis ex focis enatus pagos cõplures ac oppida perdiderit. Plurimũ vero damni in sacris ędibus acceptũ. Nam incẽsis turribus Campanæ, quas vocãt, quę preciosissima materia cõficiuntur, partim confractę, partim liquefactę perierunt. Inter quas insignes fuerũt quæ in turribus tẽpli Aberbrothii pendebãt, qđ cum ipsis quoq; cõsumptũ est. Insignia præterea oppida, Aberdonia, quę tota ferme incẽdio cõsumpta est, ac Perthum, qđ maiori ex parte flagrauit. Pręterea pagi omẽs in Cloua Angusianę ditionis parte, vbi plęriq; dormiẽtes ædiũ stragibus partim obruti, partim haud in tẽpore incẽdia effugiẽtes, in domibus a fumo deprehẽsi suffocati sunt. Ad hęc adusta est Lainrik oppidi haud exigua pars cũ tẽplo: Pagi deniq; multi Laudonię, ac multa alia quę numerare nimis lõgũ sit. Trigesimo quarto exinde regni eius anno primũ pestis Scotiã inuasit, morbus antea Scotis incognitus, magnaq; populum clade affecit. In secũdis postea Alexandri nuptiis cũ consueto nuptiarũ more spõsus sponsam suã in chorea, subsequente magna fœminarũ virorũq; nobilium caterua duceret, extremos clausisse effigies hominis mortui, carne nudatis eius ossibus, visa est. Quã quũ rex cęteriq; inspexissent, attoniti paulũ subsistentes, ac mox consternati tam malo omine, ludis deinceps abstinuere. Ætate Alexandri vixere viri quidam eruditione ac pietate insignes, inter quos Thomas Aquas, cui in scholastica Theologia cũ neq; ante neq; post secula eius, par sit inuẽtus, facile princeps fuit. Pręterea Bonauẽtura ordinis Minoritarũ summo apud suos in honore. Ad hæc Michael Scotus in medicina inter primos eruditus, atq; ob singularem peritiam non minus Eduardo regi Angliæ q̃ Alexandro dum viueret, charus acceptusq;.

Scotorum Historiæ Lib. XIIII



ALEXANdro ita miserabili morte vti diximꝰ extincto, vt nec hęredes testamẽto, nec gubernatores reliquerit: Regno ab omni prope Imperio destituto, flagitia vbiq; ab hominibus audacibus impune fiebant: & qui antea metu coerciti erant, eo soluti per omnia grassabantur. Qđ vbi boni aduerterũt viri, cõsiliis, quãtum fieri potuit, obuiã ꝓcedentes, indicto cõsilio de rep. consultauerũt. Vbi quũ multa de variis rebus disceptata essent, placuit tãdẽ, quoad meliora inuenirẽtur cõsilia, ne oĩno sine imperio regnũ esset, sex creari regni guberna

1 tores, quorũ tres eã regni partẽ quę ad Aquilonem tẽdit, administra
rẽt, Vvilhelmus Fraseir epus sancti Andreę, Dũcanus comes Fifen-
sis, & Ioãnes Cumein comes Buchanię. Reliq tres eã quę ad Austrũ
vergit, ꝓcurarẽt, videlicet Robertus episcopus Glasguensis, dñs Ioã
5 nes Cumein ex eadẽ familia qua supior, vir insignis & bello & pace,
& Iacobus Senescalus Scotię. At Eduardus Anglię rex, cui vernacu
la lingua a tibiarũ lõgitudine Langscanx cognomentũ erat, desertũ
esse regnũ cõspicatus, animũ ad ipm occupãdũ adiicit. Relicta erat
ex Margarita filia Alexãdri (vt diximus) quę Norvvegoꝝ regi nu-
10 pta erat, puella paruula nondũ ꝑ ętatẽ viro matura: eã tamẽ Eduar-
dus supradictus ab Scotis vxorẽ simul & regnũ petit. Qđ vbi consi
liũ Magnatiũ Scotiæ nõ auersaretur, ac quæ ab illis pręterea cõdi-
tiones adiicerentur, Anglus nõ reiiceret, videlicet ne quid de iure re-
gni & ecclesię immutaretur, & si forte nulla ex eo soboles ꝓueniret,
15 aut etiã tẽpore deficeret, vt tũ ad veros regnum hęredes rediret: pla
cuit continuo duos prænobiles equites Ioannẽ Scot albavvore & Ia
cobũ Vvernis ad spõsam accersendã mittere. Sed priusq̃ ad eã ventũ
esset, puellã morte pręuẽtã in itinere intelligẽtes, infecta re domũ re
dierũt. Quãobrẽ ea res impręsentiarũ omissa est inter Anglũ & Sco
20 tos. Sed multo maior est statim inter propinquos Alexandri ambi-
tio exorta, quę cuncta humana atq; diuina ꝑmiscuit. Duo erãt pręci
pui qui ꝓpinquitate cęteros lõge anteibant Ioãnes Baliolus & Ro-
bertus Brusius nepos illius qui filiã Dauidis natu minorẽ Isabellam
duxit, ex q̃ ille ꝓcreauerat eodẽ noĩe filiũ Robertũ, singularẽ ob ani
25 mi ꝑstãtiã cognomine nobilẽ, Carictę comitẽ, ex quo hic de quo agi
mus genit9 est. Ioãnes vero iste Baliolus ex filia Dauidis natu maio-
re Margarita. Nam Alanus Galuidianus ex ea duas suscepit filias,
quarũ prior Dernogila noĩe nupta dño Ioãni Baliolo peperit ex eo
filiũ noĩe Ioãnẽ Baliolũ, quo de nũc sermo est. At Ioãnes Baliolus se
30 potius q̃ aliũ regẽ cõstitui oportere asserebat. ꝙ nulli cognatione ꝓ
piores essent q̃ qui ex Dauide fratre Guilhelmi regis descẽderãt, se
aũt ex filia natu maiore, tametsi ex filia ꝓuenisse aiebat. Robert9 ve
ro q̃q̃ ex natu minore ꝓgenitus esset, tamẽ ex mare ad quem si Guil
helmus sine liberis decessisset iure regni hęreditatẽ vẽturã fuisse cõ
35 tẽdebat. Quę causa quũ magnis sępe cõtẽtionibus apud gubernato
res regni ac primoꝝ cõsiliũ iactata esset ac vterq; potẽtia summa ni
tereť, nec proinde iudicari cõmode posset, vererenturq; si vni regnũ
adiudicatũ esset, ne alter ꝑ vim id occupare nitereť, statuerũt ad re-
gem aliquẽ potentem, causam reiicere, qui etiã repugnantes ad obœ
40 diendum sententiæ posset constringere. Ad id autem visus est maxi-

me omnium idoneus Eduardus, quem supra nominauimus, cum ob potestatem qua nulli regum ea tempestate secundus erat, tum ob vicinitatem, vt in tempore laborantibus auxilio esset. Missi igitur ad Eduardum super hac re legati: quos vbi audisset, benigne allocutus, paucis diebus se Beruicium venturum dixit, atq; vt ibi cōsilium præsto esset, dum ipse veniret, edixit. Quo vbi venisset, partibus auditis, quoniam perplexa atq; impedita res videretur, nec semel audita iudicari posse: velle se cum doctioribus ac prudentioribus diligentius negocium illud discutere aiebat, ac in hoc ex iis quos cognouissent iustitia, fide, ac sapientia præcellere, duodecim sibi viros Scotos dari poscebat, Se vero quos sciret in regno suo cæteris & virtutibus & eruditione anteire totidē electurū. Quibus arbitris trāsigi eā causam posse arbitrabatur. Conscriptis igitur diligēter vtriusq; partis, quæ quisq; ad causam suam probandam adferebat, in regnum suum retro abiit. Verum vt sunt animi mortalium fragiles nec vnq̄ pœne incorrupti, sicuti vulgari prouerbio fertur, Officia omnia pinguia esse, nec quenq̄ non bene vnctum, modo ea contrectarit ab illis discedere: Eduardus quoq; in hac re sese continentem seruare nō potuit. Principio igitur in Galliam ad iurisperitos consulendos de causa hac mittit. Sed vt corrupte ac false varieq; sentētias ferrēt, præcipit. Vt si diuerse a diuersis iudicatum esset, vtri id ipsi visum esset, regnum dare ac adiudicare posset. Cæterum maxima pars iurisperitorum pro Roberto iudicabant, cum ob nobilitatem viri, tum q̄ ex mare procreatus esset. Nonnulli tamen pro Ioanne causam false ab Anglis edocti pronunciarant. Eduardus igitur hoc tempus esse ratus opportunum subiugandæ Scotiæ, Beruicium rursum redit, ac consilium viginti quatuor virorum, quos antea ad discutiēdam causam acceperat, conuocat, curiæ vestibulum vndiq; occlusum, præsidio suo firmat, ac ne quisq̄ se inuito, eo intret aut inde exeat, præcipit. Cæterum corrupto iudicio vt quem ipse regem fecisset, in verba prius sua veluti superioris Regni adigere iuramento posset, quoniam Robertum virum fortem, ac apud suos propter ingenii magnanimitatem cæterasq; virtutes charum acceptumq; cognouerat, eum prius tentare aggreditur, vt si is accepto regno, in verba iurare ipsius vellet, eum præferret. Sin minus, tum quid animi Ioannes haberet, experiretur. Verum Robertus libertatem & suam & regni, turpitudine: ac seruitute pluris habens respondit, se nolle patriam suam hactenus ab omni seruitio immunē, in seruitutem Anglis dedere. Itaq; Ioānē Eduardus aggredit', q cupidine cæcus vt modo regno potiret', an in seruitute illa quā ducebat minimi, an in libertate

1 obtineret, nil pensi habebat. Itaq; fide data in verba Eduardi iuratu-
rũ regnũ illi traditur. Ferunt comitẽ Glomoriæ virũ magnæ ob insi-
gnẽ virtutẽ authoritatis, manu tenentẽ Robertũ Broys, hæc verba
ad Eduardum, postq̃ Ioanni regnũ tradidisset, ꝓlocutum, Memine-
5 ris o rex quid hodie a te actum sit, quã non vere hanc causam iudica
ris, eaq; & si nos fortassis nunc lateant, tamen quũ omĩa in apertum
ꝓferentur, cũ is iudex qui mentes hoĩm, ac conscientias ꝑscrutatur,
respondere te in horrendo illo iudicio coget, nõ latebunt. Iudiciũ tu
nunc de rege decernendo dedisti: tũc aũt de te iudiciũ fore scito. Pau
10 cis post diebus consueto more ad Sconã rex a Scotis Ioannes Balio
lus creatus est, ac eodẽ anno in festo Stephani Eduardo ad nouũ ca-
strum in verba ipsius iurauit, inuitis primoribus, se regnumq; suũ in
seruitutem, cũ antea omnia semper libera fuissent, tradens: non tã læ
tam rem experturus, q̃ putabat præclarũ regiũ nomen. Nam paucis
15 post annis Eduardus subsidio Ioannem Baliolũ aduersus Galliæ Re
gem euocans, quum non esset dicto obœdiens, causatus metu sese in
Eduardi verba adactum, idq; inconsultis tribus regni ordinibus, sine
quibus regi quicq̃ magnarũ rerũ agere licitũ nõ esset, tũ se nõ æquũ
facturũ, si cõtra veterẽ amicũ ac sociũ ruptis fœderibus arma ferret,
20 nec iterũ ac tertiũ citatus obtẽperaret, regni eũ honoribus (vti face-
re cõsueuere) priuauit. Nec segnis ad cœpta ꝑagenda Eduardus An
glorũ rex fuit. Nam ꝓtinus vt Scotos liberius debellaret, missis in
Galliam legatis fœdera cum rege Francorũ icit, ac filiã eius Eduar-
do filio suo vxorẽ petit. Haud tamẽ deposito cõsilio Frãcos vbi affo
25 ret opportunitas bello lacessẽdi. Quæ sine mora a Gallo effecta sũt.
Mox inde clam reconciliato Roberto Brusio, Eduardus ab eo quæ-
cũq; castella ꝑsidio tenebãtur, sibi tradi fecit. Sed ne segnius quid in
re sua Ioannes rex cõmuni vrgẽti periculo, agere videretur: vetus fœ
dus cũ Philippo quarto Francorum rege per Vvilhelmũ sancti An-
30 dreæ episcopũ, Ioãnem Soulis & Ingeramũ Vmfrã auratos equites
missos ad id in Galliam renouauit. Caroli Valentiæ atq; Andigauiæ
comitis Philippi regis germani filia, vt fœdus staretur firmius Edu-
ardo primogenito adhuc impuberi desponsa & sexaginta milibus
aureorum acceptis a Carolo Philippo in dotem: ac prædiis Baliol,
35 Dampat, Harecuriæ, & Horni, quæ Ioannes rex tenebat in Gallia,
Eduardo eiusq; sponsæ nuptiarum causa tributis. Ioãnes Baliolus ex
consilio magnatiũ nobilitatem prope oẽm Fifæ atq; Laudoniæ subsi
dio Beruiciũ misit, quo Eduardus cũ magna nauiũ numero affutu-
rus & oram eam omnem depopulaturus dicebatur, ac si qua posset
40 Beruicium expugnaturus. Itaq; vbi primũ Angli eo venissent, classe

Scoti obuiam eũtes duodeuiginti Anglorum naues expugnãt, ac in cendunt epibatis remigibusq; cæsis: Reliquæ autem fuga euaserũt. Qua clade iritatus magis q̃ territus Eduardus multo q̃ ante maiore numero Beruiciũ aggreditur, ac om̃i qua potest vi oppugnare parat. Sed quum ea segnius q̃ pro votis oppugnatio procederet, defendẽtibus videlicet egregie & ciuibus, & iis qui cum nobilibus in præsidio erãt: astu ac dolo aggrediendã rem ratus, ab oppugnatione recedere se simulat, exercitum nõnihil circũductans. Verum conuerso rursus ad Beruiciũ exercitu, sublatisq; vexillis raptim ad Scotorum morem ad id factis ac pręmissis perfugis quibusdam, Ioãnem Baliolum regem aduentare nũciantibus, vt portæ apertæ essent, dum adueniret, insidias Beruicio struit. Certatim igitur ex omnibus portis obuiam regi suo vti credebant concurrunt, nõ modo soluta obsidione læti, sed q etsi hostis etiam tũc adesset, viribus tamen se pares fore arbitrarentur. Sed quũ iam pro portis hostis adesset, & habit9, lin guaq; quinã essent, proderet, repetere portas conati, ab hostibus præuenti sunt. Passim igitur cędes miseranda non in viros tãtũ, ac si qui armati occurrebant, sed etiam in pueros, senes, ac mulieres imbelles fieri cœpta: quæ crudelissima profecto atq; inaudita amẽtia videtur, in eos videlicet quos non vi expugnaueris, te nulla priuata iritatum iniuria, sine exceptione ætatis sæuire. Discursum autem toto oppido a militibus ex domibus, ex templis, iuxta sacra, prophanaq; æstimando, indagatos ad occidionem miserrimam extrahentibus. Riui sanguinis toto oppido adeo fluxere, vt cum æstu decurrente minor aqua q̃ ad molendina circũagenda fuerit, adiuuante aquam sanguine aliqua circumagi sponte cœperint. Septem hominũ milia eo die trucidata sunt cum tota fere nobilitate comitatus Fifensis atq; Laudoniæ. Ioannes Baliolus rex vbi cladem suorum audisset, ira ac dolore incensus conscripto exercitu maximo, obuiam mittit qui Eduardo obsisterent. Sed haud procul a Doumbar congressi omnes prope interierunt, aut capti sunt. Septuaginta equites aurati cum Vvilhelmo comite montis Rosarum & comite Monteth ac virtute insignes aliquot milites rebus desperatis in castellũ se Dumbarense receperunt. Sed obsessi ab Anglo omniũ rerum inopia coacti sunt sese cum comite castelli, & quicquid inerat dedere: quos euestigio crudeliter cruciatos occidit. Tradunt quidam Robertum Brusium cladis huius causam extitisse. Initio enim pugnę, iam ante collocutum cum rege secessionem necessariis suis, qui cum Scotis erant imperitasse: qua re territi reliqui Scoti, videntes se a suis proditos esse, fugæ initium fecere, vbi veluti peiora omnes abiectis armis mactandos se iu

45 50 55 60 65 70 75 80

1 gulandosq́; præbuere. Sed Robertus Brusius præmium proditio-
nis ab Eduardo regnum Scotiæ postulans (ignorans proditores
dum vsui esse possunt benigne ab hostibus excipi, verum vbi quod
potuere perfecerunt, etiam illis in quorum gratiā ea fecere, execrā-
5 dos ac detestādos haberi) haud ęquum responsum retulit. Nec em̄
minus Eduardus regnum Scotiæ, q̄ ipse Brusius affectabat. Quam
obrem verbo Robertum reiiciens, Credis, inquit, non habere nos
quod agamus aliud nisi vobis regna semper subiugemus? Frau-
dem igitur regis Robertus ac perfidiam vbi intellexisset, tristis
10 admodum in Angliam in prædia sua abiit, indignans ab se suos ita
proditos esse, sed id tamen locorum regis cupiditati cedendum ra-
tus, vbi occasio reconciliādi suorū animos sese obtulisset, iniuriam
illam Angli egregie vindicare decreuit. Expugnato castello Dum
bar Eduardus & captis duob9 aliis videlicet Edinburgensi & Ster
15 lingensi, Ioannem Baliolum regem persequi insistit: Is tum in For-
fair agebat, infœlicitatem suam frustra deplorans, nec quicq̄ con-
silii præterea habens quo suos ac se protegat. Verum Ioannes Cu-
mein dominus Strabozæ supplex ad regem Eduardum pacem ro-
gatum veniens, ea impetrata per astum Ioannem quoq; Baliolum
20 regem cum filio Eduardo spe pacis ad montem Rosarum elicuit.
Vbi quum in manū Eduardi venisset, metu mortis, quam Anglus
minabatur, ius omne regni, in manu dextra Album Ramum (vti
mos est) tenens in Eduardum regem Angliæ transtulit, regnoq;
se abdicauit. Quæ continuo diplomatibus ex arbitratu Angli con
25 scriptis, consignata sunt. Quibus peractis Eduardus Beruicium in-
de abiens, omnes nobiles Scotiæ euocatos ad se, in verba sua iura-
re coegit: receptis plærisq;, per Scotorum agros, maritimis arci-
bus oppidisq;: nobilibus ad ea tradenda vi compulsis. At Ioannem
Baliolum ac filium eius Eduardum impuberem, Londinum arctis-
30 sima custodia in vincula coniiciendos misit. Verum quum diu eos
inclusos tenuisset tandem in regnum Ioannem remisit, retento ta-
men filio ac iuramēto ab illo expresso, nullum ipsum vnq̄ bellum
aduersus Anglos gesturum. Sed Ioannes in Scotiam reuersus, vbi
vidit se non admodum nec nobilibus, nec plebi gratum esse nihil
35 operęprecium ante expetendum in regno expertus neq; tum melio
ra experturus, sponte in Angliam in exilium abiit: Inde in Normā-
niam patriam ad hæreditatem, vbi in castello Gailzard tandem
amissis luminibus in longa senectute tabescēs mortuus est. Eduar
dus vero filius, multo post tempore emissus, in Galliam abiit ad
40 patrem. Cæterum Anglus haud deleto ex animo bello quod cum

Gallis gerere cogitauerat, nisi se Scoti rebelles præstitissent, ac
propterea tanto tempore dilatum erat, impositis præsidiis in arces
atq; oppida Scotorum. Præterea Hugone Cassingauiensi constitu
to regni vicario, (is antea quæstor fuerat) ac ædificata q̃ maxi-
ma classe in Galliam traiicit. Neq; enim quicq̃ ab Scotis tumul- 45
tus fieri posse credebat, tantis cladibus tam breui tempore affe-
ctis. Verum tyrannis nullis vnq̃ præsidiis satis tuta est. Neq; po-
puli q̃tumuis magnis calamitatibus, quantũuis immensis iniuriis
vexati, si vlla vindicandę tyrannidis occasio ac opportunitas affut
ferit, diutius seruitutem taciti ferunt, sed iugũ illud q̃ primũ e col- 50
lo reiicere nituntur. Itaq; vt primum Eduardus Anglia discessisset,
arrectis animis vltro omnes nobiles ad concilium concurrunt, ac
vno ore gubernatores regni vindicandæ libertati constituendos
pronunciant. Duodecim aũt electi sunt potestate regia, qui idoneis
dispositi locis iniuriam propulsarent tyranni. Cæterum Ioannes 55
Cumein comes Buthquhaniæ facile inter eos princeps & nobilita-
te & prudentia tum ciuili tum bellica, conscripto q̃ maximo exer-
citu Angliam Borealem ingressus omnem eam oram late ferro
igniq; deuastat. Sed obsesso aliquandiu Carleolo oppido muni-
tissimo, frustra omnibus tentatis ab irrito cœpto discedit. Sed erat 60
eodem tempore adolescens quidã patre equite aurato natus Vval-
las nomine, insigni corporis pulchritudine ac viribus cunctos mor
tales ea tempestate superans, statura vero excelsa, ad hæc belli peri
tia tãta vt nullus illi vel conferendus putaretur. Is iam inde a pue-
ro genuino quodam odio Anglos prosecutus, multa sępe egregia 65
facinora perpetrauerat. Nam vbi aliquem Scotum ab Anglis op-
pressum vidisset, accurrens statim subsidio, iniuriantium vim pro-
hibebat. Cum primum vero gladium contrectare habilis erat, vi-
ribus audaciaq; præcellens, cum tribus quatuorve solus congres-
sus, superior semper euadebat. Quamobrem fama ei9 per Scotiam 70
breui peruulgata, multis spem præbuit ipsum aliquando regnum
liberaturum tyrãnide: magnus sane ad eum nobilium, aut ab aliis
oppressorum, quorundam etiam singularem eius virtutem admi-
rantium concursus fiebat quotidie, vt haud facile circumueniri, ab
Anglis insidiantibus posset. Itaq; eo tempore, quo maxime tali vi- 75
ro opus erat, omnium suffragiis dux liberandæ patriæ creatus est:
gubernator sub Ioanne Baliolo rege vulgo appellatus. Igitur po-
testate publica quanto confidentius, tanto fœlicius rem gesturus,
exercitum Ioannis Cummein accipit, ac si qui adhuc Scoti Anglo
fauentes erant, interceptos aut metu, aut vi sibi obœdientes dictisq; 80

1 suis audientes facit. Quibus peractis, & Scotis receptis in fidem, in Anglos infestus procedit, ac castellum Deidonense primũ, Forfarium inde, Brechinũ, ac Montisrosarum (Nam Anglus per id tem poris eas tenebat arces) obsidione cingit. Quibus expugnatis, An-
5 glorumq; captis presidiis ac cęsis, inclinaturos reliquorũ animos arbitrabatur. His successibus alacrior fact9 Vallas, Aberdoniam cum copiis mouit, vt eam Anglorũ iniuria (magna etenim eorum vis ingenti tyrannide hoc oppidum eo tempore opprimebat) leua ret. Inter eundum Dounoter castellũ natura atq; arte egregie mu-
10 nitum, vbi nonnullos ex Anglorũ pręcipuis, proximis ex locis acci tos in concionem, esse didicerat: nihil minus q̃ Scotorum motũ ali quem expectantes, subita eruptione capit, ac cunctis inibi inuentis trucidatis, locũ forti Scotorum munit pręsidio. Aggressusq; sub in sequutam noctem Aberdoniam, eam vrbem habitatore ac fortunis
15 inuenit pœne exhaustam. Nam Angli fama eius aduentus territi, direpto oppido in naues quę in statione erant se receperant in Angliam traiecturi, qua re perspecta Vallas, intelligens arcem pręsidiis, omniq; bellico apparatu ita firmatã, vt non sine ingenti discri mine possit expugnari: re infecta cum copiis in Angusiam est reuer
20 sus. Horum q̃ gesserat Vallas fama, eiusq; nominis terror ad Eduardum in Galliam haud ita multo post perlata sunt: quamobrem ducem aduersus eum Hugonem vicarium suum cum exercitu misit. Vallas autem vbi audiuisset Hugonis aduẽtũ (Cuprũ etenim castellum tunc obsidebat) relicto quãtũ ad obsidionem satis esset
25 pręsidio, ad pontem Sterlingensem occurrere illi statuit: vbi commisso certamine acerrimo, ac duce hostium Hugone cęso, exercitu vero partim trucidato partim in fluuiũ propulso submersoq;, paucis fuga euadẽtibus victoriã lętã inde reportans, ad obsidionẽ reuersus est. Statimq; metu perculsi qui in præsidio erant, castellum
30 in manus eius tradũt, multorumq; aliorum vltro eodem tempore ad eum missi Legati mãdata effecturos se ac commeatu adiuturos polliciti, recepti sunt. Quibus pro locorum cõmoditate impositis præsidiis ac præfectis quos sibi fideles cognouerat, solutoq; exercitu in Sterlingi arcem simul cũ maxime necessariis se recepit. Sed
35 orta maxima frumenti inopia ac omnium rerum caritate, quo suos paulũ subleuaret, cũ maxima multitudine in hostico hyemare statuit. Quãobrem ex om̃ibus comitatibus ac aliis regionib9 certum militũ numerũ euocat, atq; vt ad diem certum adessent, edicit. Sed Borealiũ Scotorũ quidã imperiũ detrectantes iniecta nõnulla pfe
40 ctioni mora, suspẽdio pœnas dederũt. Itaq; pterritis eoꝝ supplicio

exemplo aliis magna vis hominũ confestim ad eum cõfluxit. Cum
quibus Northumbriã ingressus, vsq; ad Nouum castrũ populatio-
nibus ac incendiis cuncta implet. Iniecto itaq; hostibus ingenti no
minis sui terrore, ac suis prę da victoriaq; lętis summa omniũ gra-
tulatione veluti triũphans in Scotiã rursum ingressus est. At Edu- 45
ardus audita suorũ clade, ira accensus in Angliam cũ exercitu re-
diit, ac legatos statim ad Vallã in Scotiam mittit, sęuis verbis in-
crepans, ꝙ ausus fuerit regnum suũ inuadere, dictitans non id eum
ausurum fuisse, si in regno remansisset. Ad ea Vallas respondit, nõ
minus sui esse muneris captata opportunitate, absente rege inuade 50
re Angliam, ꝗ fuerat Eduardi quod fecerat, qui cũ dissidentes de re
gno videret Scotiæ nobiles, ac eius fideicõmissa esset regni disce-
ptatio, tum præter ęquum ac fidem nobiles iusiurandum sibi dare,
ac regnum obnoxium sibi facere coegit. Vt vero, inquit, sciat Edu-
ardus meorum me defendẽdorum gratia in Angliam cum exerci- 55
tu venisse, ac vt regnum tyrannide eius liberarem, ipsumq; de iniu-
riis vindicarem illatis, hoc illi meis verbis renunciate: me illum
in Anglia ad cœnam Paschalem, vbi eum cũ exercitu meo (si deus
nos incolumes seruet) morabor, inuitare. Postꝗ igitur ad prędictũ
tempus vterq; aduenisset, Vallas cũ veteri exercitu, Eduardus vero 60
ad duplum fere aucto, vtrinq; pugnæ dictus est dies: Vallas prior
in aciem copias eduxit. Angli vero id tãtummodo expectantes, vt
Scoti viderent tantũ hostium exercitũ, sperantes eos multitudine
suoꝝ territos nõ ausuros secũ congredi, nulla alia re ꝗ nũero freti,
effusa statim fuga, desertis castris retrorsum diffugerũt. Scoti vero 65
victoriis pristinis fœroces, insuper fugam hostium videntes, priusꝗ
ad iactũ teli peruentũ esset, vix cohiberi potuere, quin statim fugiẽ
tes hostes ꝑsequerẽtur. Sed dux in primã aciẽ equo celeriter adue-
ctus, sũma vi cohibere, orare suos, monere atq; hortari, ne se in præ-
paratas ab hostib9 insidias ꝓiiciant, certo se scire nõ metu prorsus 70
tam repẽte fugã factã esse, sibiq; satis esse amplam victoriã vbi nõ
educto gladio, nullo emisso telo tãtas hostiũ copias, nõis tantũ sui
gloria in tã fœdã verterint fugã. Ita cohibiti authoritate ducis ge-
uere, ac pręda ꝗ maxima abacta, in Scotiã reuerterũt. Cęterũ quẽad
modũ dũ cresceret Vallas cuncti ipsum adiuuere: ita quũ ad tantũ 75
nomẽ, tãtãq; ꝑuenisset claritudinẽ, iidẽ fauorẽ in iuidiã cõuerterũt,
ac maxime ii quorũ ille iã imperiũ tenebat, ac apud quos honores
& gubernacula fuerant, cũ adhuc obscura Vallas ipse fama esset.
Inter quos principes fuere q ex familia Cumein erãt, & Robert9
Brusius. Percepto igiť Eduardus rex denuo Scotorũ dissidio, clã a 80

1 suis edoct9,ac cũ principib9 factionis ꝑ Legatos collocut9 cũ maximo exercitu Scotiã inuadit. At Vallas nihildũ mali suspicãs, cũ suo exercitu obuiã procedit,ad Variũ sacellũ cõgressurus. Eo vbi deuentum,vix aciebus instructis inter duces est deceptatum ,haud
5 sine ingenti omnium dispendio,cui eorum primę aciei regimen deberetur.Pro summo enim habent nostrates honore dum sub signis statur primæ exercitus parti præfici. Trium enim ducum pręstantissimorum inter Scotos,Stuart, Cumein, & Vallas eo pro hononere certantium nullus alii cessurus videbatur: prioribus duobus
10 Vallã veluti hominem ab exili fortuna ad opulentam repente prouectum contemnentibus:atq; econtrario Valla belli administrandi omnium suffragiis summam potestatem penes se esse asserente. Re ergo pertinacia tumentium animorum in causa,interminata, vrgentibus hostibus Eduardo rege instigante quem Scotorum nõ
15 latuit simultas, manus pœne sine ordine conserere sunt coacti. Et quum iam pugna maxime vrgeret,Cumenii omnes secessere . Robertus Brusius non satis habens Cõtribules oppugnare armis (Is enim eo die Anglorum partes sequebatur)flagitium perfidiæ adiiciens,circunductis paulum suis a tergo Scotos aggreditur,nihil
20 minus q̃ tale quippiam expectantes.Fœde igitur ex om̃i parte trucidabãtur:Nec enim quoq̃ effugiũ erat.Sed Vallas nusq̃ nec optimi ducis.nec strenui militis munus omittebat,iam suos adhortãs, vt quos aspectu solo terruissent ne eos modo inultos insultare sibi permitterent:nunc cum expeditis in primam aciem aduolans cum
25 magna occurrentium strage vtrobiq; milites quid ipsis faciendum esset,commonens.Cæterum numero superantibus Anglis tum terga Brusianis quoq; cædentibus , omnes ferme occiderunt.Vallas cum paucis relictum sese videns impetu denuo in hostes facto erupit.Ferunt quidam Frerum Briangem Anglũ multum peritia bel-
30 li apud suos insignem,cum haud segniter Vallam insequeretur,ab eo exceptum ac interemptum esse,ac tum demum persequendi reliquis finem metu territis impositum. Periere ea pugna clarissimi viri Scoti Ioannes Senescallus cum Brandanis suis.Ita ex Senescalli agris ad militiam conscriptos appellitant,qui dicitur Vallã in vl-
35 timo constitutũ discrimine quũ eũ liberare potuisset deseruisse circunuentũ.Makduffus comes Fifensis cũ suis militibus qui eum ad bellũ sequuti fuerant,Ioannes Graim eques auratus,quem Vallas ipse ob eximiam bellandi peritiã faciebat plurimi. Multi præterea alii clarissimi fortissimiq; viri,quos oẽs enũerare nimis lõgũ foret.
40 Addũt nonnulli Robertum Brusium cum iamiam Scotos a tergo

aggressurus esset quo Vallã deterreret, hæc verba ad eũ loquutũ
esse, Quę te malum vesania eo dementię Vallas agitat, vt desertus
a maxima tuorum parte, aduersus tantam regis potentiam in prę-
senti acie decertare audeas? nonne te in præceps agi vides? non sen
tis iam cladem vel maxime tuis imminere? Ad ea, tua (inquit Val-
las) perfidia me quo minus patriæ libertatem aduersus tyrannum
superbissimum pariter & crudelissimum defendam in æternũ ter-
rere non poterit: Abi quo dignus es in malam crucem iterum pa-
triæ desertor ac proditor: inueniet aliquando scelerum tuorum ex-
itum dignum, quando minime credes, deus, nec impune toties pa-
triæ proditor lætaberis. Mihi sane mors pro patria accepta, in qua
liberanda nec dies nec noctes vnq̃ cesso, gratissima ceciderit. Te
viuentem furię cruciatu vel morte tupissima peiore, dum scelera-
ti tui oculi patriam a te bis proditam intueri poterunt, perpetuo
vexabunt. Huiusmodi victoria Anglis fœliciter pugnantibus die
Magdalene sacra obtigit: quãobrem diem eam veluti fatalem fœ-
lici pugnæ exinde obseruant. Ex fuga vbi Perthum venisset Val-
las incusans plurimum inuidiam infidelitatemq; quorundam, qui-
bus plurimum tamen intererat ex Scotia Anglum depelli, magi-
stratu se abdicauit. Miseratus vero Francię rex Philippus quartus,
Pulcher cognominatus, clades ac calamitates veterum sociorum
quas omnes ob fidem erga Francos acceperant, legatos ad Eduar-
dum mittit, vt in sui gratiam (quem proximo anno dignum iudica
rat cui filiam in matrimonium elocaret) pacem aut inducias Sco-
tis daret: facile impetrauit, annitente ac supplicante Eduardi noua
nupta, ne qua offensione animum mariti sui offenderet, si dene-
gasset. Datæ igitur induciæ sunt a festo omnium Sanctorum vsq;
ad Pentecosté. Interea supplices Legatos Scoti questum ad Rom̃.
Pontificem maximum Bonifacium misere de iniuriis ac cladibus
quas quotidie Anglus cupiditate regni inferret, ostensa q; liber-
tate sua, q̃ nunq̃ regibus alienis obnoxii fuissent, orare ac obse-
crare Pontificem maximum patrem ac tutorem gentium, vt pro po
testate sua quam præter reliquos in Angliam haberet, literis ac
mandatis Eduardum compesceret, sese paratos esse omni iure ac ę-
quo cum eo decidere: quandoquidẽ armis non recte cesserit, nobi-
libus suis inter se ambitione nimia cęcis ac discordibus, & interim
innoxio populo grauiter afflicto. Itaq; literis hincinde diu disce-
ptata re, tandem pro Scotis Pontifex sententiam protulit: Qua re-
creatis nonnihil animis gubernatorem regni vnum ex familia Cu-
menia nobilissimum Ioãnem Cumein constituunt, ac leuiter liber-

1 tatem experiri tentant. Quod vbi percepisset Eduardus exercitum in Forthriam ac Fifam ad Perthum vsq;, locum omnem deprædatum misit. Nam vsq; ad Forthriam tum omnia occupauerat, eiq; omnes subiecti in illis erant regionibus, præter paucos qui in syl-
5 uis degentes imperium tyranni metu effugerant. Quę quum indigna esse ac intoleranda, etiam minus potentibus Ioannes Cumein arbitraretur, mortemq; ac ruinam totius etiam regni præ tali seruitute præoptandam duceret, adiuncto rerum gerendarum fideli socio Simone Frase, comparataq; exigua manu, attamen for-
10 tissimorum virorum (ad octo enim milia contraxerat) iniurias vltum ire parat, quoscunq; officiarios Anglicos ac famulos eorum vsq; reperit, quibuscunq; potest contumeliis vexatos fugat, ac regno eiicit. Eduardus iniuriis hominum desperatorum accensus, exercitum triginta milium hominũ cum Rodulpho Confrene viro
15 nobili & strenuo duce, in Scotiam mittit, ad reliquias regni conficiendas. Is vbi neglectim veluti ad prædam diuidendam in Scotiam ad Roslyn venisset dimissis copiis, a tribus partibus rem aggredi conatus, in vnaquaq; parte decem milia militum ordinarat. Ioannes cum Simone collega coniunctis copiis, vnam partem ag-
20 grediendam rati, et si fortuna secundior aspiraret, tum reliquas quoq; adhortatis militibus, vt memores essent pro libertate, cum crudelissimi tyranni satellitibus, pro patria, pro parentibus, pro liberis, pro aris ac focis fortissime pugnarent, aciem instruit, ac summa vi nitentes magna cæde fundunt fugantq;. Parta vero sta-
25 tim victoria, spolia colligunt, quibuscunq; arma deerant, ex hostium spoliis sibi aptant, aut quibus minus bona erant, commutant. Interim aduenit inexpectatis altera acies, ferocibus recenti adhuc victoria nec nimium defatigatis. Conglobati igitur omnes in vnum, & quantum spatium, quod erat angustissimum, patieba-
30 tur a ducibus instructi, alacres impetum in hostes faciunt. Vix eam quoq; aciem confecerant, quum tertia iam adesset, defatigatis ac partim etiam vulneribus exhaustis: Attamen adhortationibus ducum ac precib9, ne duas victorias iamiam partas imbecillitate animorũ perderent, dicentibus nihil aliud ab hostibus expecta-
35 ri, q̃ vtrũ confecti prorsus vulneribus aduentum suum sustinere vel aspectu auderetis: qui vbi viderint suorum clade exercituũ ac sanguine vos conspersos nihil viribus imminutos, exterriti consistere non poterunt: erecti rursum milites haud segniter in hostes incurrunt. Itaq; confestim hostes terga dantes, cædendos se prębuere, &
40 nisi tãtis cędibus lassi fuissent milites, ꝑfecto pauci ex ea fuga su-

perfuiſſent: Attamen aliquantulo ſpatio hoſtes perſecuti, ad caſtra ac ſpolia reuerterũt. Magna ea victoria fuit, & haud ſcio an clarior vnq̃ antea, aut ad memoriam vſq; noſtram maior. Tres hoſtium acies omnes maiore militum numero, aperto Marte inſtructas ac ex pręparato occurrẽtes deuiciſſe. Quare haud abſq; ſingulari dei fauore partam eſſe eam victoriã omnes exiſtimabant, & diuino numini acceptam ferebant. Sed haud diu lęta fruebantur. Nã Eduardus vbi aduerſam ſuorum fortunam audiuiſſet, ex omnibus regionibus quas ſub ſe habebat, & quæ regno Anglię ſubiectę erant, delectos viros conſcribi iuſſit, quibus terra mariq; Scotiam inuaderet. Quocirca tantis copiis nullis obuiam ire audentibus, omnes ſe ſe Scoti in tuto continebant. Libere itaq; exercitus Anglorum totam peruagabatur Scotiam, ab Auſtrali ad Borealem vſq; plagã, & paucos repererunt aduerſantes, & vix alium pręter Vallam: qui & aſſeclæ eius regni libertati deuoti per montes ac inuia peruagãtes, ac interdum in ſyluis, interdum in antris latitantes, manus Anglorum euaſerunt. Fertur miſſis legatis ab Eduardo, vt ſi vellet in lucem prodire ac regi ſubiectus eſſe, comitatum ac terras ingẽtes acciperet, magnanimiter legatis reſpondiſſe, non minoris ſe libertatem, q̃ vel plurimarum terrarum agrorumve poſſeſſionem facere. Erat autem caſtellum munitiſſimum nomine Sterlyngũ, cui pręfectus erat Vvilhelmus Olfer eques auratus cum quibuſdã ſociis ac amicis, q mœnibus ſuis confidẽtes, auſi fuere portas Anglo claudere. Sed obſeſſi trib9 totis mẽſibus circũquaq; fortiſſime, plurimiſq; nequicq̃ ſępe machinis oppugnati cuprum omne Monaſterii ſancti Andreę, quo tectum erat in ſuos neſcio quos vſus detraxerant, tandem coacti deficientibus rebus neceſſariis ſeſe dedidere, ea lege vt liberi diſcederent: quæ poſtq̃ ſignata diplomatibus Eduardi fuiſſent, attamen cõtra pacta Vvilhelmus ipſe præfectus Londinũ miſſus ac in carcerem coniectus eſt. Alia quoq; nõnulla vi caſtella expugnarũt: quoſcũq; in eis repererũt mortales interimentes. Inter quæ & Alatum erat in Morauia, nũc Vrquhart vulgo appellatũ. Quo capto vna duntaxat fœmina vitã fœtus in vtero latentis beneficio, (quem hoſtes verebãtur, priuſq̃ in lucem prodiiſſet, vita priuare) ſeruauit. Erat autẽ ea Alexãdri Bois loci eius domini vxor: quod tum Anglos latebat ex habitu mutato, vt paupercula quædã videretur. Itaq; dimiſſa in Hebrides extẽplo abiit, atq; inde in Hiberniã, vbi & peperit filiũ. Qui aliquot poſt annos, vbi per Bruſiũ pulſis Anglis regnum vbiq; pacatũ fuit redditum, in patriã rediit: atq; Robertũ regem accedens, hęreditatem pater-

1 nã ab aliis occupatam restitui sibi petiit. Verũ Robertus anxius quid factur9 ea in re esset, nõ enim satis humanũ arbitrabať, qđ semel assignatum fortib9 viris pręmiũ fuisset, id modo repetere, nec iustũ eum qui parẽtem ac omnes sua causa fortunas aduersis rebus
5 suis amisisset, eundẽ solum immunẽ esse melioris iam fortunę. Medium quoddã excogitat consilium: agros ac prędia quędã in Maria illi donat, haudquaq̃, & multitudine & vbertate amissis inferiora: illisq; eum precatur contentus esse velit, quando non sine motu alii deturbãdi essent. Cognomẽtũ vero illi ꝓ Bois Forbest. Nã eo-
10 dem agro vrsum ĩmanis molis constrauerat, atq; ob egregiã in eo debellando nauatam operã ita deinceps nominari pręcepit. Hinc præclare apud nostrates familię Forbes initium sumpsit, paulum per tempus mutato nomine. Subacta vero Scotia, omnes consuetudines veteres, omnibus in rebus Scotorũ Eduardus abolere sta-
15 tuit. Ita deniq; existimauit congruentibus cum Anglis eorũ moribus, animos quoq; coalituros. Itaq; historias oẽs Scotorum, omnia sacrarũ iuxta atq; prophanarum rerũ volumina concremari vbiq; præcepit, magna decreta pœna qui præceptum contempsisset. Libros sacros Anglico ritu conscribi iussit, vtq; eos solos haberent,
20 edixit. Quotquot vero eruditionis erant vsq̃ nomine clari, quorum haud paucos tum Scotia alebat, Oxonium relegauit. Verebatur enim ne illorum doctrinis effecti sapientiores, iugũ reiicerent, Pręcipue vero excellebant canonici, mendicantes, ac reliqui aliorũ generũ monachi. Ex prædicatoribus autem, qui in monasterio Enuer
25 nes degebant, vndecim doctores theologos ablegauit. Ex carmelitanis Aberdonensib9 quatuor, ac multos alios, quos etsi titulis nõ splendebãt, haudquaq̃ tamen etiã eruditiores illis fuisse rationi repugnat. Nec vero illud reticendũ existimo, quod arrogãter ac stolide in delenda vetustate cõmissum ab eo est. Nam quũ perlustrãs
30 exercitu omnem Scotiã peruagaretur, e regione Camelodunі, quæ olim regia fuerat pictorũ, cõspecto Claudii Cęsaris victorięq; peruetusto templo, quod ad Caronam amnem a Vespasiano olim ędificatũ vti suo loco memorię datum est, adhuc staret, vetustate conspicuũ, vel hoc boni Scotis inuidens, deleri præcepit. Sed incolis
35 antiquitates suas adamãtibus, neq; extemplo præceptũ perficientibus, mutato statim cõsilio, parietibus & tecto templi vitam dedit. Cæterũ monumenta Cæsaris omnia deleri voluit, & ablato lapide, vbi Claudii victorięq; insculptũ nomen erat, Arturi olim Anglorum regis nomen supponi iubet, atq; illius vocari regiã, quod
40 & in hanc vsq; nostram memoriã tenet vernacula Scotorũ lingua

Arturi Hof appellantiũ. Forma vero rotunda est veteri Romano-
rũ more, quãdoquidem eam credebant perfectissimã formã nume-
risq; omnibus absolutã. Sed iam in Angliã reuersurus Eduardus,
ne vllum deletis historiis regni vsq̃ vestigiũ permaneret, cathedrã
lapideam, quibus insidentes coronari Scotorũ reges cõsueuerant, 45
e Scona Londinũ secũ attulit, atq; in Vvestmonasterio, vbi & ho-
die visitur, deposuit. Sed priusq̃ e Scotia discederet, cõcilio omniũ
Scotiæ nobiliũ ad sanctũ Andream indicto, iuramento eos denuo
in verba sua adegit, ac in fide deinceps permãsuros promittere coe
git. Aderat illic tota Scotiæ nobilitas pręter vnum Vvallã, con- 50
spectum Anglorũ veluti anguiũ fugientem. Scotiæ autem vica-
rius Odomarus a Valentia constitutus est. Sed Ioannes Cumein
Red cognomẽto, a facie rubicũda dictus, ac Robert9 Brusius que
sti inter se de misera Scotiæ seruitute & oppressione, tandem vbi
vterq; animũ gemitib9 ac suspiriis alteri indicasset, Robert9 Bru 55
sius Ioanni regnum, si vellet, obtulit, pollicens se omni diligentia,
omnibus viribus quod in eam rem posset annisurũ: aut si eam con
ditionem maiorem q̃ pro se putaret, quoniã ipsemet merito regnũ
ex hæreditate possidere deberet, sibi id relinqueret. Pulsis vero re-
gno Anglis hæreditatem omnẽ eum retenturũ cum magnis præ- 60
miis ac perpetuo secũdũ a rege fore. Quod vbi literis ac iureiurã-
do confirmatũ fuit, mox Robertus in Angliam rediit. Nam eo ꝙ
regni hęres esset, suspectus regi erat, nec diu in Scotia commorari
illi integrũ fuit. Iampridem eñ vita priuatus a rege fuisset, si qua
occasione fratres eius omnes in vnũ congressos deprehendere po- 65
tuisset. Sed Cumein facta coniuratione seu metuens ne cœpta non
bene possent procedere, comparans vires suas cum tam potente re
ge, seu occasione oblata, qua vno omniũ in Scotia potentissimo e
medio sublato ipse cæteros omnes excelleret, ac regno proximus
esset, nuncium fidelem sibi ad regem Eduardũ cum literis coniu- 70
rationis mittit, ac inita consilia aperit, vt conuictus mox Robertus
supplicio sumpto tolleretur. Quibus inspectis Eduardus nõ omni-
no credens vera esse, sed ex inuidia potentię ęmulatione proficisci,
attamen metuens ac prorsus ambiguus Robertum ad se vocat, lite
ras ostendit, quęrit num manũ suam agnoscat. Ille magnopere se 75
literas agnoscere dissimulans, asseuerabat certo scire eam sibi frau
dem ab Ioanne cõfictam ex veteri odio inuidiaq; esse. Poscere itaq;
vt vnam saltem noctem literas libere inspicere liceret, se enim faci-
le demonstraturum falsas eas & cõmentitias esse, obsidem comita-
tum suum & quicquid vbiq; haberet dare. Rex quia crimina haud 80

1 similia veri esse iam antea putauerat, facile assensus est, sed stolide profecto. Nam licuerat eum in custodia firma quęcũq; vellet agentem sine magno habuisse negocio. Sed ita in fatis erat regnũ Scotię Robertum aliquando comparaturũ. Igitur vbi primũ a rege
5 discessisset, conuocato fabro ferrario, ac ex omnibus equis electis tribus q̃ velocissimis (nam fugæ cõsiliũ comes Glomerensis dare, missis duobus calcaribus cũ duobus aureis videbatur) inuerse ac pręposterе ferrea pedũ munimenta equis affigenda curat, ne fugæ locũ ex vestigiis equorũ deprehendere persequentes valerent. Media vero nocte cum duobus sociis fidelibus fugã arripit, & nix for
10 te tum cælo densa cadebat, vt vestigia continuo niue oppleta, etiã si ferrei equorũ calcei non pręposteri fuissent, deprehendi non potuissent. Eduardus quũ de fuga Roberti certior factus esset, supra modũ sibi iratus emissis ad inuestigandũ non quiuit tamen vesti-
15 gia ob niuem deprehendere. Sed Robertus septimo die in vallem veniens Annãdię quę sua erat hęreditario iure Lochmaban ingrediens, fratrẽ Dauidem cũ Roberto Flemein nobili adolescẽte obuium habuit, qui quũ perturbatũ fratrem conspexisset, cunctaq; ex ordine audiuisset, socium se fratris fugę prębuit: ac quũ iam intima
20 patrię ingressus esset, nunciũ a Ioanne Cumein literas ad Eduardum vt q̃ citissime Brusius interficeretur, ferentem, indice fidissimo adulescente Flemein, deprehendit, ac pro mercede capite truncat. Inde Dumfrés profectus duce eodẽ Flemein, vbi Cumein agere sciebat, deprehẽdit eũ in choro Fratrũ Minorũ: vbi cũ paucis de
25 prodita fide inter se disceptassent, negãte Cumein a se factũ id esse, ac Roberto asserẽte, tandẽ Robertus exemptũ gladiũ in ventrem Cumein configit, ac mox se ex tẽplo proripit: ibi duo eius amici Iacobus Lindesai & Rogerus Gilpatrik quid factũ esset rogitantes, credere se ait, Cumein occisum esse. Adeo ne rem, inquiũt, periculo-
30 sam in incerto relinquis? ac verbo ad Cumein accurẽtes placide ac velut amice rogãt num letale esse vulnus crederet? Quo negãte, si peritus propere adesset chirurgus, trib9 eũ insup̱ aut quatuor ictibus interimũt. Eodẽ tempore Vallas ab iis quibus semp̱ maxime cõfidebat ad Glasgu captus est. Corrupti em̃ erãt ingẽti præmio,
35 quod ꝓpositũ illis qui eũ cœpissent ab Eduardo fuerat. Adductus autẽ magno militũ pręsidio Lõdinũ, crudelissime ab Eduardo trucidatus est, ac mẽbra eius per diuersas Scotię regiones in cõtumeliã suspẽsa. Hũc finẽ habuit vir clarissimus, ac solus ea tẽpestate liber: cũ oẽs reliq turpissime Anglo sese ac patriã in seruitutẽ dedi-
40 dissent. Quę vero ab historiographis de eremita in cęlũ illũ volan

tem per somniũ vidente tradũtur, somnii aut anilis fabulę similiora q̃ verę historię plerisq; cẽsentur: tametsi Vallas haud indignus immortalitate ob insignem in patria protegẽda virtutẽ fuit. Perpetrato vero facinore Robertus audendum aliquid maius ratus quo manus Eduardi deuitare posset: aut potestatem aliquã qua potentiæ eius resistere quoquo modo valeret, cõparãdã: impetrata prius violati sacri ac cędis a Pontifice venia, auxilio amicorum Sconã profectus, diadema regale sumit, atq; q̃ potest maximas copias, ad bellum haud dubie aduersus Anglũ mox gerendũ, comparat. Cæterum ea exigua erat manus. Nam paucos in Scotia fautores habebat, & Anglus cum reliquis Scotis maximos exercitus mox aduersus eum ducturus erat. Itaq; Eduardus vicarium suũ Odomarũ Valentinum aduersus Robertum cum satis firmo exercitu mittit, qui cõmisso prelio protinus hostes Scotos in fugam conuertit, paucis tamen cęsis. Ea fortuna initio male cedẽs, animos populariũ a Roberto auertit inauspicato eum regnũ ingressum putãtes quem prima destituissent auspicia. Post fugam Roberti Odomarus regis vicarius edicto omnes vxores eorũ, qui Roberti partes sequuti erãt, proscribit. Vnde magna statim fuga fiebat omniũ vbiq; mulierum in maximis angustiis in syluis, in montibus ac concauis locis latitantiũ. Ex fuga aũt Robertus quũ in Atholiam & Argadiam peruenisset, celeritate fugiendi periculum euadere conatus, ab Anglis quibusdam ac Scotis maxime ex familia Cumein inuasus, prælio iterum decernere coactus est, sed non dissimili tum quoq; euẽtu ac fortuna pugnatũ q̃ nuper. Paucis eñ cęsis fugæ se Rex cũ suis cõmisit. Vagus inde ac ab omnibus destitutus, per syluas, per mõtes, vitã hęrbis tolerando, errauit. Duos tantum in ea fortuna fideles amicos habuit, comitem Lenni & Gilbertum Hay, qui etsi interdum ab eo discesserunt in rerum necessitate, aut dum nimiũ vndequaq; persequendo hostes insisterẽt: in fide tamen eius perpetua cõstanti permanserunt animo. Solus igitur nõnunq̃ cum vno comite aut duobus in inuiis locis delitescebat. Despecta eñ tum ab omnibus eius fortuna erat, adeo vt & famuli, a contumeliis non abstinerent, calamitatibus insultarent, & licet herũ suũ tandem tamen desererent. Cędes vero per omnem Scotiam eorũ qui se aliquãdo Roberto adiunxerant, fiebat: fratres eius ad supplicium trahi, bona eorum proscribi. Nigellus eñ frater eius primum & Thomas & Alexander paulo post capti cum plurimis nobilibus & ex plębe viris strenuis, omnes capite truncati sunt. Vxor eius a Vvilhelmo Cumein ad Eduardũ ducta, in arcta diu custodia Londini est detenta.

45 50 55 60 65 70 75 80

Quę oĩa quũ Robertus perciperet, nec ipse minora quotidie pateretur, inuicta ad extremũ vsq; tulit patiẽtia. Nã humi cubare, aqua pro vino aut cereuisia vti a pueris didicerat, cũ patre ĩ castris ac famulitio regio prope educatus. Illud vero diuinitus eũ facere apparebat: quũ desolatus vtrobiq; familia pœne tota eius ad internicionẽ extincta esset, tamen nunq̃ sperare destitit, se regnũ sibi aliquando & populo suo libertatẽ cõparaturũ. Verũ variis in locis quũ vagaret vt facilius insidiãtiũ posset manus effugere, tandẽ ad Hebrides perueniẽs ab amico quopiã veteri & hoĩe nobili paulũ refect9 est, & ab eodẽ milites aliquot & arma accipiẽs tẽtare est aliq̃d aggressus. In Carictam igitur vbi venisset castellũ quoddã quod patria hęreditate eius fuerat, capit, oẽsq; Anglos trucidat, spoliis militibus liberaliter partitis. Inde rursum iis qui relicti adhuc erant, ex eius amicis animi aliquid additum est, ac vndiq; concursus eoꝝ fieri cœptus, ex montibus, ex syluis, ex antris, prout quisq;, se maxime occultãdo, latuerat. Quapropter aucto nõnihil numero, ad Enuernes deinde pergit, quorũ arcem munitissimã vi cepit ac propugnatores oẽs interfecit. Simili fortuna in cęteris aquilonarib9 castellis expugnandis vsus. Oĩa expugnata diruit ac incendit quoad in Glenestk deuenisset. Nã vbi audisset Ioannẽ Cumein cũ Anglis ac Scotis quibusdã ad famã noĩs sui excitos ad se venire, locũ eum opportunum sibi fore ratus, ibi cõsistit, ac hostes expectare eo loci statuit. Qui vbi illũ viderẽt ĩtrepidũ cũ exercitu manere ac paratũ esse pręlio decernere, audaciã hoĩm admirati, ipsi pauere cœperũt, nec pugnã inire ausi fuere, sed extẽplo legatos ad Robertũ ꝑ inducíis mittũt, vt mox de pace tractet, ibi pręsens periculũ euitãtes copias suas augẽt, ac deinceps acerrime Robertũ ꝓsequuntur, sępe in defatigatos ex itinere, nõnunq̃ in castra metãtes, sed virtute ac audacia nõ modo fortiter eos excepit, sed plęrũq; superior fugã ac cædẽ hostiũ edidit: verũ ea plęrũq; parua fuere, vt in tumultuariis pugnis, vbi fuga sibi quisq; vitam haud difficulter seruat. Horum fama complurium animos fauoremq; Roberto cõciliauit. Per id tẽpus Iacobus Doulas, quo viro, sancti Andreę eps̃ Vvillerm9 Lambertoun familiarissime in aula vtebatur, ingẽtis spũs adolescẽs, vt Brusio sua pro virili auxilio foret, põtificis haud rei inscii accepto thesauro, equis atq; nõnullis forma & pernicitate insigni, custodibus fœde pulsatis, quo id clam episcopo factũ videretur, nobilib9 cum quibusdam consilii consciis celerius abiit. Cuius in obsequio pace & bello prospera sorte atq; sinistra, ad vitæ exitum fidissime perdurauit. Ab hoc Iacobo, Douglas insignis familia, quę tametsi

nõnihil ante id tẽpus initiũ habuisset, primũ celebre dec9, accepis-
se ferũt. Aucta postea intantũ, vt mole sua laborãs regib9 opũ ma
gnitudine suspecta, vti docebũt sequẽtia, tandẽ sui sibi exitii nõnul
la ex parte in causa fuerit. Cæterũ his rebus factũ est vt Eduardus
veritus ne prospera fortuna elati Scotorũ animi nouã defectionem 54
pararẽt, sedib9 quoq; suis exciretur, ac maiore cũ exercitu obuiam
Roberto pergeret. Sed ad fines Scotię accedẽs graui morbo repẽ
te implicitus vitã finiuit, nullo pœnitẽtię signo dato, nec sacramẽ-
tis ex more acceptis. Vnde fama tenet equitẽ quendã Vvilhelmũ
Banistrũ hora mortis eius in extasi vidisse Eduardũ a dæmoniorũ 50
turba correptũ, grauiterq; flagris cæsum, ad tartara detractũ, eun-
dẽq; quũ ad se redisset mirãdũ in modũ exterritũ, ac paulo post in
morbũ incidisse, nec deinceps vnq̃ visa ex aïo deponere quiuisse. Ita
q; etiã vbi cõualuisset ex morbo, mutata vita, pœnitentiam ad vlti
mã ętatẽ egisse. Sed vera ne an falsa sit ea, nescio fabulã an historiã 55
appellem, meũ iudicare nõ arbitror: tñ vulgatam rem refero. Sed
priusq̃ extremã diẽ obiisset, adducti ad eũ sunt animã iam trahen-
tẽ quinquagita quinq; nobiliũ Scotorũ liberi, impuberes fere oẽs,
quos Kildrũmi castello aliquãdiu oppugnato ea lege tãdẽ in dedi
tionẽ ceperũt vt qđ Eduardo regi videretur id illis fieret. Itaq; vbi 60
adducti in cubiculũ iam ferme moriẽtis rogaret᷑ quidnã faciundũ
de illis cẽseret, nihil ętatis innocẽtia motus, toruo oẽs vultu intui-
tus, crudelissimam de illis sententiã ipse mox ac iustissimi iudicis
subiturus iudiciũ, tulit. Trucidẽtur, inquiẽs, ad vnũ oẽs a furca sus-
pẽsi. Quod & extẽplo factũ est a tyrãnidis eius ministris. Mortuo 65
igit᷑ Eduardo Lãgscanx primo hui9 nõis Angloꝝ regi successit fi-
lius eius in regnũ Eduard9 secũdus, cui cognomẽtũ fuit Carnariua
no a castello quodã in quo natus fuerat. Verũ is paternis insistens
vestigiis, cõtinuo cõciliũ tam nobiliũ Scotiæ q̃ ecclesiasticorũ ad
Dũfres edicit, ac in verba sua iurare adigit, fidẽq; sibi tãq̃ superio- 70
ri ac regi polliceri. Cęterũ nõ oẽs edicto paruere. Augurabant᷑ eñ
fortunę mutationẽ cũ morte Eduardi patris fore, filiũ imprudentẽ
esse, maloq; vti cõsilio. Nã Petri cuiusdã Vasconis natione arbitrio
maxime regebat᷑, q oĩbus erat Anglis, nedum Scotis inuisus. Sed
ii modo quoꝝ pręsens periculũ nisi paruissẽt, aderat, ad diẽ pręsto 75
fuere. Inde retro in Angliã Eduard9 abiit auctur9 copias suas. Nã
legatos ad regẽ Francię mittebat, subsidiũ bello postulãs. Interim
Ioãnes Cumein cõscripto maximo exercitu, partim ex Anglis, par-
timq; ex Scotis, quo nouo regi operã suam probaret, ac gloriam si
qua posset pulsi Roberti sibi pararet, ꝓsequi eũ insistit. Robertus 80

1 id locorũ etsi grauissime decũbens, cõgressum tñ nõ detrectauit. Lectica se in pręliũ portari iussit. Cęterũ hostes nil aliud q̃ multitudine se sua in fugã acturos Robertũ sperãtes, vbi eum viderunt audacissime aduersum se cum exercitu instructo procedentẽ, in fu-
5 gam ipsi conuersi sunt, quos aliquãdiu persequens Robertus multos occidit, nõnullos viuos cepit. Qua victoria ad Henueroure vicum decem prope passuũ millibus ab Aberdonia parta adeo refectus est ex plurimis angustiis vt repente sanitati restitutus sit. In sequenti deinde anno Angli & Scoti duce Donaldo, ab Hebridi-
10 bus magno numero Robertum rursus aggrediuntur. Sed cum expedito exercitu Eduardus Brusius frater Roberti ad fluuiũ Deir illis occurrens, quum acerrima pugna principio vtrinq; certaretur, ancepsq; diu fuisset prælium occiso Rotholando equite aurato cum aliquot nobilibus, quos circum se Rotholandus habebat,
15 in fugam omnes vertit: Donaldum etiam ducem fugientem assequutus, viuum capit. Agrũ inde totũ in circuitu late vastat, prędaq; onustum exercitum cum Donaldo duce captiuo, ouans ad fratrem reducit. His prosperis aliquot præliis Robertus animos suorum metu ac malis aliquandiu alienatos in fauorem sui reducens,
20 magno exercitu Argadiam ingressus, totam eam subiugauit. Dominum autem Argadiæ Alexandrum munito castello sese defendentem, imperiumq; eius reiicientem, in deditionem ea lege accepit, vt cum singulis vestimentis, cum iis quos secum habebat, in Angliam bona fide abiret. Sed Angliam ingressus fato mox
25 functus est. Anno deinde post, Eduardus rex Anglorum, cum magna suorum manu Scotiam ingreditur: vbi cum non minori eum exercitu Scoti (quos in fide habebat) excipientes, vsq; ad Renfrou perduxere nulla acta re memoratu digna, Anglis videlicet segniter ducem sequentibus. Eodem anno ob continua bella, maxi-
30 ma omniũ rerum inopia Scotia affecta est: nusq̃ enim frumentum aduehebatur, agri omnibus partibus ab hostibus infesti, pecora omnia prædę fuerant. Deficientibus igitur consuetis ad victũ animalibus, ad esum se equorum & similium conuerterunt. Anno deinde sequenti Robertus Brusius quacunq; iuerat hostibus prostra-
35 tis aut fugatis, castellis plurimis, sed plærisq; incruento exercitu captis, & igni corruptis, bis vltro Angliam irato ingressus exercitu omnis generis prædas plurimas abegit, eisq; Anglos cladib9 affecit, quibus superioribus annis Scotiam vexauerant. Nihilo tñ minus illi superbi ferociter minitabantur, vlturos se hostes suos
40 suo tempore iactitantes. Perthũ deinde a Roberto captũ, omnesq;

milites tam Angli q̃ Scoti suspendio aut gladio perfidiæ pœnas
dederũt. Plebs veniã ĩpetrauit. Mœnia ac vallũ diruta ac in fossam
cõiecta soloq; ęquata. Dũfreis itẽ Boita, Air, Lamrik, multaq; alia
castella vi aut per deditionem capta. Oppidum præterea Dunel-
mia incendio corruptum. Castellũ fortissimũ Roxburg anno pro- 45
ximo a domino Iacobo Douglas in festis Bacchanalibus, quum
omnes homines metu abstinentiæ instantis, vino libidinibusq; in-
dulgent, neglectius a vigiliis tutatum, captũ est. Eodem quoq; an-
no castellum Edinburg a Thoma Ranulpho, comite postea Mo-
rauię Roberti regis nepote ex sorore expugnatum. Mona quoq; in 50
sula a Roberto capta, ac in fidẽ recepta. Quotquot vero a Rober-
to capta fuere, omnia diruta sunt, præterq̃ vnum Beruiciũ: qua ex
re magna postmodũ mala euenere. Interea Eduardus Brusius ca-
stellum Sterlingũ in colle in immensum edito ac vndequaq; præ-
cipiti situm, præterq̃ qua via ad castelli portam ducit, præangu- 55
sta, oppugnare parat, ratus si id expugnasset, nominis sui apud ho-
stes pariter & socios gloriam magnam fore. Omnia vero quęcũq;
locis & vrbibus expugnandis adhiberi cõsilia possent nequicq̃ ten
tans, tempus frustra terebat. Nam pręterq̃ φ locus natura muni-
tissimus ac fortissimis mœnibus castellũ inexpugnabile erat, prę- 60
erat pręsidio acerrim9 vir ac in primis rei bellicę perit9 Philippus
Moubrai, natione Scotus, sed Anglorũ sequutus partes. Frumenti
etiã satis magna vis, vt longissimę obsidioni sufficere posset, erat.
Animi igitur anxius Eduardus, quid agendum esset obsidendo ne
persequeretur, quod magnarũ erat impẽsarum longiq; laboris, an 65
ab obsidione discederet: sed id probrũ reputabat ab re infecta quã
tanto animo conceperit discedere, medium quoddã consilium vti
arbitrabatur, capere cogitat, quod non obsidionẽ omnino aut rem
infectam relinqueret, animum videlicet Philippi tentare primum
(q̃q̃ exigua spe) vt se ac castellum in manus suas dedat: nõ mino- 70
rem eum hoc facto apud Robertũ fratrem, q̃ nunc sit apud Eduar
dum regem, fore pollicens. Quę cum is aspernaretur, non omnino
a proditione abhorrens, aliam conditionẽ effectu haud sane diffici
lem sed stolidam proponit, vti si Angli hoc anno suppetias castel-
lo non venirent, tum Philippus id Scotis traderet, conditio profe- 75
cto non admodũ prudenti consilio ab Eduardo Brusio inita. Nam
qs crederet Regẽ tũ opulẽtũ, tãtis societatib9 potẽtẽ aduersus ꝓ
fligatos, suis subsidio non venturũ? aut quis tam longis induciis,
quibus omnes copię contrahi possent, talem regem in se pactis cõ-
citare non vereret? Sũme igitur Roberto facta fratris displicebãt, 80

1 nec tamen audebat fidem eius iritam facere, ne quicq̃ tumultus aut
seditionis inde oriretur. Bellum etiam quocũq; modo agatur cũ An
glo fore arbitrabatur. Eduardus interim rex Angliæ missis ad oĩm
principes regionum, quos sibi amicos habebat, legatis, auxilia cõuo
5 cat, & eo facilius ꝙ exercitui post victoriam Scotiam diuidendam
pollicebatur, impetrat. Itaq; non solum conscripti a principibus re-
gionum ac destinati subuenerunt, sed voluntarii plurimi, quorum te
nuis atq; exigua domi res erat, diuitias ac opes breui cõseq sperãtes:
Cõiuges quoq; ac liberos secum cũ omni supellectili quã ferre pote-
10 rant aut iumentis siqua habebant imponẽtes, secum adducebãt. Na
tiones autem ex quibus Anglis subsidium missum, hę fere nominan
tur, Hollandia, Zelandia, Brabantia, Flandria, Picardia, Bolonia, Ga
sconia, Normannia, Aquitania, Bordegalia: quæ omnes tum aut An
glorum sub ditione aut eis confœderatę erant. Scoti quoq; plurimi,
15 florentibus Anglorum rebus adhęrentes. Angli vero quanti ex nul
la alia regione vna. Numerũ omnium quos tum peditum equitumq;
Anglus contraxerat, hunc ferunt videlicet centum quinquaginta pe
ditum milia, & totidẽ fere equitum: Immensus præterea calonum ac
lixarum eorumq; qui cõmeatum adferebant, tum vxorum, liberorũ
20 ac ancillarum turba ingens accedebat, vt nullus ordo, nulla discipli
na militaris in tanta hominum colluuie haberi potuerit. Mixti erant
vxores ac liberi viris armatis. Clamor vbiq; ac maximus strepit9, vt
in tanta multitudine ac linguarum diuersitate, in immensum perso-
nabat. Dux ipse copiis tantis insolens nihilo melius q̃ vulgus rẽ cu-
25 rabat. Nam quum iam Scotię appropinquarent, conuocatis primo-
ribus, quo maxime supplicio Robertum velut iam captum, excrucia-
tum necare dignum censerẽt, consultabat. Adduxerat præterea Car
melitani ordinis monachum quempiam, qui carmine destructionem
Scotiæ, Anglorumq; victoriam caneret. Multaq; imperite ac feroci-
30 ter a duce primum, inde a tota turba in Scotos iactabantur. Ex ad-
uersa parte Robertus omnia prudenter ac explorate agere, cum tri-
ginta milibus peditum equitumq; veteranis plęrisq; militibus obui-
am hosti procedens castra loco plano ponit, seu viribus suorum con
fidens, seu contemptum sui hostibus audaci consilio adimens. Quod
35 ita euenit: nam admirantibus plærisq; tantam ducis audaciam, re-
spondisse quidam quidam feruntur, non sine maxima cæde victori-
am quibuscunq; eã superi dabunt, comparaturos, considerantes vide
licet ducis peritiam virtutemq;, ac veterani robur exercitus, innume-
ris pœne victoriis atq; cædibus indurati. Addiderat præterea dolũ
40 Robertus consiliis audacibus, fossas q̃ potuit maximas, qua prælium

R

futurum arbitrabatur, impoſitis ſudibus pręacutis, ceſpiteq; viridi le uiter ſuperiniecto, fecerat, vt pedes modo, nec multũ frequẽs creber trãſire poſſet: ſed vbi oĩs multitudo ingrueret, aut eques trãſire cona retur, tum ſuſtentacula omnia corruerent. His ita diſpoſitis Anglos eodem loco expectat. Præterfluebat autẽ caſtra fluuius nomine Ban 45 nafborn prælio hoc plurimũ celebris. Sed vbi iam nõ plus mille paſ ſibus caſtra caſtris diſtarent. Eduardus rex octingentos equites oc culto tramite ad Philippum, quem Sterlingo caſtello præſidio fuiſ ſe ſupra ſcripſimus, vt ipſum & exercitum adeſſe ſciret, mittit. Quos Robertus caſtris exeuntes animaduertens, velut a populationibus 50 eos prohibiturus, quingentos contra equites duce Thoma Ranul pho homine impigro mittit. Quos vbi ad ſe venientes vident An gli, conuerſo curſu ſubſiſtunt, diuq; in conſpectu vtriuſq; exercitus acerrimam vtriq; pugnam edunt. Sed Duglas Ranulphi æmulus, quum longiorem videret concertationem, metueretq; ne multitu 55 dine Ranulphus ab Anglis opprimeretur, poteſtatem a Rober to rege orat depoſita ęmulatione, vt ſubſidio venire liceret: quod vbi ille iterum atq; iterum negaret, tandem tamen cum paucis au thoritate ſua caſtra exiuit terrendi ſaltem cauſa, ſi quid iuuare poſ ſit. Sed quum iam certantibus appropinquaret ac hoſtium cumu 60 los cæſorum, ſuoſq; victores videret, ſubſiſtit, ſpectator potius vir tutis inimici eſſe, q̃ vel tantulæ gloriæ præreptor, præoptans: tan dem abſoluta pugna ipſe cum ſuis, ac Ranulpho victoria trium phante in caſtra reuertitur. Hanc pugnam veluti omen reliqui euen tus fore omnes ſperabant, qui in caſtris Bruſii erant. At hoſtes par 65 ui hoc faciebant, deuictam eſſe equitum alam: quum nondum ex di midio hoſtes numero excelluiſſent, eſſe vero multo plures in caſtris q̃ triplo aut quadruplo equites pediteſq;. Cæterum Anglus ratus Scotos victoria ferociores, præliũ non detrectaturos, ſignũ pugnæ ĩ diem craſtinũ proponit. Idem facit Robertus, ſi qua poſſet in foſſas 70 pręparatas per hoſtem trahere. Interea vnũquẽq; arma expedire iu bet, ac ſeſe deo pręparare, confitendo ſacerdotibus delicta, ac deũ ve niam orando, vt in poſterum diem re ſacra audita, ac ſumpto Chriſti corpore idonei prælium conſerere, ac victoria potiri poſſint. In ca ſtris hoſtium ampliſſima ſibi quiſq; ſperabat, vnius diei labore exi 75 guo diuitias ingentes ac agros (quæ antea ne per ſomnium quidem ſperauerant) ampliſſimos habituros: nihil vero facilius effecturos ſeſe arbitrabantur q̃ primo impetu hoſtes proterere. Nocte aũt quũ Robertus de rebus ſuis ſollicitus, quietem nullam prope corpori da 80 ret, precibus vacans, aut omnia animo voluens, intento eo cum qui

1 busdam ac in preces cōuerso (orabat autem deum ac sanctum Philanum, cuius Brachium inclusum argento in exercitu se habere credebat, vt victoriam propitii dare vellent) visum est brachium argenteum, cui inclusum verum fuerat, repente apertum, ac rursum
5 in nictu oculi clausum nullo accedente, nec se mouente quopiam. Quod quum mirandum videretur, sacerdos ad altare accessit, quid actum esset inspecturus: vbi vidit verum inesse brachium, exclamans, vere numen adesse diuinum, confessus est factum suum regi, quod roganti brachium Sancti Philani, capsulam tãtũ argen-
10 team, veritus ne in tumultu perderetur, exempto vero brachio vacuum dederit. Plenus igitur rex spe reliquum noctis in precibus ac gratiis agendis perseuerabat. Postero die præparatis omnibus ad rem sacram milites conuocat, iubetq; omnes Christi corpus quo robustiores spiritu essent, sumere. Erat in exercitu Abbas insulę missa-
15 rum, nomine Mauricius, qui ex editiusculo loco tum rem diuinam faciebat, is regi eucharistiam ac nobilibus administrabat: deinde a reliquis sacerdotibus idem factum cæteris militibus. Quibus omnibus ex more christiano peractis, conuocatisq; deinde ad concionem & solitam exhortationem per præconem militibus, huius-
20 modi apud eos verba Robertus habuisse fertur. Quanta nobis milites pugnandi incumbat necessitas, credo vos me etiam tacente intelligere. Videtis enim non Anglicanum modo exercitum, aut non solum ex subditis Anglicanæ ditionis regionibus conscriptum qui vos illorum potentiæ subigat: sed ex omnibus vicinis regioni-
25 bus conuocatos cum vxoribus ac liberis aduersum nos venire, vt profligatis nobis ipsi nostra occupent, agros nostros ipsi colant, ipsi ædes nostras inhabitent, templa ac sacra nostra ipsi frequentent: deniq; deletis nobis cum ipso etiam nomine, ipsi omnia nostra possideant. Cōsuli etiam licet stolidissime ab hostium ducibus igna-
30 uissimis hominibus audio qua nos pœna, priusq̃ in manus eorum venerimus, excruciatos q̃maxime, crudelissime trucidare debeant. Næ illi profecto sentient (quales vos ego viros cognoui) aduersum quos talia consuluerint. Qui enim homines talia aduersum vos milites strenuissimos & tantis victoriis induratos, cogitare immo
35 minari audent? electi scilicet fortissimi quiq; ex omnibus regionibus? immo regionum omnium fex impurissima. Arma a pueris ferre assueti, ac rei militaris scientia imbuti? immo scorta contrectare soliti, ac omnibus libidinibus immersi. Qui vbi in patria non agrum, Quid dico agrum? non villam, non larem familiarem vllum
40 habuerint, aut si habuerint, per luxũ absumpserint, vos illi ignauissi-

mi fortissimos, imbelles bellicosissimos sedibus ac focis eiicere conantur. Difficile erit hos perinde ac pecora conculcatos iugulare? vt omittam etiam si eximia omnes virtute essent, tamen ne tum quidem vobis timendum, nec minus audendum esse. Nam quo nobis iustior defendendi q̃ illis inuadendi causa est, eo quoq; nobis fauentiores superos q̃ illis fore confidimus. Nihil vero vbi deus propitius est, hostium potest multitudo. Quem certe nobis propitium singularibus miraculis compertum habemus, quæ vobis nota iam esse & ad omnium aures peruenisse scio. Quamobrem bono (quod facitis) animo confusam eam multitudinem inuadite, ac quo plures eos existimatis, eo vobis prædam ac spolia fore maiora, animis cogitate. His verbis suos adhortatus est Robertus. Eduardus ex altera parte in aciem eduxit mandato cuiuslibet nationis ducibus dato, vt suos quisq; vernacula lingua moneret, hortareturq; vt memores essent, si fortiter vnam aut alteram horam, operam nauassent, se ingentes diuitias opesq; habituros: turpeq; esse cum semel patriam exiuerint, æque atq; prius inopes addita insuper ignauiæ nota domum reuerti. Exeuntes vix auelli ab vxoribus ac liberis potuere: tamen a ducibus castigati tandem in ordinem redacti sunt. Sagittarii ex cornibus stetere permixti equitibus, phalanx in medio constituta est. Cæterum parum ad veram pugnam animati putabant aspectum tantorum hominum equorumq; hostes non sustentaturos. Quæ opinio forte quadam aucta est. Robertus etenim, quum omnes pariter pedites equitesq; relictis equis quo æquato periculo inuicem magis fidentes cohęrerent, pedibus pugnare iussisset, procedens ante signa Mauricius, quem supra rē sacrā fecisse memorauimus, arrepta duabus manibus cruce, in qua Christus crucifixus pendebat, ostentansq; eam militibus, vt eius nomine bono animo patriam defenderent, in eoq; solo confiderent, ad pugnam eduxit, ac vbi aliquantum adhuc acies vtrinq; abessent, deo sese cunctos in terram prostratos commendare mandat. Quod vbi hostes videre, deditionem eos supplices facere clamant vniuersi. Sed mox vbi consurgentes maximo impetu in sese omnes incurrere vident, conuerso metu sibi quisq; timere cœpit. Primo igitur impetu plurimi cecidere. Sed retardauerunt nōnihil victoriam iaculatores in cornibus consistentes, latera hostium telis creberrimis impetētes. Cęterū qui ad impedimēta relicti erāt, ꝓ viribus quoq; audendū aliquid rati, quoniā ferrei thoraces deerant, indusia lintea & candida supra vestimenta induentes, ac mappas hastis alligantes, sumptis baculis longis, quibus hastæ deerāt, ita decumana porta castra egrediun

1 tur,ac sese paulum ad montem circunducunt.Itaqꝫ de monte descen
dentes terribiliorem hostibus aspectum præbuere.Pars alium aduẽ-
tare insuper exercitum rati,cum istos vix sustinerent, alii angelos de
cælo Scotis subsidio venientes arbitrati, terga verterũt,initio fugæ
5 a rege facto,quẽ primũ metus perculit. Itaqꝫ strages ibi maxima fie-
bat aliis super alios ex trepidatione incũbentibus:qui vero diuersim
fugam cepere,magno numero in foueas præparatas conciderũt: sed
nec minimã cladem calones intulerunt Anglis.Nam haudquaꝗ̃ ge-
nerosorum militum more,vbi periculum est consistentes:victoria ve
10 ro potitos,quã ab aliis accipiant, supra om̃es mortales sęuos ac cru
deles videas irruentes. Cæterum fugientem Eduardum regẽ vix ani
mus Scotis tantis cædibus lassis ꝓsequẽdi fuit,tamen Duglas iussu
Roberti cum quadringentis equitibus persecutus , ac ad castellum
Dũbar assecutus,e manibus haudquaꝗ̃ emisisset,ni receptus a comi
15 te Merchiarum per mare in Angliam esset nactus effugium. Ita qui
modo innumerabilibus copiis superbus incessit, haud dissimili Xer
xis spectaculo,vna aut altera scapha vix in Angliam summo cũ dis-
crimine euasit.Cecidere eo prælio ab Anglis milia qnquaginta:Eq-
tes autem aurati, ducenti cum duce Gouerniæ : duo tm̃ Scotorum
20 equitum auratorum desiderati sunt, Vvilhelmus a Vetere ponte &
Vvalterus Rossensis, vulgi vero periere haud amplius quatuor mi-
lia.Sed pręter Scotos,oppetiit etiã Ægidius Argẽtinensis Anglus
nobilissim9 & eques auratus.Cuius mortẽ Robertus veluti viri sem
per amicissimi,ita ægre tulit,vt a plærisqꝫ nobilium haud mediocri-
25 ter obiurgaretur: veluti luctũ cõmuni gaudio (qđ tunc faciendum
erat)immiscuisset.Spolia tanta fuere auri argẽtiqꝫ, ac reliquæ supel
lectilis, vt ex maxima inopia quam ex diuturnis bellis perpetieban-
tur,affluentes om̃es ea victoria facti fuerint.Nam prętereꝗ̃ ꝙ ex spo-
liis collectum fuit, haud imparem numerum ex captiuis redemptis
30 confecere.Vxor itaqꝫ Roberti cõmutata cum nobili quodã viro,quę
annis ferme octo captiua fuerat,liberata est.Tapetes autẽ quos mul
tos ex regio ceperat tentorio ex Bisso preciosissima auro intextos
cœnobiis prædicatorum per regnum diuisit, vt inde ad sacrorum
vsum ornamenta fierent:quæ hac nostra adhuc extant memoria.Ne
35 qꝫ hoc quidem silentio prętereundum,Carmelitanum eum quem ad
ductum ab Eduardo Anglorum rege,ad victoriam & Scotię destru
ctionem conscribendam supra conscripsimus, cũ in manus viuus ve
nisset,iussu Roberti stilo conuerso Scotorũ victoriam carmine po-
steritati prodidisse, barbaro quidem illo, sed illi seculo haud quaꝗ̃
40 contemnendo.Miracula quidam huic prælio adiiciunt.In Glassim-

bri pridie Ioãnis ad Abbatem duo viri insignes armis venere,hospitium illius noctis petentes:qui benigne excepti, rogatiq; quonam ꝓficiscerentur,responderũt se ad Bannocborn auxilio Scotis in posterum diem ituros.Sed inde in conclaue ducti,quum summo mane curator hospitum inspectum eos,vt fit,venisset, quoniã nemo comparuit,grabataq; composita mansere, ideo creditum est angelos e cęlo missos,ac singulare dei auxilium eo die Scotis adfuisse. Quo die autem pugnatum fuit, eques quidam fulgentibus armis Aberdoniam transiens victoriam Scotorum maximã nunciauit:ideq; visus est Pictorum Bosphorum equo traiecisse. Vulgo autẽ habitus fuit diuus Magnus Orcadum quondam princeps. Robertus vero Brusius fama rei illius motus Orcadẽse templum quinq; libris Sterlingiis ex portoriis & vectigalibus Aberdonensis oppidi quotannis recipiendis donauit,ad panem,vinum, cęramq; sacris faciundis comparãda: neq; Roberti Flemein quo indice Ioannis Cumein perfidiã vltus fuerat,in se officii oblitus,agris enim a Cũmirnald ob maiestatis crimẽ Ioãnis hæredibus ademptis hoiem donauit: a quo egregiam familiã Flemein cognomine nobiscum ꝑseuerantem, genus traxisse asseuerant.Ferunt & duos Brabantini sanguinis equites ab Eduardo amice ad cõmilitium compellatos,pridie q̃ concurrerent acies,quum audirent in Anglorum castris,infinita prope conuicia,non absq; multa detrectatione in Robertum regem iactari:orta cõmiseratione,ei fœlicitatẽ in futura pugna,publice cõprecatos,& ea re ad Anglũ delata,eo iubente,pulsos castris,atq; ad Robertum vt eius partes sequerentur ꝑ fœcialẽ ductos,publiceq; edictum, vt qui alterius ipsorum caput,confecto prælio ad regem Eduardum deferret,centum argẽti marcas ꝓ munere acciperet:Postridieq; Scotis victoria cedente,eosdem equites præterea ingenti præda potitos,eamq; oẽm eos amplis donatos muneribus,rege Roberto permittente in Brabãtiam aspertasse.Ibidemq; postea diuersorium Scotiam nomine (qđ Antuerpię vel hac cernimus ætate) Brusii effigie notissimum ingenti sumptu ad Scotorum vsum ædificasse.Monimẽto perpetuo quanta beneuolentia & q̃ grato ac memori animo in Robertum regem eiusq; populum generosi illi viri fuerint. Bello hoc perfecto Robertus cõsilium ordinum omnium regni ad Air edixit, vbi rex confirmatus est ab omnibus & de successione regni omnium consensu ita decretum, vt si legitima Roberto soboles mascula deficeret, ad Eduardum Brusium fratrem eius transferretur, qui si absq; liberis masculis moreretur, tum ad Marioram Roberti filiam rediret, indeq; successio ordinata maneret. Præterea si & ipse & frater eius Eduardus

1 priusq̃ ad maturam ætatem hæres peruenisset, defuncti essent Thomas Ranulphus regni sit gubernator, donec regno legitima hæredi foret ætas. Ad hæc vt Mariora ex magnatium consilio elocetur, cui id videbitur ex vsu regni fore q̃ opportunissimum: nec eam rem
5 diuturna accepit dilatio. Marioram etenim cõmuni omniũ suffragio nobilissimo viro Vualtero Stuart, regni Senescallo, pater matrimonio copulauit. Hãc ex Isabella Gauthenai Marrię comitis sorore, priori cõiuge, susceperat rex Robertus, qua absumpta fatis, Elisabeth filiam comitis Hullister, in secundã coniugẽ accepit. Natæq; sunt ex
10 eo cõnubio filię duę, Margarita quæ Suthirlandiæ comiti deuincta Ioannẽ filiũ pariendo interiit: & Matildis in Cunis defuncta: ac prę ter eas, proles vna virilis sexus Dauid nomine vicesimo secundo circiter Roberti principatus anno, qui patri in regnum postea successurus est. Nuptiis Mariorę atq; Roberti Stuart ingenti pompa & ap-
15 paratu confectis, Robertus oppida omnia Scotiæ lustrat, & eorum priuilegia confirmat, pręcipue Perthi, Deidoni, ac Aberdonię, nõnullis insuper additis nouis. Anno deinde subsecuto. Hiberni longa Anglorum tyrannide oppressi, occasionem recuperandę libertatis deuictis eis a Scotis, rati, simul admirantes virtutem modestiamq; Ro-
20 berti Brusii ac fratris eius Eduardi Brusii, hunc per legatos ad liberandam pariter Hiberniam, ac regnum accipiendum accersunt. Qui paucula manu a fratre accepta, in Hiberniam traiicit, ac iunctis illorum copiis Vlconiam magna cæde Anglorum recipit. Quibus peractis ordinum omniũ voluntate sentẽtiaq; rex declaratur: quod vt fa-
25 ctum maneret, legatos ex primoribus Hibernię ad Pontificem mittunt, vt ratum habere velit, quod in salutem suam egissent. Quum tyrannidem Anglorum diutius ferre non possent, multa de iure suo disserentes, q̃ per Pontificem quempiam natione Anglum in seruitutem redacti, quod forsan tolerandum esset, si dominus tantũ non
30 etiam simul omnia essent mutata: Sed cædes fieri tam frequentes ab Anglorum præfectis, quasi nõ peius ęstimarent virum bonum q̃ canem trucidare, id vero diutius tolerãdũ nõ fuisse. Cęterum sæpe a Põtifice Angli multi vti ab Hibernia in totum discederent, frustra eius verba habuere. Robertus vero anno posteaq̃ Eduardus Hiber-
35 niam ingressus erat, relicto in finibus aduersus Anglorum incursiones modico pręsidio, cũ reliquo exercitu in Hiberniã subsidio fratri venturus traiicit. Sed fœda multa perpessus, præsertim ex fame, cũ vsq; ad equos absumendos ventũ esset, tandem quũ haud longius vnius diei itinere a fratre abesset, cõmissum est inconsulte pręliũ ab Eduar
40 do Brusio inexpectato fratre, seu q̃ aduentum eius tam propinquũ

ignorabat, seu cupiditate gloriæ, ne frater partem illius sibi vendica
ret, de summa rerũ decernere maturans: In prælio vero videns iã la-
bantes suorum animos, fortissime pugnans, vt nomen ac genus de-
cuit, cecidit. Sed interea Eduardus rex Angliæ, vbi in Hiberniã Ro
bertum Brusium transmisisse audiuit, illud esse tempus ratus denuo 45
aliquid tentãdi, sine custode ac præsidio desertũ credẽs regnũ ipsum
cum ingenti exercitu aggreditur. Verum ad limites cum præsidio
Duglasseus relictus, obuiam hosti procedit, prælioq; commisso glo
riosam reportauit victoriam, tribus hostiũ ducibus interfectis, quo-
rum vnum sua manu occiderat. Terra igitur se Eduardus imparem 50
cognoscens: mari, qua parte plus semper Angli Scotis valuerãt, age
re aliquid, dum Robertus (quem plurimũ metuebat) abesset, sta-
tuens, classem instructã in Forthiam appulit, lateq; terrã omnem po
pulationibus ac incendiis infestat. Quorum aduentum comes Fifen-
sis vbi audiuisset, vagos ac sparsos excipi nõnullos posse ratus, cum 55
quingentis non amplius ad formam eorum se confert, quo aduenies
maiorem deprehendens multitudinem q̃ vt ipse tolerando cum suis
certamini esset, territus retro se nonnihil recepit. Verum episcopus
Dunkeldensis Vvilhelmus a Sancto Claro cum sexaginta expedi-
tis, ac bene armatis equitibus illi occurrens, cedentẽ increpans hor- 60
tatur vt sequeretur se, bonam spem in deo haberet, cætera illi curæ
fore. Itaq; episcopum præcedentem non subsequi probrum ac dede-
cus existimantes vel maximũ, alacri animo omnes accurrunt, ac incõ
positam q̃uis magnam Anglorum inuadunt multitudinem, quingẽ
ti eo congressu Anglorum cecidere, reliqui perterriti trepidantes ad 65
naues concurrerunt, ac cum qua proximum erat cuiq; naues ascende
rent, tot vnam nauem ingressi sunt, vt ea nimio pondere depressa in
conspectu hostium exigua ab litore intercapedine cum omnibus ve-
ctoribus submergeretur. Eo facto episcopus Dunkeldensis tam gra
tus Roberto fact9 est, vt episcopũ deinceps suũ illũ appellarit. Eodẽ 70
tẽpore Robertus Stuart Vvalteri Stuart, & Marioræ fili9, q postea
regnũ obtinuit, nat9 est. Duob9 vero post annis Thomas Ranulph9
Angliam Aquilonarẽ ingressus nullo resistente opimas prædas ab-
egit, Beruiciũq;, quod viginti annis ab Anglis occupatũ fuerat, cu-
iusdam Angli cui nomen Spaldein erat receptũ est opera, qui agris 75
donatus a Roberto in Angusia procul a limitibus Angliæ postea cõ
sedit. Extat ibidẽ huius viri posteritas. Anno deinde post, Beruicium
Eduardus Angliæ Rex obsedit: sed quũ segnis ea oppugnatio esset,
haud sine pudore nulla memorabili re acta domũ rediit. Mortua eis-
dem fere temporib9 Mariora Roberti filia relicto filio vnico adhuc 80

1 puero, Roberto Stuart, qui postea Rex Scotiæ creatus est. Induciæ inde aliquantuli tẽporis inter Reges & regna factę. Pacatis vtrinq; rebus, Robertus indicto Perthum procerũ conuẽtu mãdauit vt cũcti instrumenta possessionis iustę prędiorũ suorũ secũ adferrent, quę quũ multi non haberent, arma secũ sua tulere. Itaq; poscente rege vt
5 instrumenta ostenderent, arma protulere. Quare inopinato Rex conturbatus, dissimulata tamen ira collaudauit eos, vt viros fortes, qui possessiones suas armis tutarentur, attamen occultã animo fouebat iram, quę opportuno tẽpore eruptura esset. Quod cũ illos nõ lateret faciendũ aliquid rati, prius q̃ pati deberent, cõspirant inter se nõnulli
10 de tradendo regno in manus Eduardi Anglorũ Regis. Neq; ea res clam rege fuit, indicata per coniurationis sociũ, sed quo facilius dep̃hendi rei veritas posset ac manifeste cõuinci, tacitus expectat, quoad literas singuli per nũciũ ad Anglum mitterẽt. Itaq; die horaq; ab indice ad regem perlata, imposito in via pręsidio qua literę ferendę ad
15 Eduardum erant, nũciũ appręhendunt, ac sine vllo tumultu cõtinuo ad Regem adducũt: apertis literis cõiuratos omnes ex literis cognitos ad se vocat, vti de rebus aliis aliquibus acturus: qui quũ aduenissent, prolatis literis rogat eos Rex, num sigillũ quisq; suũ agnosceret? Quę quũ taciti cõfiterent circũuentos se vidẽtes dati sunt custo
20 dię. E uestigio vero Rex Beruiciũ profectus Vvilhelmũ Soulis præfectũ pręsidii sociũ huius conspirationis compręhẽdit. Quem simili modo ad se vocatũ proditionis arguit, ac Perthum ducit. Consilioq; illuc confestim vocato (quod exinde parlamentũ nigrum vernacula lingua vocatũ est) Dauidem Abretheni ex sorore nepotẽ inter pri-
25 mos causam dicere subigit. Nam eum ꝙ a coniuratis sollicitatus eis non assentiebatur, licet quia coniurationem clam semper habuerat, culpę vtcũq; affinis erat, liberari tamẽ cupiebat, si qui deprecatores intercessissent. Cęterũ capitis cõdemnatũ, quoniã nemo mortẽ dep̃caretur, sentẽtiã haud quaq̃ reuocatã (Nam turpe id visum fuisset)
30 exequi iussit. Postero die cęteris coniuratis ad tribunal perductis, similem de illis sententiã pronũciat, ac insuper vt proditorũ more, religatis ad equorũ caudas pedibus, ad supplicii traherentur locũ. Tũ coniuratorũ amici vndiq; exoriri, sordidati ac supplices ad Regem accurrere, pœnãq; deprecari. Verũ rex omniũ auersatus preces, prę-
35 terlapsum, inquit, indulgentię ac venię hesterno die tẽpus est, quum innoxiũ pœne prę his Dauidem meũ ad mortẽ omnes æquo animo duci cõtuebamini. Nũc quũ in vestris necessariis periculum meritũ cernitis, dep̃catores adestis. Agite, inq̃t, ad pręfectos rerũ capitaliũ,
40 exequimini, quod est officiũ vestrũ, idq; q̃ primũ. Accusati vero erãt

& alii multi, videlicet Vvalterus Maxvvel, & Vvalterus Barclay Aberdonensis vicecomes, & Patricius Graim. Insuper Hamelinus Nedrintoun, & Eustathius a Rathre equites aurati: & pter eos octo milites. Sed quoniã manifeste cõuinci nõ potuere, dimissi sunt. Prędia comitis Buthquhanię ibidẽ cęsi in duas diuisa partes: Alteram 45 Vvilhelmus Haï, quẽ rex in locũ Ioannis Quinci eandẽ ob coniurationẽ occisi Comestabulem suffecerat, beneficio regio habuit. Alterã Vvilhelmus Reth cũ magistratu Senescalli accepit. Eodem tẽpore Anglię Rex Eduardus missis ad Pontificem literis, grauiter de Scotis questus est, ꝙ se ne minimũ quidẽ spatii respirare a bello sinerẽt: 50 sese sicuti maiores suos cupidissimũ esse, rem Christianã copiis suis iuuandi. Verum per importunitatem Scotorum, quietem a bello domestico nullam habere, nedum extra regnum eo tempore exercitum posse emittere. Quamobrem orare ac obsecrare, vt si pacem suorum amet, si afflictos a Turcis miseros Christianos miseretur, authoritate 55 sua furentem assiduo bello Scotiam compescat. His atq; aliis multis verbis Pontificem Romanum aduersus Scotiam incitat: quũ ipse ac pater eius omniũ eiusmodi bellorum authores fuissent. Missis igitur a Pontifice ad Robertum Scotorũ Regem legatis, grauiter per eos questus est de inquietudine ipsorum in pleno consilio (Nam vbi 60 Robertus legatos aduenisse intellexerat omniũ ordinũ primates ad consilium hanc ob rem vocauerat) nunq̃ rem Christianam tranquillã fore dictitans, si pergant intestinis bellis seipsos conturbare, Turcam hostem maximũ ac florentissimũ nobis Christianæ ditionis ademisse partem, instare vt vlterius quotidie progrediatur, fines suos 65 prolongando, ac a nobis decerpendo, tempus aliquando fore (et si modo longe distare ac abesse videatur) cum regionibus forsitan vestris imminẽtem (quod superi prohibere velint) videbitis. Legatis consilio exire iussis Senatũ rex super hac re consulit. Qui ad consiliũ vocati a Rege erant hos fere principes numerant, Duncanũ comitẽ 70 Fifensem, Thomam Ranulphum comitem Morauię, Patriciũ Dunbar Merchiarum comitem, Malisium comitẽ Strathernensem, Malcolmũ comitem Lennocẽsem, Vvilhelmũ comitem Rossensem, Magnum comitem Cathanię & Orcadiæ, Vvilhelmũ comitem Suthirlandiæ, Vvalterum Senescallum Scotię præter quos multi adfuere, 75 episcopi, Abbates, Baronesq;, quos enumerare longum foret. Ibi inter eos ferocissimus quisq; fraudem Angli indignantes, grauissime aduersus Anglos sententiam dicunt, ac statim bellum renouandum decernunt: nec dignũ legatis responsum dari: Nam quis non intelligat non adeo stupidum Pontificem Romanũ esse, vt tãto tempore 80

1 iactatis duobus regnis grauissimo bello, causam nondum belli sci-
retᷓ nec per quos incœptum sit, cognosceretᷓ Alii quibus mitiora in-
genia erant, vtcūq; se res haberet, si verbis gratia ac fauor Pontificis
tueri possit, nunq̄ committendum, vt ea contemnatur. Itaq; benigne
5 respōdere legatis, ac precari per eos Pontificem ne se tales existimet,
vt reipublicæ Christianæ obesse velint, Immo nihil se magis pace
Anglorum cupere, si ex animo velint, cæterum probe sese dolum ac
simulationem Anglorum noscere, videlicet vt Pontificis authoritate
bellum gerere videantur. Nam cum nihil eis in Scotiam esset iuris,
10 vt quæ plus nonaginta sex reges ex sua gente continuos habuerit,
modo vbi regia stirps deficere cœpisset, per dolum ac vim regnum
Scotiæ inuaserant. Itaq; prius cupiditatem illorum comprimendam
esse, tum si quid in Scotis corrigēdum esset, neutiq̄ se pōtificiam ca-
stigationem recusaturos. Hæc reuocatis rursum in consilium lega-
15 tis, coram eis cuncta repetita sunt. Inde cōsilium dimissum, ac legati
sic frustra domū sunt reuersi. Pauco igitur interiecto tēpore Brusius
cū valida manu Angliā ingressus vsq; ad agrū petrosum vbi vetus
crux regū Stammorn vulgo omnia incendio ac populationibus va-
stauit. Quibus malis iritatus Anglus, cōscripto maximo exercitu ire
20 hostibus obuiā parat. Centū enim ei peditū equitūq; milia fuisse non
nulli tradunt. Sed iam Robertus reductis suis pręceperat vt omnia
ex agris in oppida aut castella munita aut impellerent aut inferrēt:
pecora, frumentū, supellectilem, & quicquid hostiū cōmeatū iuuare,
aut ab eis asportari corrumpive posset, Quo factū est, vt Angli Sco
25 tiam vsq; ad Edinburgum ingressi, inopia commeatus, ante decimū
quintum diem hostium agro excedere cogerētur. Redeuntes autem
indignatione rei, veluti contumelia commoti, in omne facinus pręci-
pites ruūt, cœnobium Melrosarū spoliant, monachos ægrotos, qui
fuga euadere nō poterant, interficiunt: & quod summū nefas est, eu-
30 charistiam arcula eximentes, in ligneā coniiciunt pyxidem, auaritiæ
causa id qđ inter mortales sacratissimū est dispoliātes, ac veluti sedi
bus suis deum more Luciferi eiicere conantes. Monasterium insuper
Dryburgense cū quibusdā pręterea sacris locis exurunt. Igitur Ro-
bertus eodē anno infesto iterū exercitu vlturus scelera patrata, An-
35 gliam ingreditur: prosperoq; successu oppida multa ac pagos Ebo-
racū vsq; igni, cędibus, deuastationibus infestat, & ad Bilandum cū
Eduardo cōgressus fœlici successu pugnat, cęsis q̄ plurimis Anglo-
rū simul & Normanorū militibus. Ex fuga Anglorū Ioannes, Britā-
nus & Hericus Souly & alii nobiles cōplures, ad monasteriū regiæ
40 vallis cōfugiētes, capti sunt, ac data grandi pecunia, dimissi. Cū ma-

gno itaq; suorũ gaudio & sua gloria in Scotiam Robertus reuersus
est. Anno insequenti idẽ Robertus legationes duas misit, vnã ad Ro
manorũ Põtificẽ ecclesiasticorũ virorꝝ, q̃ eũ a Scotis iã diu ꝑ Anglos
alienatũ recõcilient. Quod impetratũ est ꝑfacile, vbi pręsentes cau-
sam Scotorũ æquissimã, ac iniquitatẽ Anglorũ declarassent. Alterã 45
procerũ regni ad regẽ Francorũ pro renouando veteri fœdere. Nec
illi repulsam passi, ex sentẽtia rẽ cõfecere. Sed ad antiquas fœderis le
ges cũ Gallis id additũ, si alterutrius regis soboles deficeret, nec re-
gni certus constaret hęres, tum per primores id regni arbitros discu
teretur, & non solũ quẽq̃ non declaratũ regem, regnũ occupare non 50
permitteret, sed summa vi, si esset opus pręsentia etiã sua prohiberet:
declaratũ vero nõ minus defenderet q̃ nõ declarato obsistendũ esset.
Quæ vt apud posteros etiã rata essent, sumpto sacrosancto Christi
corpore iureiurãdo ea vtrinq; cõfirmarũt, & a Pontifice probãda cu-
rauerũt. Adiectũ p̃terea ne vnq̃ ab eo iureiurãdo ꝑ Pontificẽ Roma- 55
nũ liberari possent, aut si id esset factũ, irritũ foret. Aliquãtũ deinde
trãquillę res vtrobiq; fuere magis lassis cõtinuo bello ducib9, q̃ vlla
alia re, pacatis. Eodẽ prope tẽpore, nobilis quidã Anglus origine, co
gnomine Hantoun, vt Eduardi regis irã in se cõceptã declinaret, ad
regẽ Robertũ confugit. Is nãq; cõfecto ad Bãnasburn pręlio, in aula 60
Londini cõuersatus, quũ Roberti Brusii quẽ syncere semꝑ amauerat
fortunã virtutẽq;, inter loquẽdũ extulisset: Ab Ioãne quodã Spẽsero,
obscure ac ꝓpemodũ sordidę originis viro qui tũ erat Eduardi a cu-
biculo, pugione impetitus, exiguũ vulnus excepit. Cui9 iniurię impa
tiẽs vir nobilissimus ingẽtisq; spiritus, Ioannem postridie, eodẽ loco 65
obtrũcat. Admonitus inde ab amicis, sese ab irato rege ob crudele fa
cinus perquiri ad suppliciũ: fuga saluti consulens, in Scotiã pręceps
abiit. Cui hospitaliter accepto, Robert9 Rex p̃dia & agros Cadzovv
nomine multa beneuolẽtia erogauit. Perseuerat huius viri posteritas
inter nostrates, in amplissimã ꝓpagata familiã & regio iã honestatã 70
sanguine. Hãmiltoun noĩe paulũ mutato nũcupata. Interea Rex Edu
ardus domi multo vsus cõsilio, p̃serti Hugonis Spenseri, cui9 pœne
arbitrio cũcta domi militięq; gerebat, hominis ab infima sorte ad eã
fortunã per flagitia sublati, vxorẽ cęterosq; amicos ac primates An-
glię cõtumeliose habuit. Quamobrẽ ab vxore filioq; Eduardo primã 75
ingresso adolescentiam Rex cõpręhensus, auxiliantibus reliquis no-
bilibus Anglię, in carcerẽ coniectus est, prauorũ eius consiliorum so
ciis, aut instigatorib9 verius, Hugone Spensero, Vvaltero Tapiltõ
Ecestrię episcopo, & Ioãne Harũdelo, e medio sublatis. Nec ita mul-
to post Eduardus quoq; (filio vt quidã aiũt iubẽte) fœdissima morte 80

1 a carceris custodibus interfectus est, Imposita enim primo mensa in ventrem quadrata vndiq; summa vi presserunt, si qua animam eius possent exprimere. Sed quū id haudquaq̄ ex voto procederet, aliud incœptant consiliū, fistulam in anū eius iniiciunt, ac per eam, ne qua
5 exteriora corporis aut patentia cōtingerentur, ferro candente penitiora intestina adurunt, perforantq;, ne mors percipi illata, sed sponte obuenisse videretur. Regnabat interea filius eius cōsensu totius Angliȩ viuo etiānū patri suffectus. Dum hȩc agerentur in Anglia Robertus etsi iuris satis in regnū habere cunctis videretur: & q̄ Balio-
10 lus relicto regno, summa se abdicasset potestate, Inidoneūq; dum se Scotorūq; populum Eduardo Anglo, inuitis regni ordinibus subdiderat, publico reddidisset regimini: Et q̄ ius regiū Scotus populus Ioanni veluti regni dissipatori, publicęq; salutis hosti, iure ademptū, in se vnicum Scoticę rei seruatorē contulisset: tamen ne Balioli pro
15 pagini, si quando vires resumeret superesset quo suā posteritatem apparēte aliquo iure bello lacessere valeret: Iacobum Douglas in Galliam ad Ioannē Baliolum, opimis cū muneribus mittit: acturū apud virū suo noīe amplis agris honoribusq; i Scotia illi ꝓmissis, vt si fieri posset, qcq̄d iuris in Scotoꝝ regnū p̄tenderet, in se suosq; hȩredes
20 trāsferret. Baliolū iā tū cęcū, tędioq; vitę affectū, venieti ad se Iacobo, respōdisse ferunt: se suapte culpa redactū in ordinē, satis cōpertū habere, q̄ etiā tū inutilis ipse Scotoꝝ reipublicę esset: q̄q; necessarius Robertus: Ideo se iuste illius administratione abdicatū, eidēq; Brusiū peculiari dei nutu q̄ eā ab hostiū iniuria liberatā egregie tutaret̄, ad
25 motū: depositūq; semel imperiū, veluti tetrā pestē sibi auersandū & cōcedēdū illi, quē dei beneuolētia ad id gerēdū elegisset, & ꝓpterea qcq̄d iuris in Scotoꝝ haberet regnū id oē se libere in Robertū cōferre vt quē vnū cū posteritate ex aīo fœliciter cuperet regnare. Lætus itaq; eo respōso Robertus rex consilio oīm Scotię ordinū ad campū
30 Kenneth habito, Dauidē filiū hȩredē, ac si ille decederet sine liberis, deinde Robertū Stuart nepotē ex filia, secūdū hȩredē instituit, oēsq; in vtriusq; verba iurare adegit, ne qua postea tergiuersatio cōtētio ve de regno eueniret. Sub hęc tp̄a Eduardus tertius Angloꝝ pacē rogatū ad regē Robertū subdole mittēs, fraude detecta bellū i se exciuit.
35 Verū infirmo iā senectute Roberto rege, p̄ gubernatores cūcta administrata sunt, Thomā scilicet Ranulphū & Iacobū Duglas duos ea tēpestate oīm q̄ erāt nō modo in Scotia, sed in toto etiā terrarū orbe p̄stātissimos duces. Missi igit̄ cū viginti, aut, vt alii referūt, vigintiqnq; milibus delectoꝝ equitū hi duo duces, Northūbriā totā latissi-
40 me deuastāt: aduersus quos cētū milia tū peditū tū equitū, Eduardus

Angloꝝ rex educit. Verũ tãta celeritate illi fugiẽdo pariter ac deua
ſtãdo vſi ſunt, vt exercitus Angloꝝ impedimentis ac ſarcinis grauis
neutiq̃ eos cũ ſummo labore inſequẽdo aſſeq potuerit. Aliud igitur
conãdũ arbitrati, quo a populatione hoſtẽ prohiberẽt, Scotiã verſus
iter dirigũt, vt ſic ſaltẽ metu ſuoꝝ ad ſua tutãda redirẽt. Itaq triduo 45
ad Tynã fluuiũ ꝑueniũt: ſed is ea tẽpeſtate tãtũ auctus erat, vt vado
trãſire nullo pacto exercitus poſſet: nauiũ quoq copia deerat, illis in
aduerſam ripã trãſlatis aut demerſis ab incolis vicinis. Caſtra igitur
coacti ĩ ripa fluminis metãtur. Interea Northũbriã totã fœdiſſime a
Scotis corrũpi igni, ferroq ſinũt, adeoq cũcta Scoti raptim ꝑcurrũt 50
vt vbinã locoꝝ eẽnt, ab Anglis percipi nõ potuerit. Sed p̃mio haud
quaq̃ cõtẽnẽdo ab rege ꝓpoſito, qui inueſtigatos vbi locoꝝ eſſent,
nũciaret, euolant ꝓtinus velociſſimi quiq ad perſcrutãdũ. Cũ paulo
poſt cõſediſſe nũciãtur in colle quodã tribus milibus ab Angloꝝ ca
ſtris, parati ad decernẽdũ ſi Angli eo veniãt. Protinus Eduardus pro 55
pius caſtra caſtris Scotoꝝ mouet. Poſtridie vtrinq in aciẽ exercitum
educũt. Sed Scoti quoniã numero lõge inferiores erãt, in colle decli-
ui aciẽ retinẽt, vt meliori ſaltẽ loco pugnã ineãt, ac qđ militũ nume-
ro deſit, id ex loci cõmoditate ſuppleãt. Qđ vbi diu expectãtes Angli
viderũt, feſſi ſuos in caſtra reducũt, ac Caduceatorẽ ſtolide ad Scoto 60
rũ duces mittũt, ſi animus illis decertãdi adeſſet, in æquũ deſcẽderẽt
cãpũ, quaſi nõ ducum ea prudẽtia eſſet, vt oĩa q̃ tutiſſime agerẽt: aut
id nõ imprudẽtis aut arrogãtis hoĩs eſſet, vbi ꝓhibere minima manu
maximas hoſtiũ copias ſedendo poſſet, aut ex tutiori cũ eis loco ſine
periculis congredi: in ęquũ cũ periculo deſcẽdere certamen. Itaq cũ 65
riſu oĩm repulſus ad ſuos rediit orator, triduo ibi vtriq exercitus ꝓ
caſtris ſtãtes nulla re ꝑacta ĩ caſtra redierũt. Tertio die noctis ſilẽtio
Scoti, relicto priore colle haud lõge diſtãtẽ aliũ occupãt æque cõſi-
liis ſuis cõmodũ nec minus tutũ. Qđ vbi Angli ꝑcepere ꝓpius acceſ
ſerunt, veſtigiis eoꝝ inſiſtẽtes. Sed contẽpta Scotoꝝ paucitate raras 70
aut neglectas agebãt excubias. Id vbi animaduerſum a Scotoꝝ duci
bus, in oĩa intẽtis eoꝝ animis oculiſq incũbẽtibus, audax ꝓfecto fa-
cinus Duglas animo concipit, ſed quo perfecto ſummam apud ſuos
gloriã comparet, ac hoſtibus terrorẽ ſui ingẽtẽ incutiat. Itaq media
nocte, electis ex omni numero ducentis prõptiſſimis ad gloriã cõpa- 75
rãdã, optimiſq adhibitis equis q̃ poteſt occultiſſime ad caſtra hoſtiũ
vadit, ſtationes quę longiuſcule a caſtris agebant, omnes ſomno op-
preſſas prętergreditur, pręterq̃ dum in portis iam eſſet, exciti quidã
tumultu equorũ clamorẽ edũt. Nihilo tñ minus celerrime ad mediũ
caſtroꝝ ad prętoriũ vbi rex tẽdebat cęſis obuiis ꝑgũt ꝑtingere. Sed 80


1 multitudine excitata nõ amplius morandũ rati, funes tamẽ duos ex
tentorio regis gladiis præscindũt, atq; eadẽ qua venerãt, cęde multo
rũ via facta, incolumes ad vnũ oẽs ad suos redierunt. Hoc facto edo-
cti Angli frequentes agere excubias iubent. Nam si id toto exercitu
5 tentatũ esset quod pars conata fuit haud dubie deuicti fuissent. Sed
Scoti satis terroris virtutisq; nominis sui Anglis incussum esse arbi
trantes, domos suas redire parant. Angli vbi discessum Scotorũ vi-
dere, quid faciũdũ esset, cõsultant. Verũ quia fugiẽtes eos assequi nõ
poterant: & metuebãt ne defessos se ex itinere aut ꝑ insidias inuade-
10 rẽt: bello finẽ imponere optimũ esse statuũt. Sed id morę intercesse-
rat, ꝙ statim militẽ exauthoratũ dimitti nolebant. Nũciatũ vero a q
busdã speculatoribus est castra hostiũ fuga deserta, ac prędę aliquã-
tum relictũ. Itaq; partẽ exercitus ad explorãdũ mittunt, tuta ne cir-
cũquaq; essent omnia. Postq̃ nihil insidiarum inuentũ est, ad prędam
15 diripiendam lęto animo concurritur. In castrorum ingressu ferarum
quingẽtas ex omni genere occisas inueniũt. Nam eas Scoti abigere
non poterant, & ne viuę in potestatem Anglorum venirent, iugula-
uerant, deinde quinq; Anglos, qui confractis cruribus illic iacebant,
reperiunt. Postea peronum decem milia sparsim per exercitum pro-
20 iectorum. Calciamenti autem id genus est hirsutum ex corio crudo
confectum, quo Scoti veteri Romanoꝝ more in expeditionibus atq;
venatibus ꝙ ad cursum celeriorẽ nihil pręstaret impedimenti vti cõ-
sueuere. Verũ Anglis inuisum ac propterea tum velut in contemptũ
contumeliamq; relictum. Itaq; spe prędę hiantes elusi nulla re digna
25 acta, nulla pręda ab hostibus abacta, maximis ipsi calamitatibus sub
aspectum suũ affecti abierunt. Mortuus est eodem anno Valterus
Stuart vir nobilitate & gloria bellica insignis, pater Roberti futuri
regis gener, ac Roberti Brusii regis. Pręterea Elizabet regina mater
Dauidis principis, sepulta maximo luctu ĩ Dumfermilẽ, vbi & Rex
30 Robertus postea inhumatus. Per eadẽ tẽpora obsedit Robertus ca
stellũ Noramen, quo expugnato accessit ad oppugnãdũ alterũ noĩe
Auvviick. In qua obsidione ceciderũt Vvilhelmus a mõte Alto eques
auratus, & Ioãnes Clapanen, & Malisius Dumbar cũ aliis quibusdã
viris nobilibus. Tãdẽ ĩ fine anni eiusdẽ ad verã ineũdã pacẽ mittunt,
35 ab rege Eduardo legati ad regẽ Robertũ noĩe illi9 renũciãtes oĩ iuri
qđ maiores eius aut ipse in Scotiã vẽdicauerãt, liberã prorsus ab oĩ
seruitute externa Scotiam restituendo ad posteros, qualis fuerat sub
Alexãdro postremo Scotię rege. Sed vt fines ab oriẽte ad Northũ-
briam, ab occidẽte ad Cumbriã haberet. Porro ꝓ damnis, q̃ plurima
40 Scoti Anglis intulerant, triginta marcarum milia pręsenti pecunia

Robertus pẽderet. Quę vt rata ac firma etiã ad posteros essent, Ioã-
nam sororẽ suã Rex Eduardus, Dauidi filio regis Roberti vxorem
desponderet, vinculũ mutuę cõcordię. Ea vbi Roberto ac primatib9
Scotię placita sunt, instrumẽtis de pace conscriptis, omniũ sigillis ꝓ
bata sunt atq; firmata. Duob9 itaq; post annis ad Beruiciũ pręsente 45
Elizabeta vxore Eduardi regis Carnariuani Dauid Ioannã Eduardi
regis sororẽ duxit vxorẽ magna vtriusq; regni nobiliũ celebritate,
totiusq; populi immẽsa lętitia. Neq; diu Robertus filii nuptiis suꝑ-
uixit. Vix enim elapso anno ex lepra quę extrema illũ ætate corripue
rat, fato concessit: vir omni genere virtutis apud gẽtes oẽs sua ætate 50
clarissimus: qui vtrãq; expertus fortunã, amissum regnũ ꝑditis ami-
cis, occisis fratribus, pręter vnũ Eduardũ oĩbus minima spe ex poten
tissimorũ manibus eripuit, ac Scotorũ libertati restituit: idq; dũ po-
tentissimi regni Scotię primates summe illi aduersarẽtur. Quod ve-
ro qualẽ eũ prędico, ita apud oẽs habitus sit, vel hostiũ eius testimo- 55
nio facillime probari posset. Nã in solẽni quodã cõuiuio Eduardi re
gis multo sermone de re bellica habito, varieq; inter se discertãtibus
primoribus, tandẽ quęstionẽ inuidiosam sane ac difficilem principi
Heraldorũ (ii sunt emeriti milites magno apud suos honore) in pri
mis rei militaris peritia nobili Eduardus proposuit, vt videlicet tres 60
ea ætate præclarissimos virtute bellica nominaret. Quo dicto taciti
oẽs arrectis animis expectabãt, cũ ob viri peritiã, q vnus vere rẽ talẽ
iudicare poterat, tũ ob rẽ ipsam quoniã inter illos nõnulli erãt qui se
illorũ in numero ponẽdos sperabãt. Sed aliter longe euenit. Nã non
solũ eos cũ quibus ipse versatus fuerat, nouerat, sed etiã externa oĩa 65
bella, ducesq; diligẽti cura peruestigatos memoria tenebat. Primum
itaq; Henricũ imperatorẽ haud immerito se nominare aiebat, ꝙ cũ
tria regna, tresq; reges subegisset, ad extremũ vsq; vitę perpetuo fœ-
licitatis cursu dignitatẽ suã tutatus fuerat. Secũdo loco Ægidiũ Ar
gẽtinẽsem equitẽ auratũ, qui tribus aciebus cõtiguis Saracenos (qđ 70
antea visum nõ fuerat) vicisset, duosq; eoꝝ duces occidisset. Tertiũ
locũ, si cũ pace regis hostẽ laudare esset integrũ, Roberto se Brusio
Scotorũ regi omniũ meritissimo cõcedere. Quẽ vbi nominasset, ca-
chinnũ protinus assidẽtes maximum excitare, ꝙ non veritus fuisset
corã rege, tanto hostẽ honore dignari. Sed facto a rege, rogatu He- 75
raldi, silentio. Rex, inquit Heraldus, id equidem nũꝗ existimaui, quin
te pręsente ac pręsertim rogante, veritas grata semper esset: Velim
autẽ si quid hac i re a me peccatũ in te est, in meliorẽ accipias partẽ.
Nã si vinci a quopiã necesse est, a pręstantissimo quoq; ꝗ ab ignauis-
simo minus id turpe duci. Immo, vt sciatis, inq̃t, quãti ego Roberti 80

1 virtutem faciam, quem vos indignamini reliquo ducũ vulgo prę-
ferri, non modo illum illis pręferendũ, sed his quoq; longe antepo
nendum censeam, si veram virtutem iuste existimare, nõ inuidia de-
primere voluerimus. Nam q ea gessit Henricus quæ modo nar-
5 raui, suorũ id maxime consilio auxilioq; egit. Robertus aũt exul ac
profugus nulla aut tenuissima spe occupatũ a potentissimo orbis
terrarũ ac bellicosissimo ea tempestate rege patre tuo, regnũ Sco-
torũ pulsis exigua manu tãtis hostiũ copiis recuperauit: nec modo
recuperauit, sed adeo stabiliuit, vt iis q paulo ante feroces, oĩa age-
10 bãt ac rapiebãt, toties a se deuictis ac pulsis terribilior esset q̃ ipsi
vnq̃ antea Scotis fuissent. Quæ si qs refellere armis velit (nã is fi-
nis nobilibus cõtentionum esse cõsueuit) in campũ mox descẽdat,
ac qui bello superior erit, is causam quoq; meliorem habeat. Nec
quisq̃ pręterea fuit qui hiscere auderet, experta multis in reb9 stre-
15 nua eius virtute. Verum paulo anteq̃ Robert9 vita decederet, quũ
mortem imminere sibi sentiret, conuocatis in conclaue suũ ex nobi
litate quibus plurimũ confidebat, curã imprimis filii Dauidis ad-
huc pueri (octauũ enim annũ necdũ excesserat) cõmendat, ac quæ-
dam alia de regno gubernãdo: inter quę hęc etiãnum cõmemoran-
20 tur. Primũ ne deinceps vnq̃ dominos Hebridũ insularum crearẽt,
quibus liberę possessionis iure facere absq; regis arbitrio, quicquid
liberet, liceret: sed per singulos annos procuratores tantũ iuris di-
cundi gratia cõstituerent, quiq; annuos prouentus reciperẽt, quæ-
stores mitterent. Ea enim opportunitate eę insulę sitę sunt, eaq; in-
25 colarũ mobilitas ingeniorũ, vt & quãuis ob causam ad rebellionẽ
impellantur, & haud facile deficientes in tuam rursum sit potesta-
tem subigere. Mari enim cincti fortissimis se mœnibus, si qua ne-
cessitas ingruat, includunt, tuenturq;. Mandat deinde ne vnq̃ An-
glis hostib9 pugnãdum prędicent, neu totis cum eis viribus signa
30 conferant. Sed vel lacessendo eos carpant, aut ab effusa populatio
ne ꝓhibeãt, iterve impediãt: nũq̃ vno tꝑe totius regni aleã subeãt.
Si semel fortuna aduersa fuerit, vt sit vnde copias reparẽt. Insuꝑ ne
vnq̃ æternũ fœdus cũ eis feriant, at semꝑ arma exerceant, in prom-
ptuq; habeãt, se scire ocio torpescere animos hominũ, corrumpiq;,
35 & vbi ex longa pace bellum ingruit animis inertia languescenti
bus belli impetus sustinere nõ posse: quippe insueta ad bellum iu-
uẽtute. Pręterea pacẽ apud Anglos nõ diutius seruari q̃ dum belli
nondũ occasio commoda sese ostenderit. Itaq; nõ vltra tertium aut
quartum annũ inducias sanciri vtile esse. Quũ vero ab Anglis mi-
40 nime bellũ metuẽdũ fuerit, tũ maxime omni ex parte aduigilẽt ne

ab inexpectatis improuidi opprimãtur. Ad hęc obnixe oẽs orauit, vt dũ ipse fatis cõcessisset, vnũ eligerẽt ex pręstãtissimis regni ducibus, qui cor suũ Hierosolyma ad Christi sepulchrum deferret. Id enim sibi viuo maxime semper fuisse in votis, vt eo profectus hostes Christiani nominis oppugnaret. Sed quoniã per frequẽtia bella, fatũq; suũ non licuisset, id saltẽ modo optare vt quod est pręstãtissimũ corporis humani & quo iam sępe illuc euolauerat, id sepeliendum in templo dominici sepulchri, quod in Golgotha ędificatũ est, illuc deferretur. Eo itaq; defuncto ex cõsilio magnatiũ Iacobus Duglas haudquaq̃ aliena sua voluntate, & si præsentia illius regno etiã magnopere vsui futura erat, ad id electus est. 54 50

Scotorum Historię Liber Decimusquintus.



IVstis Roberti regis defuncti solenniter more regio peractis Dauid Brusius filius Roberti Brusii regis, Rex declaratus est. Sed quoniã idonea nequaq̃ adhuc ætate ad tantas res suscipiẽdas erat, Thomas Ranulph9 totũ regnum solus procurabat, eiq; cura rerum gerendarũ vni omnis incumbebat. Nã nullus ea ætate neq; virtute neq; prudentia illi cõferẽdus erat (excepto Duglas, qui tũ profectionẽ Hierosolymitanã apparabat) & quatuor iã ãnis cũcta administrauerat Roberto valetudinario. Prima aũt cura Thomę erat, pacẽ fœdusq; ictum cũ Eduardo Anglorũ rege renouare. Nõdũ enim satis instaurati vbiq; erãt Scotiæ populi ex tantis bellis. Nec Anglus pacẽ spreuit, iã ante, qualis vir i bello Thomas esset, suo damno expert9. Inde ad pacis munia ipse Ranulphus sese conuertit: iustitiã vt vbiq; summa cura exercerẽt magistratib9 præcipiẽs, atq; interea ne belli prorsus imemores essent, arma quęcunq; ad bellũ vsui sunt, semp expedita prõptaq; haberẽt. Pacẽ enĩ ab Anglis nõ iustitia, sed lucro cõmodoq; ęstimari. Cęterũ vt animos suorũ in iustitia, q boni essent, exerceret, malosq; data ansa, si nõ abstinerẽt, corrigẽdi, ac aliis exemplũ ponẽdi causam haberet, edixit vt vniuersum equorũ ornatũ, rusticaq; instrumẽta pro forib9 sub diotã noctu q̃ interdiu relinquerent, ac siqd forte perditum aut furto sublatum esset, id præfectus eius loci restituendũ curaret, aut ipse dãnum repararet, summa interim cura furem perquirẽs: inuentũ autem extremo afficeret supplicio. Ea re sic cupidos alienarũ rerũ animos cõpescuit, vt res propalã pposita rapere nõ audẽtes ad occultarũ furta rerũ ne aspirarẽt quidẽ. Efferauerãt dissensionib9 intesti 55 60 65 70 75 80

1 nis intantũ vulgi animi dum in pace idem sibi licere putauerãt, q̃d in discordiis, vbi nemo tutus ne a vicino quidem suo est, ad diuersas videlicet factiones animis inclinatis. Vetuit quoq; saluberrimo exẽplo, nullos vlla regione histriones, vagos & nusq̃ certas habẽ-
5 tes sedes, aut ludicras artes exercẽtes in vrbes recipi, extra tibicines, tubicinesq; peritos, nec nisi victũ artificio preterea alio quærĩtãtes. Illos eñ dictabat bello nõnulla ex parte, dũ opus esset, vsui esse. Hoc mandato Scotiã omnem malo quo omnes fere regiones laborant, ociosa scilicet nebulonũ turba purgauit. Memoratur id
10 temporis cum aliena rapiẽdi libido grauiter vndiq; coerceretur ex insita mortalib9 alienarũ rerũ cupidine, rusticũ quẽdã, quoniã aliena suffurãdi animus nõ erat, propria quędã instrumẽta abscõdisse, prȩfectũq; preciũ, rapta esse ea querentem, poposcisse: ac post paucos dies, quũ eadẽ apud ipsum fuissent inuẽta, patibulo suspẽsum,
15 pœnas insolẽtis dedisse cupiditatis: tãtę molis est assuetos semel a vitiis retrahere. Quocũq; autẽ gubernator inspiciẽdi gratia, aut iura in oppidis cõstituẽdi proficiscebatur, ingentẽ fere satellitũ turbam secũ ducebat, vt quocũq; in loco aut raptorũ aut latronũ, aut nullius frugis bonę hominũ conspirationes latere prædicarentur,
20 eo statim expeditus adesset: qui si sese misso caduceatore dicto gubernatoris audiẽtes exhibebant, nullo eos afficiebat supplicio, sed ad opus quẽq; suũ redire cogebat, eorũq; mgistratib9 loci curã mãdauit. Si vero authoritatẽ publicã spreuerint, immissis satellitib9 aut occidit, aut captos postea graui supplicio affecit. Quod nõ ita
25 diu post ad Halidon vicũ euenit. Nã ad sexaginta cõglobati, quũ viatorẽ fȩcialis more aduenientẽ cõtemplassent, oẽs ad vnũ a militibus viatorẽ secutis occisi sunt, ac patibulo suspẽsi, eosq; vehementer Ranulphus ob id factũ laudauit. Nec deinceps repugnare vllo in loco ausi fuere. Quo factum est, vt pace domi forisq; parta, ac re-
30 gno diligẽti seueraq; gubernatoris disciplina, ab infesta agricolis latronũ aut raptorũ turba repurgato, nõ modo vires opesq; regni recreatę sint, sed etiã tãtũ auctę, vt breui appareret, vel Anglis terrori Scotos fore, nedum sua cõmode tutaturos. Quã fœlicitatem Eduardus animaduertens, inuidens pariter ac metuens, ne quando
35 veteres iniurias vltum venirent, scelere metũ ex animo auferre cogitat. Vnum etenim quo minus regno potiri continuo possit, Ranulphum conatibus suis obstare, quo sublato omnia in procliui fore arbitrabatur: Regem etiãnum puerum, multos præterea quorũ patres in nigro parlamento occisi fuerant, tacito odio regię fami-
40 lię infensos, neminem neq; tãtis viribus neq; tanto animo fore, qui

ſuperiorũ viderit calamitates, quaſq; ipſi, duceſq; paſſi fuerint, meminerit, vt pro tenui quodam libertatis nomine eadem iterũ ferre velit, aut viribus ipſius reſiſtere valeat. Opportune etiam Iacobum Duglas Ranulpho nec vſu belli nec induſtria inferiorem, e regno ablegatum. Conſiliũ igitur cum flagitioꝛ ſuorũ miniſtris iniit. Sed quoniam viribus res confieri non poſſit, numeroſo ſemꝑ ſatellitum grege ſtipato Ranulpho, fraude venenoq; ad eam rem opus eſſe decernunt. Cæterum familię Ranulphi miniſtros per literas aut per internuncium ſollicitare periculoſum videri: nam fere literę aut intercipiuntur, aut vbi facinus non perſuaſerit, certiſſimũ rei ſunt indicium. Audaci igitur ac præſenti in facinus homine opus eſſe, qui ſimulare quoq; ac diſſimulare, aliud in ore, aliud in pectore reconditũ habere didicerit, perfrictę quoq; frontis eſſet. Sed ex oĩ facinoroſorũ turba nemo magis idoneus viſus eſt, q̃ monach9 quidã frater vulgo dictus, eorũ ex inſtituto, q ſoliuagi nullo certo domicilio contenti cucullo flagitia ſua tegere ex vitę ordine nouerat: cum id genus hominũ verecũdiam fere attritam & proſtitutam habeat. Edoctum igitur pri9 vt ſe medicum profiteretur, ac in primis ĩ calculũ ꝑſentiſſima habere remedia (nã eo morbo Ranulphus admodum vexabatur) aſſereret, dato veneno quod poculo Ranulpho in medicinã porrecto miſcereret multis promiſſis, ſi mandata perficeret, oneratum emittunt. Is primũ in Scotiã veniẽs, regum ſe aulas frequentaſſe tum Francię, tum Angliæ iactitabat, plęroſq; lapidis malo vexatos, integrę reſtituiſſe ſanitati, audiuiſſe alicubi ſeſe, Ranulphũ ꝑſtãtiſſimũ orbis terrarũ ducẽ grauiſſime eo morbo affligi: quẽ ſi ſuis ſe manib9 vellet cõmittere, nõ dubitare qn breui prorſus priſtinę reſtituat ſanitati. Habebat ad id paratũ iam antea huius facinoris cõſciũ a rege ſibi adiunctũ, qui ob negocia in Scotiã veniſſe ſe, ac in difficillimũ incidiſſe calculũ, quẽ medici curare nõ poterãt, ſimulabat: nocteſq; & dies vt illis qui vero lapide laborant, cruciatu nimio quietem nullam ab eiulatu faciebat, ac quem ſceleratus iſte monachus ex compoſito veniens leui quadã potione, morbum qui nullus erat penitus ſuſtuliſſe creditus eſt. Cuius quum ad Ranulphum fama perueniſſet, monachum ad ſe accerſit, ac rogat num in ſe idẽ pręſtare poſſit: quod quũ magnifice pollicitus eſſet, ſicut monitus erat, diętam pręſcribit, quędam conſueta ſumi vetans, nõnulla ipſe addẽs, oĩbus modis peritorũ medicorũ morem imitãs, nequa imperitię ſuſpitio oriretur. Tãdem tempus eſſe dicens, cũ veluti maturo iam calculo ſumẽdũ aliquid cenſeret, quo totũ cõficeret: mixtũ veneno (priori oĩno ſimile

45 50 55 60 65 70 75 80

quod ab apothecariis acceperat)poculũ Ranulpho porrigit. Cęterũ veneni ea natura visq; inerat, vt non statim sentiretur ac nisi longo post tempore(quo sese proripere in tutũ veneficus posset)sensim hominis intestina arrodendo, conficeret. Quãobrem simulãs diuersam nõnihil a superiori Ranulphi naturã, morbiq; huius vim q̃ illius robustiorem magisq; impactã tẽporis longitudine, nec propterea eo pharmaco sanatũ statim esse, & sese p̄statissimũ i Anglia habere remediũ, quo nõ nisi in extremo malo, quasi anchora sacra, vteretˀ, vbi aliqua nimiũ fortis morbi vis occurrisset accepto cõmeatu, in Angliã abiit, se q̃ citissime posset reditur ũ pollicẽs. Raptim igitˀ cõfecto mãdato, ad Eduardũ regẽ reuertitˀ, oĩa in portu esse dictitãs, se quãtũ in se fuerit, effecisse, haud diu Ranulphũ sup̄stitẽ fore, exercitũ celerrime cõscriberet, vt dum oĩa morte gubernatoris turbata essent, ipse in tẽpore adesset ad regnũ occupãdum. Interea Ranulphus tormina quędã vẽtris, sed leuiuscula sentiẽs, quũ exercitũ in Anglia cõparari audiuisset, nec monach9 ad præstitutũ diẽ rediret, suspicari nõnihil cœpit elusum se esse ac falsum: ac morbo in dies grauescẽte, asserẽtib9 medicis venenũ esse tandẽ cognouit: exercitũ tñ maximũ parari, & quoniã equi quassationẽ ferre nõ poterat, lectica se deferri iubet. Prætextus belli illati Anglo erat, ꝗ qui finibus Anglię Scoti adiacent, incursione pacem violasse diceret. Sed vbi pręter expectationẽ obuiã Scotos venire videt, fęcialẽ ad eos mittit, quasi si per ipsos liceret, de pace tractaturũ. Quẽ vbi venisse Ranulpho nũciatũ est, q̃q̃ satis constabat speculatorẽ missum, vt hostes de valetudine sua certiores faceret, tñ veste ornat9 p̄ciosa, dissimulataq; ęgritudine in cathedrã se regiã cõponẽs, fęcialẽ ad se venire iussũ de pace audit, eiq;, vbi iiqua quędã postulasset quę negaturos Scotos sciuerat, respõdit se breui ostẽsurũ q̄d iuris ad iniquas eas petitiões Angli haberẽt, nisi fœderi antiquo staretˀ: ac ita fęcialẽ magnificẽtissime eo ornatu in quo tũ cõsederat donatum dimisit. Eduardus vbi præter expectationem valentem ac ad pugnam alacrem, nõ vti sperabat semimortuum intellexisset, diffidẽs copiis suis in Angliam rediit, ac monachũ quem falsa asseruisse putabat, viuum circundato igne cremauit, dignum ab eo perpetrati sceleris supplicium sumens, cuius nec ipse indignus esset. Ranulphus vbi hostiũ copias dimissas itellexit, exercitum quoq; suũ abire ad sua quẽq; iussit. Ipse Edinburgũ adire parat. Sed in itinere Mussilburgi quatuor inde milibus passuũ, ingrauescẽre morbo est absumptus. Constituti post Thomam cõmuni consensu Patricius Dumbar comes Merchiarũ, qui meridionalẽ regni partem, &

Donald9 comes Marrię, q reliquã partẽ gubernatores ꝑcurarẽt.
Hoc bello pacato ac extincto veneni vi Ranulpho, exuscitatũ est
aliud grauissimũ per Ioãnis Balioli ꝓfugi regis filiũ (qui & ipse
postq̃ e captiuitate Anglica liberat9 erat, in Frãciã in exiliũ abie-
rat) hmõi origine. Priusq̃ Duglas Hierosolyma profect9 esset, dũ 45
sese adhuc itineri accigeret, Herfordus Glasguẽsis officialis, Tui-
nã ex nobili quidẽ prosapia virũ, sed flagitiis coopertũ, ob adulte-
riũ semel atq; iterũ monitũ nec authoritati ecclesiasticæ audiẽtem
excõmunicationi subiecit. Qđ is ęgerrime ferens, Herfordũ obser-
uato egressu, in itinere ad Air proficiscentem arripuit, atq; cõiectũ 50
in carcerem nõ prius dimisit, q̃ ducentas libras Sterlingas nume-
rauisset. Eã hominis temeritatẽ violentiaq;, vbi Duglasseus cogno
uisset, conquiri eum ad supplicium iubet. Sed ille viatores deui-
tans, volũtariũ sibi in Angliã exilium elegit. Verũ qm̃ Iacobi Du-
glas meminimus, nõ alienũ a ꝓposito facturus videor, si exitũ tan- 55
ti viri his quoq; annectam. Acceptũ igitur Duglas Roberti regis
cor, multisq; conditum aromatibus ac capsulę aureę inclusum, cõ
plurib9 nobilibus, inter quos cęteros excellebãt Vvilhelm9 a san
cto Claro, ac Robert9 Logan, comitãtib9 Hierosolyma ingressus,
cũ debito regię dignitati honore sepulturę tradidit, ac deinde co- 60
pias suas, quas secũ adduxerat, Christianis cõiungẽs plurima ma-
gnę virtutis exẽpla, in hostes edidit, ingẽteq; nomini Christiano vi
ctoriis crebris peperit gloriã. Tandẽ vbi pacatis vtcũq; illic rebus
Christianoꝝ, magnificẽtissimis, vti mãdatũ a Roberto fuerat, sacer
dotib9 ac cœtib9 pioꝝ, donariis relictis, in patriã reuersur9 soluit: 65
ventorumq; inclementia in Beticam Hispaniæ orã pulsus, cõperit
Arragonũ regẽ bellũ cũ Saracenis illius regionis incolis gerere.
Vt igit̃ ne illic quidẽ nomen ac virt9 eius inaudita forẽt, belli par
tẽ ab Arragonũ rege in se trãsfert, manusq; fœliciter aliquoties cũ
hostibus cõserit. Sed ex nimia fortunę ꝓsperitate (quæ pręstãtissi- 70
mos viros sępius in exitiũ pellicit) orta negligẽtia hostiũq; cõtem
ptiõe, in insidias pertract9 cũ oib9 suis occisus est. Hic finis est viri
sua ętate pręclarissimi, q si fata illũ in patriã reduxissent, haud par
uo vsui reip. futur9 fuisset. Nũc ad inceptũ redeo: Tuina vbi in An-
glia aliquandiu moratus, Thomæ Ranulphi gubernatoris mor- 75
tem audisset, in Galliam se confert, Eduardum Baliolum iuuenem
ea ętate qua ambitio plurimũ i hoie viget, sed multa ob ambitionẽ
iam passum ac in se, patreq; suo expertum, ad bellum Scotię inferẽ
dum atq; regnum paternum repetendum instigaturus. Itaq; initio
cum talia in mentem ne venissent quidem vnq̃ consilia, prorsus 80

1 a nouis rebus animo abhorrebat. Sed quũ sæpius Tuina q̃tum facilia dũ modo incepisset,oia essent futura, & q̃tũ egregia perfecta, repeteret:veteres videlicet illic fortunæ patris fautores haud exiguos supstites esse,cõplures Brusiorũ gẽti ob cędẽ in nigro parla
5 mẽto,priuationẽq; bonoꝶ a Roberto factã,infensos, gubernatorẽ Ranulphũ,qui vnus ꝓhibere posset,e medio sublatũ, regẽ admodũ puerũ,ꝓinde haud difficilia cuncta audẽti fore:tũ vt si alia vniuersa nõ respõderent,tñ semel vindicãdã esse libertatẽ,regnũq; recuperãdũ,ac aliq̃n exiliũ meliori fortuna cõmutãdũ:esse etiã haud
10 vulgarẽ amicũ Eduardũ Anglię regẽ, q haud grauaretur nõ paruo subsidio conatus istos ꝓmouere : immo etiã ex insito in Scotos Anglorũ odio,ac ꝓpter priuatas iniurias,quib9 illis paucis annis insultauere Anglis Scoti,vltro etiã rogaturũ,hortaturũq; vt te ducem vindicãdę Scotorũ insolentię prębere velis.Quod vt fieri pos
15 sit nõ sine singulari dei ꝓuidẽtia tãtas opportunitates in vnũ tempus cõgruisse, appellẽdũ modo classem ĩ Scotiã cũ exigua manu, cætera superis curę fore. Hęc atq; huiusmodi quotidie obtundendo Tuina effecit,vt Eduardus ad regnũ tandẽ animũ adiiceret,speraretq; amicorũ opera reparari posse, qđ diutinis iam temporibus
20 desperatũ etiam a patre eius fuisset.In Angliam igitur profectus Eduardũ Anglorũ regem accedit,animũ aperit,auxiliũq; orat,pollicens se votis respõsurũ & si cœptorũ finis prosper esset, in verba se illius iuraturum ac in eius fide mãsurũ. Conditionem Eduardus Rex accipit, spreta quã nuper inierat cũ Dauide per nuptias soro
25 ris affinitate:sexq; viroꝶ milia tradit,cũ q̃bus in Scotiã traiectur9 amicis suis se iungeret,insup naues aliquot,quantę illis copiis traiiciẽdis sufficerẽt.Erãt id temporis in Anglia permulti Scotię nobiles, qui literis quas ab amicis acceperãt,cõmonstratis docuerũt, si in Scotiã Eduard9 Baliolus traiiceret,auxilio cõplures vẽturos, quorũ verbis animatus,cum exercitu, quẽ ab Anglo acceperat, & paucis aliis ab Anglia soluẽs in Phortiã appulit, ad Kilgorn,vbi
30 copiis iã expositis obuiã veniens Alexãder Setavvn cũ paucis admodũ militib9,ratus eos non tanto adfuturos numero,aut de nauibus exeũtes turbatos adhuc offensurũ,opinione sua falsus,tamen
35 paucis,vt res postulabat, adhortat9 suos, cũ Eduardo cõgreditur. Sed oppressus ab Anglis in fuga cæsus est. Eo igit̃ successu elati Angli,meliorẽ semp̃ futurũ sperãtes,Perthũ cõtẽdũt.Interea ingẽti cõscripto exercitu Patricius Dũbar & Donaldus comes Marrię gubernatores Eduardo Baliolo copiis diuisis cũ ingẽti alacritate
40 obuiã ꝓcesserũt,nõ ad pugnã se ire arbitrati,sed de facinorosis qui

busdã Anglis cũ magna voluptate supplicium sumpturos. Statue-
rũt iter se gubernatores certiores se ꝑ internũcios faciẽtes in Erne
uallem conuenire, ac inde hostes simul inuadere. Eduardus, q̃q̃ in-
comparabiles hostium aduersus se copias venire videret, nihil ta-
men territus, quoniã in eum locum ductæ res erant, vt fugæ consi- 45
lium serum esset, si audentes persisterent, in fortunę manu aliquid
forsitan consistere, haud ita procul ab Erna fluuio ad Duplyn vi-
cum maxima Scotorum clade inclytũ hostes opperitur. Eadẽ no-
cte Donaldus cum ingenti hominũ multitudine in conspectu An-
glorum consedit: Patricius quinq; inde milibus passuum castra me 50
tatus est. Cæterum ob paucitatem hostium contemptu insolẽtiaq;
ortis multa apud Scotos imperite barbareq; agitabant. Vigiliis
enim prętermissis, tripudiis, cantu, cõtapotionibusq; omnia scate-
bant: eoq; peiora erant ꝙ sub aspectum ea hostium agebantur, nec
quicq̃ eos latere potuit. Apud Anglos soliciti omnes de euentu re 55
rum esse, nec quisq̃ erat qui non aliquid quod iuuare posset, exco-
gitaret. Speculatores ibant crebri omni diligentia nihil incogni-
tũ prętermittentes: & quę aut audiuerant aut viderãt, ad ducẽ refe
runt. Ea omnia Eduardo fuerunt grata. Monitos igitur milites, vt
in nocturnã pugnã se expedirent, corpora curarent, signum expe- 60
ctare iubet, ac minimo cum tumultu conuenire. Cum iam nox intẽ
pesta esset, ac hostes fessi comessando saltãdoq; somno sese ac quie-
ti dedissent, excito exercitu Eduardus, duces cohortiũ ad se vocat,
monet quid faciendũ sit, se si absq; magno tumultu fieri posset, mi-
lites adhortaturum esse, sed vereri ne strepitum hostes perciperent, 65
monerent ipsi taciti suos, quo periculo sint, quę præmia proposita,
quę si animos eoꝝ nõ moueãt, frustra plura verba esset cõsumptu-
rus. Sub hęc verba castris milites educit, ac per occultissimos tra-
mites ad terga hostiũ circũducit. Nam ibi cum in aliis partibus ne
gligentes stationes essent, nulla esse per speculatores cognouerat. 70
Itaq; Ernam fluuiũ per vadum quod Andreas quidã Tulibart co-
gnomento, infixo palo eis ostenderat, transeuntes ad castra veniũt.
Iamq; vbi in media castra ad prętoriũ peruenerãt, nec quisq̃ aduen
tum perceperat, ibi prętorio deiecto ducem imprimis dormientem
cõfodiũt: deinde clamore quãto potuerũt maximo sublato cęteros 75
inuadũt: miserãda vbiq; strages in semisomnos in cubilibꝰ decũbẽ
tes aut semiermes occurrẽtes editur, confusa ac perturbata omnia,
nec quisq̃ satis certo scire poterat, vndenam tantus hostium nume-
rus aduenisset. Neq; enim digno numero aucti fuerant (q̃q̃ eodem
die pauci eorum qui in Anglia cum Baliolo primi sese coniunxe- 80

1 rant,amici clientesq; accesserant)Non hostẽ ab hoste dinoscere in tenebris potuissent,nisi id futurum ꝓuidens Eduardus, linteo brachium inuolui suos iussisset.Sed ferox Anglorũ in Scotos ira, pręsensq; periculũ quod vix euasuros se pridie sperauerant, tantũ eorũ
5 animos efferauerat& in tantã rabiem egerat,vt sanguine satiari nõ potuerint.Licuit eos viuos ac sese dedẽtes,magnaq; pollicẽtes precia capere:Verũ quũ omnes homines imbelles tum pręsertim Anglorum gens nimis in victos ac superatos impotẽtes,nulli parcũt, quem nudo possunt mucrone attingere.Clades igitur maxima , ac
10 qualis nunq̃ antea,cũ vulgo tum nobilib9,supra q̃ dici potest,illata est.Pauci qui manus fessas euaserant, conglobantes se sine duce, sine ordine,iterũ fœdissime ab hostibus sanguine hostili conspersis cędibusq; rabidis trucidãtur.Exigui admodũ fuga seruati sunt.Cęsa fuere nobilium tria milia:Reliqui ex plebe sine numero . Nobi-
15 lium qui tũ maxime clari vel virtute vel nobilitate ciciderant,inter primos erãt exercitus dux Donaldus comes Marrię,Robertus Brois comes Carictę,Alexander Fraseir eques auratus,Vvilhelm9 hay Comestabulis,qui cum omni familia ad internicionem delet9 esset,ni grauidã domi vxorem reliquisset, vnde genus reparari po-
20 tuit,Robertus Keth Mariscallus,cũ plęrisq; ex familia sua nobilibus,Dauid Lindesay a Gleenesck cũ octoginta generis sui pręstantibus nobilitate viris , Alexander Betoun, Robertus Straguhyn, Georgius Doũdas Thomas Haliburtoun & signifer Ioãnes Scãgeour equites aurati.Multi pręterea alii quos perlongũ esset recẽ-
25 sere . Captus fuit comes Fifensis cum paucis insuper aliis, ne nulli tantę superessent cladi,miserãdę calamitatis idices.Sed Angli parta victoria verentes ne ab altero exercitu opprimerentur, si diuti9 eodẽ in loco morati fuissent,intacta relinquentes spolia,qui ex cæde Scoti superfuerant,Perthum fugiẽtes ꝑsequuntur. Nec magno
30 negocio Perthũ quoq; capiunt:quippe defensoribus partim in exercitu cęsis,partim dolore exanimis nullo ꝓpe resistente oppidũ ingrediuntur.Memorantur quidã Anglorũ ex insito gentis odio aduersum Scotos,quũ alii Perthũ tenderent,illos ad cęsorum cumulum perscrutatũ si qui adhuc semiuiui relicti inter aceruos occiso-
35 rum fuissent,aut prope in locis opacis delituissent,vt eos insuꝑ trucidarent,accessisse:sed tantã in conspectu cladẽ conspicatos in cõmiseratione conuersos dixisse,nec opinatos fuisse tot ac tantos a se trucidatos,nec etiam optasse,vt in tantũ ꝓcederent cędẽdi percutiendiq; furorẽ.Patricius Dumbar,quẽ inde quinq; milibus passuũ
40 posuisse castra cũ parte copiarũ diximus,audita suorũ cęde quadra

to agmine Perthũ cōtẽdit, hostes illic inclusos obsessurus. Verum
quũ iam repletis fossis victoria pœne in manu esset, priuato cōsilio
incertum quamobrẽ obsidionẽ magna cũ totius regni iactura dese
rit. Poterant eñ illic vel obsidione sola ad famem redacti, sine vlla
cæde capi, aut impetu in mœnia facto expugnari, cædiqꝫ ad vnum 54
omnes. Sed nõ omnibus mens bona semper datur, inqꝫ fata sua qſqꝫ
seu ꝓspera seu aduersa rapitur. Soluta aũt obsidione Eduardo ma-
gnę Scotorũ accessiones factę sunt. Itaqꝫ illis stipatus, iuratis prius
in verba ei9 Duncano comite Fifensi, & Vvilhelmo a sancto Cla-
ro episcopo Dunkeldensi, quũ nulli facto obuiã venturi viderẽtur, 50
Sconam ꝓfectus est: Ibiqꝫ in verba sua iuuentutẽ adigẽs coronam
regiã sumit: Anno a Christi natali millesimo trecẽtesimo tricesimo
secundo, eodẽ quo pręliũ ad Duplyn cõmissum est. Dauid Brusius
rex nonum tm̃ annum agens cõsilio suorum in Franciam concessit
cũ sponsa sua sorore Eduardi regis Anglię: vbi a Philippo sexto re- 55
ge honorifice magnificeqꝫ exceptus ad meliorem fortunã seruatus
est. Anno sequenti filii eorũ qui ad Duplyn cęsi fuerãt, quorũ prin
cipes fuere Robertus Keth. Alexander Lindesay, Iacobus & Simõ
Fraseir, copiis collectis Perthũ obsident, & tertio obsidionis mense
expugnant: Vbi Duncanũ comitẽ Fifensem captũ & in vincula cõ- 60
iectum ad castellũ Kildrũmi mittunt. Andream vero Tulibard ca-
pite ob lęsę maiestatis crimen condẽnant. Oppidũqꝫ pręsidio muni
tum Ioanni Lindesay viro fortissimo custodiendũ tradunt. Ea re fœ
liciter gesta quo reliqua haud deteriori spe peragi possent, Ioannes
Ranulphus qui post Thomę Ranulphi gubernatoris mortẽ comi 65
tatum Morauiensem acceperat, & Archibaldus Duglas germanus
Iacobi Duglas quem nuperrime in hispaniis interiisse scripsimus,
& Simon Fraseir, ingenti cõgregata multitudine cũ illis sese iun-
gunt, ac aduersus Eduardũ simul copias ducunt, nec hostiũ latuere
consilia. Itaqꝫ inuicẽ ipse quantã potest maximã manũ contrahit, ac 70
ad vicum Annandię hostibus occurrit, pręliũqꝫ quũ haud multum
diei superesset, vtriqꝫ initum. Sed quũ aliquãdiu ancipite Marte pu
gnatum esset, ad Scotos inclinata victoria est, ipse dux Baliol9 ar-
repto equo sine fręno ꝓiectis armis ad Roxburgum oppidũ confu
git. Ceciderant aũt nobiles viri aliquot: inter quos facile eminebãt 75
Hẽricus Baliolus fortitudine maxime inter suos cõspicuus, Ioãnes
Moubra, Vvalterus Cumein, Richardus Kyrkbi. Alexander vero
Brusius comes Carictę, & Gallouidię comes viui in man9 venerũt,
sed Ioannis Ranulphi beneficio seruati. Nam in Eduardi fidem nõ
ita diu cõcesserant, Secundũ hanc victoriam electus est vir pręcla- 80

rus Andreas a Morauia,diuitiis,opibusq; potẽs, gubernator alter, qui cõueniẽs Patriciũ Dumbar collegam de cõmuni cõsultur9 regni salute,quoniã haud dubie se apertum habiturũ hostem Anglũ credebant,Alexandrum Setoun equitẽ auratum præsidio Beruicano pręfecit,ipseq; Merchiarũ comes aciem sibi custodiẽdam sumebat,vt ipse aduersus Anglos,Andreas aduersus Eduardum rem gereret.Inde cum valido exercitu Andreas Roxburgum adiens, cum Eduardo Baliolo ad pontem extra oppidum situm , congreditur. Sed quum Anglos per pontem fugientes acrius insectaretur,cum paucis qui eum secuti fuerant,interclusus a ponte cum subsidio suorum nullo eripi posset,captus est,haud dubia tamen Scotorũ victoria,qa imprudẽter cędentẽ inter primos terga hostium ducem hostes circũuenerant.Per idem tẽpus Vvilhelmus Liddisdael militię flos propter egregiam virtutem a militibus appellatus , prælium in valle Annãdiæ committens cum Anglis,grauiter telo vulneratus,viuus in hostium manus venit,cætero exercitu casu ducis in fugam verso.Sed ambo in alterum annum carceri inclusi difficulter sane ac magna pecunia redempti fuere. Cum in ambiguo adhuc victoria penderet in duas partes vulgi animi diuisi sunt.Pars enĩ nouis rebus studentes ac lucrum rebus turbatis commutatisq; sperãtes,Eduardo accesserunt .Alii quibus tranquillitas & pax charior quauis re,& experti iam erant,q̃ esset res instabilis fortuna secũda, quantaq; mala fluctuantes sequerentur animos,fide constanti Dauidi regi,cui semel iurati fuerant,adhęrent.Nec Eduardus Anglorum rex in tantis motibus solus quiescere poterat. Tantisper enim se continebat,donec spes aliqua affulsisset,dictitans nullam esse rẽ tam difficilem,quã non si sæpius eam tentes , aut totam aut bona ex parte conficias.Itaq; conscripto ingenti exercitu ex Anglis,Normanis , Andigauis:& insuper ex sociis Flandris conducto ingenti precio auxiliari milite terribili numero,Scotiam infestus,qua parte Eduardo Baliolo aduersabatur,inuadit.Dicebat quidem Baliolo se subsidio venire,sed si rerum potiri potuisset,non magis illi fidem q̃ reliquis seruasset.Cum vndiq; sic ab hostibus se Scoti pœne obrui viderent,legatum in Franciam Ioannem Ranulphum comitem Morauię mittunt ad Dauidem regem suum,ad auxilium a Philippo rege rogandum . Interim Eduardus Beruicium terra mariq; acerrime oppugnat,omnibusq; viribus expugnare conatur,sed ciuibus ducibusq; haud minor defendendi animus aderat , q̃ hostibus oppugnandi.Nonnunq̃ enĩ facta ab eis eruptione fœliciter pugnatum est.Interim etiam naues aggressi ignem in eas iniicere , hostes

inopinatos aggredi, plurimaq; cędem edere, ac omnia vt sibi animi crescerent, hostibusq; desperatio, eniti. Sed pugnę ardore Vvilhelmus Setoun dum nimium acriter hostes insequitur, exclusus a suis multis sępe conatibus frustra tentatis, vt viam sibi ad suos faceret, vi captus est ac frater eius Nothus vir manu promptissimus, dũ naues inuaderet ꝑ tenebras cursando in aquã incidit & submersus est. Iamq; in quartũ mensem obsidionem virtute audaciaq; extrahentibus, res necessarię deficere cœperũt: nec diutius per inopiã obsidio extrahi potuit, cum pręfecti oratores ad Eduardũ mittunt, si ab oppugnatione cessaretur, sese nisi ante tertiũ Calendas Augusti subsidium mitteretur, in eum diem in potestatẽ eius ciuitatem daturos. Quę vt rata essent Alexander Setoun præfectus Thomam filium suũ maiorem natu obsidẽ Eduardo tradit. Dum ab Anglo Beruicium tantis viribus oppugnaretur, facto conuẽtu Archimbaldum Douglas gubernatorem, in Andreę a Morauia capti locum constituunt: is vt ab obsidione Beruicii Anglum reuocaret, collectis ingentibus copiis Angliã inuadere statuit, si ita fortassis metu suorũ eũ ad sua tutanda trahere possit. Sed Eduardus rex Anglię auditis copiis hostium, veritus ne victoria ex manibus eriperetur, oratores ad Alexãdrum pręfectum mittit, vt extemplo oppidũ dedat, quod ni fecerit, habere se quo cõpellat: filios in conspectu ipsius totiusq; vrbis, patibulo suspensurum. Quę vbi ad Alexandrum allata erãt, queri primum tempus nondum induciarum elapsum esse, nondum venisse diem quo pacta pręstanda essent, deinde fidem regis obtestari, ne fidem publicam violare sustineat, iniquum eum postulare, neq; ex iure gentium, si nulla apud eum fides conuentorum cõstet, agere. Ad hęc si ab induciis recedere velit, obsides reddat, ac virib9 quę posset experiatur. Quæ quum relata per oratores ad Eduardũ essent, verbis nequaq̃ disceptandũ ratus, ac se si modo vinctos cruci admoueat, apud hostem quę velit effecturum: patibulũ in edito ante vrbem loco erigi, quo facile ab omnibus conspici possit, iubet ac *filios Alexandri, quorum alterum captiuum*, alterum habebat obsidem, vinctos ad eum locum duci. Quos quum pater ex turri cõspicaretur, motus filiorum misericordia, qui mortẽ innoxii luerent, quam ipse si volũtati tyranni concederet, prohibere posset, pietate inuicem in patriam, fideq; in regem, in diuersam ttahente partem, ęgre se cõtinuit quin deditionem extemplo faceret: & haud scio an victus filiorum miseratione pater, sceleri hostis cessisset, nisi ad latus eius vxor ac eadem communium filiorum mater, mulier virile superans fortitudine animi ingenium, maritum sępius adhortando

1 rogando interim, nonnunq̃ fidei in patriam monendo perpulisset, vt constanter iniurias tyranni perferret. Mi vir, inquit, qd agas vide. Si tyranni cupiditati obsequaris, si patrię charitatem, si fidẽ regis tui, cui iuratus es, vel mortis metu violes, noris te & tibi & pa-
5 trię plurimum nociturum, sed si salua fide tua liberi nostri fortiter intereũt, id nobis non modo nunq̃ obfuturũ sed etiam omnibus rationibus profuturũ: Vide inquã q̃ non ex vsu tuo, q̃ inhonesta, q̃ indigna generi tuo, si illa omnia ꝑfidi latronis sceleri prodas, facturus sis. Filios ille tuos immo nostros per nefas, quo nos quoq; in
10 scelus ꝓtrahat, ad supplicium rapit. Ergo ne nos patriã prodemus? ciuesq; nostros fidei nostrę cõmissos, ac nos omnes in seruitutem, vt modo pacta q̃ nunc facturi essem⁹ meliori fide q̃ priora seruet, tra- demus? Qz si ille periurus ne tum quidẽ dictis steterit, queadmodum illis stare parat minime, vrbem ne hãc incendio, templa, ędes
15 nostras, nostrorũq; ciuium, rapinę prædęq; dederimus? virgines ac matresfamilias violari? indigna ingenuos pueros pati, cędem atq; homicidia tota vrbe fieri ꝑ nostram imprudentiam passi fuerimus? Tanti ne est duorũ filiorũ clades, vt eos tot hominũ calamitatibus redimẽdos cẽseamus? Quos ne tũ quidẽ liberatos habebim⁹ quan-
20 do ex manu tyranni ꝑ turpe facinus receperimus: Nam quę potest turpi vitę libertas, quã scelere ꝑdiderimus superesse? Illos poti⁹ nobis imitandos censeo quos sacra nobis scriptura, velut exemplũ ad imitandũ ꝓponit: In primis Danielẽ leonibus obiectũ, ꝙ deũ suum offendere noluerit, ac tres illos pueros in flãmiuomũ immissos ca-
25 minum. Tũ maxime Maccabęorũ pueros septẽ, quos rabida Antiochi⁹ demẽtia, ꝙ carnibus vesci porcinis cõtra legẽ cõstanter abnegarent, cũ ipsa matre omni tormẽtorũ genere affecit. In memoriã tibi mi vir reducas, q̃ cõstanti, q̃ alacri adulescẽtuli illi vultu, inspectãte matre om̃igenas tyrãni pœnas cõcoxerint ac spreuerint. Deinde
30 q̃ forti animo mater septẽ prius filiorũ cruciatus cõtuita, septemq; in filiis mortes perpessa, ipsa sese excarnificandam tortoribus dederit. Vtinam mihi simili modo emori ꝓ patria liceret, aut me, quemadmodum filios meos, casus aut fortuna, immo deus ipse in eã necessitatẽ adduxisset, vt mea morte patriam excidio liberarem: non
35 me profecto eiulantem, non flentem, a lictoribus ad suppliciũ pertrahi aspiceres, ipsa læta accurrerem, ac illos alacritate pœnas per ferendi anteuerterem. Non enim hæc mors est, sed mortis cũ ęterna vita commutatio. Itaq; nunc me fastidiorum quę in gerendo eos decimũ mensem pertuli, nunc laborum, molestiarum, solicitudinũ,
40 quas tãto iã tẽpore educãdo exhausi, meritũ fructũ capere arbitror.

Nunc cogitationũ mearum, quas noctes diesq; meditãdo quonam
pacto in bonos eos viros perducerem, apud animum meum euolui,
finem optatũ video. Nam quod vnũ a patria acceperũt, hoc illi iã
debitum ꝓsoluunt. Nec me perdidisse liberos putabo, immo nouo
quodã modo lucratos: quũ quod mihi summe optandũ est, id eoscõ
ferre in patriã video: q̃q̃ ne filii q̃dem deinceps nobis deerũt. Nã &
dei beneuolentia nõnulli superstites sunt, & ętas mea ad pariẽdum
idonea nondũ pręteriit, roburq; tibi, vt generare possis, etiãnum vi
get pristinũ. Quãobrem ne quicq̃ grauius in nos nostrosq; consula
mus, quęso mi vir: ne istũ qui semel fidẽ addito scelere violarit, ser-
uaturum, si q̃ rursum ꝓmiserit, credamus, neu nostra culpa ea nos
nostrosq; pati sinam9, q̃ victis fieri cõsueuerunt. Hæc atq; alia cum
marito vxor, vniũersis ferme viris ꝑferenda mulier, consolandi gra-
tia ac deterrendi diceret, eumq; paulũ confirmatũ, nihilominus ta-
men mœstum cerneret, ad diuersorium suũ illum secum rapit, ne si
mortem filiorũ crudelem indignãq; cerneret, malis superatus, gra-
uius aliquid in ciuitatem patraret. Impellebat em̃ iam huc filiorũ
charitas, iam illuc patrię, vt vacillans quã in partẽ euaderet, nesci-
ret. Filii vero eius in crucem mox sublati honestissimã patrię mor-
tem exoluerunt. Tertio post diẽ Archimbaldus in Angliam exerci
tum ducens vbi audiuisset crudelem filiorũ Alexandri mortẽ, ma-
nu vindicandũ tantũ scelus ratus, relicto priori consilio ad hostem
cõfestim iter conuertit, nec longe eo die ab hostiũ castris castra sua
metatus est. Cęterũ erant in exercitu qui abstinẽdũ a ꝓlio suaderẽt,
Anglũ multitudine abũdare, armis bellicis ĩstructũ exercitatũq; iã
diu militem habere, victoriisq; ferocẽ dictitãtes. Scotos vero bellis
sup̃ioribus fractos, ꝓliis aliquot aduersis veteranũ militẽ occisum,
ac quos nũc adduxissent armoꝝ insuetos asserẽtes, monẽtesq; assue
faceret pri9 tyronẽ exercitũ ad clamorẽ hostiũ nõ expauescere, Tũ
demũ impari nũero cõsultandũ, an cõgrediendũ cũ hoste sit. Ad ea
Archimbald9 respõdit, Animũ militib9 nõ deesse, incitatis ꝓxima
hostiũ in Alexãdri ꝑfecti liberos crudelitate, nõ cũctandum, donec
ea indignatio senescat: haud quaq̃ vllã exercitationẽ maiores, q̃ irã
vires addere. Ita spreto cõsilio militib9 edixit, vt corpora cibo sõno
q; nocturno curarẽt, prima luce diei sequẽtis in aciem exituri. Itaq;
vt primũ lucescere cœpit, castris copias educit, ac in ordinẽ exerci-
tum redigit. Primã aciẽ ducẽdã Hugoni comiti Rossiæ tradit, eiq;
Kennethũ comitẽ Suthirlandię, Iacobũ & Simonẽ Fraseir, & Ioã-
nem Morauũ vicarium Ioannis Arnulphi, qui id tẽporis ex morbo
decumbebat, comites attribuit. Secũdam regebat aciem Alexãder

Lindesay,cui adiuncti Alexander a Gordon Reginaldꝰ Graim,& Robertus Kēnethi.In tertio agmine Archimbaldꝰ gubernator curabat.Assumpserat autem sibi Iacobum & Alanū Stuart insignes & nobilitate ac pietate mutua germanos,magni Senescalli filios. Nec hostes prælium detrectarunt.Ex longa enim obsidione regionum periti , principio pugnæ fugam simulant,ac montem leuiter accliuum,iniquum vero aduersum subeuntibus sed resistētibus minus accommodū petunt.Ibi represso cursu in ordinem sese cogētes fugam primum sistunt,deinde loci beneficio nonnihil dispersos cōfusosq; persequendo Scotos depellunt,& qui fugam modo simularant,acerrime resistentes,hostes in valle cędunt:nec Scoti inulti cadebant.Nam odiis vtrinq; prope maioribus q̃ viribus certabatur. Anglis veteres clades nūc demum prorsum cum nulli superessent amplius quibuscum certandum postea foret,vlciscendas existimantibus,Scotis proximas pariter & olim illatas vindicandas,patriāq; aduersus tyrannum,defendendam cēsentibus.Sed frustra iniquo diu nitentes loco cum ducem hasta traiectum concidisse viderent. consternati tandem terga dederunt.Tum vero plurima cędes in fugientes edita,maiorq; longe q̃ in pugna erat. Nā circunducto vno cornu Angli fugā obsepserant.Itaq; a tergo,& a frōte misere cędebantur,paucíq; viui capti sunt,quos defatigati hostes magis cędere nequibant q̃ nolebant.Cecidere eo prælio quatuordecim hominum milia,nobiles pœne omnes qui Dauidis partes secuti ex clade ad Duplyn accepta superfuerant,Archimbaldus Stuart gubernator cum tribus fratribus Iacobo , Ioanne & Alano Stuart viris ea tēpestate nobilitate claris & manu promptis,Hugo Rossensis comes Kennethus comes Suthirlandię,Alexander Broys comes Carrictę,Andreas,Iacobus & Simon Fraseir.Capti fuere nonnulli,qui postridie omnes Eduardi iussu capite truncati sunt, præter quosdā qui furtim cædi ab Anglis quibusdā pecunia corruptis, substracti fuere,certantibus videlicet auaritia militibus cum regis sui crudelitate.Cōmissum hoc certamen est anno a natali Christiano millesimo trecēsimo tertio & trigesimo.Locus autem in quo conflictus hic factus est Halydounhil nomine in nostram etiam ætatem vsq; nobilitatus est.Secundum hanc cladem acceptam Alexander Setoun & Patricius Dumbar præfecti præsidii Beruicii desperantes de salute regni(neq; enim erat vnde alii duces,aliaq; auxilia comparari possent)deditionem faciunt,ea lege vt vita, fortunisq; omnibus saluis,iugum tm̃ Anglorum acciperent. In castra igitur Eduardi venientes in verba eius iurant . Sed Patricio Dumbar hoc in-

super mandatũ est,vt suis impẽdiis castellũ Dumbar,quod sub ad-
uentum Anglorũ mœnibus diffidens,ne in illorum potestatẽ veni
ret,diruerat,reędificaret,pręsidioq; teneretur Anglorum. Inde reli
ctis apud Eduardũ Baliolum plerisq; Anglię nobilibus, quorũ fa-
cile princeps erat Richardus Talebotus, vt eorũ nutu res omnes
Baliolus gereret,retro in regnũ suum Eduardus Anglorũ rex re-
uertit. Eduardus vero Baliolus recepta omni Scotia, regiones vni
uersas perlustrans,pleraq; pręsidio Anglicano firmauit,pauca ad-
modum Scotorũ fidei credens.Castella quoq; omnia quę suis tene
bat pręsidiis,pręter quatuor,scilicet Dounbriton,cui pręerat Mal
colmus Flemein a Cũmirnald,Lochleuin,quod tenebat Alanꝰ ve-
teris pontis,Kildrũme Christiana Brusia,& Vrquhart, cui p̃fectus
erat Robertus Laudir.Erat pręter hęc turris quędã in Lacudoun,
circũscriptione q̃dẽ exigua,sed insuperabili fortitudine:eã occupa-
uerat Ioannes Chanus.Hi oẽs Dauidis fidẽ constanter tutati sunt.
Interea Philippus Francorũ rex Põtificẽ maximũ per legatos orat,
vt authoritate sua furentẽ Anglorꝝ rabiẽ in Scotos cõpesceret.Sed
adeo legatos Pontificis ad se missos Angli contẽpserunt. vt ne in
cõspectum quidẽ suum venire admiserint.Infecta igitur re cũ igno
minia Romam legati rediere.Postq̃ itaq; legati abiissent cõsilium
Perthi Eduardus Baliolus habuit,quo ex omni Scotia nobiles fere
conuenere,regẽq; illum denuo declarauerunt, promittẽtes partes
eius se semꝑ sequuturos.Sed grauis inciderat inter ꝓceres conten-
tio de agris quibusdã,quę rem prope modũ in discrimen extremũ
adduxerat.Nam Henricus Bellomõtanus sororẽ Alexandri Mou
bra vxorẽ habens, prędia quædam nomine vxoris ab eo repetebat.
In eo itaq; cõsilio agitata res ab Eduardo Baliolo,Alexãdro causa
adiudicata fuit.Hẽricus Talebotus & Dauid Cumein pro Hẽrico
Bellomõtano ꝓnunciarunt,iniuste ꝑ Alexandro sentẽtiam latam
dictitantes.Grauibus verbis in cõsilio res agebatur,parũq; abfuit,
quin armis rem discernerẽt.Sed dimisso ꝓtinus consilio sedatus est
e vestigio tumultus.Nam extẽplo Baliolus cũ Alexãdro Moubra
Beruicium cõcessit.Hẽricus Talebotus indignabũdus Angliã re-
petens, ꝙ spreta ipsius ab Eduardo sententia esset,in Laudonia in
amicos Dauidis regis incidens,in castellũ Britonum ꝑductus est:
vbi & mortuum in carcere quidã authores scribunt. At Henricus
Bellomontanus Doundarg munitissimã Buthquhanię arcẽ petiit,
quam valido obtinens pręsidio omnem circa regionẽ imperio suo
subiectam esse coegit.Dauid Cumein in Atholiam abiens castella
sua fortissime omnia muniuit. Itaq; metuens Eduardus ne gra-

uius quicq̃ ex ea re oriretur, aut Eduardi regis Anglorũ animũ offen
dere veritus, cõmutata incõstantissime turpissimeq; sentẽtia ab Ale-
xandro Moubra pro Henrico Bellomõtano iudiciũ actũ reuocat. Ita
verũ ac iustũ nõ ex re ipsa, sed ꝓ cõmodo pẽdebat. Sed dũ aliis fauet,
alios rursum aduersus se habeat, necesse est. Alexander etenim Mou-
bra: iniuria Eduardi Balioli permotus, Andreę Morauo gubernatori
grãdi pecunia liberato, ac etiã tũ in fide Dauidis regis persistẽti sese
coniungit. Sed Henricus Bellomõtanus ac Dauid Cumein Atholię
comes acceptis Eduardi beneficiis, cõiũctissimi exinde Eduardo facti
sunt. Nã Henricũ Bellomõtanũ Alexãdri agris donauit, de qbus cõ
tẽtio fuerat, Dauidi vero Cumein comiti Buthquhanię oĩa Roberti
Senescalli ꝓdia ꝓ recõciliatione illi gratificatus cõcessit. Inde Andre
as Morauus gubernator adiutus opibus Alexãdri Moubra, castellũ
Doundarg exercitu cinxit: nec lõgo post tẽpore in deditionẽ accepit,
Hẽrico Bellomõtano abeundi in Angliã potestate facta: ea lege tñ,
vt iureiurãdo sese astringeret, nũq̃ deinceps in Scotiam redeũdi, nisi
Dauidis regis partes sequeret᷑: & sedulo semꝑ apud Eduardũ regẽ
Anglię operã daret, quãtũ i ipo esset ad pacẽ Scotię cõciliãdã. Eodẽ
tẽpore Baliolus Ramfrou petiit oppidũ regale. Indeq; receptis oib9
castellis, in Botham & Rothesaam insulas tẽdit: vbi arce recepta ac
bene munita ꝓsidio, agrũ oẽm amicis diuisit. Magistratus quoq; ibi
pro arbitrio cõstituit: q minus cõsiliis eius fauebant, reiiciẽs, nouosq;
in locũ eorũ substituẽs. Cura itẽ omni, qua potuit Robertũ Senescal
lũ nepotẽ eius, q nuperrime regnauerat, in cuius oẽs atq; Dauidis, vi
uente etiamnũ Roberto Brusio, verba iurauerant, cõquiri vndiq; ad
necẽ iubet. Sed amicorũ suorũ opera decimũ quintũ agẽs annũ: clam
ad castellũ Britonũ, cui Malcolmũ Flemein ꝓfuisse supra diximus,
nauigio delatus, atq; Eduardi substractus est manib9. Quãobrẽ indi
gnãs Baliolus Dauidis adhuc nomine castella q̃dã per vim in Sco-
tia obtineri, ibiq; hostiũ receptacula esse, ac quædã veluti seminaria
reparãdarũ seditionũ, monitus ab Eduardo Anglorũ rege, cõscripto
exercitu ex Scotis ac appẽdicibus quibusdã Anglorũ castellũ in Le-
uino lacu sitũ adoriri parat, variaq; tormẽtorũ genera, quę expugnã
do vsui forẽt, apportat. Sed quoniã obsidionẽ longã ꝓpter loci mu-
nitionẽ fore credebat, duces exercitibus præficit, ipseq; interea alias
Scotię partes procurat. Princeps erat ducũ Ioãnes Stiruelein eques
auratus: Reliquos huic oẽs subiecerat, ex eo videlicet numero, qui
Eduardi Anglorũ regis ac Balioli partes secuti erant, videlicet Mi-
chaelem Hereot, Dauidẽ Venus, & Richardũ Malauillanũ, cõplu-
resq; alios. Quũ autẽ ad lacũ venissent, collustrato circũquaq; loco

castris ponēdis idoneo, tēplū diuo Seruano sacrū ac cœmiteriū occu
pāt, nefandaq; in eo loco plurima cōmittūt, scorta ī tēpla adducētes
ac oibus libidinibus cōmaculātes, equos ad aras alligātes, & qđ deo
dicatū erat, cōtumeliose defœdātes, sacra prophanaq; iuxta habēdo.
Castellū duo præfecti viri omnifariā pstātissimi fortissime tuebātur, 45
Alanus a veteri ponte, & Iacobus Iamby. Oia principio ab hostibus
tētata sunt, vt impetu facto castello potirētur: Sed cū ob virtutē de-
fendētiū parū pficerēt, multaq; vulnera proptissimi quiq; acciperēt,
cōsiliū, vt opinabātur, astutū excogitāt, quo videlicet hostes sine labo
re caperēt. Os fluminis e lacu prodeūtis aggeribus obiectis obstrue 50
re tētātes, quo retēta tāta aquę vi, inūdatione castellū submergerēt.
Congerūt igit̄ quęcūq; adportare possunt, lapides, arbores, cespites
magno cumulo, oisq; exercitus operi faciūdo vacabat. Cōsilio insup
aquā ductis per nouos alueos ex locis vicinis torrētibus auxerūt, vt
tāto rē maturius pficerēt. Sed euenit vt exercitus dux Ioannes Stir- 55
uelein religionis cuiusdā gratia assumpta exercit9 pte maiori Dum-
fermelem pfectus, tātūmodo ad obsidēdū, quātū satis esset, militum
relinqueret. Qđ vbi ex castello cognouissent (plana eñ circūquaq;
oia, cōspectuiq; eoꝝ exposita erāt) Alanus psidii pfectus assumptis
aliquot sociis, media nocte tribus scaphis se & suos ad aggerē appel 60
lit, ac quāto maximo possunt silentio molē perfodiunt, dictoq; citius
inde castellū repetunt. Sensim igit̄ ex pfluente aqua foramine aucto
sub ancorā disiectis aggeribus ois in circūiacentes cāpos, vbi castra
metati erāt, late perfluit, ac prius q̄ perruptos cognouerāt aggeres,
pars exercitus cū impedimētis ac equis, aliisq; iumētis aquę impetu 65
in mare rapti periere. Credit̄ sanctus Seruanus, q tēplū nomini eius
sacrū fœde paulo ante violauerāt, aquę vim impulisse, adiutasseq; ad
sumēdū de hostibus tātoꝝ suppliciū flagitioꝝ. Interea Alanus suos
in armis habens, vbi cladē hostiū vidit, ac ad iustā altitudinē alueus
fluuii pductus esset, eruptione facta cū reliqs hostiū manus cōseruit 70
cęsisq; plurimis ac reliqs in fugā actis, nōnullis quoq; captis cū oṁi
præda cōmeatuq; quē in castris plurimū offenderat, ad castellū suū
rediit. Ioānes Steruelein certior cladis factus indignabūdus ad obsi-
dionē rediit iureiurando sese astringēs haud abscessurū, anteq̄ oēs in
crucē q in castello erāt, egisset. Sed cū opinione diutius duraret obsi 75
dio (nā ingētē cōmeatus vim ex castris hostiū parta victoria intule-
rāt) tędio victus multis ex militibus p nocturnas insidias amissis pa
cē qualēcūq; cū psidio cōponit, obsidionēq; soluit. Neq; eo anno qcq̄
aliud dignū memoratu ab Anglis, Scotisve actū est. Anno insequēti
Eduardus Anglorum Rex duplici via Scotiam inuadit: septuaginta 80

1 alias Celoces,alias Liburnicas milite repletas Phortiā per mare inua
dere iubet,sed tēpestatē passę iter insulā Sketh & littus Aquilonare
Phorthię scopulis illisę interierūt. Ipse iūcto Baliolo terrestri itinere
cū quinquaginta milibus ad Glasgu ꝑueniēs,cōsilio procerū habito
5 vbi vidit pauca q̄dā restare,ac indigna quę ab ipso peragi deberent,
iudicaret,relicto Dauide Atholię comite,q partes ipsi9 tutaretur,ac
castella q̄ nōdū in potestatē venerant,q̄ primū expugnaret.Eduardū
Baliolū retro secū in Angliā reducit . Id em̄ in animo moliebatur vt
Eduardū in potestate semꝑ sua teneret,ac occupata p̄sidiis suis Sco-
10 tia,omne regnū tādē sibi vēdicaret. Sed Dauid,quē ducem loco suo
exercitus reliquerat,cōmuni vtriusq; nomine cūcta se agere dicebat.
Instrumenta quoq; ita faciebat,seu quo fauētiores regni proceres ac
prōptiores,si vtriusq; se locū tenere diceret,haberet,seu q̄ regi extero
prorsus regnū ꝓdere nolebat.Sed imperii magnitudine animos tol-
15 lens, prędia vniuersa Roberti Stuart simul cū Buthquhania Mora-
uiaq; occupat.ac incolas in fidē suā iurare adigit:qui vero imperium
detrectauerūt publicatis eoꝝ bonis,extremis eos suppliciis afficit:q̄
res plurimū populi ab eo animos alienauit.Q đ intelligēs Robertus
Stuart quorūdā animos secretis nūciis ex castello Britonū missis sol
20 licitat, vt iniurias perfidi hominis vindicaret. Quibus cōsentiētibus
cōdicto die ac loco cōueniūt, ac duce Dūgallo Cambel a Lacuquho
castellū Dounhome vi capiūt,pręsidio Angloꝝ omni cęso.Quo fœ-
lici rerū successu auspiciis Roberti Stuart gestarum moti Brandani
(ita em̄ ea ætate incolę Arain & Boitę insularū vulgo vocabātur)
25 conglobati ad Robertū accedere conati sunt. Sed ab Alano viceco-
mite Carictę ac Ioāne Gilberto custode castelli Bothę multisq; aliis
Angloꝝ fautorib9 impedire conātibus remorati,cōmissa pugna cō-
plurimis ex vulgo cęsis Alanū quoq; occidūt, ac Ioānē viuū capiunt.
Ad Robertū autē vbi venissent,ducū alterius caput,alterū ostētātes
30 viuū ꝓ rebus tā bene gestis petiuere,vt imunes ī posterū a vectigali
frumenti quotannis pēdēdo,essent. Quę nō solū impetrata sunt faci
le,sed additis cōpluribus aliis priuilegiis,donaria in singulos ꝓ illis
quę tū aderant,copiis magnificētissime largiri illis ab eo iussum est.
Ea vbi peruulgata ꝑ Scotiā,ac spes recuperandi ab Anglis regni ap
35 paruit , Thomas Brusius comes Carictę, & Vvilhelmus Cantheris
collecta nō cōtemnenda rusticorū manu ab Anglis deficientes ad ve
rum suū principē se contulere . Sub id temporis Ioānes Ranulphus
comes Morauię ex Gallia ab Dauide rege reuersus ad Dounbriton
applicuit,accedēs in arcē,a Roberto Stuart nō vno honoris genere
40 exceptus est.Nam vir erat in omni genere virtutis pręclarus.nec pa

tre ſuo Thoma Ranulpho ſoboles indigna. Verum vbi circũſpectis
omnibus Roberti copiis haud paruas vires ad regnũ reparandũ co-
gnouiſſet, hortatus eſt vt omnibus viribus in id ſolũ intentus eſſet,
nõ tũc tẽpus eſſe dicens, quo ſe mœnibus tueri, hoſtẽq; repellere ab
iugulo debeat: ſed quo ipſe imminere illoꝝ ceruicibus deberet: quũ 45
ducum ſuperbia ac tyrãnide omniũ animi ab Anglis alienati eſſent.
Nam magnę quotidie nouoꝝ auxilioꝝ acceſſiones fiebãt, miſſis ad
vicina loca militibus equitibuſq;, qui beneuolentia alios, alios vi in
partes Dauidis regis pertraherẽt. Breui igitur Ramfrou & Cludę-
uallis Dauidis effectæ ſunt, eorũq; exẽplum imitatę Cunegamæ & 50
Coil regiones cũ comitatu Air, hortante ad defectionẽ Godefredo
Ros vicecomite. eodẽ acceſſere. Sed iã nõ perferendã diutius in Mo-
rauos Buthquhanoſq;, quos ſibi vendicauerat, Dauidis Cumein tyrã
nidẽ vindicare parant. Ioannes Ranulphus collectis omnibus copiis
Aberdoniã cõtẽdit, vbi edoctus a quibuſdã Aberdonenſibus, qui ſe- 55
creto Dauidis Bruſii partes fouebãt, quonã in loco Dauid Cumein
ageret, eo protinus iter cõuertit. Sed ex omnibus regionibus ſpe ſe-
mel recuperãdi ab Anglis regni oſtẽſa, indies maior ac maior afflue
bat militũ numerus. Itaq; multitudine Cumein hoſtiũ territus, fugã
nõ tentata ſemel fortuna arripuit. Sed perſequẽte Ioãne in Loquha- 60
briam vſq; eo miſeriarũ redactus eſt ex omniũ rerũ inopia, vt radici-
bus & aqua aliqu[illegible]ãdiu vitã ſuſtentarit. Tandẽ vbi euadẽdi nulla ſup
eſſet ſpes, abiectis armis, pœne nudus ſupplex accedẽs, veniã ac mi-
ſericordiã precatus eſt: quã facile impetrauit, ac vt hominẽ tã potẽtẽ
cognationibus, opibuſq; beneuolẽtia quadã Ioannes cõciliaret, acce- 65
pto iureiurãdo in verba Dauidis regis in Morauiã eũ vtcũq; inſtru-
ctũ dimiſit, hortatuſq; eſt vt quãtũ antea Anglis nullo magno bene
ficio operę in ſubiugãdis Scotis impendiſſet, tãtũ nũc in reconciliã-
dis denuo collocaret, ita futurũ vt nõ minori apud regẽ Scotię (quẽ
verũ regẽ cognoſſet, cuiuſq; modo in verba iuraſſet) honore habẽ- 70
dus eſſet, q̃ antea apud Anglos fuiſſet. Alioq i animũ reuocaret, q̃ pſi
dũ pœnæ, ſi rurſum trãſfugiſſet, manerẽt. His pactis reuerſo ad Ro
bertũ Stuart, Ioãne Ranulpho Edinburgi vterq; cõmuni nobilitatis
cõſenſu gubernatores creati ſũt. Vbi etiã occurrit Vvilhelmus Dou
glas mõ primũ ex Anglia reuerſus, igẽti liberatus pecunia. Defece- 75
re quoq; id tpis ab Anglis ad Dauidẽ regẽ Alexander Ranſay oim
ea ętate belli artib9 princeps a militib9 habitus, Laurẽtius Pręſton,
Ioãnes Harein & Ioãnes Halibourtoun eqtes aurati, q firma deiceps
fide Dauidi adhęſere. Paucis poſt dieb9 indictũ eſt a gubernatorib9
publicũ toti9 Scotię cõſiliũ ad Darſe ad cõſultãdũ de regni cõmodo 80

1 quo cōuenere insignes nobilitate viri Alexād̄er Morauus recēti libe-
ratiōe ex Anglia rediēs, Patricius comes Merchiarū, Alexād̄er Mou-
bra, Vvilhelmus Douglas, & Dauid Cumein comes Atholiæ. Sed
quoniā ille maioribus q̄ ęquū oībusq; tutū videbat̄ copiis, ad cōsiliū
5 venisset, cōpluribus indignātibus, cōuiciaq; in eū iactātibus, nulla re
digna effecta dimissi sunt oēs. In sequēti anno Eduardus rex Anglię
cū Eduardo Baliolo, audita Scotoꝝ rebellione, terra simul ac mari
oppugnare Scotiā parāt, qnquaginta equitū milia cōscribunt, cū iis
terra ingrediūtur. Per mare vero cētū & octoginta Celoces Liburni-
10 casq; in Phortiā mittūt. Ad Perthū ipse castra ponit. Inde ꝑ oēs vici-
nas regiones p̄datū turmas p̄donū magis q̄ belligerātiū more emit-
tit. Dauidē comitē Atholię opperiēs: Iā tū em̄ ille rursum defectionē
parabat. Naues in Emonā insulā veniētes totā deprędatę, nec sacris
reb9 abstinuere. Abbatiā diui Colūbę sacrā p̄cioso ornatu spoliātes,
15 calices argēteos sacris faciūdis destinatos, thuribula, cādelabraq; ar
gētea, ac oēm preciosam supellectilē sacrā, simulacra quoq; nōnulla
cū libris aliquot rapientes. Nec diu inultā sacrilegā auaritiā tulere.
Nā quū reditū in Angliā pararēt, orta repēte vehemētis procella tē
pestatis mirū in modū oia vndiq; sacrilega p̄donū nauigia disiecta,
20 iactataq; ꝑtim submersa sunt, ꝑtimq; scopulis illisa. Qui autē in reli
quis ferebant̄ religione tacti, qđ vindicare iniurias suas diuos crede-
bāt, vouerūt se qcqd. S. Colūbę abstulissent, cū amplis remuneratio-
nibus reddituros. Itaq; sedata tēpestate, vniuersa retulere, votaq; sua
abūde soluere. Eodē tēpore quū ad Perthū Eduardus cū exercitu se-
25 deret, dux Gelrię cū copiis suis ꝑ Angliā in Scotiā tendēs Eduardo
regi subsidiū ferebat. In finibus autē regnoꝝ i gubernatores incidēs
graui certamine victus est. Sed fugiēs in serā vsq; noctē ad arcē Puel
larū, postero die circūsessus deditionē fecit, vti amissis oibus vitā mo
do seruaret. Verū gubernatores humaniter victoria vsi redditis oib9
30 rebus, acceptoq; iureiurādo ad Anglos deinceps nō rediturū, illęsum
abire ꝑmiserūt. Cū aūt. spolia legerētur occisoꝝ, inuēta est mulier q̄-
dā ingēti corporis mole, q̄ ante alios initio pugnę ꝓcedēs singulari
certamine cū Richardo Schavv cōgressa eū deiecerat, ac fortissime
inter primas pugnas multa edita cęde ciciderat. Cęterū qm̄ Gelriæ
35 dux societatem ac amicitiā Philippi Francoꝝ regis cōmemorabat, in
gratiā illius Ioānes Ranulphi gubernatorū alter cum exigua manu
illum ad oras Anglię prosequutus, ac ab Anglis ac Scotis Anglo-
rū partes sequētibus, insidiis interceptus est, ac ad Eduardum perdu-
ctus. Sub id temporis Dauid comes Atholię, quū videret capto gu-
40 bernatore, rursus fortunā pro Anglis spirare, cum antea animo flu-

ctuasset, cuinã parti hęreret, tandẽ ad Anglos & Eduardũ inclinauit, & Perthũ ꝑuenit, qđ ab Anglo assidendo expugnatũ pauloante erat. Itaq; iureiurãdo denuo deuinctus, gubernator iterũ ab Eduardo Anglorũ rege pariter & Baliolo dictus est. Angliã em̃ Eduardus bellorum tędio repetiit assumpto Eduardo Baliolo. Metuebat em̃ si prospera vsus fortuna fuisset Eduardus, ac regnũ fœliciter suo imperio subiugasset, ne nõ in fide ꝑsisteret. Regia igitur potẽtia rursum elatus Dauid Cumein immemor sortis humanę & iurisiurandi non ita diu Dauidi regi facti, tyrãnidẽ nouã exercere i eos qui Anglorꝝ partes sequi renuebãt, incipit: quosdã hęreditate spoliãs, nõnullos fortunis, alios pœna capitis (quo ipse manũ ĩ bona ipsorꝝ iniicere posset) cõdemnat. Prorsus auare tyrãniceq; oĩa agens. Quã calamitatẽ indigne ferens Scotica nobilitas, vt is quẽ superiori anno eo cõpulerant egestatis vt hęrbarũ radicibus vti coactus fuerit, ac ꝓterea supplicẽ tantis honorauerant bneficiis, quãtis fere nemo qui perpetua in fide Dauidis ꝑmãserat, is, iquã, nũc bis imo pœne millies trãsfuga, periurusq; tã ſęuã exerceret in plębẽ tyrãnidẽ, nõ ferẽdas tãtas superbi hominis iniurias. Itaq; cõfirmatis animis, etsi nõ æquo numero, tñ audacia fortitudineq; superare se sperantes collatis copiis obuiã ire parãt. Duces copiarũ erãt Patricius Merchiarũ comes, Andreas Morauus, Vvilhelmus Duglas. Oppugnabat eo tẽpore Dauid Cumein Kildrũme. Aduenietes autẽ signa cõferũt: Anceps principio fit ꝓliũ, numeroq; superaturus videbatur Dauid. Sed medio pugnę Ioannes Crag ꝓfectus castelli Kildrũme succurrẽs, cũ trecẽtis fortissimis viris beneq; armatis & recẽtibus cũ iam defessis congrediẽs, nõ modo pugnã labantẽ restituit, sed victoria etiã multa cũ hostiũ cęde potitus est. Dux ipse Dauid memor verborꝝ quę discedẽti mãdauerãt, ac facinorꝝ suorꝝ conscius, vbi desperatã vidit victoriã, ne viuus i hostiũ manus veniret, cũ turma robustissimorꝝ iuuenũ in confertissimũ hostiũ agmen irruẽs Alexandri Gordon manu cõfossus interiit. Ceciderũt etiã in eo pręlio Vvalterus Bride, Robertus Cumein, multiq; alii nobiles viri pariter & ignobiles, Thomas Cumein eques auratus in pręlio captus est, ac postridie capitis damnatus. Euaserat Robertus Menzeus ex fuga in castellum suũ Cãmor delatus. Sed quoniam magna cum eo multitudo intrauerat nec quicq̃ cõmeatus obsidioni tolerandę satis esset, postridie sese hostibus obsidione castellum cingentibus tradidit, veniamq; impetrauit dato in Dauidis regis verba iureiurando. Parta hac victoria Andreas Morauus gubernator dictus est in locum Ioannis comitis Morauiæ capti. Nam & Robertus ea tempestate morbo correptus, ad Britonũ castellũ con-

cesserat. Is igitur collectis vndiq; maioribus copiis, castellũ Cuprũ obsidere parabat. Sed quoniã aliquãdiu obsidio ea tenuisset, nũciatis inter ea Cumenios Aquilonarẽ Scotiæ partẽ vexare, necesse habuit suis succurrere, ac prędonũ conatus cohibere. Primo igitur impetu fusis hostibus, victoria potitus est. Cęsi fuerũt nõ ita boni atq; nobiles, Robertus Cumein, Vvilhelmus Cumein, Thomas Caldar, cõplu resq; alii pacis boniq; reip. turbatores. Omnem autẽ ea victoria Borealem Scotiã in ditionẽ Dauidis regis redegit. Restabãt pauci adhuc Angli in Doundarg castello Buthquhanię, Eos oẽs capto castello trucidauit. Pręfectũ autẽ Henricũ Bellomontanũ accepto ab eo iureiurãdo nũq̃ in Scotiã redditurũ pollicẽte innoxiũ in Angliã dimisit. Accessit inde gubernator ad Lothindoris castellũ oppugnandũ. In eo latebat vxor Dauidis comitis Atholię cũ liberis. Cęterũ ea vbi vidit se peti nunciũ ꝓpropere in Angliã ad Eduardũ regẽ ac Baliolũ mittit cũ literis iniurias ac calamitates, quas ꝓ nomine illoꝝ sustineret, simul periculũ, in quo esset, exponẽs. Cuius ꝑcibus motus Eduardus rex instigante pariter ad recuperãdã Scotiã Eduardo Baliolo, cõscriptis quadraginta hominũ milibus terra mariq; Scotiã aggredit ad Borealẽ partẽ, quã imperio suo subiugare conabatur. Primo igit aduentu multitudine hostes exterrens obsidionẽ soluit, ipsam comitem quo vellet discedere ꝑmittit, ac valido castellũ firmat ꝑsidio. Inde ifestus Morauiã oẽm incẽdio ferroq; late ꝑter sacra deuastat, ac ꝑ Marriam rediẽs nõ minus eã populationibꝰ afflixit. Aberdoniã vrbẽ regiã habitatore exhaustã solo æquat. Nã ex eo cõplures Angli cum ignominia a fautoribus Dauidis Brusii regis eiecti fuerãt. Ad Phorthiã autẽ classis appulsa expositis militibus oẽm Fifensiũ agrũ infestũ vastationibus fecere. Nec tũc etiã q̃q̃ superiori tẽpore moniti satis erãt, a sacris sancti Colũbæ abstinebãt: nec is diuus inultos iterũ sacrilegos abire ꝑmisit. Nã ꝑda oĩs ex tẽplis eius in Liburnicã portata, vbi primũ ea soluisset, sine vlla tẽpestate in ꝓfundũ demersa est. Ad Perthũ ex Boreali Scotia rediẽs Eduardꝰ rex mãdauit id oppidũ nouis circũquaq; mœnibus fortissimis, ac turribus crebris ędificatis muniri deiectis veteribus, idq; sex abbatum impẽsis, quorum cœnobia sunt Aberbroth, Cuprum, Londoris, Balmurem, Dounfermilem & diui Andreæ Apostoli: quibus impendiis nimis q̃ grauati fuere, sed iubentis imperiũ detrectare veriti, ne prorsus delerẽtur obœdiũt. Diruta quoq; aut lacerata castella reędificare iussit, videlicet qđ appellatur diui Andreę, cui ꝑfecit Hẽricũ Bellomõtanũ cõtra iusiurãdũ pręstitũ i Scotiã cũ Eduardo reuersum, castellũ Locrorũ, cui ꝑpo suit Henricũ Ferrariũ Anglũ, castellum Steuerlin, id obtinere iussit

Vvilhelmũ a mõte acuto Normanũ,& Roxburgum, quod tenebat
Vvilhelmus Felton: Oẽs hi equites erãt aurati. Pertho autẽ pręfectũ
dedit Thomã Vrthred origine Anglum. Quũ hęc ita administraret
Eduardus rex Anglię, venit ad eũ frater ei9 Helcanus, q̃ i Occidẽtali
Scotię plaga plurimos inique, etsi Anglorũ partes sequebãtur, gra- 45
uibus tñ iniuriis affecerat, nonnullos occiderat, alios proscripserat,
prorsusq; bacchantis more oẽm eã regionẽ ꝑuagatus erat. Gallouidiam,
Carictã, Coil, Cunegame, ac alias nonnullas veluti hostiles regiones
flãma ferroq; prostrauerat: Non enim cõfugiẽtibus ad sacra
diuorũ tẽpla, nõ ipsis etiã sacratissimis tẽplis pepercerat. Diui quoq; 50
Machuti ędẽ cũ mille hominibus, qui ad eã vitę seruãdę gratia confugerant,
incẽdio corruperat. His flagitiis Eduardus percitus veniẽtem
ad se Perthũ ad diui Ioannis, ac dũ increparetur, insolẽter adhuc
respondẽtẽ, ante diui Ioãnis aram gladio cõfodit: Sic abeãt, inquiẽs,
quibus sacra atq; profana, hostes atq; amici iuxta habentur. Non te 55
hic sacer locus quo min9 sacrilegii pœnas extẽplo dares, tutatus est,
qui tot hominũ milia cũ sacris diuorũ tẽplis fœde absumpseris. Inde
relicto Perthi Eduardo Baliolo cũ exercitu retro in Angliam abiit.
Eodẽ tẽpore Henricus Bellomontanus quoscũq; inuenire potuit ex
iis q̃ in cõflictu ad Kilblein fuerãt, aut amicos eorũ ob Dauidis Cũ- 60
mein cędẽ, crudeliter trucidauit. Andreas Morauus, vbi Eduardum
Anglũ cũ maxima exercitus parte abiisse intellexisset, ex montanis
prodiens, vbi eatenus latuerat, per noctẽ Anglos cũ exigua inuadit
manu, interdiu in syluis sese abscondens. Sed cõuocatis auxiliis, vbi
nõ cõtemnendã cõgregasset manũ Kilclevvin castellũ obsidione cin 65
xit, nec multis post diebus vi captũ solo æquauit. Sed quũ se peti ab
Anglorũ exercitibus intellexisset, raptim in Merniam abiit, vbi expu
gnato Kilnef castello, simili modo prostrauit. Deinceps inde progre
diẽs Dounoter per vim captũ incẽdio corrupit. Nec minorẽ stragẽ
Anglorũ duces iisdẽ in regionibus Andreã persequẽtes fecerunt. Ita 70
factum est vt Mernia, Angusia, Stermũda, Gourea, vtrisq; exercitib9
pro viribus cuncta deuastantibus, miserandis calamitatibus affectę
sint. Tandẽ Andreas copiis auxilio Marranorum, Buthquhanorũ, ac
Morauorũ auctis, fugã sistẽs, ad Pãmor in Angusia cũ hostibus con-
greditur, ac ingẽti hostiũ cęde superior euadit. Cęsus erat & Henri- 75
cus a Monte forti, q̃ nuper admodũ ex Anglia dux missus ab Eduar
do fuerat, Aliorum ad quatuor milia, quorũ maxima pars nobilium
erat: Quamobrẽ magna ea clades Anglorũ fuit, magnũq; luctum in
Angliã attulit. Vires quoq; impręsentiarũ amissis tot nobilib9 haud
leuiter attritę sunt. Nec segniter gubernator tãta vsus victoria est. 80

1 Penetrata enim Angusia, in Fifam ingressus, Locrorũ castellũ ꝑ impetũ captum diruit, reliquaq; oĩa in Fifa castella, ꝑter Cuprũ, eodẽ afficit malo. Cæterum Eduardus audita hostium victoria, continuo duos duces cum duobus exercitibus Baliolo subsidio mittit. Vnum
5 Vuilhelmus Tallriboit ducebat, cũ quo cõgressus Vuilhelmus Keth victoria potitus est, occisis ꝙplurimis. Ducẽ autem captum in vinculis habuit, donec duo marcarũ milia pependisset. Alterũ regebat Richardus a mõte forti. Cui obuiã ꝓgressi Laurẽtius Pręston & Robertus Gordon cũ alacri hominũ multitudine totũ pœne exercitum
10 cũ duce occidione occiderũt. Eodẽ tempore accessere ad obsidẽdum castellũ Dumbar cũ valida manu duo comites Angliæ Arundail & Sarisburi. Sed virili id animo tutante, ac ad sextũ mẽsem obsidionẽ egregie sustinẽte illustri viragini ac comite Blakanna vulgo dicta, fatigati hostes infecta re abiere. Sed vbi illi discessissent gubernator
15 castellũ Edinburgi, inde Sterlingi obsidione cinxit. Sed egregie vtrobiq; defendentibus ꝓpugnatoribus nihil est ab oppugnãtibus effectũ. Magna insequẽti anno fame Scotia est omnis afflicta. Agri tot iam annis partim inculti iacuerant cultoribus occisis, partim vastati, nec ex alienis frumenti quicꝙ allatum est regionibus. Multi itaq;
20 inopia periere: Alii grauiter afflicti ęgre pertulere inediam. Præsidiũ castelli Cupri inopia cõmeatus deserto castello abiit. Sed excepti in nauẽ a nauta quopiã ad Kilgorn, cum noctu æstus maris nauẽ destituere inciperet, expositi in arenã a mari nudatã continentẽ illam esse nauta asserente, redeunte æstu ad vnũ oẽs submersi perierũt. Nec fœ
25 licius eodẽ tẽpore ad Edinburgũ res gesta huiusmodi initio: Robertus quidã vir nobilis, ꝙ factioni Dauidis regis fauere videret̃, grauissimæ seruituti in arce Edinburgensi in Ergastulũ per Anglorum iniquitatẽ addictus est, Latomis eñ lapides humeris quotidie ingentes adferre cogebatur. Quę quũ lassus ferre diutius recusaret, pręfe
30 ctus capiti eius baculũ adeo sęue impegit, vt nõ sine plurima sanguinis effusione discederet. Ea iniuria nõ territus, immo iritatus magis eum diẽ tacitus seruitutẽ tolerat. Postridie obseruata opportunitate sese subducens in forũ se ꝓripit, vbi pręfectũ, a quo pridie colaphum incussum acceperat, offendẽs eũ obtruncat, pedũq; ꝑnicitate oppidũ
35 euadẽs conscenso, quẽ in agro receperat equo ad Vuilhelmum Douglas haud longe inde agentẽ ꝑuenit, suadetq; vt ꝙ primũ Edinburgũ accedat, oĩa ibi neglecta, oĩa soluta esse, ventri tñ & crapulę qui in pręsidio erãt deditos: cuius verbis ꝑsuasus Vuilhelmus noctu Edinburgũ cũ expeditis accedit. Oĩa aũt vt nunciarat Robertus,
40 offendẽs, plęrisq; crapulis ac somno grauatis trucidatis, excubias de

inceps vigilātiores Anglos agere docuit. Sed nō paruā ex morte gu
bernatoris Andreę Moraui viri clarissimi cladē Scoti accepere. Qui
dum prædia sua transmontana inuisit, graui correptus morbo diem
extremū paulo post obiit. Sepultus est in Rosmerki anno a Christi
domini natali millesimo trecentesimo octauo & trigesimo. Post cu- 45
ius mortem oēm deinceps regni curam in se Robertus Stuart trans
tulit, quoad Dauid ex Gallia rediret: atq; aduocato Vvilhelmo Dou
glas, coniunctis copiis acerrime Anglos aggrediūtur, eosq; Taueda
lia, Tuedalia, Nisdisdalia ꝑ vim expellunt, ac eas regiones rursum in
ditionem Dauidis regis recipiūt. Sed Angli perciti tantis malis, col 50
lectis copiis ducente domino Berkley obuiam Roberto infesti pro-
cedunt: Principio autem congressus, qua de causa incertum, perterri
ti fugam Scoti arripiunt, tantamq; ꝓsequētes cędem Angli fecerūt,
vt vix tertius Robertus euaserit, reliquis omnibus cæsis. Sed nouis
cōparatis viribus paulo post secūdo successu cum Ioanne Steuerlein 55
Anglo congressus acceptam deleuit exercitu hostium fuso ignomi-
niam. Cæterū haud a periculo non ita multis post diebus abfuit. Nā
cum paucis iter facientem Ioannes ille Steuerlein adortus primo im
petu nouitate rei turbauerat, sed recepto animo ex præsenti periculo
tanta vi cum suis restitit, vt cæsis triginta hostiū, fugato duce qua- 60
draginta circūuētos viuos cœperit. Paulo post Vvilhelmus Duglas
castellum Heremitage dictū, pulsis Anglis expugnauit, cōmeatum
quoq; curribus ex Anglia ad exercitum eorum ad Melros sedentem
missum, cum aurigis, iumentis, ac omnibus apparatibus intercepit.
Quibus rebus adiutus castellū bene munitū præsidio firmat. Eodē 65
etiam die quinquies certaminibus leuibus cum Vvilhelmo Aberne
thi manus conseruit, quater victus, quinto victor capto duce ad gu-
bernatorē ouans rediit: quem iussu Roberti ad Dounbriton custodi
endū misit. Paucisq; post diebus in Franciā mandato Roberti ad Da
uidē regem certas ob res legatus abiit. Fortuna ita fauente maiora 70
aggredienda ratus Robertus, Perthum oppidū oppugnare statuit.
Contractis itaq; omnibus copiis quadrifariam mœnia inuadit qua-
tuor exercitus partibus quatuor duces præficiēs. Primam ex Scotis
occidentalibus conflatā ipse sibi regēdā sumit. Alterā Patricio comi
ti Merchiarū attribuit. Tertiā Vvilhelmus comes Rossensis guber 75
nabat. Quartę prętęrat Mauricius Morauus dn̄s Cludęuallis. In pri
ma acie gubernator legatos secum habuit, Ioannē Gordon, Vvilhel
mū Hay, Thomam Straquhyn, & Vvilhelmum Keth equites aura-
tos. Magna igitur vi aliquoties Perthum oppugnant. Sed egregie
defendentibus Anglis repulsi sunt haud sine clade, Interim Vvilhel- 80

1 mus Douglas ex Francia cum auxiliaribus militibus, magnoq; apparatu bellico rediens magno omnium gaudio spem renouauit oppidi recipiẽdi. Sed interim Vvilhelmus Bellok Anglus eiecto præsidio quod Cupri erat, castellum occupauerat. Itaq; cum parte exerci
5 tus extemplo eo missus Douglas Cuprũ recipit, permisso Vvilhelmo Bellok cum rebus suis abire. Scoti autem quos secum ille habebat, deficientes ab eo ad Duglas venere, inq; verba Dauidis Regis iusiurandum dedere. Nec interim segnius Pertham oppugnabatur multis vtrinq; vulneribus, sed plura accipientibus oppidanis ex cre-
10 bris telorum ictibus, quæ per instrumenta in propugnatores iaciebantur a Scotis. Desperatis itaq; rebus Thomas Vter anglus, qui oppidi præsidio erat, pactus vt cum suis, saluis rebus discederet, per deditionem oppidum tradidit tertio mense, ex quo oppugnari cœptum erat, anno vno ab Andreæ Moraui morte. Quo anno tanta fa-
15 me laboratum est in Anglia pariter & Scotia, vt equos, canes, feles seu catos, ac similia animalia pœnuria aliarum rerum ederint. Traditum insuper a quibusdam est, eo inopiæ redactos quosdam, vt diutinam famẽ non ferentes pueris a vicinis suffuratis miserabili calamitate non pepercerint. Recepto Pertho, validoq; munito præsidio
20 gubernator inde Stiuerlein castellũ omnibus copiis aggressus acerrime oppugnat. Octauoq; die ꝑ deditionem accipit, ea lege vt Thomas Fulke præfectus cum vxore ac liberis sine fraude in Angliã rediret. Hac tanta Scotorum prosperitate Eduardus Baliolus, quum aliquãdiu cõmutatione locorũ periculũ aufugisset, tandem coactus
25 necessitate, ne in manus deniq; veniret, in Angliam ad Eduardũ regẽ confugit. Haud ita multo post arx Edinburgensis huiusmodi strata-gemate a Douglas adiutoribus Vvilhelmo Bullok, Vvaltero Farseir, Vvaltero Tolbris, & Ioãne Sandelãdis equitibus auratis capta est: Vvalterũ quendã cognomẽto Turris, virũ opulentũ admodũ si-
30 bi deuinctum Douglas habebat. Is naui sua ex mãdato Douglas in Phorthiã ꝓficiscitur, fingẽs mercatorẽ se, vinaq; e Galliis adferre (& ex cõposito dolia quędã secũ attulerat) ac postridie depromptis aliquot lagenis ad arcẽ Edinburgẽsem ꝑgit, œconomũ ꝓdire iubet, veniẽti lagenas dat, vinũq; gustandũ, quũ nõ parũ placuisset (quib9 vi-
35 delicet iã diu maxima pœnuria vini fuerat) rogat nũ vasa se aliqua ex eodem genere adferri velint. Enimuero respondit œconomus rem nobis multo gratissimã facturus es, si in tanta vini inopia eã nobis beneuolentiã exhibeas, quã ne quãtũuis magna pecunia tãto iã tẽpore cõparare potuimus. Ac quo certior res sit, & de ꝓcio nihil dubitet
40 pecuniã ꝑsentẽ dat, postridie vinũ adferri iubet, Sub aurorã se ille ad

futurum cum vino respondet. Postero die dubia etiãnum luce adest,
vasa duo carpento adferens: Portæ extemplo aperiuntur. Cũ vero in
medio portarũ consisterẽt, ꝑ fraudem soluto axe carpentũ procidit,
ac mox Douglas (nã haud ꝓcul iam inde a conticinio cum expedita
militũ manu cõsederat) cũ paucis superuenit: ianitores resistẽtes oc- 45
cidit, prioreq; arcis partẽ occupat, nec lõgũ quin cornicinũ signo re
liqui accurrerent. Iãq; cędes vndiq; fieri, clamor ac tumultus discur-
rentiũ, ac ꝓfugiũ quęrentiũ varius esse. Alii occupata turri sese defen
dere: Alii fugere conari, omnes sine magna difficultate trucidãt, aut
e mœnibus ꝑcipites dãt. Tũ demũ omni ex parte pacatũ erat regnũ, 50
quũ Anglis om̃ibus ac Baliolo eiectis nullus iã hostis restaret. Itaq;
gubernator procerũ regni conuocato consilio, decreto cõmuni lega
tos in Franciam ad Dauidem regem reuocandũ mittit. Ii ingenti re-
gis Dauidis gaudio, gratulatiõeq; Philippi regis excepti, paulo post
cõparatis nauibus cũ ingenti honore ꝓsequente Philippo clam inde 55
soluere. Prospero cursu classe ad Enuerberne appulsa, Dauid e naui
cum coniuge Ioanna egrediens solenni ac celebri apparatu exceptus
comitante populo veluti triũphãs Perthum ingreditur. Sub aduen-
tum eius Alexander Ransay vir nobilis, militię ea ætate facile prin-
ceps, contracta non exigua militum manu vltro bellum illaturus in 60
Angliã infestus ingreditur. Sed qui in finibus Angliæ erant, euoca-
tis præsidiis ad iustum prope exercitum confecerant, ac veniẽti ob-
uiam ire parabant. Alexander collocata maiori exercitus parte in in-
sidiis, reliquos aduersus hostes ducit cũ his mãdatis, vt vbi insidiarũ
initiũ oẽs prętergressos hostes vidissent, vndiq; cum maximo exori- 65
rentur clamore ac impetu ingenti in hostes irruerẽt. Procedit igitur
sublatis signis aduersus hostium exercitum, qui conspecta eorũ pau
citate contemptim in certamẽ ruũt. Scoti quo securitatẽ hostiũ au-
gerẽt, ac pariter in insidias eos ꝑducerẽt, fugã simulãt. Sed vbi prin
cipium iã oẽs insidiarũ ꝑtergressos opinantur, consistunt, ac ꝓsequẽ 70
tes fortiter excipiunt, simul ab omni parte ex insidiis cõcursu in An
glos facto, ac a frõte, a tergo, a lateribus cędunt: neq; iã diutius ho-
stiũ ipetũ sustinere possunt, eaq; fuga iã ab illis vere edit, quã paulo
ante cõtẽnentes ꝓsequẽdo riserãt. Effusa se quisq; fuga, qua maxime
euasurum credebat, ab exercitu separat, ac quo magis fundũtur, ma- 75
gis etiã cęduntur, numero videlicet Scotis superãtibus, ac multis si
mul singulos circũuenięntibus. Capti etiam nõnulli fuere: inter quos
comes Sarisburię, & ꝓfectus castelli Roxburgensis erant, viri nobi-
les. Ex captiuis plęrosq; præsidii Roxburgensis in acie aut cęsos aut
in fuga captos esse cognoscens, ad ipsum euestigio castellum oppu- 80

1 gnandũ ducit,ſcalis admotis inferiorem partẽ capit. Deinde non ſi-
ne difficultate turrim fortiſſimã expugnat. Capto caſtello ad cõmu
tandũ comitẽ Sariſburię cũ Ioanne comite Morauiæ,qui iã aliquã-
diu captiuus apud Anglos vinct9 fuerat,legatos ad Anglos mittit.
5 Recepto aũt Ioãne lętus tanti viri aſpectu cũ magno exercitus gau
dio oĩmq; qua ꝑteribat gratulatione ad Dauidẽ regẽ Perthũ conten
dit.Quo vbi veniſſet,ſummo honore ac laude exceptus a rege.Pręfe
cturã Roxburgi ab eo dono & Tenedaliã accipit. Cæterũ Vvilhel-
mus Douglas,qm̃ antea Tuedalię ꝓcurationẽ habuerat,& ob bene
10 facta ſua & fidẽ in regẽ,eã ſibi deſtinarat,ęgre ſibi illũ ꝓlatũ tulit,tã
tuſq; factus ex hac re illi inimicus eſt,q̃tus antea fuerat amicus, diſſi
mulãs in pręſens tamẽ animi ęgritudinẽ.Tandẽ poſt tres menſes in
tẽplo Hevvick ex inſidiis petitũ vulnerat ac capit: captum ad Here
mitage caſtellũ ꝑducit,ac in vincula coniectũ fame necat.Dauid rex
15 dolore pariter tanti viri amiſſi ac indignatione flagitii,tã praui exẽ-
pli percitus, q̃q̃ indigno ferebat animo, illo amiſſo tã egregio viro,
& recẽti iã victoria claro,hunc quoq; illo nõ inferiorẽ omnibus bel-
licis laudibus,ac fide erga ſe perdendũ eſſe, tamen ne ſi tantũ ſcelus
impunitũ maneret, alios ad eadẽ audẽda incitaret, ad ſupplicium eũ
20 cõquiri iubet.At ille iã ſe irę ſubduxerat,in montanis Scotię latitãs,
donec Robertus Stuart,atq; alii nobiles cõmemoratione virtutis ac
factorũ Duglas,quãta ſępe ſuſtinuerit,quoties hoſtes ꝓfligarit,non
dũ id tẽpus eſſe,quo tales viri aut cõtẽnendi aut reiiciendi eſſent,di-
ctitantes,deniq; peruicerunt deprecando, vt in integrum reſtituere-
25 tur regiq; reconciliatus Tenedaliæ rurſum vt prius procurationem
acciperet. Deinde Dauid rex qm̃ hoſtibus pulſis ſpatiũ reſpirandi a
quotidianis calamitatib9 dabat̃, cõuocato cõſilio i primis decernit,
quo aĩos populi beneuolẽtia deuinciret, vt ii quoꝝ parentes ad Du-
plyn,aut Halidounhil ꝓ patria pugnãtes ceciderãt,aut ipſi egregia
30 virtutis exẽpla alicubi edidiſſent,noĩa ſua ederẽt.Ita vbi oẽs cõueniſ
ſent,ſinguloꝝ cauſas cognoſcit, ac pro cuiuſq; virtutis ampliſſimis
eos remunerat̃ muneribus, aliis agros donat,aliis pecuniã , vt cuiq;
id placebat,ita factum eſt, vt deletis ꝓpe ex animis hoĩm illis cladi-
bus haud minus lęti ꝓſentibus muneribus diſcederẽt,q̃ mœſti amiſ-
35 ſis ſuis iacuerãt.Nemo eñ qui parẽtes aut neceſſarios periiſſe demõ
ſtrare poterat,aut qui ipſe virtutis ſuæ pręmiũ meruerat,vacuus diſ
cedebat.Inter cęteros proauus meus Hugo Boetius cuius pater ad
Duplyn occubuerat Baro Driſdaliæ ex regia beneficẽtia connubio
cõuinctus eſt virgini hęredi patris Baronat9 Balubrid, quã etiã hac
40 ętate quartus iã inde heres poſſidet.Quibus liberaliter ac vere rega

liter pactis Dauid viribus ac ętatibus ferox elatus etiã fœlicitate pa
tris qua post reparatũ regnũ semp̃ vsus ꝓspere fuerat, vltro iã inferẽ
do bello vlcisci tãto iã tẽpore inultas iniurias Angliã inuadẽs cogi
tat. Erant autẽ quibus mens sanior erat qui progredi extra regni fi-
nes dissuadebant. Nam pręterq̃ ꝙ non sine periculo esset, tẽpus esse 45
dictitabãt quo agricolę ad sedes tandẽ suas reuertant, incultos com
plures agros inopia cultoꝝ iacere, qui tã diutino bello toties in imẽ
sum cęsi erãt, iterũ iã fame laboratũ esse, ꝙ sementẽ nõ fecerint satis
amplam: quiescendũ igitur paulo esse vt vires suas populus iam fra-
ctas recreet, vtensiliaq; omnia toties direpta reparet, tũ deniq; si quid 50
agẽdũ erit & lubẽtiore populo & fœlicius acturũ. Ad ea Dauid re-
spõdit fortunã suã tentandã esse præda sese quos adduxerit onustos
ac diuites reducturũ, eãq; cladẽ quã sibi sępe iã intulerint, adeo abũ-
de relaturũ, vt etiã hostes dũ sua videbunt mala, si nostrorũ memi-
nerint, misereant̃ sui. Itaq; parare se vnũquẽq; iubet, copias ipe cõtra 55
hit. Ingressus aũt nullum signũ regium proponi attolli ve iubet. Du
cem exercitus comitem Morauię nominari, eiusq; omnia geri auspi-
ciis. Deprędata magna Northũbrię parte lętus fœlici successu pri-
mo cũ exercitu opulento domũ reuertitur altero ex quo egressus fue
rat mense. Nec ita diu alteram ingreditur expeditionẽ regia iam si- 60
gna ostẽtans, suisq; bellũ auspiciis geri ꝓfessus. Angli haudquaq̃ vi
ribus pares cõgredi metuere, tutis tñ locis se cõtinẽtes ab effusa po-
pulatione hostẽ arcere, nõnunq̃ leuibus pręliis agmẽ tẽtãtes insidiis
vtrobiq; dispositis, tandẽ quinq; nobiles adolescẽtes paulo ante equi
tes a Dauide factos studio ꝓsequẽdi paulo lõgius a suis ꝓgressos ex 65
insidiis exoriẽtes capiũt, quos rex auro mox redemit. Noĩa gẽtilitia
eoꝝ hęc erãt, Stuart Egleintoun Cragii Boid & Foulartoun. Cæte-
rum rex videns se frustra tempus terere, ac prohiberi ab Anglorum
copiis, ne libere prædetur, nec pugnandi copiam fieri, in Scotiam ex
ercitũ reducit, inopinato mox reuersurus, vt repẽte oppressis Anglis 70
prius cuncta perpopuletur q̃ illi suis subsidio venire possint. Tertiã
igitur non ita diu post expeditionem faciens aeris intemperie ac tẽ-
pestatibus, fluminũq; ex continuis imbribus exundationibus, tantũ
abfuit, vt depopulationibus operam dare potuerit vt vix sese ac exer
citum tueri statiuis nõnunq̃ mutatis potuerit. Nec minus in conspe 75
ctu hostes horrere contractos frigore, tãta erat aeris inclemẽtia, con
spexerunt, spectaculũ inuicem ridiculum exhibẽtes. Deiectis tamen
castellis quibusdam, ne nihil effecisse videretur, rediit. Obsidebat ea
tempestate Eduardus Rex Angliæ Calisium, quod tum in Philippi
regis Francorũ ditione erat. Quãobrẽ legatos Philippus in Scotiam 80

mittit ad Dauidē regē, vt ex fœdere cū exercitu Angliā ingrediat, ac hostē ab obsidione reuocet. Eodē tēpore legati Eduardi regis Anglorum in Scotiā venerūt inducias petētes, reddituros se Beruicium cū Eduardo Baliolo, cuius gratia tāta iā bella sustinuissent, pollicentes. Vocato igitur senatu nobiliū varię dicuntur sentētię, vt cuiusq; ingeniū aut ferox iuuenta viribusq; & veterato in Anglos odio, aut lassum iā tantis malis ac trāquillitatis pacisq; cupidū ferebat. Neq; enim repudiandā pacē, quā hostis tam obnixe tantisq; præmiis petat quū tantis iam temporibus nunq̄ eo deuentum fuerit, vt ipsimet petere auderent, vsqueadeo res tum desperatæ erant. Nūc quoniam ea opportunitas aduenerit, vt hosti petenti dare potuerimus, ne nimiū rebus elati secundis, superiorum, inquiunt, temporū immemores simus. Occasionē, cuius opportunitas momento præterlabitur, si modo contempserimus, nequicq̄ postea ꝑditam queramur. Pacem vero sublato eo cuius gratia bella tanta fuerunt, quis fore perpetuā dubitet? Ad ea rex & eius sententiā secuti, respondit nondū memoriā abolitā infinitoꝝ Philippi in se beneficiorū, nec se tā debere ingratū esse in eū qui tā humaniter ꝓfugū excipiens illucusq; tutatus sit. Ad hęc intercedere fœdus a patre suo Roberto renouatum, ꝓpter quod si viri boni essent, & si nullis astricti aliis benemeritis, imminere tamen ceruicibus Anglorū deberēt. Itaq; læto etiam rege (nam patris sui gloria mirum in modum ad gerendum aliquid dignū memoria incitabatur) bellum decernitur. Legati Anglorum infecta re discedunt hostilia denunciantes, Philippi vero omnia abunde sperātes. Congregantibus itaq; copias suas ducibus Dauid comes Rossensis Rainaldū dominū Hebridum insularum ex insidiis noctu inuadens cum septem ex nobilissimis eius gētis obtrūcat. Quo facto Rossiam copiis extēplo suis repetit. Multi credebāt ciuiles ex hoc facinore tumultus euenturos, sed dilata ab rege vindicta, tranquilla omnia māsere. Priusq̄ iter rex ingrederetur solēnibus cerimoniis Vvilhelmum Douglas comitem Duglassiæ creauit. Ingressus autem quarto Angliam ferro igniq; cuncta deuastat. Ferūt in somno regem monitum, vt ab agris diui Cuthberti abstineret, alioqui infœlicem exitum temeritatem eius habituram. Sed a somno experrectum vana esse somnia dicentem mandasse, ne cuiq̄ agro nec villæ parcerent, omniaq; corrumperent. Peruentum tandem est cruentissima deuastatione in Dunelmiam, cui diuus Cuthbertus pręsidere dicitur, eāq; adeo violenter peruagatus est, vt omnibus & fortunis & habitatorib9 exhaustū rediderit: Castellum quoq; Lidaldail vi captum diruerit. Coacti igitur iniuriis Angli duce comite Northumbrię exercitū conscribūt, & ex

Gallia iã manus quędã militũ missa ad id erat ab Eduardo rege:oĩa
tamẽ prius experiunda arbitrati iterũ legatos ad Dauidẽ mittunt,si
redire in Scotiã velit,copias suas se dimissuros. Q; si nolit meminis
set,vltores iniuriarũ suarum superos esse.Neq; eñ ab impuberibus,
neq; a sacerdotibus,quos violare impium esset, neq; ab ecclesiasticis 45
agris,qđ sacrilegum, tẽperatũ esse.Q; si dũ in Gallia ageret, fama
cladis ipsorũ a pręsenti numinũ ira illatę ad ipsum nõ ꝑuenisset, ro-
garet ab amicis,in quorũ conspectu fœdissime primũ classis lacera-
ta erat,ac partim scopulis illisa,submersaq;,partim vix nautę euase-
re.Postea quũ spolia templorũ denuo in nauẽ ꝑtulissent nulla maris 50
tempestate vt primũ soluta erat,cũ omnibus in ꝓfundũ actam.Non
pluris ea Dauid faciens q̃ insomniũ aut visum dudum fecerat,exerci
tum in tres partes ducibus diuidit,pugnandumq; esse in diem poste
rum edicit.Primæ aciei Robertum Stuart nepotem ex sorore nuper
gubernatorem & Patricium comitẽ Merchiarum præposuit. Secun 55
dę comitẽ Morauiæ & Vvilhelmũ Duglas præfecit: Tertiam ipse
regebat. Sed mane anteq̃ cõflictus iniretur Vvilhelmus Duglas ex
ploratum cum aliquot equitibus profectus amissis quinquaginta ex
nobilissima Scotorũ iuuentute ægre ipse saluus euasit. Hostes pari
modo copias in acies tres diuiserant. Sed quũ iam haud longe inter 60
se distarẽt, Dauid Grame cum ala equitum perrumpere sagittarios
Anglorum equitum impetu facto annixus vix magna suorũ cęde ad
suos reuersus est: inde duabus iam cladibus eodem die acceptis, etsi
disparibus animis tamẽ vtrinq; impetu facto concurritur.Robertus
Stuart cũ Patricio comite Merchiarũ,quũ aliquãdiu ancipiti pugna 65
neutro declinãtibus aciebus magna vi certassent,ac suos iã defatiga
tos pręliũ declinare viderent, receptui cecinerũt sensim suos in tutũ
subducẽtes locũ. Sed ea res cladem toti exercitui reliquo oẽm attu-
lit. Nam dũ hostium cornu qđ illis obiectum fuerat parta victoria
mediam in qua rex curabat, aciẽ aggreditur, omnes ꝑculsi obrutiq; 70
mox fugã arripuere.Ibi rex nihil p̄termittebat quod boni ducis stre-
nuiq; militis officiũ esset:iam hos iã illos orando,increpãdo in aciem
reuocans,frustra hostem ex Anglia tantis laboribus pulsum,si nunc
denuo vno prælio omnes victorias amittant: non esse alium exerci-
tum qui victores aut sustinere,aut prohibere possit. Quid aliud face 75
rent si tunc cederent, q̃ patriam denuo tantis malis quæ ab Anglis
tanto iam tempore passi essent, obiicere. Turpius esse nunc extre-
mum ab hostibus vinci, quos toties fuderint, fugauerint ac cecide-
rint,atq; ea quæ tot certaminibus parta sint,amittere, q̃ nunq̃ para-
uisse.Huiusmodi omnes verbis obtestans vt viri essent:interim cum 80

1 globo delectorum iuuenū qua maxime hostiū aciem vrgere videt,
eo procurrit,pugnam nōnunq̄ restituit. Vbi ipse erat, omnia gere-
bantur recte a militibus pudore magis q̄ animo vim hostis sustinē
tibus: Sed nihil hęc omnia ꝓficiebant,dū pudor nō tantū valeret,
5 quanto hostes impetu victoria exultātes ꝑmerent. Toto igit̄ agmi
ne fugiunt deserto rege,qui cū paucis acerrime adhuc in hostes pu
gnabat: Sed circūuentus a tāto numero acceptis iam duob9 vulne
ribus telis corpore etiānum hęrētibus perrumpere non potuit,nec
tamen dedere se voluit: turpe esse arbitrans tot ciuibus suis occisis
10 ipsum vnū captiuū superuiuere. Nihil igit̄ non facit hostes iritan-
do,vt se interficiant: Sed regiā maiestatem venerātes,quū effugere
eum nō posse viderent,capere eū maluerunt. Prosilit itaq; ad eum
eques quidā auratus Ioānes Copland,vt se captum dederet Daui-
dem cōpellans,nōdum victo eius animo, quoniā telū manib9 exci
15 derat,pugno capientis os tanto impetu verberauit, vt duo priores
dētes excussi ꝓsiluerint. Nec meliori euētu in altero cornu,qđ Ioā
nes Ranulphus & Vuilhelm9 Duglas gubernabant : pugnatum
est. Ille em̄ occubuit,hic captus est,nisi ꝙ cędes hic maior Scotorū
fuit: pauci em̄ fuga euaserunt. Desiderati aūt in hoc cornu sunt prę
20 ter ducē alterū comes Vallisternię,Hay comestabulis,Keth, Ma-
riscall9 Strathquhyn cubicularius regis,Lindesay a Gleenesk,Ro
gerus Caron, Vuilhelmus Fraseir, Alexander Gordon, Thomas
Vaus,Michael Scot,Ioannes a bona villa,Dougallus a cāpo bel-
lo,Alexander Bodeual militię flos a militibus appellatus haud vi
25 uus eo die regis latus deserens. Ioānes Mirtoun inter ꝑcipuos auli
cos nūeratus. Robertus Lesbe,cū ingēti pręterea nobiliū numero,
ac vulgo infinito. Quatuor cū rege capti comites sunt, vulgo dicti
Fiff,Sudhirland,Vuigtoun,& Menteth. Telū autē vnū regis tibiæ
infixū extrahi statim nō potuit,nec priusq̄ sanctū Ninianum inuise
30 ret. Visa em̄ tū est tibia manifesto aperiri ac telū prosilire. Cōmissa
hęc pugna est anno millesimo trecentesimo octauo & quadragesi-
mo. Parta hac tanta victoria Angli receptis Roxburg & Heremi-
tage castellis,nullo resistēte vallē Annādiæ,Gallouidiā,Merchiā,
Tenedaliā,Tuedaliā & Forestā subegerūt, ac Cokberius Pete Sou
35 trumq; regni eodē anno terminos ꝓrogauerūt. Insequenti anno Ba
liolus cū comite Northūbrię Laudoniā & Glidisdail fœde popu-
latus,opimaq; sępe spolia i Gallouidiā,vbi fere id tp̄is se cōtinebat
retulit. Tandē vix se recipiētes ex tātis cędibus Scoti gubernatorē
Robertū senescallū cōstituūt. Is cōfesti Dauidē Lindesay fratrē Da
40 uidis Lidesay sup̄iori ꝑlio ad Durain cęsi custodē castelli puellarū

cõſtituit.Eodẽ tp̃e Vvilhelm9 Duglas fili9 Archimbaldi germani
Vvilhelmi Douglas , q in hiſpaniis aduerſus Saracenos pugnans
occubuit,is inquã ex Gallia reuerſus,quũ offendiſſet agros & pr̨
dia in Duglaſdail ab Anglis occupari,compluribus cęſis oẽs inde
expulit,ac lętus ſucceſſu ꝓſpero vlteri9 ꝓgreſſus Atrik Foreſtã & 45
Tuedaliam pulſis Anglis recepit. Hæc audiens Ioannes Copland
coactis vndequaq; poſſet in vnũ p̃ſidiis Vvilhelmũ Douglas ag-
greditur:Sed fortiter ab eo repulſus,fuſis fugatiſq; ſuis nõnulliſq;
occiſis in Roxburgũ ſe recepit.Eodẽ anno poſtq̃ hęc geſta erãt,mi-
ſerãda peſtis tantũ ꝑ totã Scotiã ſęuiit,vt tertiã partẽ populi abſũ 50
pſerit:altera iam hęc eſt ex quo primũ in Scotia peſtẽ viderint.Ela-
pſo hoc anno graui diſcordia familia Douglaſſeorũ aliquãdiu la-
borauit.Vvilhelm9 Douglas vir ingẽtis animi q ad Duraim cum
comite Douglas captus adhuc in Anglia tenebat̃ ꝑ Ioannẽ a ſan-
cto Michaele Dauidẽ Barclã equitẽ auratum interficit.Idemq; ille 55
Vvilhelmus,quũ nõ ita diu ex Anglia pecunia redẽptus cũ comite
rediiſſet,a Vvilhelmo quodã Douglas,quẽ ipſe e fonte leuarat ob
deſideriũ Alexãdri Ramſay oli ab illo interfecti,& recẽtẽ Dauidis
Barclę cędẽ,except9 iſidiis obtrũcat9 eſt.Quãobrẽ p̃clara illa fami
lia ꝑ diſſidiũ aliquãto tẽpore inteſtino eſt malo cõflictata.Cũ gra- 60
ui bello interea Ioannes Philippi regis Frãcię filius, qui patre iam
defuncto ſucceſſionẽ regni pariter belliq; ſuſceperat,p̃meret̃,Euge
nium Gerentirẽ oibus belli artibus peritiſſimum cũ quadraginta
egregiis ac manu prõptis viris,onuſtũ multo auro in Scotiã mit-
tit,enixe obſecrãs,ne defatigarent̃ bellũ ſedulo Anglis inferre:Ali 65
quãdo tẽpus remunerãdorũ venturũ beneficiorũ,ſimul pecunia du
cũ animos deliniens ad bellũ iterũ in Anglia gerendũ incitat.Cete
rũ ii viri magno ad id bellũ gerẽdum vſui Scotis fuere amiſſis tot
ducibus ad Duraim ꝑ quos geri potuiſſet bellũ. Cõſcriptis igitur
copiis Vvilhelm9 Douglas ac Patrici9 comes Merchiarũ Angliã 70
hoſtiliter dep̃dãtur. Sed oĩm maximã prędã Vvilhelmus Ranſa a
Dalhouſe abegit.Cęterũ reuertẽte eo ad exercitũ cũ cohortib9 qui
bus p̃erat,Angli prędã repetituri ſũmo cũ ſtudio ꝓſecuti ſunt , ſed
ꝑtracti in inſidias cõmiſſo certamine plurimi occiſi,paucis ex Sco-
tis amiſſis videlicet Ioãne Haliboartoun,Iacobo Trumbul,ac nõ- 75
nullis aliis. Capti erant ex Anglis Thomas Gra,eques auratus &
Thomas ei9fili9,Ioãnes Darras vir admodũ nobilis cũ multis pr̨
terea aliis.Frãci qdã ex illorũ nũero q nuper aduenerãt, emptos nõ
nullos Anglos ac poſt mõtẽ ſeductos trucidarũt i vindictã parẽtũ
ſuorũ nuꝑ ab Anglis i Gallia occiſorũ. Verũ ſucceſſu hoc ꝓſpero 80

1 elati Patricius ac Douglas Beruiciũ tẽtare statuũt & noctu scalas mœnibus admouẽtes, nõ sine cęde suoꝝ sunt oppido potiti. Cecide runt eñ a Scotis Andreas Scot, a Baluere, Ioãnes Gordon, & Thomas Vaus, Vvilhelmus Sinclair, Thomas Preston Robert9 Bode

5 ual, Alexãder Moubra aurati equites. Ab Anglis vero pfectus oppidi Alexander Ogil, Thomas Perse german9 comitis Northumbrię, & Eduardus Gra. arcẽ Angli etiãnum tenebãt, quã capto oppido oĩbus viribus Scoti oppugnabãt: sed Eduardus audito Beruicio capto ac arcẽ in periculo esse, cũ ingenti exercitu oĩm opinione

10 citius aduenit. Quẽ aduenire intelligẽtes Scoti, qm̃ mœnia p expugnationẽ diruta ex bona parte erãt, nec spatiũ reparãdi ea esset, cõmeatus quoq; inopia laborarẽt, & arcẽ adhuc hostes obtinerẽt, direpto oppido ac magna ex parte incẽdio corrupto abierũt, prędãq; ingentẽ ex oppido secũ asportarũt. Eduardus captũ, direptũ, igneq;

15 corruptũ cernẽs Beruiciũ, cõuocatis artificibus reparare oppidum iubet: ipse Roxburgum interea diuertit. Quo vbi Baliolus venisset om̃e ius qđ in Scotiã ptendebat in Eduardũ trãstulit, ea lege vt iniuriã Scotoꝝ egregie armis vindicaret. Itaq; gratias Eduardo Baliolo rex habẽs, infestus ad Hãdintoun vsq; penetrauit magna ho-

20 minũ cęde edita, pdiis incẽsis, corruptisq; segetibus, classem ibi suã operiẽs, ac interim fœde circũquaq; Scotiã spoliãs, vastãsq;. Tãdẽ vbi aduenisset, nec pcul Hãdintoun sacellũ diuę virginis, qđ albũ vocãt, in terrã egressi spoliassent, vbi in nauẽ cũ spoliis reuertissẽt, tãta repẽte Aquilone vehemẽtius solito flãte tẽpestas exorta est, vt

25 illisa ad scopulos classe, exceptis paucis q nudi enatarãt, oẽs fluctibus obruti submersiq; perierint. His pcitus malis Angl9 veluti cũ superis illi bellũ esset, in sacrosancta diuoꝝ tẽpla, in monasteria, abbatiasq; sęuire cœpit, q̃ in Handintoun erant, ac p Laudoniã qcqd nuprimo furori supfuerat, si quicq̃ tñ esse potuit, magna indigna-

30 tione corrupit. Ferũt Anglũ quẽpiã, dũ albũ sacellũ diriperet, hominẽ nefariũ ornamẽta statuę diuę virginis appẽsa, vbi detraxisset ouãtẽ p tẽplũ, ac spolia ostẽtantẽ, cõminuto p crucẽ, q̃ e sublimiori in caput eius loco cõcidit, cerebro: pœnas a numine sacrilegii pe pẽdisse. Acta hęc sunt anno a salute nostra supra millesimũ trecẽte

35 simo qnquagesimo qnto postridie q dies sacer est celebrandę diuę virginis matris deiparę purificationi, q frequẽtibus lucet in tẽplis diuoꝝ cęreis. Ac qm̃ incẽdiis tũc villarũ oĩa collucebãt, vernacula Scotorum lingua dies ille Bruit Candilmes, id est ignitum candelarũ seu purificationis festũ exinde dictus est. Postq̃ aũt Eduard9 in

40 Angliã abiisset, Vvilhelm9 Douglas Gallouidiã inuadẽs, partim

vi,partim beneuolétia Dauidis eã auſpiciis ſubegit. Idẽ in Driſda-
lia Kyrck Patrici9 effecit.Eodẽ tẽpore quo hęc ĩ Scotia gerebãtur,
Richard9 Eduardi tertii filius princeps Gualię,is q̃ poſtea rex An-
glię in parẽtis ſucceſſit locũ,pręlio victũ Ioannẽ Francorũ regem
captũ adducens in Angliã,cũ adeſſe cũ nobiliſſimo totius Europę 54
rege captiuo diceret patri,is nihil vultũ mutans,quaſi parũ ſecun-
dis moueret reb9,filiũ probe rẽ adminiſtraſſe aiebat,ſi modo recte
oĩa egit,ac quo intẽderat venatũ in ſyluam ꝓrexit,mãdans vt regẽ
Ioannẽ quãto poſſent maximo honore feſtiuitateq; exciperent.Fue-
rãt in Gallia apud Ioannẽ regẽ nõnulli ex Scotica nobilitate qui 50
apud eũ militabãt,quoꝝ Andreas Stuart,Robertus Gordon,An-
dreas Halibarton,& Andreas Vaus equites aurati ꝓximo in Gal
lia ꝑlio ceciderant.Vvilhelmus Douglas nepos Vvilhelmi comi-
tis Duglaſſei ꝑfectus centum equitũ,permultis amiſſis fuga euaſe
rat.Archimbaldus filius Vvilhelmi Douglas,quẽ aduerſus ethni 55
cos pugnantẽ periiſſe dixim9,magnę apud Ioannẽ authoritatis, ca
ptus cũ famulo ſuo Vvilhelmo Ranſay,illius ſe famulũ ſimulãs,
ac ſimulatas interdũ iras ac verbera ſufferens ꝑ fraudẽ minima li-
beratus eſt pecunia,cũ vel maximã pẽdere potuiſſet.Cęterũ Eduar
dus gloria ſublimis duos id tẽporis orbis fere terrarum tum nobi- 60
liſſimos tũ potẽtiſſimos reges captiuos apud ſe retinens, feſto Na
talis Chriſti quod vnũ maximis eius gentis cõmeſſationibus præ-
poſtere celebrat,alterum regũ a dextra,alterũ a ſiniſtra in ſolenni
cõuiuio aſſidere iuſſit:vt videlicet apud poſteros ea quoq; hominis
gloria celebraret humanę cõditionis oblitus,quaſi nõ & illi potue 65
rit idem accidiſſe aut quaſi virtute ſua cũcta geſſiſſet,aut vt quiſq;
fortunatiſſimus eſt,ita optimũ eſſe ſit neceſſe.Secundũ hęc actũ de
redẽptione Dauidis apud Eduardũ,quæ vt facilius cõuenire poſſit
Beruiciũ Dauid adductus a comite Northãtoun : quo & ex Scotia
primores gentes cõuenere.Sed quoniã de cõditionibus non aſſen- 70
ſum a Scotis,Londinũ eſt reductus.Interim Roger9 Kyrck patri-
ci9 hoſpitaliter ab Iacobo Lindeſay except9,ab eodẽ ꝑ inſidias in-
terfect9eſt.Quã ob cauſã id ab eo factũ ſit,nõ tradit:Noctu fugiẽs
ſe iam ſatis abeſſe lõge a caſtello in quo ꝑpetratũ facin9 erat,ac in
tuto eſſe credẽs,ꝑſecutus a ſtipatoribus Roberti ac cõprehẽſus,ad 57
Robertũ Stuart ꝑductus eſt,ac homicidii pœnas capite luit . Nec
ita multo poſt cõmuni conſenſu vtriuſq; regni Dauid liberatus eſt
vndecimo ex quo captus fuerat ãno nũeratis q̃ngẽtis milib9 mar-
carũ Sterlingarũ ꝑſenti pecunia,tãtundẽ pollicẽs ſeſe ꝑ penſiones
daturum,datis in fidẽ obſidibus : qui pœne omnes in Anglia peſte 80

1 absumpti sunt. Vt aũt in Scotiã Dauid rediit haud quaq̃ immemor eorꝫ q pugnã deserendo cladis ꝑbuerant initiũ, aut causa potiꝰ exti terant: in primis duces multat: Roberto Stuart, quum a Roberto Brusio rege auũculo secũdus regni hęres scriptꝰ cõmuni regni cõ-
5 silio esset, si absq; ꝓle mascula Dauid decessisset, ꝓrogatiuã Dauid rex modo ob se ꝑlio destitutũ adimebat, in Alexãdrum Suthirland sororis suę germanę filiũ (nam Robertus Stuart ex prioris vxoris Brusii filia natus erat) trãsferẽs: eiq; oẽm nobilitatẽ in verba ipsius iusiurãdũ fidei dare adegit. Pater vero Alexãdri Suthirlãd sceptra
10 ad posteritatẽ suã vẽtura autumãs liberaliter familiaribꝰ suis potio rẽ ꝑdiorꝫ partẽ amicisq; donauit, videlicet Boinã, Ainze haud igno biles agros, insup Kincardin, variaq; alia non cõtẽnẽda. Verũ filio Alexãdro haud ita multo post morte absumpto, spe sua frustratus est. Posteri nihilominus horꝫ qbus ille agros donauerat, hęredita-
15 rio eos iure obtinuerũt, videlicet Hay Sinclair Ogiluy & Gordõ. Dauid post hoc, qm̃ neminẽ ꝓpiorẽ nec reuera digniorẽ Roberto Stuart in regno habuit, denuo eũ hęredẽ regni scripsit, iterumq; in verba eius nobilitatẽ iurare voluit. Comitẽ quoq; Merchiarũ, q al- ter exercitus dux fuerat cũ Roberto, agri parte multauit. Alios itẽ
20 ꝓ merito leuiter vnũquẽq; castigauit, ne malus ille mos deserendi in ꝑlio regẽ, si neglectꝰ fuisset, inueterasceret, ac disciplina oĩs mili taris prorsum tãdẽ tolleret, & demũ etiã regis imperiũ detrectare inciperet. Eodẽ item cõsilio sũmi Põtificis ac ꝑlatorũ cõsensu eccle siasticorũ redituũ decima pars Dauidi regi liberaliter donata est.
25 Dũ hęc in Scotia agunt, Francorꝫ regnũ mirũ in modũ bello ꝑme batur Anglorũ, regisq; eos sui desideriũ admodũ angebat. Itaq; le- gatos in Angliã mittũt cũ filiis, quos ꝓ patre obsides ꝑbebãt. Sed quũ Ioannes rex Parisios ꝑuenisset, vocato senatu plurimũ fatũ suũ ac regni calamitates lamentabili q̃rebatur voce, ac inter cętera ex-
30 clamabat cõquerẽs, nullos modo se Rolãdos aut Gauinos reperi- re. Ad qđ vnꝰ ex maioribꝰ natu, cuius aliq̃n virtꝰ in iuuẽta claruis- set, ac ꝓpterea regię infensior ignauię: respõdit, nõ defuturos Rolã dos, si adsint Caroli. Qđ dictum grauiꝰ ac q̃q̃ credebat cor regis cõstrinxit, arbitrãtis sese ignauię insimulari. Itaq; statim dimisso se-
35 natu nullã rẽ postea egit. Nec ita multo post in Angliã abiit visen dorũ, vt aiebat, filiorũ gratia, vt alii odio suorũ volũtarium eligens exiliũ. Remissis autẽ in Franciã liberis haud ita diu superfuit, Lon- dini fatis concedens. Aliud pręterea consilium in Scotia a Dauide celebratum est. Nã pollicitus erat Eduardo regi Anglię, si cõmuni
40 consensu fieri posset, in filium ipsius regnum Scotiæ translaturum.

Sed cũ id in senatu ꝓcerum totius regni ꝓpositum esset, tãta indi
gnatio oborta est, vt vno ore vociferarent̃, se nunq̄, dum arma in
dextris ferre possent, id admissuros. Qđ q̄q̄ impſentiarũ regi admo
dum ingratũ fuerat, tamen plurimũ postea eo lętatus responso est.
Consilio aũt dimisso rebellio quorũdam nobiliũ est subsecuta. Nã 45
opinantęs se regẽ infensum ob liberiora q̄dam dicta habere, priusq̄
paterẽtur agere aliquid cõstituunt. Verũ quum copiis comparatis
Rex conatibus eorũ obuiã iret, deposita animoꝝ pertinacia suppli
ces ad regẽ veniam & dictorũ & factorũ rogatum venientes facile
obtinuerunt. Sub idẽ tẽpus Ioanna regina ac vxor Dauidis in An- 50
gliam fratris visendi gratia contendens moritur nulla relicta ꝓle.
Sed elapso anno Dauid aliã vxorẽ accipit Margaritã Logi filiam
Ioannis Logi equitis aurati virginem oẽs sua ętate forma excellen
tem, magis vt iactabatur, specie captus, q̄ ꝙ sobolem ex ea cupe-
ret. Eam aũt annũ egressam vicesimũ quartũ, quũ nullã ex ea ꝓlem 55
speraret, repudiauit. Sed quũ Romanã sedẽ appellasset multis illic
impẽsis ꝓfusis defuncta est. Inter hęc castella, oppida, ac varia alia
reparauit, q̄ bello destructa aut dilacerata fuerant. Edinburgi totũ
pœne Castellũ puellarum reędificauit, cuius indiciũ etiãnum extat
turris oĩm præclarissima, Turris Dauidis appellata. Multã quoq; 60
operã impẽdit in recõciliandis mutuo ac in fidẽ suã reuocãdis He
bridum regulis, Mõtanorũq;: quorũ quidã turbulento tẽpore non
quieuerãt. Sed quũ id ab ipsis muneribꝰ impetrare nõ posset, corru
pit quosdã magistratuũ largitione, vt eos e medio tollerent. Quo
facto sine motu oĩa pacata reddidit. Quietis igit̃ rebus oibꝰ statuit 65
Hierosolymorũ vrbẽ ac sanctã terrã inuisere. Sed quando q̄ itineri
vsui forẽt cõparabat fato p̄uentus in Castello puellarũ obiit, ętatis
suæ anno quadragesimo septimo, regni nono & trigesimo, salutis
generis hũani supra millesimũ trecẽtesimo septuagesimo. Prodigia
aliquot eo regnante visa in Albione: Corui, monedulæ & id genus 70
aues decimosexto regni eiꝰ anno hyeme parere ac ęstate a partu ꝗe
scere inuẽtę sunt. Nec eodẽ anno oues fœtũ vllũ edebãt. Tanta aũt
muriũ vis tũ in agro, tum in vrbibus erat, vt ędes ęgre purgari po
tuerint, ac purgatis cõtinuo nõ minor extiterit numerus ac prius.
Anno aũt vigesimoseptimo tãta fuit aquarũ inundatio ex cõtinuata 75
in fine autũni pluuia, vt fluuii alueos suos egressi ac lacꝰ supra mo
dũ exundãtes ędes plurimas ac vicos, ꝗnimo & turres quasdã muni
tissimas ꝓstrauerint. Circa regni Roberti regis Dauidis iã dicti pa
tris initiũ: Ioãnes Duns Scotꝰ, sub diui Frãcisci instituto sanctissi-
mo tantę eruditionis Theologus vt eius ingenio illud seculũ cen 80

1 seri posset indignū:& ęqualis ferme eius Richardus a media villa in scholastica Theologia pręter cęteros habiti sunt insignes:vt lucubrationū eorundē egregia adhuc monimēta amplifico sunt testimonio. Quos insecuti mox Vvilhelmus Ockam natione Anglus,
5 Gregorius Ariminensis,Bokinquā,& plærięʒ alii Parisiēsi Scholæ non vulgarem pepererunt gloriam.

Scotorum Historiæ.Lib.XVI.



Ost peracta Dauidis Brusii regis solenni ex more iusta,Proceres terrę Scotiæ, ad dicen-
10 dum illi successorem ad locum,cui Lythquo vulgare nomen est, cōueniunt.Vbi quū plebis & bona ex parte Procerum animi ad Robertū Stuart designandū tenderent: superuenit Vvilhelmus Douglas magno comitat9
15 exercitu regnum sibi iure deberi asserēs,idqʒ se a Baliolo ac Dauide Cumenio , quorū alterutri deberetur accepisse dictitās:apparebatqʒ nisi vltro cōcessū esset,armis eum tētaturū.Cęterū infenso resistētes animo Georgi9 Dumbar comes Merchiarū,Iacobus Lindesay a Gleenesk,Hay co
20 mestabulis Arskyn pręfectus pręsidii Doumbriton,aliiqʒ ꝑmulti, quorū nonnullos fautores sperauerat,perpulere eum videntē inferiorem se futurū vt a postulatis desisteret.Itaqʒ Sconā Vvilhelmus Robertum ꝓsequutus cōmuni regni consensu coronari non prohibuit.Ob quā beneuolentiam Robertus filiam suam,quam primam
25 ex legitima vxore susceperat nomine Eufemiā Iacobo Douglas ei9 filio primogenito & hęredi despondit.Hoc modo regnū in familiā Stuart translatū est:In qua etiā hac nostra ętate septimo ab hoc rege fœliciter ꝑseuerat.Robert9 Stuart quū regni gubernacula susciperet, quinquagesimū septimū agebat annū, habuitqʒ vxorē tum
30 Eufemiam filiā comitis Rossensis:cū qua multos iam annos vixerat,ac ex ea tres liberos procreauerat: duos masculos Vvalterū & Dauidem,& vnicam filiam Eufemiā,cuius modo meminimus. Illa vero paulo post Robertū maritū solēni more regina coronata est. Sed priusꝙ eam Robert9 duxisset vxorē, consuetudinē cum Eliza-
35 beta filia Adę Muir equitis aurati habuerat:quę tres illi filios peperit,Ioannem,qui Roberto patri in regnū postea successit,Robertum & Alexandrum,& duas filias: quarum cū altera Ioannes Dūbar frater Georgii comitis Merchiarū.priusꝙ pater puellæ regnū adeptus esset , clandestinos congressus habuit , atqʒ vxorem patre
40 ignorante duxit : Alteram vero paulo post Ioannes Lyon vxorem

dixit. Cęterũ in cõsilio Parthi celebrato postq̃ plurima acta ad cõ-
modũ ecclesię pariter ac regni spectãtia fuissent (q̃ consulto eo ꝙ
in manibus sint ꝑtermitto) fuere nõnulli qui Robertũ instigarent
ad Ioannẽ Dumbar capitis arcessendũ, ꝓpter lęsę maiestatis crimẽ,
ꝙ inscio patre filiã seduxisset (vti aiebant) Ad ea Georgius Dum- 54
bar fratris agens causam respondit: Ioannẽ Dumbar fratrem suum
filiam eius volũtate ipsius vxorem duxisse nondũ regis, sed comitis
dũtaxat ac dñi Rothesai, Bothę, Ranfrou, Boukil & Stuartstoun,
quę loca anteq̃ rex erat possidebat. Fuere qui Douglas hanc calũ-
niam machinatũ existimarent, vt Georgii a rege animũ alienaret. 50
Cęterũ Robertus memor quantũ Georgius in disceptatione regni
pro ipso contẽdisset, non modo illius iniurię oblitus fuit, sed Mora
uię quoq; comitatu generũ suum Ioannẽ Dumbar comiter appel-
lans donauit, ademptis nonnullis a comitatu agris, vulgo dictis
Badzenotę Loquhabrię, Pettę, ac Brathlę. Comitatus is ad secũdũ 55
hęredem tantũ illius familię peruenit: quippe per filiam deficienti
bus masculis in familiã Douglas traductus. Dum vero Sconę Ro
bertus rex coronatus atq; inunctus esset: nõnullos & ipse comites,
auratos equites & Barones creauit. Inter quos Iacobus Lindesay a
Gleenesk Craufurdię comes factus est, cuius exinde rex familiarita 60
te intime est vsus. Tertio regni anno Roberti Eufemia vxor ei9 fato
functa est. Tũ Robertus Elizabeth, quicũ eum ante Eufemię cõiu-
gium cõsueuisse iam scripsimus, vxorẽ duxit: vt quos ex ea liberos
susceperat (impẽdio eñ eos amabat) legitimos redderet. Eodẽ an-
no filios agris donauit, Ioannẽ comitẽ Carrictę effecit ac Scotię se 65
nescallũ, Robertũ comitẽ Fif, & Menteth, Alexandrũ dñm Badze-
nothę, Dauidẽ ex Eufemia primogenitũ comitẽ Ernęuallis, verna-
culo Scotorũ sermone Strathem, Vvalterũ comitẽ Atholię. Cęte-
rum rationẽ successionis hoc pacto instituit. Nẽpe vt Ioãnes prim9
omniũ succederet: quo defuncto sine ꝓle mascula, Robert9: q si si- 70
ne filio quoq; decederet, Alexãder in locũ eius subiret: ꝙ si eadem
ille fortuna nullo relicto filio ex hac vita excederet, tum Dauid: Si
vero & illũ idẽ casus sequeret᷑, tũ ad Vvalterũ regni ꝑueniret suc-
cessio. Verũ vt sunt res mortaliũ caducę, si ex omnibus illis mascu-
la nulla relinqueretur soboles, proximus ex sanguine regio quisqs 57
ille foret in rem Scoticã succederet. Actaq; hęc sunt in publico pro
cerum regni consilio celebrato Sconæ: iuratumq; ab omnibus est
eam constitutionem perpetuo se seruaturos, tutaturosq;. Sed inui-
dente fortuna tam longam Scotię fœlicitatẽ Angli quidã in fini-
bus regni agentes & ex rapto largius viuere assueti, iamq; per lon- 80

1 gam pacem ad inopiam redacti, aut viuendi tenuitatem vt pacem turbarent, quosdã ex aula Georgii comitis Merchiarũ liberis nundinis obtruncãt Roxburgi. Quam iniuriã iniquo perferens animo Georgius fęcialem ad Henricũ comitem Northũbrię, qui tum fi-
5 nium Guardian9 erat, mittit, homicidiorũ authores ad supplicium poscens, ac insuper iniurię reparationẽ per tot hominũ cædes illatę. Verũ quũ iterũ ac tertio eandem ob rem frustra fęcialem misisset, nec qcq̃ pręter respõsum derisus plenũ accepisset, iniurię vltionem differens opportunitatẽ opperiri statuit in sequentẽ annũ. Ela-
10 pso igitur anno quũ frequẽtes Roxburgũ denuo mercatores conuenissent, coactis copiis cum germano suo comite Morauię vrbẽ obsidione cingit, nec multo post haud difficulter capit. Quicquid in eo hominũ inuentũ fuit, cęsum est, oppidũ omni genere mercium plenum prędã ingentem prębuit. Cæterũ haud cunctandũ ratus incẽ-
15 so oppido abiit. Ea clade Angli ꝓmoti conscripto exercitu vicissim in Scotiã infesti ruũt. Prędia agrosq; Ioãnis Gordon equitis aurati, quoniã vicina comiti Merchiarũ erant, cęde. ac depopulatiõe ingenti vastata sunt. Neq; eñ ætati, aut sexui vlla ex parte parcẽtes veluti furentes inter se ac rabidi canes mutuis se malis affecere: ni-
20 hil pensi habentes quidnã ipsi patiãtur, dum hosti maxime noceãt. Ioannes Gordon vt iniuriã acceptam vindicaret, accitis ex vicinis vndiq; agris militib9 cum ingenti exercitu Angliã ingressus magnam & hominũ & pecudũ nullo obstante prędã coegit. Sed quũ Scotiam repeteret obuiã illi fit Ioannes Lilburn maiori cũ nume-
25 ro. Nec pręliũ Gordon detrectabat. Cõcurrere inimicę acies infensioribus animis q̃ viribus. Verũ varia ac inuicẽ victoria fuit, quinquies Scoti victi cedẽtesq;, quinquies quoq; vicere. Ad vltimũ parta Scotis victoria cõpluribusq; Anglorũ cęsis, dux cum filio bellicarum artiũ peritissimo captus est, ac postea in Scotiã ductus. Hẽ-
30 ricus Perse comes Northũbrię vbi hæc audisset cum septem militum milib9 Scotiã infestus inuadit, atq; ad Duns castra ponit. Sed noctu, pastores ac rustici finitimi consutos ex sicco corio saccos ad vesicarũ modũ repletos lapillis cõcutientes, equos circũ pascua dimissos eo sonitu tantũ terruere, vt cõtineri a stationariis ac custodi-
35 bus nullo potuerint pacto. Exercitus quoq; Anglorũ noctem oẽm insomnem metu hostiũ quos adesse rebantur, egerunt. Cęterum dubia etiãtum luce iidem pastores dispersos hostiũ equos oẽs abegere in diuersissima loca: & ita hostes ꝑdatũ venientes ipsi prędę fuere. Eadem aurora Thomas Musgreu Anglus Beruicii pręfect9 pręsidii subsidio comiti Northumbrię profectus in Ioannem Gordon
40

ac exercitũ eius victoria ferocẽ incidit: inito aũt certamine plęrisq;
Anglorum interfectis pręfectus captus, est in Scotiã ductus. Dũ hac
tam multiplici victoria in Oriẽtali Scotię parte certaretur, ex ad-
uersa parte Ioãnes Ionstoun eques auratus multis incursibus ac le-
uibus quibusdã pręliis semper superior euasit. Sub idem tẽpus le- 45
gatus summi Pontificis Gregorii vndecimi in Scotiam ad Rober-
tum regem venit, vetãs ne cuius episcopi aut sacerdotis demortui
bona in suos vsus arripere vel ipse vel Christianorũ regũ quisq̃ au
deat. Quo anno & templum diui Andreę maximũ seu fulmine seu
monedula (vt fertur, ramale incensum ad nidum suũ ferente, nam 50
id incertũ est) cõflagrauit. Beruiciũ etiã noctu opera maxime Ioan
nis Gordon cum sex sociis a paucis militibus oppugnatũ & captũ
est, nec diu tenuerũt. Nam receptis per posticũ castelli per noctem
armatis militib9 qua via ipsi potiti oppido erãt, eadẽ pulsi sunt ad
iuuãtibus ad id oppidanis, cũ pelli inciperẽt ex tectis ac ędib9 pro 55
iectis tegulis. Inde comes Duglas in Angliã irrumpens cũ viginti
militũ milibus Pennyr nundinarũ tempore diripuit: a cęde tñ tem
peratũ est. Maximã itaq; prędam adducens, pestilentiã quoq; attu-
lit: quę duobus deinceps annis quanta nunq̃ antea clade Scotiam
affecit. Numerat' q; hęc tertia ex quo primũ visa in Scotia fuit. Inci 60
dit autẽ in annũ salutis millesimũ trecẽtesimũ octogesimũ. At se-
quuti Angli Duglas breui post per Soluaciũ fluuiũ Scotiã ingre-
diuntur: sed circũuenti in arctis faucibus postq̃ ingentẽ rapuissent
prędam grauiter cęsi exuti sunt omnibus spoliis, capti quoq; qua-
dringenti, nec minor numerus submersus fuit, dum conentur abie- 65
ctis armis flumen Soluacium tranare. Reliqui fuga in syluas ac
montes se eripuere per noctem in Angliam redeuntes. Quarũ re-
rũ a Scotis gestarũ fama, quũ ad Carolum sextũ in Galliam perue
nisset nuper in patris locũ creatũ regem, legatos in Scotiã ad Ro-
bertũ mittit, hortans vt tam fœlici successu nõ cessarẽt cõmunem 70
hostẽ cõtinuo premere, se eos haud imuneratos relicturũ, si Anglũ
ex Gallia (qui Carolũ id temporis grauiter vrgebat) excitiuissent.
Fœdus quoq; renouatũ ex parte Scotorũ est, & missus cum legatis
reuertẽtibus Vualterus Vardalau episcopus Glasguẽsis ad Caro
lum. & ex altera parte cõfirmatum est. Quę omnia ex sentẽtia acta 75
sunt anno secũdo post pestem superiorem. Eodem anno Ioãnes Leo
vir nobilis ac prudẽtia eximia pręditus, gener Roberti regis ab Ia
cobo Lindesay comite Craufurdię nefarie interfectus est, Ferũt hũc
Ioannem adolescentem oĩbus naturę fortunęq; dotibus pręditum,
eleganti corporis forma, optimis institutũ moribus, admodũ fuisse 80

1 apud omnes gratiosum:ac propterea ab ipso Lindesay in familiarium acceptũ consortiũ,eiusq; factũ a secretis: & quoniã apud regẽ Iacobus frequens erat, probitatẽ adolescentis Iacobũ comitatis regem plurimũ amasse:accitũq; eum volente Iacobo in amicorũ Re
5 gis catalogũ, eiusq; factum secretariũ. Inde quũ versaretur in aula regia,alterã ex filiabus quas ex Elizabeth rex, anteq̃ Eufemiam habebat,susceperat,adulescentuli captã amore,frequenter illũ de cõcubitu sollicitasse:& quo hic magis negaret,illam cupiditate accẽsam sępius interpellasse: tandemq; victũ frequenti interpellatione
10 mollem adulescentis animũ volũtati puellę acquieuisse. Quũq; iã venter intumuisset, ne cõmotus Rex grauius in adolescentẽ Ioannem vt diximus noĩe aĩaduerteret,Iacobũ Lindesay,cui factũ indicauerat,ablegatione nobilis cuiusdã adolescẽtis suspitionẽ ab hoc auertisse,& apud regẽ,vt familiarem amicũ egisse,vti filiã suã Io
15 anni vxorem daret,ac pręDia agrosq; Glammis nonnullaq; alia in dotem assignaret.Quod vbi impetratũ erat,cognomentũ quoq; regem Ioãni Leonis indidisse. Hæc est origo ꝑcelebris Leonũ apud nos familię. In rei autem testimoniũ Leonẽ in insignibus ea familia habet cũ liliis aliisq; tractibus vti reges,nisi ꝙ nigrã pro rubra
20 parmã ferant.Cęterũ exinde multo q̃ antea Ioannẽ regi familiariorem factũ perhibẽt,negociaq; publica cum rege absq; Iacobo Lindesay tractasse.Vnde Iacobi eiusdẽ authoritas apud regem magnatesq; nõnihil deiecta videbatur:quod cũ Iacobus indigne ferret dicitur per opportunitatẽ haud procul a Forfair interceptũ illũ cru
25 deliter occidisse:ipsum autẽ Lindesayũ in exilium abiisse,nec inde aliquot post annos redisse:priusq̃ ingenti data pecunia ipse agro multatus,magnoq; sumptu cõstitutis sacerdotib9, qui pias preces quotidie pro anima Ioannis funderẽt fuerat reuocatus:idq; deprecatorib9 Douglas & Merchiarũ comitib9.Post hęc venere in Sco
30 tiã Anglo℞ legati,quorũ princeps facile erat Ioãnes Gant comes Loncastrię,triũ anno℞ inducias petẽtes:quib9 impetratis,quũ domũ cõtenderẽt acceperũt in itinere agrestiũ suo℞ aduersus nobilitatẽ in Anglia tumultũ excitatũ duce Ioãne Stro cognomine,Lõdinũq; expugnatũ ac fœde direptũ.Itaq; vt q̃ lõgissime a domesti
35 co abessent bello dicũt in Scotiã rediisse ac hospitaliter a rege exceptos,donec duce belli capto ac mẽbratim dissecto,fugaq; agrestiũ facta oĩa pacata essent. Deinde vbi induciarũ ꝑteriisset spatiũ, Archinbaldus Douglas Gallouidię comes ęgre ferẽs iniuriã qua quotidie agrestes Vallis Annandię & Gallouidię ab Anglis q castellũ Lonmabã obtinebãt,afficiebant̃,adiũctis sociis comite Mer

chiarũ ac Douglas Anglos obſidione cigit. Tenuerat aũt obſidio iã tertiũ mẽſem, quũ vno eodẽq; die auxilia a Carleil obſeſſis miſſa ꝓfligarunt, & magna vi caſtellũ oppugnãtes in deditionẽ, ꝓmiſſo cũ reb9 ſuis abire pręſidio, acceperũt. Captũ ſolo ęquarũt. Quę cũ Anglorũ regi Richardo relata fuiſſent, veritus ne ſi eodẽ impetu 54
Roxburgũ acceſſiſſent, obſidionẽ diutinã ferre nõ poſſet, hortãtibus ꝓcerib9 extẽplo pſidiũ ſumpto cõmeatu ac ſupellectili, rebuſq; ad humanũ vſum ad obſidionẽ diutinã ferendã neceſſariis, pręfecto copiis Roberto Graſtok equite aurato ad caſtellum miſit. Cęterũ comes Merchiarũ obſeſſo eoꝝ itinere oẽs ſine pręlio cepit, & 50
ad Dumbar adduxit: quũq; opipara qui inter eos nobiles erãt, cœna rebus quas ſecũ apportarãt apparatis acciperet, morio quiſpiã, quales fere nobiles amãt, lepide, ſane, nec inſulſe Anglos riſit, dictitans ſtolidos eos fuiſſe qui tantã argenteorum ſtanneorũq; vaſorũ ſupellectilem ſine pugna tradidiſſent, ea tñ in parte prudẽtes qua 55
ad carcerẽ ſecum quod ederẽt cũ apparatu tãto, biberẽtq;, attuliſſent. Verũ ea quoq; clade nunciata Rex Anglię ingẽtẽ numero militum cõſcribit exercitũ, ducẽq; Loncaſtrię comitẽ copiis præficit. Mari quoq; Scotiã aggreſſurus claſſem bene inſtructam in Fifam mittit. Cæterũ comes Loncaſtrię peruaſtata Merchia, Laudoniaq; 60
Edinburgũ vſq; penetrat, oppidũq; capit. Sed volẽtibus militibus vrbẽ incẽdere accepta ab oppidanis pecunia ignẽ a tectis ꝓhibuit, domũq; exercitum reduxit. At ex altera parte claſſe ad Emomam inſulã appulſa egreſſi in terrã milites inſulã oẽm diripiũt, ac igne vaſtãt: Abbatiã quoq; incẽdunt: ſed tẽplum pręſenti numine ſerua 65
tum eſt. Nã memorãt militẽ quendã ter in tẽplum ignẽ immiſiſſe, terq; flãmam ſponte extinctã, eumq; ſacrilegũ carnẽ propriã mordicus abſumentẽ mẽteq; captũ pœnas dediſſe. Inde in Fifam progreſſi agros vicoſq; ſpoliant. Sed a Thoma & Nicolao Erſkin fratribus, ac Alexãdro Lindeſay & Vvilhelmo Cumigame a Kilmau 70
ris ac paucis militibus oppreſſi, oẽs pœne cæſi ſunt: pauci fuga ad naues euaſere: inter quos quũ quadraginta ad rudentẽ anchorę pẽderẽt, ac nautas vt ſe attraherẽt miſerũ in modum orarẽt, iãq; hoſtes inſtarẽt parumq; abeſſet qn nauis quoq;, ni ꝓtinus eã ſoluiſſẽt, caperetᷣ rudẽte pciſa, naucler9 nauẽ in altũ miſit: q vero ad rudẽtẽ 57
penderãt ſubmerſi aut ad littus euadẽtes ab hoſtib9 in ripa ſtantibus trucidati ſunt. Hæc eo anno ab Anglis geſta ſunt qui fuit ab orbe redẽpto ſupra milleſimũ & trecẽteſimũ octogeſimuſquintus. Eodem vero anno poſtq̃ comes Loncaſtrię Scotia exceſſiſſet, Vvilhelmus comes Duglaſſiæ iuſſu regis, Tuedaliam omnem pulſis 80

Anglis, castellisq; expugnatis quę a pugna ad Dunelmiã obtinue
rant, recepit: latronibus quoq; ac furibus quorũ magna illic copia
fuerat, eam omnẽ regionẽ purgauit. Vltimũ hoc operũ Vvilhelmi
fuit viri nec maiorib9 nec gẽte sua indigni. Febris eũ calida corri-
puit, ac paucis post dieb9 in castello Douglas mortuus est. Postea
ad Melros honorifice sepultus. In eius locum Iacob9 Duglasseus
filius ipsius permittente rege successit, vir nec animo nec fœlicita-
te in rebus gerendis patre inferior. Præfectus a rege exercitui vsq;
ad Nouũ castrũ cũcta deprędatus est quę a rusticis, vbi aduentum
eius cognouissent, cum omnibus quæ in tumultu secũ ferre potue
rant profugis relicta erant. Vlterius autem quũ pergeret, aduenit
nuncius a rege impetum eius reprimens, ac in Scotiam reuerti ad
consilium iubens. Nam hac fœlicitate rerũ ad Carolum sextũ Frã
corum regem perlata, electa militũ duo milia cum ducibus Ad-
miraldo Francię & Ioanne Vrein comite Valentineñ in Scotiam
venerant, muneraq; plurima Roberto regi a Carolo missa cum iis
erant cum ingenti commeatu ac armis omnis generis quę quadrin
gentis militibus sat essent: insuper quinquaginta aureorum milia
cum vino ac farinæ triticeę magna vi. Itaq; comiter exceptis duci-
bus, solennibusq; sępe, quoad Duglasseus aduenirct, conuiuiis ha-
bitis. Vbi aduenisset ex communi consilii sententia omnibus viri-
bus Angliam aggrediendam statuunt. Ad quinquaginta militum
milia Rex conscribit, magnoq; animo rem aggreditur. Ducem ex-
ercitui Robertũ Stuart comitem Fifensem pręficit. Reliqui comes
Douglas, comes Merchiarũ, Archibaldus Douglas ac reliqui pro
ceres legati pariter ac partium exercitus præfecti erãt. Northum-
briam igitur ingressi, Verk, Furd, Cornal castella vi expugnata de
iecerunt, magnisq; prædis & hominum & pecorum abactis in Sco
tiam reuersi sunt, prohibiti a pluuioso autumno diutius in agro
manere. Principio æstatis insequentis Admiraldus collectis qui-
busdam copiis per Solucaium Cumbriam inuadit, ac vastatis pri-
mũ agris Carleil obsidet. Verum mox reuocati sunt a rege omni-
bus viribus Roxburgũ oppugnare statuente. Nec vero illic fœli-
cius res acta est. Nã vix octo dies obsidio tenuerat, quũ cõtẽtio in-
ter Francos ac Scotos orta poscẽtibus Frãcis si suo cõsilio castellũ
captũ foret, regis Francorum id deditioni cederet, & negãtibus id
se admissuros Scotis, quod cũ auxiliarii essent veluti suis auspiciis
rem gererẽt optimũ poscerẽt oĩm quę subacta essent, eos diremit.
Franci autem Scotiã, nec multo post Franciã repetiuere reuocati a
Carolo variis districto bellis. Cæterũ post Frãcoꝝ discessum duos

adhuc menſes Scoti in Anglia mãſere cũcta vaſtitate fœdãtes. Ve
rum vbi cõmeatus deficerent frumẽto in loca munita ab Anglis
aſportato aut qđ ſecũ ferre nõ poterãt corrupto in Scotiã exercitꝰ
rediit. Tũ deniqꝫ Richardꝰ ingẽti cõſcripto exercitu haud dubitãs
fore qn toties defatigati delectibꝰ Scoti eodẽ ãno noia ad nouũ ex- 45
ercitũ daturi nõ eſſent, nullo hoſte obuiã facto magna licẽtia Mer
chiã Laudoniãqꝫ vaſtauit. Nõ ꝓphanis, nõ ſacris, nõ ætati, nõ ſexui
parcẽs, cũcta aut incẽdio corrupit, aut cęde fœdauit. Tria celeberri
ma monaſteria exuſſit. Melros, Driburg, & Neubottil, trucidatis
ſi qui in eis inuenti erãt. Edinburgũ habitatore exhauſtum ac dire- 50
ptum flãma cõſumpſit. Ab abbatia ſanctę Crucis obſecrãte Patri-
cio comite Loncaſtrię ęgre ſacrilegas cõtinet manus. Reliqua oia
ſacra deiecta ſũt aut incẽſa cũ auguſtiſſimo diui Aegidii tẽplo. Ita-
qꝫ nõ minori q̃ acceperat illata clade domũ reuertit̃. Inter hęc Eli-
zabeth Scotoꝝ regina morit̃. Cęterũ ſuꝑiora dãna haud diu inul- 55
ta mãſere. Nã Robertꝰ Stuart comes Fifenſis adiũctis reliqs Sco-
tię procieribꝰ cõfeſtim Cũbriam infeſtus ingreſſus immẽſam hoim
vim ac pecora quædam abegit, cũctaqꝫ vaſtitate oppleuit. Inde per
Veſtmariã ac Northũbriã reuerſus ſpoliatis agris, ac oppidis quę
cũqꝫ capere potuit incẽſis, onuſtũ ſpoliis ac diuitẽ exercitũ reduxit. 60
Inter reliquã p̃dã diploma donati a rege agri inuẽtũ eſt his verbis
exaratũ. I kyng adelſtan geuis heir to paulan Oddan ande Roddã
als guyde ande als fair ab euir yai mine vvayr ande yarto vvituess
Malde my vviiffe, Qđ latine ſonat, vt verbũ de verbo reddamus.
Ego rex Adelſtanus dono tibi do pauline Oddan & Roddan prę- 65
dia tã bona tãqꝫ imunia atqꝫ ipſe ea poſſedi, huiꝰ tibi Matildis vxor
teſtis adeſt. Quibꝰ ex verbis apparet id tꝑis quũ id cõderet̃ longe
maiorẽ in verbis regũ ac procerũ populiqꝫ, q̃ nunc eſt infœlici no-
ſtro ſeculo, fidẽ fuiſſe, quo infinita ac cõfuſa potius q̃ aperta verbo
rũ cõgeries poſſeſſorẽ ab iniuria vindicare ęgre poſſit. Tũc tribus 70
prope verbis teſtata tãtę rei donatio ſatis fuerat ad ſecurã poſſeſ-
ſionẽ. Ex ea expeditiõe Vvilhelmꝰ Archimbaldi Douglas a Gallo
uidia filiꝰ ingẽtẽ nois famã gloriãqꝫ reportauit. Nã pręter cætera
facinora egregia ipſe cũ duobus ſodalibus in exurẽdis ſuburbanis
Carleili magnã militũ ſtragem edidit. Nam quoſdam põtis tranſ- 75
itum prohibẽtes cecidit, alios in flumen deturbauit voti cõpos fa-
ctus. Poſtea quum idem illud oppidum obſidione cinctum eſſet, ac
hoſtes eruptione pugnantes acrius inſequutꝰ captus a quatuor in-
ter eos depoſitis armis duceret̃, duos eoꝝ pugnis in terrã ꝑcuſſos
pręcipites dedit ac aliis fugiẽtibus ipe ad ſuos ſaluus reuerſus eſt. 80

1 Tāta itaq; iuuenis virtute ꝑmot9 Rex eū ad se accersi iubet:vbi ve nisset,filiā ei suā Aegidiā forma ea ætate oēs mortales excellētem dat vxorē.Nā memorant hoies formę ipsius excellentia omnes dū prodiret in eā cōuersos ac veluti stupefactos nō potuisse tantā for-
5 mositatē,prout dignū erat,admirari.Itaq; auditu eius regē Frāciæ captū nōnihil puellę amore,pictorē misisse dicūt in Scotiā vt ꝑ oc casionē bene inspectā depigeret:& quū illi imaginē expressam ele gāter reportasset,tāta eū accēsum virginis potiundę cupiditate,vt extemplo legatos ad eā poscēdā mitteret. Sed ꝑuentus a Vvilhel-
10 mo Douglas spe frustrat9 est. Per idē tēpus Hiberni Anglorꝝ par tes sequētes furtiuis ꝑ noctes incursionib9 in Gallouidiā aliquātu lā pecoris prędā abstulere.Qđ vbi Vvilhelmus Douglas audisset adiut9 copiis Roberti Stuart comitis Fifensis, quib9 Robertus a Durisdeir cognat9 eius erat præfect9,permissu regis in Hiberniā
15 traiicit,ac Karlingford oppidū crebris insultibus oppugnat.Viri- bus itaq; suis oppidani diffidētes inducias per dolū paciscūtur in- gētē pecunię vim pollicētes.Clam igit͛ a Dūdalk accepto auxilio ac ex vicinis agris quingētis militib9,quorꝝ pars magna Anglorū erat,ductis,his sese oppidani adiūgētes pars Robertū agros spo-
20 liātē,ac nihil minus q̄ ab his tale quippiā expectantē inuadūt.Sed Robert9collectis militib9facile eos repellit,ac in fugā versorꝝ ter ga cędit,paucis ex fuga euadētib9.Alii Vvilhelmū adorti eadē pu gnauerūt fortuna.Itaq; extēplo ad mœnia ducētes nullis resistēti- bus vrbē capiūt:captā diripiūt ac incēdūt:quosdā etiā ex ciuitatis
25 primoribus captiuos abducūt,alios trucidāt,qbus redimēdis exi- guū speraret͛ aut nullū lucrū:reliquos fuga seruauit. Ita prospera in Hibernia expeditiōe facta Vvilhelmus multis in variis Hiber- norū portub9 incēsis domib9 cū captiuis sexaginta nauib9 Hiber norꝝ partim,Anglorꝝ cęteris in Angliā traiecit.Eodē tꝑe Merchiā
30 ingressi Angli multa hoim ędificiorūq; strage eā implerāt regio- nē.Accesserat eo tꝑe Robert9 rex Aquilonarē Scotię partē ad ius dicēdū. Sed auditis Anglorꝝ incursionibus propere se Aberdoniā recipiēs in cōuētu nobiliū illic edixit exeūdū cū exercitib9 in An- gliā,nec patiēdā iniuriā inultā. Duos cōscribi exercit9 iubet:alte-
35 ri Robertū Stuart comitem Fifensem pręficit:legatosq; ei attribuit comitē Monteth,Archibaldū Douglas a Gallouidia,& Alexādrū Lindesay a Valcop.Quindecim erāt hoim milia:cū eo numero Ro bert9 in Cumbriā proficiscit͛. Alterū Iacobū Douglas comitē ac Georgiū comitē Merchiarū iubet ducere. Legati cū his erāt Iaco-
40 bus Lindesay comes Crafurdię, Ioānes Dumbar comes Morauiæ,

& dominus Hayus Comestabulis. Nec minor hic exercitus erat: Northumbriã hi aggrediunt᷑. Nihil reliqui factũ est vt q̃ fœdissima esset depopulatio. Videres hic cędẽ discurrẽtium rusticoꝝ, ploratũ mulierũ ac pueroꝝ: alibi villas flãmã terribilẽ reddẽtes: illic abduci pecora: rursum alio in loco cũcta ꝓsterni. Hoc modo vtrãq; peruagãtes vtriq; regionẽ in locũ distãtẽ decẽ milib9 passuũ ab Nouo castro exercitus cõueniunt. Ibi ex oĩ iuuẽtute pręstãtissimos quosq; ac ob virtutẽ nobiles ad decẽ milia Douglas deligit ad Nouũ castrũ oppugnãdũ. Sitũ hoc oppidũ est ad Tinę fluminis ripã. Itaq; ab ea parte qua Scotiam respicit positis castris oĩa circunspectat, qua cõmodius aggredi possit. Erat in oppido Henricus Perse Northũbrię comes prę senio iã ineptus pugnę, sed duos secum habens florentes ętate filios, Henricũ Perse, cui cognomẽtũ Hetspur a crebra calcariũ compũctione inditũ fuit, & Rodulphũ Perse. Cęterũ Hẽricus ferox virib9 arteq; militari Douglas portã egressus ad singulare prouocat certamen. Nec noster detrectat pugnã, longe omnes suę ætatis robore corporis ac vsu bellicarũ rerum superans. Arma igitur expediẽs in campũ descendit. Vtrinq; infestis hastis cõcurritur: Douglas & cautus ad frustrandũ hostẽ & ipse eum sub pectus hasta impellẽs equo deiicit. Concursu itaq; qui ante portas spectabãt assiliunt atq; prolapsum intra portas trahunt. Douglas nequicq̃ per cõglobatos illũ petere tentans, vbi se frustra niti videt, accepta hasta pronũciat Anglis audiẽtibus, eam se in Scotiam ablaturũ. Victori em̃ id summę glorię tribuitur: victo autem probro. Cõuocatis autẽ cẽturionib9 Douglas qua cuiq; parte aggredienda sint mœnia edocet. Tum dato signo proiectis in fossam lignis, fœno, & quicquid ad implendũ ea cõmodum est, scalas muris admouent. Sed egregie defendentibus oppidanis infecta re acceptis aliquot vulneribus suos Douglas reuocat: vbi cõuenissent, cõsolatur milites qui frustra eam rem tentassent, docens in causa fuisse paucitatẽ scalarũ, quę ad summũ mœniũ pertingerent: iterũ tentandũ esse vbi omnia instructiora forent. Cæterũ illa nocte copię illuc aduenerũt Angloꝝ, magnusq; exercit9. Itaq; desperata ex pugnatione silentio suos Douglas ad maiorẽ exercitũ retro ducit: vbi autẽ quinq; perfecissent milia passuũ considere milites idoneo ad quietẽ loco iubet. Nã ab oppugnatiõe nullã noctis requiẽ habuerant. Sed Angli orto sole flumen traiicientes pugnã cum Scotis inire cogitabãt, exercitũq; & in oppido instruxerãt & ante mœnia. Vbi vero nunciatũ est hostes abiisse, ad persequendũ se parant. Sub noctem eos assequũtur, nec mora fit, vtriq; se expediũt. Dou-

54 50 55 60 65 70 57 80

1 glas suos paucis pro tẽporis angustia adhortatur: memores sint vir
tutis pristinæ, tantarum victoriarum, quibus tot annos hostes forti-
ter profligassent: nõ metuerent hostiũ maiorẽ multitudinem, quum
haud difficile esset quos toties vicissent, tũc quoq; pellere: neq; tunc
5 plures esse q̃ ad Bannaſburn fuissent, vbi triginta milia & trecen-
ti hostium ꝓpe ad internicionem ceciderunt, memores essent Vallę,
cuius aspectum Angli sustinere nequiuerant. Tum quæ quisq; his ꝓ
ximis annis fecisset egregie ipsi sibi exempla proponerent, non quæ-
renda adeo vetera esse. Hac vero vna victoria omnia alia in procliui
10 fore: ipsos omnem gloriam solos ablaturos: non expectarent donec
reliquus exercitus decus ac laudem eripiat aduenien s: hæc peditem,
hæc equitem monebat aciem ordinãdo, tum vt quẽq; vidit cuius ali-
quando præclarum extitisset facinus, eum benigne compellãdo, vir
tutis illi suę memoriã grata laudatione refricabat, admonebatq; prę
15 miorum ac gloriæ. Nam vir militaris totam pœne ætatem aut mi-
les, aut dux omnibus in præliis adfuerat, oẽs nouerat. Ex altera par-
te Henricus Perse Hetspur dux belli præcipuus suos quoq; verbis
excitat, pro patria, ꝓ parentibus, ꝓ liberis, ac vxoribus, ꝓ agris, pro
domibus, pro omnibus deniq; fortunis pugnandum ea hora esse, a se
20 omnia prouisa esse, numero sese superare longe hostem, ex composi-
to ad certamen, immo ad persequendum fugientes exisse, contra ho-
stes numero, ne comparandos quidem sibi esse perturbatos, fugien-
tes, iãq; tum quũ fugam arripuissent, victoriam sibi concedẽtes. Tũc
tantũ id victoriam morari solidam, quod inter hostes ac ipsos esset:
25 proinde alacres in hostes fugientes incurrant, cætera prona fore ad-
uersus primo impetu cessuros, nec vim suam sustenturos. His dictis
signa canere iubet. Magna vi vtrinq; procurritur, ancipitiq; victoria
aliquãdiu certatur. Sed nox pugnam vtrinq; diremit. Nec ꝓcul inde
vtriq; considunt, lunam quæ mox oritura esset expectantes. Orta au
30 tem luna clareq; per sudũ lucẽte præliũ redintegratur neutris spem
remittentibus. Cæterum ab vna parte cæsis antesignanis Angli im-
pellere nostros cœperũt & haud dubie militaria signa Douglas co-
mitis eo impetu cepissent, actumq; de Scotis fuisset: nisi Patricius
Hepburn cum Patricio filio, ac amicorũ suorum globo, vbi magno
35 impetu hostes vrgebãt, celeriter accurrisset, ac virtute sua suorũ præ
lium pœne amissum restituisset. Nec mora Douglas laborantibus
adest, validaq; claua ferrata maiore q̃ quisq̃ id tẽporis ferre poterat,
inuectus equo in densissimũ hostium globum tantam illic stragem,
ac fugam hostium edidit, vt vnius illius virtuti attributũ fuerit ab
40 omnibus quod ea nocte victoria Scoti potiti sint: extracta tamẽ vsq;

X

ad auroram pugna . Cũ capto Rodulpho Perse a Ioanne Keth Ma-
riscallo , ac deinde Henrico Perse Rodulphi fratre, effuse hostes fu-
gere incipiunt:tũ parta manifesto victoria Scoti q̃ maxime in hostes
ruunt,alios cędunt,alios capiunt.Captorũ tamen maxima pars fuit.
Occisi ex Anglis mille quingenti:quorũ pars magna nobiles erant. 45
Capti quos modo scripsimus Hẽricus Perse p̃cipuus belli dux cum
Rodulpho fratre,Roberto Ogil,Thoma Albert,Ioãne Liburn,Vvil
helmo Vanthlut,Roberto Helron,Ioãne Colueín,ac Patricio Louel
equitibus auratis,multisq; aliis nobilitate claris. Tãta vero captorũ
militũ multitudo erat, vt capti capientiũ numerũ longe superarẽt:q 50
depositis armis oẽs vincti sunt.Nec incruẽta ea Scotis victoria fuit.
Nã cecidere in pugna Robertus Hert haud inferior,quouis præstã
tissimo equitũ auratorum & ipse eques auratus,Vvilhelmus Londy
archidiaconus Aberdonensis cognatus Douglas, nunq̃ ne in morte
quidẽ ab eo recedens,cũ paucis pręterea militibus aliis. Super oĩa 55
luctuosam victoriã casus Duglassei effecit . Nam profligatis hosti-
bus Iacobus Lindesay comes Craufurdię cum comitibus Merchia-
rũ & Morauiæ tentorium eius ingressi (quo fusis hostibus quantũ
virium supererat concesserat) offenderunt virum semianimẽ tribus
confossum telis ac insuper in capite vulnus habẽtẽ letale(qđ ardore 60
pugnę medio decussa galea nõ satis firmiter humeris reuicta accepe
rat)animã trahere.Quẽ vbi cõspexere iacẽtẽ attoniti re noua inuicẽ
cũ admiratiõe aspiciẽtes cõstitere:deinde in fletũ ac lachrymas versi
ploratũ edũt.Tũ Douglas manu silẽtio facto summissa voce,quãtũ
ęgritudo patiebať,vt a circũstãtib9 vix exaudiri posset,huiuscemodi 65
eos verbis extremũ allocut9 est. Luctũ hũc p̃cor amici mei vestrũ de
ponite,lęti p̃senti victoria,quã nobis superi hodierna luce sua bñuo-
lẽtia cõcesserũt.Nã ob hoc corpora nr̃a hostibus obiecim9,vt id qđ
modo dei fauore assecuti sumus,cõpararemus. Lachrymas itaq; has
q̃so in gratiarũ actiones ac hymnos cõuertite:memores bñficiorꝫ po 70
tius q̃ si quid minus gratũ acciderit oĩm bonorũ obliti,id vnũ q̃ruli
respiciẽtes deploretis. Mihi vero si quã gratiã ꝓ hisce laboribus, ac
aĩa quã ꝓ vobis effundo,referre voletis, deũ optimũ maximũ vt aĩæ
meę misereať p̃cemini.Vos aũt in primis monitos velim,vt sicut fa-
citis virtutẽ semp simul cũ armis ꝓ libertate patrię colatis,concor- 75
diã mutuãq; inter vos amicitiã cũ grata mei mẽoria exercẽtes.Hæc
vbi dixisset,conãtẽ plura adhuc vnũquẽq; cõpellãdo effari, spũs de-
stituit,nec lõge post in ãplexibus amicorũ expirauit.Vir sane dũ vi-
ueret iuxta ac morereť virtutibus suis regnũ decorãs. Fletus aũt au
dita morte eius toto exercitu fuit tristitia tãti ducis amissi, nõ quẽq̃ 80

1 victoria, non spolia, nõ aliæ res vllę potuerũt sedare. Nec multo post aduentu Roberti Stuart cũ reliquo exercitu renouatus est eiulatus. Nã etsi ingẽs ea victoria oĩb9, vt erat, videbatᷣ, tamẽ nõ erat qsq̃ qn vitam suam pro morte Douglas effundere se optare pdicaret. Cęte-
5 rũ victorię haud minimã partẽ quidam Patricio Hepburn ꝑ restitutum prælium ac signa defensa assignauere. Familia autem Hepburn hac origine nata traditur. Dauide tertio regnante Anglus quidã captiuus equũ, cui Merchiarũ comes insidebat, insolẽter ferociterq; salietem haud sine comitis periculo, quũ oẽs territi fugerẽt solus sum
10 pto animo ad equũ fręno accepto accurrit, insolẽtiãq; eius repressit. Ob quã rẽ quum vitã sibi Merchiarũ comes seruatam diceret, agro Anglũ in Laudonia haud ita magno donauit. Cæterũ virtute posterorũ in tãtã familia ea amplitudinẽ creuit, vt pter equites cõplures hac nostra ętate, ex eadẽ gente comes Bodeuallis nec nobilitate nec
15 opibus cuiuis comitum cedat. Quotquot aũt ex ea familia sacrũ aliquem gessere magistratum, qui quidem non pauci, nec indigni fuere omnes facile Ioannes Hepburn sancti Andreę prior multo dignissimus virtutibus suis excellebat. Vita paulo anteq̃ hęc scriberem9 vti alio loco significauimus destitutus. Cuius ciuiles res gestę atq; sacrę
20 dignę sunt, quas perpetuis posteritas extollat laudibus. Sed de eius viri virtutibus impræsentiarum, quoniã spatiis excludimur iniquis, silere q̃ non omnia referre satius esse duximus. Verum quo tempore ad Otterburn (id loco pugnæ iam descriptæ nomẽ est) confligebatur, episcopus Dunelmẽsis cũ septẽ milibus Angloꝝ ad nouũ castrũ
25 venit. Sed quum ex fugientibus victoriam cognouisset Scotorum, substitit, quid agẽdum esset deliberaturus. Interim Lindesay a Vauthop studio persequendi Anglum quempiam nobilem nomine Mathęum Rademan quum assecutus fuisset, ac iuramento eum astrinxisset in Scotiã reuertendi ad se, indeq; dimisisset rediens cũ alio ca-
30 ptiuorũ grege itinerũ ignarus, in episcopũ Dunelmensem incidit & captus est. Verum Matthæus Rademan, quum ad eundem venisset episcopum, ac Lindesay captum cognouit, nulla accepta pecunia eũ liberauit. Qua hominis commoti beneuolentia ac gratitudine Scoti, quum Lindesay in Scotiã reuertisset, multos Anglorum pro vno
35 captiuos sine precio remisere. Cæterum Dunelmensis episcopus collectis ex fuga Anglis eodem die Nouo castro milites suos cõiunctis alterius exercitus reliquiis recta aduersus Scotos educit. Verum vbi appropinquasset, & Scotos instructos ac paratos intellexisset pugnamq; ferociter poscentes, exercitum sub noctẽ vnde exierat redu-
40 xit. Cõmissa hęc pugna est ad Otterburn ãno a seruatore nr̃o mille

ſimo tricenteſimo octogeſimo octauo. Extincto Iacobo comite Du-
glaſſię Archimbaldus a Gallouidia iure hęreditario comes Duglaſ
ſiæ creatus eſt. Gollouidiã regis beneficio, ꝙ illinc Anglos expule-
rat,obtinẽs. Secũdũ hęc Robertus rex ſenio ꝓpe cõfectus nõ ſuffici
ens amplius rebus gerẽdis Robertũ filiũ comitẽ Fif, cõmuni ꝓcerũ 45
cõſenſu Edimburgi regni gubernatorẽ cõſtituit. Nã id tẽporis Ioã-
nes natu maximus filioꝶ regis ictus ab equo ad tibiã haud ſine vitæ
pediſq; ꝑiculo decũbebat. Quãobrẽ volẽte rege cũcti ꝓceres in ver-
ba Roberti iurauere. Eodẽ tẽpore quũ Hẽricus Perſe Hetſpur ora-
rũ cuſtos Anglię cũ fratre in Scotia captus teneretur, in locũ eius a 50
Richardo rege Anglię ſuffectus eſt comes Marieſcallus in Anglia,
Is nouo honore ferociens vana dicta in Northũbros iactare, ꝙ tãto
ſuperãtes numero Scotos, vt qui quadruplo fere plures q̃ illi eſſent,
tã turpiter cędi ſeſe ac capi ab illis ſiuerant, nec a ducibus abſtinere,
ſcõmata in eos quibus ſeſe efferebat ac illos mordebat iaciẽs. Tandẽ 55
graui iuramẽto ſe aſtringit quãtũcũq; exiguũ ipſe numerũ duceret,
quũ primũ Scotos habuiſſet obuios, impetũ in eos facturũ. Sed vt
fere ſunt ſermones hmõi ac iactationes vanę, iuſiurãdũ quẽadmodũ
ex leuitate quadã fecerat, ita cũ grauitate ſingulari prudẽtiaq; nõ te
nuit. Nã paulopoſt vbi Robertus gubernator exercitũ in Angliam 60
duxiſſet, ac iã ad certamẽ ꝓpe vẽtũ eſſet, viribus ſuis diffidẽs in tutũ
ſe locũ retro recepit. Ac quũ Robertus ꝑ fæcialẽ rogaſſet, qdnã hoc
rei eſſet ꝙ iuramẽto nõ ſtaret, reſpõdit id ſe in mandatis regis nõ ha
bere, vt tãtã florẽtiũ iuuenũ multitudinẽ ſine certa ſpe in diſcrimen
p̃ſens induceret. Itaq; iterũ ſpoliata Northũbria integro exercitu di 65
ues in Scotiã Robertus rediit. Secũdũ hęc venere in Scotiã Anglo-
rũ ſimul & Francorũ legati triũ annoꝶ inducias poſtulantes. Nã fa
ctę inter eos hac lege fuerant, ſi Scotis quoq; placeret, tũ demũ ratę
forent. Itaq; ex cõſilio gubernatoris & primorũ regni placere eas re-
ſpõſum eſt a rege legatis. Interea Alexãder Stuart a parẽtũ degene- 70
rãs moribus, nẽpe, vt quidã referũt, nothus, nõ legitimo regis matri
monio procreatus, prædonũ nebulonũq; ingẽti ſtipatus colluuione
tẽplũ cathedrale Morauiẽſe ornamẽtũ Scotię Borealis incẽdit, pro-
pterea ꝙ iniquis eius poſtulatis cũ eccleſię magno diſpendio epiſco
pus Morauienſis conſentire noluiſſet. Inde Aberdoniam profectus, 75
eius loci epiſcopum Adamũ inſignem pietate virum ad necem inqui
ſitum pertraxit, dictitans fautorem eum authoremq; Antiſtiti Mo-
rauienſi non obſequendi ſuæ voluntati extitiſſe. Verum offerẽte ſeu
obiiciẽte vltro canum caput venerãdo ſene, ꝓmoti reuerentia viri ſo-
cii Alexandri interceſſere atq; obſtitere, ne occideretur. Sed non ita 80

multo post vbi ad patrem Alexander venisset, accusatus sceleris ac sacrilegii in carcerem coniectus est: vbi & vsq; ad patris mortem in vinculis habitus fuit. Nec multum postea pater superuixit. Nam ad Dundonam non morbo, sed senio extinctus decessit. Anno ab incarnato verbo supra millesimũ & trecẽtesimũ nonagesimo: Regni autẽ sui nono & decimo: Ætatis vero sexto & septuagesimo. Sepult9 Sconæ ante summũ altare, vir cum belli omnes ante se reges aut superarit, aut æquarit saltẽ fœlicitate, quum toto regni tẽpore, etsi prælio nulli interesse ob seniũ potuerit, tamen nulla aduersa fortuna pugnatum sit. tũ maximo omẽs interuallo in iustitia ac religionis cultu post se reliquit. Nam in verbis eius fides constantiaq; inerat: Promissa omĩa vel minima cũ fide integra persoluẽs. Iustitię tantus cultor, vt quum Sconę coronandus esset, ac concursu populi canonicorum segetes proculcarentur, grandẽ pro corruptis segetibus statim pecuniam persoluerit, ne quisq̃ suo nomine damnũ pateretur vllum. Quum autem oppido aliquo excederet, vocatos per pręconem obsoniorũ venditores ac œnopolos rogauit nũ quispiam ex aula sua non reposito omniũ emptorũ ꝑcio abiuisset. Quod si factũ cuiq̃ erat, numerari statim rei precium per quęstorem suum iussit. Pauperũ quoq; querelas, si quando iniuria affecti fuissent, ęquissimis audiebat auribus, nec destitit, donec illis damna omnia restituta essent. Doctos viros ac sacerdotes summa semper veneratione coluit. Quoscunq; eñ ex fama eruditos cognouerat, eorum inopiam sumptusq; onera liberalitate sua subleuauit. Ioannes autem Stuart continuo, quẽadmodum antea cõstitutum fuerat, in patris demortui locum successit, dominica ante Assumptionem deiparæ virginis solenni more coronatus. Sed quoniam Ioannes inauspicatum videbatur nomen, propter Ioannem regem Franciæ captũ, cõmutato vocabulo Robert9 appellatus est, patris nomẽ accipiẽs. Eodẽ anno Vvilhelmus Douglas vir nobilis, virtuteq; apud exteras etiam natiões clarus a Prutię magnatibus dux ducentorum quadraginta nauium ad oppugnandos fidei hostes electus, quum ad Dansicam peruenisset, per fraudem ab Anglo quodam nobili Clifford, a quo ad singulare certamen prouocatus erat, in ponte Dansicensi cõfossus est: ita magni optimiq; principum conatus fortunæ inuidia frustra fuere. Nec ita multo post q̃ rex coronatus, ei nunciatum est Duncanum Stuart filium Alexandri Stuart fratris regis collecta ingenti ꝑdonũ, atq; nebulonũ manu Angusiã plurimis afflixisse incõmodis eiusq; conatibus quũ obuiam iuisset Vvalterus Ogiluy vicecomes Angusian9 cum amicis filiisq; ac magna militũ multitudine, ad vnum fere omnes cæsos esse. Itaq;

victoria successuq; ferocem, insolentiorem in vexandis rusticis popu
loq; factum. Quãobrem vt crescenti adhuc malo occurreretur, comi
tem Craufurdiæ rex cum valida militũ manu aduersus latronẽ emit
tit. Verum vbi aduentus comitis cum exercitu nunciatus est, dilapsi
omnes, vbi tutos se fore sperabãt, pauci celeritate persequentiũ com
prehẽsi sunt, ac in vincula cõiecti, nõnullis ab Angusianis in fuga op
pressis atq; occisis. Hoc tumultu sedato exortus est alter. Montano-
rum enim hominum aliquot iam annis duę tribus mõtanę Clankay
& Clankquhete ducibus Stratberge & Christe Makian dissidio la-
borantes, agros inuicem suos hostili sępe modo deprędabãtur. Nul
laq; vi compesci a Roberto comite Fifensi, q interea gubernator fue
rat, potuerunt, loci difficultate sese tuentes. Verum Thomas Dum-
bar Morauiæ comes & Dauid Lindesaius patris in locum Craufur-
diæ comes creatus cum suis ipsos viribus conficere vix possint astu-
sunt eos aggressi. Conuenerunt enim ipsos duces factionum, tẽpusq;
esse dixerunt, quo tandẽ finem discordiis imponere oporteret, intesti
no ipsos malo pessimo laborare, mutuoq; plurima quotidie inferre
damna: inueniendum aliquid quo in vnum conueniatur. Ad ea respõ
derunt sibi pacem bene placere, si altera alteri tribus subiici vellet.
Sed quia vterq; ductorum ad se trahebat alterius imperium: quando
quidẽ inquit Thomas lis ista vestra nisi armis quietura non est vnq̃,
habeo (si meum consilium sequi volueritis) vt q̃ minima cæde finia-
tur. Acclamarunt protinus omnes, vt proferret, lubentes se si qua ho
nesta conditio offerretur accepturos. Vos inquit qui de imperio cer
tatis, ad quos honores cũ imperio accessuri essẽt, & cõmoda: ex vtra
quaq; tribu triceni in campũ inermes procedite, gladiis dũtaxat q̃
potestis acutissimis accincti, & qui illic victores extiterint, non mo-
do supiores, sed inimicos quoq; suos vlti fuerint: quę non minor vo-
luptas scio victoribus erit q̃ imperii parti foret gloria. Secũdũ quod
dictum plausu facto omnes conditionem approbant. Constituunt
diem quo de imperio duarum tribuum certamen decernatur. Inter
ea ensem quisq; suum aptat, acuitq;, ac qui minus exercitati antea in-
ter eos fuere, a doctioribus addiscunt. Cum iam dies præstitutus ad-
uenisset, in campum ab vtrisq; pugnatorũ descensum est. Campum
autem in quo certamen committeretur, delegerãt ad Aquilonarem
Perthi oppidi partem situm: iudices altiori constructo loco in tuto
spectatores sedẽt. Alterius vero tribuũ vnus dũtaxat iusto deerat nu
mero futuro prelio deterritus: cui9 in locũ immani corpore rusticus
quidam ad quem res nihil prorsus attinebat, ne partiũ numero haud
conueniente pretermitteretur, aut saltem intermitteretur pugna, exi

li mercede accepta, arrepto ense vltro pugnaturus subiit. Ordinantur vtrinq; acies non infestioribus animis, q̃ si duorum populorũ exercitus magnis acceptis iniuriis, ac vicissim illatis staret iamiam cōcursuri. Signo a iudicibus dato impetum vtriq; faciunt. Neutri se tuentur dum modo hostem feriant: Acre aliquādiu certamen est neutro inclinante victoria. Si quis concidit, in locum eius alius succedit, ne locum hosti præbeat, velut ad patriam inuadendam. Verũ a Claukay plures cadunt, ex aduersa parte omnes vulnerantur, nec cessere pauciores pluribus, donec omnibus cæsis vnus ex Claukay dũtaxat integer superesset, aduersarii vndecim, sed grauiter vulnerati, vt vix ad gladium manu tenendum sufficerent. Verum tot suorum ante se occisorum corporibus, ac numero hostium territus ille fugam arripit in Taum amnẽ insiliens, quem celerrime nādo traiecit. Ita quum ii qui imperium affectarant periissent, seditiones finem inuenere. Incidit hæc contentio in annum Christi nati supra millesimũ trecentesimo nonagesimo sexto. Tertium post hoc annũ consilium generale a rege habitum Perthi, vbi post alias res ꝓ regni cōmodo actas, Dauidem primogenitum filium suum Rex decimũ octauum agētē annũ ducem Rothesay creat, & Robertum gubernatorē comitē Fifensem, fratrem suũ, ducē Albanię. Hi primi fuere in Scotia duces, quũ antea tanti fastigii nominibus vsi non fuissent. Nec deinceps quenq̃ ex Scotica gente tam pręcellentis dignitatis nomina ad maiorũ virtutes imitandas, nec opes ad probitatem colendam induxere, sed in omniũ pœne perniciem pestilentem attulere ambitionem: quo vitio antea minime laboratum fuit, quum virtute quisq; præcellere q̃ honoribus maluerit. Durante inter Anglos Scotosq; pace publica, qui inter eos equestris ordinis virtute artibusq; militaribus pręcellebāt, sese iactantes in Scotia Angli, ac vicissim in Anglia Scoti multa singularia vtrobiq; certamina se ad ea mutuo prouocantes edidere. Inter quę memoratu dignissimũ habetur quod in ponte Londini habitum fuit victore Dauide Lindesay comite Caufurdiæ. Nam dominus Vellis Anglus legationem Richardi Regis sui in Scotia obiēs in conuiuio solenni, quum multa ab hoc & contra a Scotis de vtriusq; gentis virtute bellica disceptata essent. Apagite inquit Anglus has verborum concertationes, si cui placet virtutem experiri Anglicanam, nomen suũ edat, cũ eo enim singulari certamine quouis tempore ac loco decernere paratus sum. Te appello ad Dauidem, iquit, qui plurimũ aduersum me sermonem consumpsisti, ac videris te supra cæteros iactare. Ego vero, inquit Dauid ac lubēs id agā, si cōsentiēte id rege fieri poterit. Annuēte rege Anglo loci electio dat, q qm

in alieno solo erat, Londini pontem eligit, Dauidi temporis,q diem
Diuo Georgio sacrum,q; is vir bellicus fuerat,capit. Itaq; Vellis in
Angliam rediit:Dauid arma q̃ potest optima comparat.Appropin-
quante die cum triginta duobus viris corpore præstantibus Londi-
num proficiscitur.Adueniens magno a rege Richardo honore exce- 45
ptus est.Vbi certaminis dies aduenit,ad pontem armati a suis vterq;
q̃ honorificentissime perducti conueniunt. Sederunt ab omni parte
spectatores nobiles: inter quos Richardus summo loco eminebat.
Vulgi quoq; maximus fit concursus rei nouitate & fama virorũ ex-
citi.Signo dato vtriq; calcaria eqs subdunt, laxatisq; frenis, infestis 50
maximo impetu hastis concurrunt.Neuter loco motus est:hastæ im
petu cõminutæ.Tum vulgus parti suæ studens clamat imperite Da
uidem sellæ equi adligatum prodisse, ac proinde immotum sedisse.
Quod vbi Dauid exaudiuisset,protinus equo desiliit & cõtinuo nul
lo iuuante cataphractus in equũ denuo insilit, acceptæq; rursus ha- 55
stæ,impetu facto iterum rumpuntur. Tum tertio validioribus rur-
sum porrectis mox infesti concurrunt.Ibi Anglus equo deiectus ex-
animatus in terram cum magno sonitu gementibus Anglis conci-
dit. Dauid vbi victoriam parasset,ne se ob iram certasse,sed de glo-
ria fortissimorum virorum ostenderet, in terram repente saliens oc- 60
currit,iacentemq; sinu paulum fouet,quoad animus rediit, ac medi-
ci aduenere. Nec vnum deinceps intermisit diem quin ægrotum in-
uiseret, comiterq; appellaret velut sodalem suauissimũ. Menses tres
rogatu regis in Anglia remansit,non vno honoris genere ab eo affe
ctus.Interea,vt fit,quotidie concertationes famulorum nobiliũ inter 65
ipsos fieri,gentem suam quisq; e prędicatione laudum efferre:quoad
Aulicus quidam Anglus Donaldum natione Scotum oriundum ex
Montanis,præfectum stabulis equorum Lindesa ad monomachiam
solis ensibus nulla armorũ protectione conserendis prouocaret Re-
ge & principibus annuentibus locum Donaldus forum Londinen- 70
se: alter diem perendinam eligit, spatium quo certaretur chlamyde
circũscriptum,vt nec inde ante partã alteruter victoriam exiret,præ
stituunt.Constituto tempore Donaldus in forũ prodit: chlamydem
sternit.Tum Anglus metu mortis audaciam Scoti cernens certamẽ
detrectat.Ita duabus victoriis Dauid ac socii læti domum reuersuri 75
conuiuium magnificũ instituunt. Nec tum a contentionibus huius-
modi Angli, q̃uis victi abstinuerunt, sese vane & inaniter extollen-
tes.Nam fęcialibus Anglorum(qui rei militaris prudẽtia reliquos
omnium iudicio antecellunt) multis verbis Dauidem cõmendan-
tibus, magnatum quidam ægre id ferens: Non mirum, inquit, vi- 80

1 deri debet Scotos nūc adeo nobilitate ac viribus reliquos antecelle-
re, quippe qui paucos abhinc annos occupata Anglorū armis Sco-
tia ex sanguine nostratiū nobiliū prognati sint. Ad ea Dauid haud il-
lepide respondens: Caue, inquit, ne dum nos vestratium sanguine no
5 bilitatos rides, vos qui modo proceres hui9 regni estis, ex monachis
aut aliis sacerdotib9, aut certe ex rusticis & agasonibus, quū in Sco
tia vt dicis alienis parentes vestri vxoribus abuterentur domi prosti
tutas suas relinquentes, procreatos vos fateri conuincaris. Conuiuio
autē peracto prosequētibus eū nobilibus plęrisq; in Scotiam rediit.
10 Ac quoniā non sine numine Georgii, cuius festo victoriam adeptus
fuerat, eā partā credebat, septem sacerdotes donatis quibusdā agris
Deidoni constituit, qui ad diuę virginis piis hymnis perpetuo Geor
gium colerent. Qđ hac quoq; nostra ætate non sine viri laude singu-
lari obseruatur. Sūt qui scribāt pręnominatū Dauidem primū fuisse
15 Craufurdię comitē a Roberto tertio rege creatum. Verū quoniā in
veteribus codicibus Iacobum patrē huius a Roberto secundo factū
comitem testatū cōperimus, nonnihil diuerso modo historiam huius
familię prosequuti sumus. In sequēti anno Robertus Morla Anglus
eques auratus in Scotiam venit, quēuis ad singulare certamen ꝓuo-
20 cans: Cum quo cōgressus Archibaldus Adamstoun victus ab eo est.
Deinde Hugo Valles eandem fortunam expertus. Tertio Thomas
Trail, qui Beruicii cum Anglo decernens ad extremū aduersario de
equo deiecto victoria potitus est. Multaq; pręterea vtriusq; gētis no
bilium certamina fuere, quę partim in Anglia, partim in Scotia edi-
25 ta, diuersa vtrinq; fortuna variaq; sunt trāsacta. Nec multo post Isa-
bella regis Francorum filia Richardo Anglorꝝ regi desponsa est. Et
quoniā ad iustam nondum ætatem peruenerat, Magnatium suasu in
Hiberniam cōcessit, quoad viri potens fieret. Quum igitur a regno
Richardus abesset, Henricus comes Darby cū comite Northūbriæ
30 ac plęrisq; aliis Anglię nobilibus in eū coniurant, eūq; regno eiicere
conātur. Qua cōiuratione indicata ex Hibernia in Gualiam traiicit.
Vnde Londinū accitus vocatu nobiliū prospera omnia futura falso
denūciātium, ab Henrico in itinere per insidias captus est, ac Londi-
nū perductus, metu pręsentis mortis regno se abdicare coactus est:
35 Causam quāobrē id facerent pretendere iniquitatē exactionū, extor-
sionūq; quibus imodice se a ministris eius vexari causabātur: q̄uis id
Richardo haudquaq̄ imputandum foret, adolenscentulo videlicet &
rerum imperito. In ministros autem si quid ea parte peccatum erat,
vindicandum ac animaduertendum. Cęterum eius in locum Henri-
40 cum filium Ioannis Gant ducis Loucastrię sufficiūt. At Richardus

quū aliquādiu in arce Londini seruatus in vinculis esset, illinc in Ledes castellum transportatus magnas sceleratorū quorūdam nebulonum iniurias pertulit. Vnde denuo mutato carcere, veluti a boue ad asinū ductus, in peiorem detrusus est: Vbi quū multo q̄ antea maiores pertulisset contumelias, tādem a flagitioso quodā homine occisum quidam, alii fame necatum aiūt. Quamobrē perpetuę in nostrū vsq; seculum inter has familias de regno cōtētiones fuere. Sed Henricus septimus huius nominis Rex Angliæ fœlicissimę inter orbis principes memorię ducta in vxorem Eduardi quarti filia, ad quā iure regni hęreditas peruentura esset, finem contentionibus imposuit susceptis ex ea liberis qui vtriusq; iure familiæ regnum suscipiunt. Hactenus quę concorditer in Anglorum ac nostratibus conscripta inuenimus annalibus enarrauimus, nisi q̄ nostrarum historiarū scriptores lōge aliter, vt posterius referem9, de morte Richardi sentiūt. Ferunt ad Henricum quartum regem quum primū coronatus esset, anachoritam quēdam barbatum virum diuinoq; spiritu afflatum venisse, monuisseq; vt ad verum hęredem regnū transferret: quod ni fecisset, ipsum cum Loncastrię familia, vnde oriūdus erat, diris plagis concussum iri. Henricum vera metuētem ne in vulgus credulum ac mobile ea prolata rebellionem aliquam cōcitarent, e medio virū ex templo sustulisse. Interea Robertus rex Scotorū filium suū Dauidē Elizabetę filię comitis Merchiarum accepta ingenti pecunia despondet. Id Archibaldus comes Douglas indigne ferens, prelatū illum videlicet sibi, causatus absq; consilio consensuq; primorum regni factum id esse, corrupto regni gubernatore, clam concilium eius hortatu a rege indici curat: Vbi filiam suā Marioram Dauidi principi vxorem dat, ac quantum potest celerrime ritu ecclesiastico celebrari nuptias maturat. Prius tamen q̄ rite nuptię perfectę essent, comes Merchiarum regem adiens rogauit, num id rege dignū esset, pactis non stare? vellet ne in has postremas pactiones prioribus repudiatis consentire? Cęterū quū haud satis placens animo suo responsum accepisset, satis constat abeuntem regno minitatū esse, breui se iusta vltione eam perfidiam vindicaturum. Cōfestim igitur in Angliā abiit, castello Dumbar Roberto Matland ex sorore nepoti commendato. Verum Robertus veniētem ad se fęcialem reueritus, ne si repulisset, regem offenderet, Archibaldum Douglas Gryin cognomento cum præsidio in castellum recepit. Vnde Georgius comes Merchiarum ad Dumbar ex Anglia rediens exclusus est. Itaq; receptis vxore ac liberis magnaq; familiæ parte in Angliā rediit spoliatis Scotiæ agris qui Angliæ finitimi adiacent. Robertus autem rex anxius de comi-

1 tis discessu, per fęcialem eum reuocauit in Scotiam, vt illic ęquo disceptaret iure. Quod vbi detrectasset, eadem legatione fęcialis Henricum Anglię regem adiit, orans vt Georgium finibus suis pelleret, nec pateretur, si pacem integram seruare vellet cũ Scotis, regni Sco
5 torum prędones in regno suo velut in prędonũ spelunca latere. Hoc vbi se facturum Henricus negasset, bellum indictum est. Itaq; conscripto exercitu Henricus Perse & Merchiarum comes incursione in Scotiam facta stragem ingentem fecerũt, multãq; abegerunt prędã. Verum Archimbaldus pręcognito aduẽtu eorum comparatis inter
10 ea militibus rebusq; ad bellum gerendum necessariis, haud procul a Beruicio eos adortus omni præda exuit: & compluribus Anglorum cęsis, multisq; captis Beruicium vsq; fugientes persequitur. Captam prędam Edinburgum referens omniũ cum lætitia exceptus est. Nec multo post fatis concessit febre acuta correptus, vir tota vita deo &
15 hominibus propter insignẽ pietatem charus acceptusq;. Piorum eñ monasteria ac sacerdotes singulari beneuolentia prosequebatur, venerabaturq;. Fundauit enim collegium Bodeual clericorum deo seruiẽtium: cœnobium autem Monialium Kilcloudain, ꝙ minus recte maiorum obseruarent instituta in collegium clericorum mutauit. In
20 patris sui locũ Archimbaldus secũdus filius (nam primus Vvilhelmus ante patrem defunctus erat) comes Duglassię dictus regia est authoritate anno Christi natali supra millesimũ quadringentesimo. Eodẽ anno Henricus Angliæ rex exercitu q̃ maximo cõscripto Scotiam ingressus est nullo prope illato damno. Nullum enim castellũ
25 obsidione cinxit: Tãtũ a castellorum præsidiis petiit, vt vexillum ex edita turri propositum exercitui ostenderetur. Nunq̃ Scoti tam mansuetum experti sunt hostem. In Hãdintoun hospitio exceptus est, ꝙ beneficentiam in Abbatiam regiam & Moniales eius amplissimam ob hospitium olim exuli eius patri ad initium regni Richardi pręsti
30 tum exaudissent, nec sęuiorem in se fore sperabant ex re plurimũ eos amplexus est. Eandem gratitudinem animi in cœnobium sanctę crucis Edinburgi exhibuit. Nam & illic quoq; pater eius exceptus fuerat. Hanc eius modestiam in terra hostili, quam cum exercitu ad deprędanda omnia ingressus videri poterat, ex eo fuisse dicunt, ꝙ non
35 suapte voluntate, sed procerum impulsu ocio se marcessere credentium ad bellum accessisset. Verum gubernator Robertus comes Fifensis collecta aduersus Anglos ingenti militum vi obuiam ire parabat. Sed vbi falso relatu Hẽricum castellum puellarum obsidere intellexisset, cui pręerat Dauid dux Rothesai (quem captum aut cæ
40 sum voluisset summopere) ne aduẽtu suo obsidionem solueret, exer-

citum dimiſit,ac in Fifam abiit. Nec multum deinceps Henricus in
Scotia moratus,in Angliam reuerſus eſt. Paucis dieb9 poſtq̃ Angli
Scotia diſceſſiſſent,Anna bella regina mortua eſt.Cui9 ſub imperio
Dauid Ioannis primogenitus habitus:vbi eo defuncta ſolutus omni
fuit metu,in omni genere libidinũ volutari cœpit. Non virgines,nõ 45
matronę,nõ ſacratę cęlibatui Moniales tutę ab eius cupiditatibus.
Per omnia cubicula graſſabatur,ſeu per blanditias,corruptioneſve,
ſeu vbi illę non profecere,per vim.Nec his ſceleribus contentus alia
ſuper alia perpetrabat, donec querelę ad regem patrem eius delatæ
ſunt, monentiũ vt furienti etiãdũ in adoleſcentia iuueni (qui poſtea 50
per regni impunitatem quiduis auſurus eſſet) veluti pedicas iniice-
ret,adhibendo grauiſſimũ quẽpiã ac nobiliſſimũ,tũ in primis erudi-
tum pędonomũ qui eius cupidines inhibeat,coerceatq;. Verum nec
pręceptores illi adhibiti nec monitores profuere,omnia enim perrũ-
pebat perfricto ſemel pudore.Tandem rex defatigatus nouis iterum 55
querelis Roberto fratri ac gubernatori mandat,vt eum penes ſe ha-
beat,ſuaq; pręſentia cũ ſit patruus in officio ſeruet. Robertus man-
dato lętus (nam illum e medio ablatũ iã diu optauerat) intra Dei-
donũ & caſtellũ diui Andreę Dauidem cõpręhendit, ac ad diui An-
dreę caſtellũ perducit. Inde in aliud nomine Faukland traductus in 60
arctum carcerẽ concluſus,ac omni cibo prohibitus eſt. Ancilla vero
quędam Dauidis miſerta per ſtrictũ quoddam foramen farinam fun
dens aliquãdiu vitam illi prorogauit.Sed quũ per quęſtionem ea de
pręhenſa fuiſſet,morte pœnas dedit. Erat & altera quę miſerandam
eius mortem ferre muliebri animo nequiuerat,quę tum nepotes eius 65
lactabat, ea nullo nec pane, nec alio vllo edulio aſſumpto , velut ad
conſolandum Dauidem progreſſa , per canalem lac mamillarum in
os illi inſeruit,vitęq; huius exiguam,ſed in ſuam ipſi9 perniciem, illi
vſuram protẽdit.Nam vbi ea quoq; depręhẽſa eſt,ſimili interiit quo
altera exitio.Ita Dauid humano omni deſtitutus auxilio,quicquid in 70
carcere reperit,quod in ventrẽ modo meare poſſet , res fœdiſſimas ,
deniq; & digitos ſuos abſumpſit, ac tandem lentam increpans mor-
tem crudeliſſimo fato periit.Sepultus autem in tẽplo cœnobii Lon-
doris. Miraculis aliquot annis claruit. Verum vbi Iacobus primus
rex mortem eius vlciſci aggreſſus eſt,miracula exinde ceſſarunt. Cę 75
terum Georgius comes Merchiarum vbi primũ Scotiam egreſſus
fuiſſet , comite Northumbriæ adiuncto cum exigua militum manu
ingentem cladem villarum ac hominũ dedit, prædamq; magnã ab-
egit.Qui vt compeſceretur, decretũ eſt vt Laudoniam comiti Dou-
glas obtemperantes duplici exercitu per vices in Angliam irrumpe- 80

1 rent,ducibus ad id electis,videlicet Haliburtoun a Dirltoũ,Patricio
Hebburn ab Halis , Adamo Gordon, Ioanne Setoun, Iacobo Du-
glasseo a Dalketh,& Vvilhelmo Abernethi a Saltoun.Primus hoꝝ
cum copiis in Angliã erupit Thomas Haliburtoun a Dirltoun, qui
5 re fœliciter gesta diuitem preda ac opulentũ illęsumq; reduxit exer-
citum.Secũdum hunc tam prosperum euentum Patricius Hepburn
ab Halis cum ingenti hominũ vi in Angliam ingressus haud mino-
rem coegit prędam.Sed monitus ab amicis, vt integrum confestim
non expectato hostiũ aduentu exercitum cũ pręda reduceret, cõsiliis
10 eorum noluit acquiescere. Itaq; cũ hostibus medium iter in Scotiam
intercipientibus confligere coactus est.Sed cõmisso prelio acerrimo
ac tandem victoria ad Scotos inclinãte, cum centum recentibus mi-
litibus adueniens Georgius Dumbar comitis Merchiarũ primoge-
nitus restituto prelio victoriam Scotorum manibus extorsit. Cęsus
15 est ea pugna Patricius Hepburn cũ plurimis familię suę nobilibus .
Capti Ioãnes & Vvilhelmus Cokburn,Robertus Laudar a Bas, Ioã
nes & Thomas Hablinctoun:qui obsidibus datis domũ redierunt,
ac mox ventris profluuio extincti sunt . Accepta hæc est clades ad
Nesbit . Quam sequuta est alia longe grauior.Archimbaldus enim
20 Douglas,vt contumeliam ab Anglis acceptã deleret,conscripto de-
cem milium exercitu consentiente gubernatore vt comites secũ Fifæ
& Angusiæ, in Angliam duceret, ad nouũ vsq; castrum penetrauit,
stragem & hominũ & villarum igne ferroq; edens.Erant in eo exer-
citu Mordacus primogenitus gubernatoris,Thomas comes Mora-
25 uiæ,Georgius comes Angusię,& permulti ex iam dictis regionibus
pręterea nobiles. Verũ redeuntibus cũ ingẽti oĩs generis pręda ob-
uii cum magna hominum multitudine Henricus Perse Hetspur &
Georgius comes Merchiarũ venientes,immissis Georgii sagittariis
primam aciem turbauere ac in fugam egere, sed asperrime ab Ada-
30 mo Gordon & Ioanne Suintoun obiurgati cum in aciem denuo re-
dissent, nec consistere tamen possent , rursum fugientes omnes cæsi
sunt.Acerrima deinde reliquorum pugna orta,hortantibus ducibus
ne inultos socios relinquerent , aut se simili fuga in præsentem per-
niciem darent.Sed numero Angli longe vincentes victoriæ compo-
35 tes fuere.Cæsi plurimi,sed maxima nobiliũ pars erat Ioannes Suin-
toun, Adam Gordon, Ioannes Leuinstoun,Alexander Ramsa Adal
house,multiq; alii capti. Mordacus Stuart gubernatoris filius, Ar-
chimbaldus comes Douglas amisso altero ĩ pugna oculo, Thomas
comes Morauiæ , comes Angusiæ Abernethi a Saltoun , ac viginti
40 quatuor equites aurati . Elatus ea victoria Henricus Perse Hetspur

Laudoniam Merchiamq; quarum nobilitatem aut occiderat aut ca-
ptam habebat, regno Anglorum subigere statuit. Auctis itaq; co-
piis cum comite Merchiarum Tuedaliam ingreditur, cędem passim
in agricolas edens, castellumq; Coklauis exercitu cingit. Verum id
egregie defendente Ioanne Grenlou tędium ex longa obsidione ca- 45
piens cum pręfecto conuenit his legibus vt nisi ante spatium trime-
stre auxilio veniretur, castellum in manus Anglorũ dederetur. Itaq;
Anglus exercitum dimisit. Ioannes Gletscame ad gubernatorẽ sub-
sidium castello postulans profectus est. Consilo facto plęręq; senten-
tiæ decernebãt amittendum potius castellum, q̃ denuo tantam iuuẽ 50
tutem ac nobilitatem in discrimen fortunæ deducendam. Adeo quo
rundam animi superioribus illis cladibus fracti erant. Quod nisi gu
bernator castigato omniũ timore iurasset non deserturum se castel-
lum, etsi nemo ex nobilitate sequeretur, timiditate nobiliũ præsidiũ
desertum fuisset. Alacritate autem gubernatoris suoq; pudore om- 55
nes idem statim iusiurandum dedere. Orta vero rebellione Henrici
Perse aduersus Henricum Angliæ regem, non necesse ad soluẽdam
obsidionem subsidio fuit. Sed Hẽricus Perse qui coacto exercitu fin-
xit se in Scotos velle ducere, & seditionis socii Ducis Eboracensis &
Comes Stancford comparatis ingẽtibus viribus aduersus Henricũ 60
regẽ mouerũt. Hẽricus cõtra cõtractis copiis suis ad Screvvesberre
hostibus suis occurrit. Volentẽ autẽ eodem die decernere Georgius
Scotus Merchiarũ comes (nã paulo ante ad regẽ diffidens coniura
torũ partibus defecerat) prohibuit, cõsiliũ dãs vt posceret dilationẽ
cõflictus in posterũ diẽ, simulando, si id primoribus regni videretur, 65
ne tãta ciuiũ sanguinis ꝓfusio fieret, regno se abdicaturũ. Quę cũ iu-
ratus ad hostiũ legatos dixisset, credidere: ducesq; hostiũ diuisis co-
piis vt cõmeatus facilior esset, in diuersas ꝑtes exercitũ metari castra
iusserũt. Quę quũ facta videret, eos repẽte iuadit. Cõplures aũt cõiu-
ratoꝝ principes cęsi sũt. Hẽricus Perse & Thomas Perse, aliiq; mul- 70
ti. Comes Douglas (cõiũxerat eñ se Hẽrico Perse pactione Beruicii
partisq; Northũbrię maioris, si victoria pulso rege potiti fuissent)
fortissimi viri specimẽ ea pugna edidit. Tres eñ habitu regio idutos
(ne rex verus cognosci posset) vbi occidisset, quartũ insuꝑ videns,
Mirũ, inqt, vnde tot reges in auxiliũ venire potuerint. Captus vero 75
cũ esset, solus ob insignẽ virtutẽ Henrici regis beneuolẽtia seruatus
est, Heraldorum iudicio inter pręcipuos Albionis viros virtute re-
liquos eminentes numeratus. Nec sane incruentam Henricus rex vi-
ctoriã abstulit. Cecidere eñ ex eius acie quatuor equites aurati Stal-
uart, Blonc, Masse & Pottok. Milites vero septingẽti, sed ifinito plu- 80

res a coniuratis. Itaq; Henricus Perse comes Northumbriæ cuius duo filii in acie occubuerant, diffidens rebus suis, iam senex admodū & valetudinarius cum haud exigua coniuratorum parte in Scotiam abiit, assumpto secū nepote ex Henrico filio Hetspur. Acceperat eñ (vt nostri referunt annales) Richardum quū regno spoliatus in carcerem detrusus aliquādiu clausus fuisset, falsis custodiis muliebri ornatu agasonis cuiusdam ductu in Hiberniam peruenisse, quūq; se illic perquiri sensisset a satellitibus regiis in Gallouidiam traiecisse, seruisseq; nobili cuidam regionis illius nomine Magdougal. Cęterū ab aulico quodam cognitum, ac ad Robertum tertium Scotorum regem perductum regio apud eum honore habitū, nec inuisum gubernatori extitisse. Ad Richardum igitur veniens aliquādiu cum eo versatus est. Verum Richardus deposita omni ambitione vtrāq; fortunam expertus, totū se tandem deo tradens, & orationibus ac eleemosynis, ieiuniisq;, & aliis piis operibus inuigilans, in castello Sterlingensi fato suo functus est. Sepultus autem in prędicatorum cœnobio ad cornu summi altaris, velut hac etiamnū ætate titulus indicat. Henricus Perse autē ab Henrico Vardelau episcopo sancti Andreę in castellum sancti Andreę (quod paucis ante diebus receptū fuerat dimisso prędio regio quod tumultu ciuili ac postea Anglorū aduētu acceperat) exceptus magnificentissime ac pœne more regio habitus fuerat. Eodē tēpore nūciatur Roberto regi Dauidem filium mortuū esse (curauerat enim gubernator vt q̄ tardissime eius mortis nūcius ad regem perferretur) qua ex re tristis admodum rex gubernatorem ad se vocatū acerrime increpat, insimulans eum mortis, quia vulgo ferebatur ab eo necatū in carcere. At gubernator multis ambagibus, commētitiisq; rationibus ab se in alios culpam reiicere, polliceri si Edinburgum secum venire velit percussores filii vinctos adducturum, vt supplcium ab eis possit sumere. Fidem rex verbis gubernatoris adhibēs Botha profect9. Nā ibi fere agebat, Edinburgū carpento vectus est. Valetudinarius eñ erat nec equi ferre quassatione poterat. Consilio igitur in montē Craggalt vocato per gubernatorē, nec p̄terq̄ quos sibi fauere cognouerat accitis, producūtur a gubernatore nefarii quidā homines aliquot, sed q̄ huius criminis adeo innoxii erāt, vt Dauidem ne vnq̄ quidē viderūt. Accusati, condemnatiq; ex composito sunt a corruptis iudicibus. Gubernator vero cum suis aulicis rege audiente accusati ab iisdē liberi dimissi sunt. Nec tamen gubernator regis suspitione caruit, visusq; regi sublatis ipsius liberis regnum inuasurus. Quamobrem precatus rex deū innocentū vltorem, vt cuius Dauid manu, cōsiliove necatus esset, eius vltionem

in illius verteret caput,atq; familiā: Botham vnde venerat,reuersus
est. Alterum vero filiorum Iacobum Vvaltero sancti Andreę episco
po custodiendum prębuit.Is eum adductum in castellum sancti An-
dreæ nepoti comitis Northumbriæ adiunxit. Æquales enim ferme
ætate erant.Cęterū animaduertens prudentissimus vir gubernatorē 45
capiti Iacobi insidiari,regem adiit cōsulturus,qua potissimū ratione
prorsum in tuto adolescens esse posset. Placuit post multas cōsulta-
tiones in Angliā mitti aut Franciā, vt loci intercapedine saltē tutus
esset,nec tā facile insidiis eius pateret aditus. Cōparata igitur naue,
ac cōpositis ad vtrūq; regē literis cōmendatitiis, vt quo eos fortuna 50
ferret,parati accederēt,quā possunt secretissime adiūcto Hērico san
cti Clari Orchadū comite,nonnullisq; aliis a Bas castello munitissi-
mo soluūt.Emensis iā aliquātū spatii Oceani Iacobus iactationis in-
suetus,q̄q̄ i Frāciā ꝓficisci malebat,nō ferēs tñ vltra nauseā,ad litt9
Anglicanū exponi se iubet. Promontoriū id est Flāburg appellatū. 55
Inde ad Henricū regē tēdētes in itinere capti,atq; in carcerē cōiecti
sunt,ostētante nequicq̄ Iacobo literas patris, qbus Henrico regi cō
mēdabatur. Verū nō multo post ad Henricū perductus est.Quo vbi
venisset facta veneratione regi debita,literas patris sui illi in manus
dedit. Eę scriptę erant in hūc ferme modū,Robertus Scotorum rex 60
Henrico Anglorū regi salutē dicit plurimā. Magnitudo animi tui
clementiaq; quātę sunt,et si sępe antea aliis referentibus, infinitasq;
alias in te virtutes didicerā:proxima tamē tua in regnū nostrū expe-
ditione re ipsa expertus cognoui: qui quū hostis hostilia facturus in
regnū nostrū incurrere videbare, plus prope commodi aduentu tuo 65
accepimus per singularē tuā in eos qui parentem tuū profugum ac
exulem hospitio susceperant,beneficentiam, q̄ ex agrorum deprędatione
tione damni. Non possum igitur te non laudare,animūq; tuū regno
isto dignissimū semper iudicare,amoq; te & tantisper dū viuā amore
prosequar. Nā licet regna & nationes & gloria,de virtute,imperioq; 70
inter se bella gerant: nihil vetat tamē nos reges contra q̄ illi faciūt,
id quod maxime regium est, perpetuo beneuolentię certamine con-
tendere,mutuaq; humanitate complecti, atq; inuicem,quantū maxi-
me fieri potest,comes exhibere. Attamen quæ inter regna nostra dis-
sidia sunt ea,quantum in me erit,efficiam vt q̄ breuissime componā- 75
tur. Interim quoniam haud absimili necessitate,qua tuus olim pater,
nunc ego in liberis meis premor (q̄q̄ ab externis eos malis fauore
diuino,virtuteq; populi haud difficulter tueor, tamen ab insidiis eo-
rum qui in sinu fere nostro latent fouenturq;, tuti vt sint in regno
meo efficere nequeo) opem externam implorare cogor:tametsi nul- 80

1 iis opibus vbiuis terrarũ ab illis pestib9 tuti esse possint, nisi in bonorũ virorum fide seruarentur. Tantę enim malitię, tantę prauitatis orbis terrarũ nunc plenus est, vt quocunq; aurum argentumve malorũ fontes penetrare possint, illic flagitiorũ omniũ mercenarii

5 reperiant̃ factores. Te vero quoniã persuasum habemus, tot tãtisq; pręditũ virtutibus, tantam animi magnitudinẽ, fidẽ, humanitatem, clementiam, iustitiã, deniq; omniũ chorum virtutum prę te ferentem: insuper ea potentia, iis opibus, vt nullus ętatis nostrę tibi par inueniatur: istis bonis tuis inducti tuũ pręsertim auxilium, tuã hu-

10 manitatem imploraremus. Filium meũ primogenitum Dauidem (vt suspicamur ac fama fert, q̃q̃ probari certo non potest) non hostis, non latro, non facinorosus quispiam, nec sodalis iracundus, sed patruus ei9, is qui tueri ac defendere debebat, frater meus cui ego vitam hanc ac regnũ, omniaq; seruanda tradidi, non occidit modo,

15 sed etiam crudelissima, miserabilissimaq; in carcere morte affecit: quem profligare aliorũ a me iniurias oportebat, is me summa cõtumelia, summo dãno, summa iniuria affecit: quẽ regni gubernatorem ad prohibẽdã externorũ vim hostiũ constitueram, is meos liberos, ac post eos me oppugnaturus (opinor) aderit. Quã ob rem iusti-

20 tiam tuam per te diuino numine generi datam humano, per liberos tuos oramus atq; etiam etiamq; obsecramus, vt tuto huic, qui vnus dũtaxat modo mihi superstes est, apud te latere liceat, velisq; hanc posteritatis meę spem a propinquorũ ac insidiantium prohibere iiuriis, memor fortunę olim paternæ, hospitiiq; benigne illi a

25 nostratibus exhibiti, ac sortis humanę, cuius tam inopinatę repentinęq; sunt bonoꝝ vicissitudines, vt nunc quasi floreas, cras marcescens ac caducus cõcidas. Illud insuper apud animũ tuũ te cogitare velim, regibus, si nullis externis suffulti amicitiis tm̃ in populi plus quouis vento mutabilioris fide consistant, fluxa ac fragilia

30 omnia esse. Si vero mutuarũ amicitiarũ vinculis sustineantur, ac se inuicem ab iniuriis cum fide defendant, nullas populi vires tantũ valituras, vt potentiũ amicitiis stipatum regem eiicere valeãt. Reliquũ est si animo tuo postulata mea exaudire non videbitur expediens (quod tua prudentia nunq̃ committet scio) saltem quod pro-

35 ximę sancitum pacis legibus est, vt videlicet literas quascunq; vltro citroq; ferẽtes cõmeare tuto liceat, id huic ne deneges, fidemq; publicam pro animi tui magnitudine inuiolatam serues quęso. Vale. His lectis literis Hẽricus Senatum vocauit, eisq; recitatis quid Iacobo regni Scotorũ filio ac hæredi faciundũ esset, mox consul-

40 tat. Varię fuere sentẽtię. Aliis quos belli satietas iam ceperat, nũq̃

pacis neq; meliorem neq; certiorem venturam occasionem dicenti bus, eam sane non reiiciendam esse vltro sese offerētem. Aliis autē (quorū sententia vicit) censentibus vt captiuum iure seruādū, quū & belli tempore venisset, & pater eius hostes Anglorū non modo in regno suo viuere pateret, sed etiā in summis haberet honorib9, 45
tū etiā q Scoti nonnulli ꝓximo bello auxilio hostibus adfuerint. Placuit igitur captiuū obseruare, beneuolentia tamen regis adhibi tis pędagogis omni ex parte probissimis doctissimisq;. Qui quū li beriori disciplina institueret, nec (vt in propriis fit aulis) per adu- lationem corrumperetur, in tantā morum euasit probitatem, atq; 50
omniū bonarū disciplinarum eruditionem, vt in vna qualibet sola exquisite versatus videretur. Ense cum altero dimicare, & hasta ad vnguem certare sic callebat, vt si luctātem vidisses, athletam dixis ses. In choreis saltationibusq; leuissimus, promptissimus, maxime- q; erat habilis, musicā exacte tenebat, ac quicqd illi arti affine est. 55
Citharam pulsabat appositissime atq; id genus instrumētis vteba- tur peritissime. Iā vero humaniores artes grāmaticā oratoriā poeti camq; vt tum temporis eximie nouerat. In lingua vernacula tam ornata faciebat carmina, vt poetam natum credidisses. Latine vero vt tum mos erat, temporis iniuria incondita quidem, attamen gra- 60
uissimis referta sententiis cōficiebat, vt facile appareret si meliores adhibiti pręceptores fuissent, qualis euasurus tum fuisset. Physices autē arcana cuncta comperta habebat. Theologiā ac ius sic, vt nul li cederet. Ea omnia octodecim annis, quibus in Anglia capt9 erat, vnica Henrici regis cura addidicit: dūq; ibi ageret in summa An- 65
glorū ob omnigenam illam eruditionem fuit admiratione. Quam obrem non in captiuitatem forte fortuna incidisse videri debuit, sed deo ducente in maximam, quę mortalibus in terra contingere posset, fœlicitatem. Tradunt autē nōnulli, priusq̄ ad regem perdu ceret, in carcere detētū fuisse tp̄e longiusculo, captū a marinis pręd 70
donibus vtcunq; id sit, satis cōstat multis apud regē annis vixisse eiusq; cura adhibitis magistris, in talē virū qualem modo diximus emersisse. Cæterū vbi Robert9 rex pater ei9 captiuū in Anglia de tineri cōperit, ex ingēti mœrore aucto quo semꝑ laborauerat mor bo tertiū post diē vita excessit anno regni sui sexto & decimo, & a 75
Christi natali supra millesimū quadringētesimūq; sexto. Sepult9 est ad Pasletū. Fuit autem Robertus procera statura, vultu libera- li, comis atq; affabilis, attamen claudus, vt dictū est ante, in popu- lū oīm clemētissim9, minime populi extorsiones ferēs, pius in deū, ac in pauperes misericors. Qui si iuri dicūdo atq; regno circūeūdo 80

1 per pedis morbũ sufficere potuisset, nõ alias florẽtius regnũ q̃ il-
lo rege fuisset, alioqui seditiones ac tumultus quosdã pertulit. Ve-
rum Robertus germanus eius eam regni administrãdi partẽ lon-
ge melius procurauit, postq̃ cõmuni consensu regni defuncto rege
5 ac capto filio gubernatio iterũ permissa illi est. Receptũ per idem
tempus castellum Gedburg per incolas Tuedaliȩ, quod post pu-
gnã ad Duran ab Anglis occupatũ ac detentum fuerat. Quod vbi
oĩbus rebus spoliassent, solo ȩquarũt. Archimbaldus Douglas au
dita regis Roberti morte enisus apud regẽ Anglorũ est, vbi capti-
10 uus detinebatur vt parte precii redemptionis soluta, parte condo-
natus per regis liberalitatẽ q̃ celerrime in patriã ad cõsulendũ re-
bus suis dimitteret. Nec multo post cõuocato consilio ꝓpositũ est
de restituẽdo in pristinã dignitatem Georgio Dumbar Merchiarũ
comite. Ac post multas disceptationes partim causam Georgii de
15 fendẽtibus, q̃ iniuria a rege indigna affectus merita retulisset, par
tim mala quȩ ipse per Anglos intulerat maiora veris obiectãtib9,
in hanc tandẽ sententiã ab omnibus est itum, vt agri multat9 par-
te videlicet Annãdiȩ valle & castello Lacusmabã quȩ comiti Dou
glas exĩde cederẽt ꝓpter laborẽ ac damna quæ inde passus fuerat,
20 ac quatuor marcarũ milibus fisco assignatis, comitatũ reciperet &
dignitatẽ pristinã. His igitur cõditionibus receptus est Georgius
Merchiarũ comes, atq; ad Dũbar, comitatusq; sui vsum admissus.
Exortũ est subinde ex Hebridibus bellum duce Donaldo Hebri-
diano iĩuria a gubernatore affecto. Nã Vvilhelm9 comes Rossen
25 sis filius Hugonis, is quẽ prȩlio ad Halidounhil periisse supra me
moratũ est, duas habuit filias, quarũ natu maiorẽ Vvaltero Lesle
viro nobilissimo cõiugẽ dedit vna cũ Rossiȩ comitatu. Vvalterus
susceptis ex ea filio Alexãdro noĩe, quẽ comitem Rossiȩ fecit, & fi-
lia, quam Donaldo Hebridiano vxorẽ dedit, defunctus est. Alexã-
30 der ex filia Roberti gubernatoris quã duxerat, vnã dũtaxat filiam
reliquit Eufemiã nomine, quæ admodum adhuc adolescẽtula erat,
dum pater decederet, parũq; rerum perita. Eam gubernator, blan-
ditiis an minis icertũ, ꝑsuasam induxit vt resignato i ipsum comita
tu Rossensi, ab eo rursum reciperet his legibus, vt si ipsa sine libe-
35 ris decederet, ad filium eius secundo natũ rediret. Quod si neq; ille
masculam prolem reliquisset, tũ Robertus eius frater succederet,
ac si in illo quoq; defecisset soboles, tũ ad regem rediret Rossia.
Quibus astute callideq; peractis haud multo post Eufemia adhuc
virgo moritur, vt ferebatur opera gubernatoris sublata, vt ad filiũ
40 comitatus veniret. Ita Ioannes quũ antea Buthquhaniȩ comes fuis-

set Rossię comitatū acquisiuit,& vnicam tm̄ filiam reliquit,quam
Vvilhelmus a Setoun eques auratus in cōiugem accepit:vnde fa-
ctum est vt eius familię principes ius sibi Buthquhanię vendicent.
At Donaldus qui amitā Eufemię Alexandri Lesle sororē,vxorē ha
bebat, vbi Eufemiā defunctā audiuit,a gubernatore postulauit ex 45
hęreditate Rossię comitatū:vbi quū ille nihil ęqui respōdisset,col
lecta ex Hebridib9 ingēti manu partim vi,partim beneuolētia se-
cū ducēs Rossiam inuadit,nec magno negocio in ditionē suā rede
git,Rossianis verū recipere hęredē haud quaq̃ recusantib9. Verū
eo successu nō cōtētus,nec se in eoꝝ quę iure petiuerat,finib9 cōti- 50
nens,Morauiā,Bogęuallem iisq; vicinas regiones hostiliter depo-
pulādo in Gareotham peruenit,Aberdoniā,vti minitabatur, dire-
pturus.Cęterū in tēpore obuiās temeritati eius Alexander Stuart
Alexādri filii Roberti regis secundi comitis Buthquhanię nothus
Marrię comes ad Hairlau(vicus est pugna mox ibi gesta cruētis- 55
sima insignis)haud expectatis reliquis auxiliis cū eo cōgressus est.
Qua re factū est,vt dū auxilia sine ordinib9(nihil tale suspicātes)
cū magna negligētia aduenirēt,permulti eoꝝ cęsi sint,adeoq; am-
bigua fuerit victoria,vt vtriq; se in ꝓximos montes desertis castris
victoria cedētes receperint.Nongenti ex Hebridianis & iis q Do- 60
naldo adhæserant cecidere cum Makgillane & Maktothe præci-
puis post Donaldū ducibus. Ex Scotis aduersę partis vir nobilis
Alexāder Ogiluy Angusię vicecomes singulari iustitia ac probita
te pręditus, Iacobus Strimger Comestabulis Deidoni magno aīo
vir ac insigni virtute,& ad posteros clar9,Alexāder Irruein a Drū 65
ob pręcipuū robur cōspicuus, Robert9 Maul a Pāmoir, Thomas
Morauus,Vvilhelm9 Abernethi a Salthon, Alexāder Strathon a
Loucenstoun,Robert9 Dauidstoun Aberdonię p̄fectus:hi oēs equi
tes aurati cū multis aliis nobilib9 eo pręlio occubuere.Donaldus
victoriā hostib9 prorsus cōcedēs,tota nocte quāta potuit celerita- 70
te ad Rossiā cōtēdit,ac inde qua ꝓxime dabat,in Hebrides se rece
pit.Gubernator insequēti anno cū valido exercitu Hebrides oppu
gnare parās Donaldū veniā supplicantem, ac omnia præstiturum
damna illata pollicentem, nec deinceps iniuriā vllam illaturū iu-
rantem in gratiam recepit.Priusq̃ vero in Rossiam Donaldus tra- 75
iecisset,Patricius Dumbar secūdus fili9 comitis Merchiarū auda-
ci facinore cū cētū fortissimis viris sub aurorā diei cuiuspiā Fast ca
stellum aggressus vi cepit,ac præfectū Thomam Holdon viuū in
manus venientem in vincula coniecit. Pons quoq; eodem tem-
pore Roxburgi effractus opera Vvilhelmi Douglas ac Gauini 80

1 Dumbar filii Merchiarũ comitis. Oppidum etiam incẽsum igniq; corruptum est. Anno aũt supra millesimũ & quadringẽtisimũ vndecimo:quo pugnatũ ad Hairlau est,fœlici auspicatu cœptum est celebratissimũ literarũ gymnasiũ sancti Andreę:cõueniẽtib9 ad id
5 viris vndecũq; doctissimis Laurentio Londoris legũ ꝓfessore, Richardo Coruell decretorũ doctore Archidiacono Laudonię,Ioãne Litstaer canonico S.Andreę,Ioãne Steues officiali S.Andreę,multisq; aliis bonarũ artiũ professoribus.Nec defuit extẽplo iustũ auditoriũ,cõfluẽtibus eo ex oĩbus circa regionibus studiosis ac disci-
10 plinarũ bonarũ cupidis.Mox itaq; in immẽsum excreuit:sed pręcipue,quũ Iacobus rex primus in Scotiam ex Anglicana custodia reuersus est. Ipse eñ vir omni disciplinarum genere pręditus doctos omnes vnice coluit,regnũq; suũ armis in primis florens,literis excolere atq; exornare studuit:vt ea re summã apud posteros laudẽ
15 gloriãq; assequeretur,& ciues sui mãsuetioribus artib9 imbuti horriditatẽ ac ſęuitiã sensim exuerent. Nã vt primũ rediit, nihil prius agendum duxit q̃ doctissimos quosq; ad se ex omnibus regionib9 euocare.Cõuenere tredecim doctores Theologi, octo decretorum ac multi alii doctissimi viri,infinitusq; auditorum numerus.Illosq;
20 omnes magistratibus aut sacerdotiis donauit. Hinc Ioãnes Scheues archidiaconus S.Andreę effect9,Vvilhelmus Stephani Dumblanensis episcopus,Laurentius Londoris Abbas Sconę:sed illum mox inuida abripuere fata: Ioãnes Litstair insulę Colũbę cœnobiarcha vulgo dict9 Prior. Et vt vniuersum semel dicam9,nullus ea
25 ętate fuit aut paulo doctior aut insignis eruditoꝝ cultor,vnde aliqua doctrię cõmoditas expectabat̃,q nõ ab optimo rege parẽte ac Mecœnate oĩm literarũ sacerdotiũ, aut aliud emolimẽtũ, quo vitã magnifice sustinere posset,acceperit.Neminẽ aũt in regno suo eruditiõis expertẽ, immo nisi eximie doctũ episcopũ sacrari passus est.
30 Fœlix tũ regnũ fuit a tã studioso ac prudẽte rege gubernatum,vel veteri illo elogio.Bene cũ illis regnis agi, vbi Philosophi regnãt, aut philosophãt̃ reges.Quãtũ vero hęc nostra ętas ab illa frigeat: cui mortaliũ tãta est eloquẽtiæ vis, aut tãta rerũ verborũq; copia, vt verbis cõseq aut satis deplorare valeat? vbi pro optimis ac eru-
35 ditissimis viris q tũ ex oĩ orbe terrarũ ꝑquirebãtur paulatim ignauissimi quiq; ac sceleratissimi hoĩes ad doctoꝝ ꝑmia subrepserunt, magistrat9 sacros & vrbanos per summã ambitionẽ occupãtes,populũ ambesum deglutiẽtes, deuorãtesq;, nihil reliqui bonis & dignis viris facientes: imo ingenti nisu oĩbus literis obsistentes,ne si
40 populus meliora sapere incipiat, vitia sua in apertũ ꝓdita deserere

cogantur,ac prędas suas e manibus amittant.Ea vt emendentur vi derint illi quorum interest curare,me dolor iustus ac pia cōmisera tio vt monerem huc arripuit.Eodem fere tempore Ioannes Drum mund Patriciū Grame comitem Strathern dolo interemit:qui vbi in Hibernia quo profugerat aliquādiu latuisset, & Angliam naui gio peteret impetu venti,quasi fatis ad supplicium refugientem ra pientibus,in Scotiā delatus captus est,ac paulo post priuat9 hęre ditate capite amputato homicidii pœnas luit. Nec multo post tē pore cœptū est bellum inter Carolum sextum Francorū & Henri cum quintum Anglorum reges, inferente illud Henrico ꝙ Caro lus Normāniam,Aquitaniam,Vasconiāq; sibi iure hęreditario de bitas retineret.Quāobrem traiecto quod inter Angliam Galliāq; interiacet, mari cū ingentibus copiis Heufletum seu Herfluctum obsedit,ac breui post expugnatū Anglico pręsidio replet.Eoq; suc cessu factus ferocior ad Blāgium vsq; agris deuastatis in Picardiā penetrauit.Cūq; iam rediturus videretur obuiantibus Frācorū du cibus cōmissaq; pugna magna victoria potitus est, occisis multis Francorū principibus,& non paucis captis.Parta hac victoria non licuit tamen diutius in Francia cōmorari audita defectione Gua lię.Quāobrem in Angliam reuersus,adortusq; Gualos,ab illis vi ctus est amissis decem milibus ex suis.Ea victoria tumentes Guali regem nouū sibi creauerūt,ac vlterius Angliam totā subigere co nati sunt. Sed reparatis viribus Henricus deleta veteri cōtumelia occiso nouo eorū rege in ditionem rursus suā eos redegit, legesq; nouas,ac magistratus creauit:q̄q̄ nō diu in fide perstitere.Nā Hen rico denuo in Galliam abeunte rebellārūt.Itaq; iterum subacti ex trema perpeti coacti sunt. Quum ita rebellione Gualorum distri ctus Henricus esset,castellū Verk Vvilhelmus Haliburtoun ag gressus,velut ex insidiis expugnat præsidio Anglorum trucidato. Verū inauspicata illi ea fortuna fuit.Nā paucis post diebus Aga sones quidam periti omnium circa locorum ingressi per cloacam subterraneam,quæ culinę ac excrementorum sordes in Tuedā flu uium deducit,in ipsam culinam,perfracto qui maxime cariosus vi debatur pariete,milites Anglos intromisere, ac præsidii interfecti pœnas Scotis vicissim trucidatis sumpsere. Sub hoc tempus aut aliud certe non multum ab eo diuersum dissidente Benedicto de cimotertio Pontifice maximo cum consilio Constantiensi pertina cia obtinēdi magistratus,quū trib9 vno tēpore per factiones crea tis Pōtificibus aliter nō potuit dissidiū cōponi, q̄ oibus cedētibus quart9 crearet̄ cōcilii sentētia.Venere in Scotiā diuersę legatiōes:

1 vna a concilio Constantiensi, cui Abbas a Pontiniaco præerat vir multa eruditione,& vitę sanctimonia insignis,adhortãs vt cõcilio generali Scoti adhęrerẽt:altera a Benedicto,quã obibat frater Hẽricus Hardyn minoritanus Anglus absurdas quasdã prętera opi
5 niones pertinaciter asserẽs.Huic gubernator adhęrens Benedictũ cõtra clerũ Scotię cõcilio fauẽtẽ defendebat.Cęterũ vincẽti clero, frater is,nisi fuga euasisset,fasciculos ignitos effugere ob hęresim, de qua conuictus erat,nequiuisset.Interea Carolus intelligẽs Henricũ Anglorũ regem ingẽtes denuo cõparasse copias,quas in Fran
10 ciã ducat,legationẽ,cui comes Vindocinensis pręerat,in Scotiam mittit,auxilium postulans, agros honoresq; iis qui venissent præmia proponens.Insuper monens,vt fœderum cum tanta concordia tanto iam tempore beneuolẽtissime seruatorũ memores manerẽt, infinitas Anglo deuicto gratias illis regem relaturum pollicens.
15 Consilio igitur per gubernatorem edicto,ac ibi legatorũ postulatis expositis,vbi cõmuniter de ea re cõsultatũ fuit,sententia oĩm est decretũ,mittenda septem armatorũ milia cum ducibus idoneis,videlicet Ioanne Stuart comite Buthquhanię gubernatoris secundo genito & Archimbaldo Douglas comite Vigtoun . Itaq; comes
20 Vindocinẽsis orator domũ reuersus lętũ nũciũ Carolo regi,eiusq; filio Carolo,qui postea eius nominis septimus rex Frãcoꝝ fuit,attulit.Nec latuere consilia duarũ gentium Anglum. Itaq; ingentẽ se missurum Anglorum rex exercitum aduersus Scotos in vulgũ spargi curauit:vnde factum est,quum semper hostem diligẽter ex
25 pectarent,totam pœne ęstatem in armis fuerint. Interea Henricus Anglus in Normanniã traiecit Carolo & patre & filio Burgũdionũ bello graui implicitis,illãq; regionẽ,expugnata Rothomago, in suã recepit ditionẽ.Itaq; vlterius progressus magna Frãcię parte subacta,reginã Francorũ cum filia Catharina vna cũ Parrhisien
30 si vrbe,Bria,atq; Campania Philippi Burgũdię ducis(cuius patrẽ Ioannem vniuersa hæc in potestate habentem sua, dolo Franci interemerant)auxilio cepit.Cæterum ad fastigiũ rerum deuenisse se arbitratus ab armis ad amores animũ cõuertit,captus captiuę forma.Quãobrem facta pace cum patre Carolo Catharinam vxorem
35 ducit,his legibus vt si prę Henrico vita Carolus defungeretur,in regnum Francię Henricus succederet,aut si Henrico prius defuncto mascula relicta soboles esset,nihilominus mortuo Carolo patre,illi regnum Franciæ cederet. Quibus pactis sublatum erat ius omne Caroli filii,prorsumq; is exhęredatus est. Quãobrem defun
40 cto patre arma resumpsit.Dum hæc inter se reges fœdera icerent,

populusq; pactis nõ cõtẽtus in bello perseueraret:interea Archim-
baldus Douglas comes Vvictoun,& Ioãnes comes Buthquhaniç,
& Robertus germanus eius filius Roberti gubernatoris,& cũ his
Alexander Lindesay comitis Craufurdiç frater,& Thomas Suyn-
toun equites aurati cum septem milibus virorum electissimorũ ac 45
bene armatorũ in Galliam magno Caroli Delphini gaudio vene-
re,multaq; ab eo beneuolẽtia excepti oppido vulgo Chastelon di-
cto cũ arce firmissima in Turonensi agro extẽplo donati sunt. Vbi
aliquãdiu se cõtinuerũt, donec virtutũ suarum specimen dederunt
egregiũ.Nam deuastari audientes Andigauiã,quç Caroli Delphi 50
ni sequebatur partes a Clarẽtiæ duce germano Henrici regis,quẽ
is in Angliã reuertẽs exercitui ac regionibus subactis prçfecerat,
iunctis Delphini copiis obuiam procedunt.Ad Baugiũ vicũ cõcur
sum est ab vtrisq;:ibiq; ducem Anglorum in prima acie cũ electo An
glicanç iuuẽtutis globo versantẽ armis insignem aureis Thomas 55
Suyntoun lãcea in facie vulnerat leui quodã nec profundo vulne-
re.Itaq; incitatus magis q̃ exterritus subditis equo calcaribus ma-
gno impetu in hostem fertur.Sed ruentẽ Ioãnes comes Buthquha
niç excipiens lancea interemit. Nec diu Scotorũ toto iam agmine
irruentiũ impetum ferre potuere perculsi ducis casu Angli.Terga 60
itaq; vertentes,qua cuiq; videbatur breuissimũ ad euadendum ho-
stium manus fugere:multi in fuga cçsi:plures capti.Perierũt etiam
ex Anglis comes Riddisdail,comes Hundintoun, Thomas frater
comitis Smunfid cũ ingenti militũ numero.Lçtus ea victoria Del
phinus Ioãnẽ comitem Buthquhaniç Comestabulẽ Franciç creat, 65
multis agris atq; oppidis donatũ.At Henricus hac clade percit9,
in primisq; ob amissum dolens fratrem,ingenti denuo collecto ex
ercitu in Galliam transmittit,assumpto secũ Iacobo Roberti Sco-
torũ regis mortui filio,qui nondũ regnũ a suis acceperat,sed q̃ pri
mũ ex captiuitate reuersus esset,accepturus.In eo Hẽricus magnã 70
habebat spem,si persuaderi posset,vt ei9 authoritate Scoti ex Gal
lia in patriam redirẽt.Nimiũ enim illorũ accessione vires Delphi
ni auctas credebat,florem videlicet iuuẽtutis Scoticç electissimos
milites ibi esse. Itaq; conuocato procerũ suorũ consilio Iacobũ,qui
id temporis in Sphçristerio pila animi gratia ludebat, mirantem 75
quidnã noue rei esset, ꝙ prçter consuetũ ad cõsilium vocaretur,ad
se vocat.Nihil cunctatus nudato capite vti luserat, ingreditur,ac
iubente rege in sella ad latus eius magnificentissime strata consi-
det:ibi Rex narrare infit, quanta perpessus a Scotis tum in An-
glia, tum in Gallia, q̃ parum suo merito, immo clementissime a 80

1 patre suo vltima expeditione vel ipsis confitentibus, habitis. Commemorat etiam quãta eum humanitate ipse paterq; suus his annis quibus apud se fuisset, tractassent: vt nihil omiserint quo vel amicissimi vel filii affici boni soleant. Itaq; ꝓ his beneficiis petere se, vt
5 eam velit rependere gratiã, vt ad eos qui in Gallia essent, Scotos ꝑfectus ꝓ sua eos authoritate Gallia discedere iuberet, ac in Scotiam reuerti: Quod si effecisset, liberũ ipsum ad suos, multis insuꝑ ꝑstantissimisq; muneribus donatũ dimissurũ. Ad ea Iacobus prudẽtissime respõdens, q̃ tu, paterq; tuus, inquit, hũaniter aduersum me
10 egistis aut acturi estis, ea quũ potero meminisse conabor, vt quãtũ in me erit, paria referam: nunc vero quod possum gratias infinitas ago. Verũ quod ad hanc rem ꝑtinet, miror te non id perspicere, me nullam quoad captiuus sum, nec etiam si liber essem, authoritatem apud meos habiturũ: quum priuatus sim, nec vllo sacramento mihi
15 astricti sint Scoti. Qui si liber essem, mihiq; illi subiecti essent, tum quod ex regni vsu cognoscerem, vel libẽs facerẽ. Quã ob rẽ desine ista q̃ efficere nõ possum, nec si possem, commoda honestaq; regno nostro futura sciam, pluribus verbis orare. Quibus dictis permittente rege ad animi recreationẽ, corporisq; exercitiũ rediit: quo ab-
20 eunte Henricus ad suos, fœlices inquit eos fore, quibus hic tanta prudentia sub hac ętate pręditus, imperatur9 est, arbitror. Post hęc varie nunq̃ collatis in vnũ viribus om̃ibus, sed leuibus tm̃ prælíis nunc his nunc illis fauente fortuna pugnatũ est. Angli tamẽ Normãniam Vasconiamq; interim tenebant. Verum nimio in Scotos
25 Henricus odio flagrabat. Nam cũ exercitu peruagãdo Mulenum inter cętera oppida castellaq; expugnasset: ibi inuẽtis triginta Scotis omnes suspendio necauit, Francis qui in eodem fuerãt præsidio libere abire dimissis. Postea Briam inuadens cuncta fœde populatus est, ac inter cætera diui Fiacrii agros, ablatis quoq; ex tẽplo ei-
30 dem Fiacrio sacro, quod in Meldensi est territorio, vasis sacris. Itaq; postridie rex Henricus ictus morbo, quem diui Fiacrii Galli nominant, nulla ope humana curari potuit, medicis omnẽ quã poterant curam adhibentibus. Quãobrem percũctans quidnã id mali esset, quod tanta difficultate tolli posset, responderũt diui Fiacrii mor-
35 bum esse, ac denuo rogans, quisnam is esset Fiacri9 responderunt, Scotorũ olim regis filium: Tum ille, huius, inquit, nationis viri in nostrum credo exitiũ nati sunt, qui domi, forisq;, viui ac mortui, Immo etiam in diuorum relati numerũ, æque nobis infensi sunt. Inde Corbolium delatus corruptis ex morbo intestinis tandẽ extinct9,
40 ac inde capsa plumbea in Angliam vectus est: atq; ad sacrũ regum

ſepulcrum ꝑcioſo appoſito monumento ſepultus Anno humanę ſa
lutis ſupra milleſimum & quadringenteſimũ ſecundo & viceſimo.
Eodẽ anno Carolus ſextus Francoꝝ rex fato functus eſt. Bethfort9
exercitui Anglorum ab Henrico dux relictus audita ipſius morte,
quo tempore Tenenſibus aduerſus Francos auxiliũ ferebat, in An- 45
gliam conceſſit. Burgundi quoq; eodẽ tempore in Burgundiam ſe
receperunt. Quã ob rem remiſſo aliquantulũ bello Ioannes Buth-
quhanię comes & Archimbald9 Douglas comes Vigtoun acciti a
gubernatore pręfectis Scotorum copiis Roberto Stuart Thoma
Suyntoun & Alexandro Lindeſay, in Scotiam abiere. Quorũ aduẽ 50
tu exhilaraſcens gubernator Robertus comitem Douglas cũ vno
exercitu Roxburgũ expugnatum miſit, Ipſe alterum ſecum ducens
Beruicium obſidere ſtatuit. Sed quũ diutius opinione extracta ab
hoſtibus res eſſet, re infecta domũ rediere: hinc ea expeditio popu-
lari lingua infamis habita, dirtin raid dicta eſt. Carolus vero ſepti- 55
mus Francoꝝ rex interea in patris locũ ſuffectus, vbi Haricurti du
ctu Anglos ad Boſimerã viciſſet, ac viciſſim cladem quandam ad
Sedanam Brię oppidũ ab Anglis cepiſſet, in Scotiã ad Mordacum
gubernatorem (quẽ defuncto Roberto ac apud Dumfermilem ſe-
pulto, poſtꝙ ex Anglia cõmutatus cũ Patricio Perſe captiuus, redie 60
rat, gubernatorem dixerant) legatũ mittit, vt pro veteribus ac no-
uis illorum in ſe beneficiis velit denuo Ioannẽ Buthquhanię comi-
tem & Archimbaldũ comitem Vigtoun (quorum bellicarũ artiũ
prudentia ac fortitudine admodũ adiutus fuerat) remittere. Aſſen
ſus gubernator Ioannem Buthquhanię comitem & Archimbaldũ 65
comitẽ Douglas cũ filio Iacobo, comite Vigtoun grauiter id tem
poris laborante, conſcripta valida militum manu in Galliã remit-
tit. Lętus igitur aduentu eorũ Carolus Archimbaldũ ducatu Tu-
ronenſi donat, nam exiſtimabat illum, vti erat, omĩ arte bellica vir-
tuteq; promptiſſimũ, tamen minus vbiq; fere fœlicẽ. Quo tempore 70
Bethfortus Anglorũ conſenſu dux belli in Gallia contra Francos
gerendi factus ex Anglia reuerſus erat, ac Normanniæ caſtellum
Iuerum obſidione ad eam redegerat neceſſitatẽ, vt Geraldus pręfe
ctus coactus ſit inducias paciſci pactione deditionis, ſi intra certũ
tempus non ſuccurreretur. Itaq; Carolus vbi eam neceſſitudinẽ ca- 75
ſtelli ac pręfecti diſcrimen intellexiſſet, ex Turonis Ioannem Alã-
conii ducẽ cũ Ioanne Buthquhanię comite & Archimbaldo Dou-
glas, & Iacobo filio cũ exercitu partim Francorũ, partim Scotorũ,
ac nõnullo milite Italico pręſertim Ligure, protinus ſuppetias mit
tit. Qui per Carnutes iter facientes, certiores facti de caſtelli dedi- 80

1 tione, q̄ nō in tempore succurrissent, auersi ab Iuero Vernoliū capiunt: quam ciuitatem Anglus tum tenebat. Vbi dum de gerendo deinceps bello cōsultant nūciatur Bethfortus cū copiis aduētare. Educto igitur raptim exercitu Vernolio in campo vrbi subiacente
5 aciē instruunt, pugnāq; cōmittunt. Ligurū seu Lōbardorū auaritia, amissa est e manu victoria, versis videlicet illis cōtinuo ad spolia diripiēda: deīde dissidio ducū prorsum res male gesta est. Desiderati in ea pugna sunt Ioānes Buthquhaniꝗ comes, Archimbaldus Douglas cū Iacobo filio hęrede, Alexāder Lindesay, Robertus Stuart,
10 Thomas Suyntoun, ac pœne oēs Scoti. Et ex Francis comes Ventodorus Narbonensis vicecomes, ac alii nobiles ꝑmulti. Gregarii milites ad quinq; milia cęsi. Captus fuit Alāconius dux Caietanus Franciꝗ Mariscallus. Quę clades longe maxima Frācis fuit vndiq; post victoriā & Anglis & Burgundionibus Franciā inuadētibus,
15 ac simul Aureliā obsidētibus. Actūq; prorsus de Franco tū nomine fuisset, nisi virgo quędam Ioanna non virili vestitu induta, armisq; egregie exercitata Carolū prope desperantem erexisset, atq; ad meliora excitasset. Quod numine diuino factū non absurdum est credere. Itaq; omni ope destitutū humana Carolum cū Ioanna ꝑ Cam
20 paniam Remos cōtendentē, omnes eum Cāpani excepere volentes reiecto Anglorū iugo, omniaq; oppida, arces, castellaq; illi tradiderunt. Remos quoq; accedētem, quę tū Anglorū partibus fauebat, lęta excepit ciuitas, regēq; solenni ritu salutarūt. Inde Ioanna duce varias Franciꝗ partes adiens magnā regni partem ab hostibus oc-
25 cupatam recepit. Fœlix vndiq; ac prosper successus fuit, donec eruptione Ioanna cū hostiū copiis pugnans, dū victa cū suis a premēte multitudine portam Cōpendii oppidi ingredi ꝓhiberetur a Ioāne Luxemburgensi a Burgūdionib9 stāte capta est: qui illam Anglis cōtinuo vēdidit. Angli vero extēplo Rothomagū eā ducētes accu-
30 sarunt, q̄ violatis humani generis legibus armis ac veste virili fœmina vteretur, ac pręterea magicis artibus ab humano vsu prohibitis operā daret: ac dum se in foro excusare conaretur, subiecto igne concremata est. Aiunt nonnulli quoad virginitatē seruauit inuiolatam, nunq̄ aduersa vsam fortuna: At postq̄ illam cōtaminasset im-
35 pudicitia, in ea quæ modo dixi incidisse mala. Haud multo diuerso tempore Robertus Patillocus Deidonensis cum nouis copiis ex Scotia ad Carolum septimum peruenit. Cuius præclara opera in hoc deinceps bello constitit, magnoq; vsui Carolo ad recuperandum regnum, terrasq; amissas fuit. Nam laboribus sagaciq; vigi-
40 lantia sua Vasconiam multo tempore ab Anglis occupatā ad Ca-

roli ditionem aliquot post annos reduxit. Quãobrem ab incolis dũ vixit minor Vasconię rex appellatus est. Hactenus q̃ in Francia gesta sunt, quod sociis Scotis auxilioq; eorum acta fuerunt, non ab re narrare duximus. Sed Mordacus in Scotia regni gubernator in patris locũ, vt diximus, dictus, ad nullã rẽ minus erat q̃ ad eam prouinciam aptus, adeo in eo multa contrariaq; vitia inerant. Interdũ eñ adeo visus est animo deiectus, pauid9, timoreq; perculsus, si qua nũciarentur aduersa, vt a nemine erigi ad meliora sperãda posset. Interdũ vero nimia ac maiore q̃ res poscebat crudelitate ferox. In liberos vero adeo negligens, adeoq; segnis ad corrigenda eoꝝ vitia, vt in ipsum tandẽ insurgerẽt, seu q; talis a natura fuerit, vt suos punire nõ posset: seu qa grauiter punire merebãtur, nollet eos exigua pœna afficere: seu demũ qm̃ pœnã oẽm magis irritaturã q̃ cohibituram eorum insolentiã arbitrabatur, punire eos nõ audebat, ne qd nefarii aduersum se flagitii auderent. Itaq; in eo euenit illud Poetæ, Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Nec etiã id quod metuebat laxo & molli effugit imperio, adeo ipsum tandẽ cõtempserunt. Duos aũt filios habebat Vvalterũ & Alexãdrũ, quorum alter (dum sese ambo sacrilegiis ac iniuriis plurimis sacerdotum contaminassent) patris iram & regni amissionem meruit ob falconem quẽ sibi pater ad aucupiũ seruabat, ac ipse necquicq̃ sępius per vim auferre conatus, a famulis prohibitus fuerat: sed tandem patrem in pugno, vt fit, alitem ferentem temere adortus per vim eam de manu detraxit, atq; occidit. Quã iniuriam filii pater indigne, vt ęquũ erat, ferens, Vvaltere inquit (nã id illi qui facinus patrabat nomen erat) quia mite atq; laxum patris imperiũ sine iniuria ferre nequis, cogor aliũ nobis inducere qui nos virga ferrea, vt dicitur, posthac regat,

Scotorum Historiæ. Lib. XVII.



Oc aũt dictũ cũ filius parui faceret, pater aut numine afflatus aut cõscientia stimulãte motus, alta mẽte reposuit, nec irritũ cadere sustinuit. Mox eñ Perthũ abiit, eoq; consilium edixit, quo cũ de multis aliis tũ cõmuni consensu actũ est de legatis in Angliã mittẽdis ad Iacobum Roberti regis filium redimendum, ac deinde regem coronandum. Ita nonnunq̃ ex prauis rebus tãdem meliora per mutuas malorum iniurias ab ipsis afferunt. Delecti autem ad eam legationẽ obeundam nobilissimi quiq; sunt procerum, Henricus Aberdonẽ

1 sis episcopus, Archimbaldus Douglas qntus illius familię comes, Vvilhelmus Hay regni comestabulis, Richard9 Corual archidia conus Laudonię, & Alexander Irruein a Drum, hi pfecti credebāt rem, impetratu haud quaq̃ facilē sese adire, propterea q͙ putabant
5 Anglos nihil boni ab Iacobo liberato speraturos ob iniuriā p quā tot iā annos eū ad Henricū regē veluti protectorē fugientē iniuste captu detinuerāt, ac proinde nullis forsitā pactis e manibus emissu ros. Sed interuentu eorū haud difficulter res confecta est: nā soluta centū miliū Marcarū Sterlingarū parte vna psenti pecunia, ac pro
10 altera datis obsidib9 liberū abire pmiserunt factis inter regna in duciis. At Iacobus ob insignē virtutē comitatēq; plurimos in An glia amicos habuit: Inter quos singulares erāt Ioannes Beufurd co mes Sumerseti filius ducis Loncastrię ac frater ei9 cardinalitio ga lero ornatus inter ecclesiasticos ordines haud infimū locū tenens.
15 Hi Iacobum cū Ioāna filia comitis Sumerseti Scotiam repetētem magno honore psecuti sunt ad regni vsq; fines, & Ioannes Beufurd socer(nā is illi suā filiā elocarat)Iacobū generū pter aurea argen teaq; vasa pciosissima, auleis byssinis, in qbus miro artificio Hercu lis labores intexti fuerāt, haud pari in tota Europa opere donatum.
20 cū de fœlici successu cōprecatione dimisit. Ita Scotiā cū vxore in gressus dn̄ica passionis obuiā pcedentibus magistratibus ac clero om̄i Edinburgū oībus q̃ lętitia fieri amat honoꝝ generib9 introdu ctus est. Tū aduētu eius nūciato cōcursus ex tota Scotia ad futurū fiebat regē, quē aut nunq̃ viderant, aut tanto interuallo obliuio ex
25 memoria deleuerat, Præcesserat em̄ iā antea indolis & eruditionis ei9 fama. Verū Paschali solēnitate pacta Perthū, ac deide Sconā cō tēdit, vbi āno millesimo quadrigētesimovicesimo quarto Maii vice simo primo a Mordaco Albanię duce ac gubernatore in sede more patrū collocatus rex coronatus & inunctus est, ac vxor ei9, regina.
30 Venerant cū Iacobo ex Anglia quidā viri nobiles, quorū nonnulli prędiis agroq; donati ppetuam in Scotia sedem fixere. Inter quos haud ifimi erat ordinis Andreas Gra, qui postea ex beneficio regis Helenā Rogeri Mortimer a Foulis hęredem virginē duxit vxorē. Itaq; dominium Foulis hoc medio in familiam Gra translatum est,
35 quę a prefato Andrea in Angusia originem traxit: vbi & cum ma gna permanet celebritate. Iacobus autem a Scona Edinburgū re uersus, quotquot munus aliquot regium in interregno habuissent, ad se conuenire iubet. Imprimis Cancellarium, Thesaurarium, Chartophylacii custodem, ac reliquos qui censum regium, vecti
40 galiaq; recipere consueuerant. Ex quibus vt cognouit Robertum

patruum ſuum filiũq; eius Mordacũ gubernatores, dũ nemo eſſet
qui tutaretur amicis ſuis ac flagitiorũ adiutoribus patrimoniũ ſuũ
elargitos, nec quicq̃ pręter portoria ac vectigalia ciuitatũ ad ſuſti
nendam regiã maieſtatem relictum, & id genus quędã alia, repſſa
in pręſentia ira conticuit, poſt tamen ſęuius flagitium hoc caſtiga- 54
turus. Inſpectis igitur diplomatibus regiis, chartiſq; cõſiliũ poſtea
generale Edinburgũ omnium Scotię procerum indicit: Ibi auditis
multorum, tum ſacerdotum, tũ mercatorum, tum agreſtium quere
lis de iniuriis quas paſſi fuiſſent in interregno cũ ab aliis complu-
ribus, tũ maxime a Mordaci gubernatoris filio Vvaltero inſtigã- 50
te filium ad huiuſmodi flagitia patre. Itaq; compræhenſo filio ad
caſtellum Bas munitiſſimum in arctiſſima eum vincula delatum
cõiici iuſſit. Eodem tempore Malcolmus Flemein a Cummirnald,
& Thomas Boid a Kilmernok, ꝙ plebem iniuriis affeciſſe ac op-
preſſiſſe accuſati fuiſſent ad Dalketh caſtellum in vincula item cõ 55
iici ſunt iuſſi. Verũ deprecantibus poſtea horum culpam magnati
bus dimiſſi hi duo ſunt, reſtitutis quę ademerant agreſtibus, aliiſq;
fortunis, ac ĩgẽti pecunię ſumma fiſco regio ſoluta. Hoc pręterea
conſilio iureiurando ſeſe Iacobus aſtrinxit regnum ſuum ac eccle-
ſię libertatem ad mortem vſq; tutaturum, ac mox imitantes regem 60
idem proceres fecere. Quæ vero eo conſilio ſancita ſunt, non ne-
ceſſe duxi huic operi inſerere, cũ paſſim habeãtur in manibus. Illud
vero non ab re addidero, quo regis moderatio conſtet, prudẽtiaq;.
Nã cũ pecunia deeſſet publica, quã pro redẽptione eius dare opor-
teret, tãta prudẽtia in ea exigenda a populo adhibita fuit, vt ne ſen 65
tiret quidẽ fere populus: tantũ abfuit vt dãnum inde acciperet. Edi
ctum deinde aliud cõſiliũ Perthi habendũ quo Mordacus guberna
tor captus cũ filio Alexãdro ac in vincula coniectus: paulo tamen
poſt vinculis liberatus in Faulilandiã relegatus eſt. Inſuꝑ Archim
baldus comes Douglas, Vvilhelmus Douglas comes Anguſiæ, 70
Georgius Dũbar comes Merchiarũ, Adamus Hepburn ab Halis,
Thomas Hay a Zeſter, Vvalterus Ogiluy cũ viginti aliis nobili-
bus ob crimina quędã in caſtellum relegati S. Andreę. At Iacobus
Stuart, vbi intellexiſſet patrẽ ſuũ in vincula cõiectũ, coactis copiis
Doumbirtain oppidũ cõbuſſit centũ viris occiſis præter mulieres 57
ac pueros, quoꝝ tãto maior nũerus fuit ꝙ illi facili⁹ fuga euaderẽt,
& hi ſe liberos fore arbitrabãt. Sed illũ eveſtigio rex ꝓſequut⁹ exer
citu cõſcripto in Hiberniã fugauit. Anno inſequẽti cõſilio coacto
rex Vvalterũ Stuart cũ fratre Alexãdro capite puniuit ac poſtri-
die ſimili de prẽ Mordaco ſupplicio ſũpto, eos quos in caſtellũ S. 80

1 Andreę relegauerat, exemplum illis similis exitii proponens, abire permisit. Elapso deinde anno qui fuit millesimus quadringentesimus vicesimus septimus salutis humanæ Rex Enuernes accedens Alexandrum ab insulis in oppidi arcē relegauit, Angusium Duf,
5 Kennethū Moir, Ioannem Rob, Vvilhelmū Lesbe, & Alexandrum Makmurkin Alex. Makvvri crucis supplicio, q turbarum oīa plena effecerant, affecit. Alexandrum aūt ab insulis Perthū rediens secum duxit. Vbi aliquot post menses corā magnatibus regni grauiter obiurgatū, q latrones in terris suis aut fouisset, aut saltem non
10 psequutus fuisset, ac mox blande rursus appellatum, ne denuo in se talia admitteret, abire libere permisit. At ille immemor quātū accepisset gratię, q impunitus dimissus esset: sed contumeliam ac infamiam captiuitatis regis iniurię ascribens, collecta in itinere prędonum magna multitudine, Enuernes accessit: vbi quum hospitaliter
15 atq amice cum grege nebulonum ingressus acceptus esset, totum oppidum hostiliter diripuit atq incendit, arcemq obsedit. Verum regiorum aduentū metuens in Loquhabriam discessit: sed desertus a suis militibus ac rege persequēte in Hebrides insulas fugit: vbi quū nusq̄ latere posset vbiq eū persequentibus iis qui in fide regis
20 permāserunt, incertus & anceps quid agendū esset, iam cōsilium in Hiberniā traiiciendi capit: iam rursum (qm̄ nec illic tuto ab regiis apparitoribus esse posset) in misericordia regia, quā semel expert9 erat, spē aliquā fore (si quū nondū venisset in manus, culpā suā confessus eā iplorasset) arbitratus, regē supplex adire cogitat. Sed cō
25 municato cū amicis consilio, tutius est visum, aliquē mittere q noīe eius eidē deprecet̄, q̄ ipse facturus erat, ac si rex deneget, oīa tū etiā integra adhuc futura. Quēdā itaq ex amicis mittit q minime suspectus & cuius fama adhuc integra erat, nā is quoq cōspectu suo officeret causę, mādatq tantū vt i Hebridib9 sibi pmanere liceret, se iā
30 agnoscere culpā nō modo posteriorē, q̄ ob priorē gratiam grauior esset, sed etiā priorē, q̄ pœnā haud dubie magnā meruerat, seq iam sentire qd bn̄ficii tū a rege acceperit, quū castigatione dūtaxat verborū leui ac paterna accepta dimissus erat. Qz si denuo culpę suę gratiam impetrarit, nunq̄ ipsum deinceps amplius temerarium cō
35 silium aut facinus admissurū, nulliq mortaliū iniuriam illaturum. Ad ea rex precatori respōdit, si supplex ad se Alexander venire velit, ac sese in manus ipsius cōmittere, tum ea se verba auditurū, nūc frustra fieri. Quę quū relata Alexandro essent, non tamen hac in re spem reconciliationis omnem abiiciens, quoniam alio confugere,
40 vbi tutus esset, nusq̄ poterat, iterum atq iterum semper magis hu-

milibus ac supplicibus obsecrans precibus, vt vitam modo conce-
deret: amicos rogatum mittit, quorũ nullũ rex audiuit, donec ipse
Alexander in festo Paschę captata opportunitate cũ sordida veste
Edinburgũ ingressus, depositis omĩibus vestimẽtis lineam dũtaxat
subuculam indutus qua corpus tegebat, ad S. Crucis, vbi rex sacris 45
intererat ad genua eius prouolutus miseris precibus veniam deli-
ctorum ꝓcatus est, eius in nomine qui nõ dedignatus fuisset misso
vnico de cœlis filio per mortẽ eius culpam humanã delere, ac qui
quotidie ꝑ infinitam suã misericordiã gratiam pœnitẽtibus ac pe-
tentibus faciat, & pręcipue eo Paschę festo, quo omne genus homi- 50
num mutata vita veniam cõmissorum obsecrat, & ille qua est faci-
litate, largitur eam. Quibus verbis vxore amicisq; intercedentibus
rex cõmotus ob festi quo omnes a morte ęterna liberationis memo
riam renouamus, solẽnem lętãq; celebritatem, gratiã quidẽ se face-
re illi in præsentia dixit: attamen apud se manere iussit, quoad sa- 55
crum esset ꝑfectum. Inde rex cuncta euoluens, si eum dimisisset, ac
in pristinam bonorum, potentiæq; possessionem restituisset veritus
ne mutata mente nouas denuo turbas conciret (malũ eñ ingeniũ
per se quiescere non posse nouit) optimum factu ratus, si asseruare
tur alicubi, vt ne occasio quidem mali quippiam agendi pręberet, 60
ad Tentallũ castellũ relegat, ibiq; asseruari iubet: Matrẽ quoq; ei9
Eufemiam filiã Vvalteri comitis olim Rossensis prauo fœminam
ingenio q̃ instigauerat nõnunq̃ ad audendũ aliquid aduersus regiã
voluntatẽ, eiusq; filium in Emoniã insulam ablegat. At Donaldus
Balloth Alexandri frater patruelis quasi ipse eam iniuriam vindi- 65
care vellet aut deberet, possetve, vocatis ad se tribuum rectoribus
qui in insulis sunt ab illis extorquet vt secũ cum multitudine sua
Alexãdri vincula vltum eant. Itaq; coactis copiis in Loquhabriam
transmittit. Verũ Alexander Marrię comes & Alanus Stuart co-
mes Cathanesię pręmoniti de Donaldi aduẽtu auxilia cõtraxerãt, 70
ac regionẽ eam muniuerant. Donaldus vbi copias in Loquhabriã
exposuisset, ac illos nõ procul abesse cognouit, sub aurorã incõdi-
tum eorum agmen aggreditur, magnamq; cædem in eos edidit.
Alanus cũ suis pœne omnibus occisus est. Alexander amissis trecẽ
tis fuga euasit. Ad Enuetlotheam ea clades accepta. Donaldus vi- 75
ctoria parta Loquhabriam omnem depredatus est, Inde in Hebri-
des reuertit. Ea rex iniuria percitus Dounstafage, id est castellum
Stephani accessit: inde in Hebrides cũ exercitu traiecturus. Cæte-
rum maiores natu & magistratus Hebridum eo ad eum venientes
remorati sunt impetũ, reiicientes culpã omnẽ in Donaldũ ac teme- 80

1 ritatis eius socios,se quicquid factum a se esset,coactos fecisse. Itaq; partem eorum Rex apud se retinet,ac partem ad Donaldũ ac socios eius conquirendos remittit.Donaldus fuga Hiberniam petiit. Ex sociis eius trecenti post tres hebdomadas vincti ad regẽ adducti,quos
5 omnes furca suspensos strangulari iussit.Legatum quoq; ad Odonẽ quendam Hibernię principem mittit repetitum Donaldum hostem suum,quem apud ipsum latere audierat. Odo non Donaldum, sed caput eius aliquot post menses remisit.Perlustrauit subinde Iacobus omnes Scotię regiones,ac si quos nefarios populi, ac sacerdotũ,aut
10 mercatorũ,rusticorum ve non resistere potentiũ oppressores comperit,conuictos capite damnat omnes:Nec cuiq̃ remissio culpę homicidii perpetrati a gubernatore accepta profuit, cum diceret eum nõ vlteriorẽ habuisse potestatem,q̃ quoad gubernator permãsit, nec ex vsu fore reip.nec satis cum lege diuina constare,si tot cędes,tot faci-
15 nora impunita manerent: eaq; si propter frequentiam in consuetudinem vertissent læsæ maiestatis crimina existimanda. Traditum literis est,duobus primis regni eius annis per varia suppliciorum genera ob vetera flagitia a rege sumpta plus tria hominũ milia interempta. Ac quoniam hoc supplicii satis cuilibet videretur, quum omni-
20 bus in regionibus plurima essent edita exempla,quibus cõmoniti reliqui ad quos nondũ peruenerat gladius iustitiæ sceleribus deinceps cessaturi crederentur. Tamen eodẽ tempore Angusius Duff a Stranauern congregata latronum manu Morauiam & Cathanesiam ingressus ingentem abegit prędam. Quem persecutus Angusius qui-
25 dam Morauus tanta ira inuasit, ac vicissim præsenti hostium animo exceptus est,vt vtroq; non modo duce,sed etiam exercitu ad internicionem cæso vix cladis nuncii duodecim iiq; adeo sautii vt vix domũ reuersi ex vulneribus perierint, relicti fuerint. Ferunt Iacobum regẽ quum ad eum nunciata ea clades fuisset,respondisse,ęque dolere qui-
30 dem se Morauiensium interitum,atq; Cathanesorum sed quem vindicet non superesse.Erat & alius eodem tẽpore homo non minus q̃ ille nefarius,animo tamen magis prauo Magdonaldus nomine Rossensis prędo insignis,& ex raptis opulentus:is quum viduam quandam iniuria affecisset exclamassetq; præ dolore ea se questum ad regem
35 abituram,age,inquit,quo magis iter properes,calceos tibi nouos & firmos addam:& vocato confestim fabro ferratos equorum calceos tenellis viduæ plantis clauis affixit,ac ad maiorem contumeliã,spoliatam vestibus inuerecunde eam contumelioseq; prætereuntibus aut accedentibus exposuit. Cæterum sanatis plantarum vulneri-
40 bus mulier ad regem accessit, questum de vi ac cõtumelia, quam a

Magdonaldo perpessa fuerat. Rex qui iam ante percepisset hoc facinus, ac sceleratum hominem aliquot iam diebus in vinculis haberet viduam consolatus est, vt quæ supplicium eius, qui illi iniuriam intulisset, breui visura esset. Itaq; postridie Magdonaldum & duodecim scelerum eius socios ac ministros prolatas e carcere Chlamydes in quibus faber calceos ferreos mulieris pedibus affigebat, indutos totum diem per vrbem circũduci iussit, quo maius probrum pudorq; maior, si quis reliquus prostituti pudoris hominibus erat, inesset. Hoc iterum ac tertio item die fecit. Tum Magdonaldo principi caput persecari iussit ac in portam altissimam proponi. Truncũ vero corpus coruis pabulum in patibulo exponi. Socii quoq; eius in cruce strangulati. Nec multo post Archimbaldus Douglas quod sinistre de administratione regni locutus esset, relegatus in castellum lacus Levviin. Ioannes quoq; Kennethus eques auratus eandem ob causam in arcem Sterlingi ablegatus. Eodẽ anno qui fuit incarnato Christo supra millesimũ quadringentesimũ tricesimus, decimo sexto die Octobris in lucem editi sunt regi ex vxore duo gemelli masculi. Ad quorum baptisma vocati nobilissimi quiq; regni cũ liberis, quo maiore cum solennitate honoreq; res ageretur, aduenerunt. Quo & comes Douglas liberatus cum filio venit, totusq; regi reconciliatus est. Nam & Vvilhelmum filium eius Rex equitẽ auratum creauit. Sed quum regnum omnibus iam audacibus ac nefariis hominibus exoneratũ videretur, nec furũ, latronũve viatorem metus vllus terreret: ad eas res sese rex contulit, quæ ornatui regno, nec minus vsui futuræ essent. Iudices primum constituit, qui regnum lustrarent, vt si qua grauior causa esset, eam mox dissoluerent. Addidit illis præfectum quendam mensurarum qui mensuras farinæ ac frumenti omnis generis: insuper salis, vini, & cereuisiæ constitueret: Mãdatumq; est ne quisq̃ aliis vteretur, ac quas ille signasset: quod si quis secus faceret, deprẹhenso multa imposita est pecuniaria, ac mensura rumpi iussa. Cæterum is mos damno reipublicæ vel maximo vna cum authore periit. Castellaq; regni omnia firmis muniuit præsidiis, præsertim Fifẹ. Nam eam regionem ad sumptus sibi quotidianos præbendos exinde sumpserat. Nec vero nimia reipublicæ cura studiorũ suorum oblitus est. Nouam enim vniuersitatem Sancti Andreæ inuisit. Vbi cum magnum iam templum Abbatiẹ Sancti Andreẹ perfecte reædificatum magnatum ac præsulum impendiis ingentibus fuisset, consecrationi eius adfuit. Interfuit nonnũq̃ studiosorum disceptationibus: quibus mirum in modum delectatus plurimis eos priuilegiis donauit. Inter cætera hoc fieri voluit, vt Theologiæ ac

45 50 55 60 65 70 75 80

1 decretorum doctores optimos quosq; ad sese semper mitterent petitum magistratus ecclesiasticos. Reliqui viri scholastici ad minora sacerdotia, quæ ad regiam attinerent donationem. Itaq; viuente eo plurimi literati sacerdotia & amplissimos honores laborum pręmia
5 adepti sunt. Ad hęc edixit ne quisq̃ nisi vt minimũ Baccalaureus seu Theologię seu decretorũ in ecclesia cathedrali ad canonicatũ admitteretur, prætereq̃ q insigni nobilitate clarus: neu cuiq̃ hæreditatem insignem adeundi ius esset, qui prorsus iuris ciuilis aut municipalis ignarus esset. Sed ea statuta nobilitas non admodum literis dedita,
10 magisq; in decoris armis gaudens, confestim vbi author sublatus fuisset, abrogauit. Diuinus quoq; cultus hoc rege decentibus mirum in modũ ornatus est cerimoniis, introducto nouo cantandi ritu musico: qua in arte ipse plurimum pollebat, virosq; domi in ea peritissimos alebat. Insuper quæ vocant organa, qualia nunc sunt. Antea
15 enim veteribus & nescio an satis ad sacram harmoniam accommodis cantibus vtebantur, tum primũ per eũ in Scotiam sunt adducta. Tãtũ vero quidã nostrates ea in re breui profecere, vt Anglis (quos aiunt reliquis nationibus hac arte anteferri) haudquaq̃ deinceps inferiores haberentur. Perthũ autẽ quũ rex reuertẽs, in castellũ Kinoul
20 pręterueheretur, narrabat ei quidam in eo agere fœminã haud ignobilem, sed extremã ob senectutẽ luminibus captã, firmo tñ vegetoq; etiã tum corpore, aliisq; corporis sensibus integris, quæ Vvilhelmũ Vallam ac Robertum Brusiũ vidisset, multaq; de iis sępe narraret. Quamobrem tantorũ amore virorũ incessit eũ desideriũ matronam
25 inuisendi, audiendiq; narrantem, habitũ, viresq; corporis illorũ, quos eius tum & adhuc nostra mirantur secula. Itaq; nunciari illi iubet, se postridie ad eam venturũ. Mulier aduentu regis lęta parare omnia q̃ ornatissime, ac tapetas, quos habebat preciosissimos, proponere ancillas iubet, nec quicq̃ vspiam quod delicatos aulicorum oculos of-
30 fenderet, relinqui præcepit: omnes sollicitas habet, tantoq; magis quanto id insolentius illi erat insuetæ tãtos ad se viros accipere. Postero die quum rex aduenturus dicebatur, ipsa quoq; quantum senilis ætas, ac tum mos ferebat, honestissime ornata in aula cum grege matronarum, quæ fere aut filiæ aut neptes ex filiis erant, sed qua-
35 rum nonnullæ deformiores senecta, q̃ ipsa esset, regem opperitur. Limen vero ostii intrãti, admonita ab ancilla, surgit, ac obuiam tam composite regi procedit, eũq; amplexa, rege id petente, ac osculata est, vt multum diuq; Rex apud se miraretur, num totum orba visu esset: quod vbi omnes assererent, dicerentq; eos eam mores longa di-
40 dicisse consuetudine, manu eius apprehensa consedit ac proxime il-

lam assidere iussit, longoq; sermone de rebus vetustis interrogauit: eiusq; oratione multum Rex delectatus, inter cætera de Vuilhelmo Valla rogauit, qualis nã ille fuisset, qua corporis forma, qua virtute, q̃busq; viribus præditus: ac deinde similiter de Roberto Brusio. Robertum (inquit) virũ egregia corporis pulchritudine fuisse, iisq; 45 viribus vt omnes seculi sui mortales facile vinceret. Sed quantum ipse reliquos superabat, tantũ vicissim a Valla superatum, tum corporis mole, tum etiam viribus. Tanto enim Vallam corporis robore fuisse, vt vel duos Robertos in palęstra in solũ prosternere valuisset. Deinde Rex percunctatus de parentibus ac maioribus suis, plu- 50 rimis ex ea rebus auditis lætus Perthum reuersus est, Fremitus ea tẽpestate nobilium rerumq; regni indignantium fructus suos (quos Vverdas vocant & Releuationes) ab rege occupari, quos ex liberalitate parentis eius ac superiorũ libere solerent ipsi recipere. Quod vbi ad aures Regis peruenisset conuocato consilio palam omnes ro 55 gauit, vtrum æquius ipsis videretur, regem suis, id est regiis prouentibus viuere, an ipsorum? Ad quod quum ab omnibus, regiis potius esse, responsum esset, demonstrauit, non ipsorum, sed regios eos esse prouentus, quos Vverdas Releuationesve vocant, suumq; patrimonium absumptum per prodigalitatem superiorum guberna- 60 torum. Vverdas autem vti antea loco suo significauimus, vocant, vt quum parentes anteq̃ liberi ad iustam perueniant ætatem, id est vigesimum primum annũ, vita decedũt, tum Rex omnes reditus, omnesq; fructus, qui ad eã vsq; hęredis ætatẽ proueniũt, pro suis habet, occupatq;, hæredisq; interea curam suscipit. Id vero barbaro quidem 65 vocabulo nominant, sed tamen noto eamq; ob causam a nobis vsurpato. Verum eo responso a rege accepto magnates deinceps quieuere. Eisdem fere tẽporibus, id est anno a Christo nato Millesimo quadringentesimo tricesimo primo Henricus sextus Anglorũ Rex Parrhisiis ad diuę virginis, opera Cardinalis Vicistrensis Francorũ Rex 70 coronatus est, duodecim natus annos. Idemq; postea & Francorũ & Anglię regnũ amisit. Itaq; profugus ad Iacobum tertiũ peruenit, a quo hospitaliter acceptus, ꝙ infensus Anglis esset ob iniuriam quã proxime passus fuit. Documentum sane mortalibus dedit maximũ rerum vicissitudinis fortunęq; mutabilitatis, vt qui modo duorũ po 75 pulorũ florentissimorũ Rex, vtrinq; mox expulsus aliorũ beneuolentia vitam sustinere miseram coactus sit, nõ absimilem illi quam olim Dinoysius Siculorũ tyrannus Corinthi factus ludimagister egerat. Sed de his opportuniori loco sermo est futurus. Eodẽ tẽpore indictũ est Perthum consiliũ omniũ ordinũ Scotię videlicet populi magna- 80

tium & ecclesiasticorum. Inter cętera vero quę in eo conuentu acta
vnũ est omniũ vna voce propositum de nouo apparandorum more
conuiuiorum, quem ex tenuibus & parcis rebus Angli qui cum Ia-
cobo in Scotiam venerant in immensum luxum, infinitosq; sumptus
5 euexerant: adeo vt sumptibus prope plus grauarentur, q̃ gula ipsa
longe sane maxima. Itaq; omniũ nomine Henricus Vardlau S. An-
dreæ tũ episcopus vir sanctimonia vitæ apud omnes probatissimus
exurgẽs sic est profatus. Qz q̃ permulta eademq; insignia sunt bona
quę tuus Iacobe rex optime in regnũ tuũ reditus tecũ attulit. Siqui-
10 dem per eum iustitia, quam multis iam annis e Scotia proscriptam
nullam prope habuimus, in pristinũ est nitorem restituta: rapinæ vio
lentę, furta, deprędationes, iniurię deniq; omnes ablatę. Religio, quę
ante vel nulla fuit, vel cum exigua esset, bellis cõtinuis extincta, iam
non solum restituta est, sed etiam in immensum promota: cultus prę
15 terea diuorum antea bellorum tumultibus intermissus, adeo nũc ni-
tet, adeo elegãs est ac splẽdidus accessionibus haud exiguis tua pru-
dentia locupletatus, vt cum quibusuis nationibus in isto laudis gene
re certare vel ex ęquo audeamus. Leges, quas bonas tua iudicauit sa
pientia, per te sunt cõfirmatæ, ac nouę insuper non minus vtiles adie
20 ctę, quę quod huic reip. deesse videbatur abunde absoluerent. In sum
ma quicquid nouisti vsq̃ terrarum vllis in rebus publicis qđ aliqua
ex parte conducturum regno tuo existimasti, illud indagatũ atq; in-
uentũ sumptibus laboribusq; ingentibus & vigilanti cura tua reip.
nostræ est appositum. Quicquid autem hoc in regno bonum ac vtile
25 ex prioribus seculis fuit, id tua authoritate, vt iam dixi, est confirma
tum. Quod nouum accessit, tuo munere largitum, omniaq; ꝓpterea
huius regni dona tibi vno accepta ferimus. Verum quo hæc maiorĩ
cura ac labore comparata, eo censeo diligentius retinenda ac conser
uanda, ne quod latens malum clanculum irrepat efficiatq; (vti fert
30 conditio humana) ne vlla vnq̃ bona syncęra atq; integra accipiamꝰ
quęcunq; videlicet in nos contulisti commoda peste sua perdẽs, atq;
extinguẽs. Quod omnino euenturum est nisi prouideas optime rex,
Proinde in me causam hanc detulere vniuersi, quos hic circũsedẽtes
vides proceres, vt te huius rei commonerem atq; obsecrarẽ vt qua-
35 lem te præstitisti in rebus aliis, hac in re non dissimilem exhibeas.
Quocirca ęqs me auribus audias quæso ac diligẽter animaduertas,
ne per te stetisse videatur si hoc malum non profligatum deletis om
nibus bonis vniuersam vitiorum secum cohortem adferat. Adue-
nere tecum nuper magno numero, quos tibi in Anglia compararas
40 amicos, viri optimi quidem illi, nec contubernio tuo vllum ob vi-

tium indigni, verum patrios secum adferētes mores. Qua in re cum
apud suos propter inueteratū abusum nihil notādi fuerint, nescio an
maximum illis peccatum sit cum in alienam migrarint regionem, ꝙ
sese honestis vltro q̄ plurimos gentis illius moribus non solum non
accōmodarint, sed illos in suos ꝓtraxerint. Epulas dico ꝓfusas ac in 45
struendorum conuiuiorum prope quotidianū luxum & comessatio-
num crapulas quibus sese inuicem ad edendum bibēdumq; inuitāt:
quæ tamen istorum si cum gentis ipsorum vitiis conferantur, vitia
haudquaq̄ nimia aut calculo nigro notanda fuerint: Immo intra
fortasse mediocritatem consistentia: tamen si illa veteri nostræ gen- 50
tis parsimoniæ comparentur, nihil magis cum ea pugnare videatur.
Quamobrem nolim omnino illorum hāc esse culpam dicere, quum
potius ea nostra sit, qui adeo auide noua malaq; instituta in nostrorū
morum perniciem accepimus. Vtcūq; vero ea se habent. Crapula ista
& gulę indulgentia, res est in primis contemnenda, multaq; secum 55
vitia adferens, & multorū scaturigo malorum: atq; adeo omniū quæ
intemperantia secum adferre consueuit, videlicet libidinū perniciosa
rum, ignauię, rapinarum & ex illis profusionis immensę: quę nō mo
do homines quibus insunt in extremam perditionem rapere consue-
uerunt, sed etiam familiarum insigniū immo & rerum publicarū sæ- 60
pe perniciem & interitum pariunt. Nam si ea vis temperantię est vt
semel vniuersas secum virtutes apportet, ac quisquis eam coluerit,
omnia virtutum bona breui adipiscatur: in confesso est contrariam
illi incontinentiam & voracitatem nihil mali relinquere, quod nō ve
luti satellitium, secum cum reliquo vitiorum grege pertrahat: In pri 65
mis luxuriam, quę sic illam amplectitur, vt diuelli ab ea nusq̄ queat:
nempe qui se ventri veluti domino improbissimo in seruitutem pręs-
buerit, continuo etiam quicquid ille imperet prosequatur, necesse sit.
Hinc virginū raptus ac stupra: hinc adulteria: hinc incestus. Illę nāq;
adolescentium corruptelę, quę infinitum vitiorum agmen pręse age 70
re consueuerunt, insolentiam ciborum & potuū fere cōsequūtur. Nā
vbi se semel comessationibus dederint ociosi atq; curis vacui, ꝓtinus
in om̄e genus libidinū ꝑcipites ruūt, tantoq; ꝑcipitātius quanto eoꝝ
ingenia molliora reliquis, ac in vitia sunt procliuiora. Iam vbi per im
mensos sumptus quos comessationes cōpotationesq; assiduæ exigūt 75
patrimonia absumpta sunt, quandoquidem vbi semel admiseris ille-
cebras deliciarū, eas depellere & animo extirpare nequeas, alienę for
tunę vt nouas voluptates expleas q̄rēdæ quocūq; sunt modo. Igitur
inter pocula ratione ꝑ imodicitatē tū ciboꝝ tū potuū e sede sua per-
turbata, vbi suā q̄sq; inopiā exposuerint, tū temeraria de clancularíis 80

1 latrociniis & nonnūq̃ de re publica occupanda consilia ineunt, tum coniurationes contrahunt, depeculationes excogitant, exactiones, oppressionesq; plębis inter se nefarias componunt. Eaq; omnia ob incōtinentiam intemperantiamq; committunt. Cæterum quibus pruden-
5 tia quædam ad prouidēdum reliquis maior inest, quod fere senectus hominibus adfert, ii cernentes sumptibus ad omnes voluptates has opus esse ingentibus, atq; ita quod in pauperes in ecclesiis & honores diuinos conferre consuerunt, in hos epularum lautitiarumq; luxus absumendum auare, quod superest conseruant, vt voluptatibus
10 suis sufficiant. Eaq; in se vitia, quæ vel ex diametro secum pugnant: nempe auaritiam ac bonorum profusionem, admittunt: auaritiam quidem, vbi dandum erat retinendo, prodigalitatē autem omni genere voluptatum instructas mensas cuncta inutiliter atq; ad pessima etiam mala profundendo: liberalitatem ac splendorem vitę profusio-
15 nem suam mendaci nomenclatura vocantes. Qui aūt sibi sua retinēt multo difficilius ac qui sua semel omnia profundunt iuuari possunt, q̃ hi vbi exhausta fuerint vniuersa necessitate ipsa frugaliorem vitā adsectari coguntur: illi omnia agentes ne quid deficiat, perpetuitatem sibi vitiorum adsciscunt. Nūq̃ enim habēdi cupiditas, vbi semel
20 animū occuparit, extirpari potest: quippe quæ nec copia nec inopia minuitur. Hinc maria omnia vel inaccessa, hinc syluas, hinc montes, hinc viscera etiam terræ perlustrant: vt quod profundendo in voluptates consumpserint, rursus diligentia resarciant. Vbi vero iam diutina consuetudine voluptatibus ita assueuerint, ad res prauas ob-
25 eundas effecti strenui, vt quæ aliquid semper voluptatibus adiiciant: ad eas vero quæ in vsum sint reip. quę scilicet nullam admixtam permittunt intēperantiam nullūq; cū vitiis cōmerciū habent, ignaui penitus ac pigri, nulliq; rei sunt vsui: iā videlicet eneruato & animi pariter & corporis vigore. Nullę enim res sunt quę citius robur omne
30 extenuant q̃ admissa semel in animū, viuendi mollities. Malcolmo siquidē tertio regnante quū antea cōsuetudo fuisset sumēdi semel dūtaxat in die refectionē, accedētes ꝑ pacē & cōnubia in aulā regis, vt modo Angli, suo more bis cibū sumebāt, Scotosq; eādē in cōsuetudinē pertraxere. Verū prudētissimi quiq; in regno viri, quantum ex ea
35 cōmutatione mali, quātū intromissa semel edacitas damni allatura esset prospicientes cōmuni cōsensu regē adierūt, obsecrantes vt lege veterē edendi morem sanciret. Verū quoniā per populi in vitia facilitatē: vbi inescati semel sūt, reuocari nullis habenis possunt, semelq; acceptū morem reiicere atq; extirpare liberū non fuit: huc quo vide-
40 tis modo euasit: ac paruus ille igniculus in tātam flammam exarsit.

Nunc igitur de extremo agitur, velimus ne prorſum omnia vitia eie
ctis vniuerſis virtutibus recipere an aliquid adhuc nobis relictũ con
ſeruare. Olim fortiſſimos viros, quibus nullę vires humanę formidã
dę erant, vnica fere hęc noſtra ferebat regio: tum videlicet quũ exclu
ſis omnibus voluptatibus nihil ĩ ſe molle, nihil delicatũ admittebãt. 45
Senſim poſtea receptis exterarũ gẽtiũ voluptatibus vires quoq; de-
fluxere. Id quod Romanis etiam vſuuenit, qui tantiſper dũ vel paulũ
priſcę diſciplinę reliquũ haberẽt, nationibus omnibus ac populis im
peritabant, poſtea vero q̃ nihil luxurię inaccessum relictũ, imperium
ſimul cũ virtutibus amiſerunt: illiſq; prędę fuerunt, quos aliquando 50
ſub iugũ miſerant. Idem ergo ne nobis accidat proſpiciẽdũ tibi rex,
in tua enim id poteſtate ſitũ eſt. Nec enim periculũ nobis cõtemnen-
dũ a vicinis imminet, hinc Anglis, hinc Danis, Norvvegiſq; incũben
tibus ac regno huic inhiãtibus: Toties vbi omne prope regnũ occu-
paſſent, ſolo diuino auxilio virtuteq; populi vbi in concordiã redacti 55
fuere, repulſis. Quãobrẽ ſi tẽperantia victus ac virtutũ cultus regno
retinendo ac conſeruando ſola ſufficiant, eaq; ſi deſint, vniuerſa colla
bi neceſſe ſit: ſi vnica temperantia tanto incedat virtutũ comitatu, ac
rurſum cuncta ſecũ auferat intẽperantia: omnibus modis laborandũ
& manibus pedibuſq; conãdũ, vt virtutes illas colamus, vitiaq; illis 60
oppoſita a nobis explodamus, ac regnũ inuictũ ab hoſtib9, vitiis etiã
inexpugnabile reddamus. Quibus dictis in eã omnes ſententiã pedi-
bus eunt, extirpandas eſſe iam innouatas ac prauas conſuetudines.
Sed quibus id modis factitandũ eſſet parum conueniebat inter eos.
Cenſebant quidã nullũ ne in aula quidẽ regis veſtigiũ relinquendũ. 65
Verũ ea ſeuerior ſententia viſa eſt aliis. Ideoq; mediã decernentes vt
magnatibus quidẽ liceret, ſed ſolennibus dũtaxat diebus vti Arto-
creis (quorũ ante eã ætatem nũq̃ vſus Scotis fuerat) ac delicatiori-
bus eduliis, effecere, vt precio atq; honore luxui addito in hanc con-
tempto edicto euaſerit immenſam infinitãq; quã videmus crapulam, 70
vt nec terra nec mare quicq̃ producat qđ non maximis omniũ cona
tibus noſtra deprædetur gula. Non auis cælo, non piſcis profundo
maris gurgite induſtriã inſeruientẽ gulę libidini latere queat. Nec
modo quę voluptatem excitent etſi precioſa, conſuetis ac vilibus in
quotidiano victu pręferimus, ſed cũ illis illecebris tãta omnes inceſ- 75
ſit voracitas, tanta ingerenda cibi delicatioris auiditas, vt nullis eſcis
plęriq; expleri queant, quoad venter adeo ſit diſtentus vt difficulter
etiam anhelitũ remittat. Quid vero de potu dicã, cũ quibuſdã non ſa
tis ſit quantũ naturę vi haurire poſſunt, infundibula in os inſertãtes
aliis mun us infundendi prębent, atq; ingentes exhauriunt mẽſuras, 80

1 spiritũ pariter ac potũ arte quadã ꝑuersa (quasi natura sumẽdo nutrimẽto animãtibus satis magnã nõ indidisset facultatem) trahẽtes. Itaq; nõ minimã ego causam tũ ciuilium, tum externorum bellorum immoderatã istã ebrietatẽ existimo, quę ꝑter cętera mala ad ꝑlia trudit, vt inquit ille, vel inermẽ. His peractis Iacobus ex Anglia, ex Flãdria, aliisq; regionibus artifices omnis generis preciis ingẽtibus euocauit, qui populũ suũ artes edocerẽt mechanicas. Nã quia post Alexãdri tertii mortẽ continuis fere bellis Scotia laborauerat oẽsq; incolę ad bellũ ire coacti erant, cæsiq; plurimi inter eos illarũ artium periti, ac iuuentus ad bellicas potius duceretur disciplinas exercendas q̃ ad vrbanas, omnes illę interierãt fere vnius ętate hominis: nec restitui vllo pacto potuissent ex iis qui remãserant, adeo caduca sũt, & cito memorię excidũt, quę ꝑ manus tm̃ nõ etiam ꝑ literas traduntur asseclis. Post paucos dies ex quo solutũ consiliũ fuerat, deprehensus est ab Hẽrico episcopo quidam in gymnasio, S. Andreę natione Bohemus, nomine Paulus Crau nouas sectas docere, nouaq; dogmata de sacramẽti eucharistia, ac contra diuorũ venerationẽ & cõfessionẽ sacerdotibus in aurẽ faciẽdã, quẽ vt ad se accitum ꝑtinacẽ cognouit, ꝑfessoribus eum Theologię cõmisit, vt omnibus virtutis virib9 hominẽ ab illis opinionibus deducerẽt. Nec quicq̃ ab illis quoq; effectum. Quãobrem iudici eum seculari trãsmiserunt, qui quęstione habita cõpererũt e Bohemia velut apostolum missum ad prędicandam Scotis Vvitcleff & Ioannis Hus hęresim deliram. Itaq; ꝑfecto medio foro extructo rogo crematus est. Iacobus rem auditam plurima laude euexit, authoresq; vnice hac re cõmẽdatos habuit. Principẽ in resistendo Paulo Bohemo ac de fide eius inquirendo Ioannem Fogũ monachũ ordinis Cistertiensis sacrarũ literarum ꝑfessorẽ Abbatia Melrossensi donauit. Ocio autem in omnibus partibus regni per pacẽ parto Rex Iacobus nihil incognitũ sibi relinquere qđ aliqua ratione percipi posset, egregiũ ac vtile regno administrando ducens, mutata veste velut priuatum inter priuatos ac maxime inter mercatores, ꝙ aliorũ ędes non ita cuiuis expositę essent, sese immiscuit. Itaq; vbi omnes omniũ hominũ mores & apparatus in prandiis ac conuiuiis, aliisq; conuersationibus inspexisset, ac pręcipue mercatorum, in eis rem vt inhumanã accusauit, ꝙ apud eos ad cõuiuiũ vocati hospitaliter soluere velut in publico diuersorio factas cogerentur expensas. Inde cupiens pietatis suę extare monimẽtũ, cœnobium extruere in animo habuit. Erant tum Carthusiani instituti synceris viri moribus, ac inter eos Osualdus Anglus genere vir multã præ se sanctitatem ferens. Horũ itaq; religionẽ prę aliis eligẽs in suburbio Pertha

no monasterii iecit fundamenta, ac Osualdum conuocatis monachis quo exemplo suo reliquos in eandē duceret pietatē præfecit. Sub idē tempus legati Anglorum versuto consilio ac ingētibus ꝓmissis ad pacem secū componendā Beruicio cessuri, ac Northūbria quantūq; inter Tuedā & Crucē regiam interiacet, inuitātes, in Scotiam ad re- 45 gem venere. Quorum dolū vt Iacobus cognouit, nec aliud esse conspexit q̄ vt societatē ac fœdus cum Franco initum dissoluerent, pax haudquaq̄ impetrata est. In sequēti anno qui fuit Christi millesimus quadringētesimus, tertius & trigesimus Iacobus rex Georgiū Dūbar Merchiarū comitē filium eius, qui rebellarat regnante Roberto 50 tertio ob læsam a patre ipsius maiestatē in castellū Edinburgense relegauit, ac extemplo Vvilhelmū Angusiæ comitē, ac Vvilhelmum Crytthoun cancellariū & Adamū Hepburn ab Halis equitē auratū ad Dounbar occupandū misit, literis ad castelli custodes datis quibus eos præsidio decedere mandabat, capitis interminatus pœnā ni- 55 si continuo cessissent. Itaq; territi regiis minis custodes obsistere minanti nō audebant. Adamus Hepburn a rege præfectus eius castelli dictus occupauit. Anno vero elapso Rex edicto generali procerū cōuentu Georgium ob crimē paternū comitatu Merchiarum multat. Ac Georgio sigilla gubernatorū consiliariorūq; ostendente, quibus 60 liberum remissa culpa ac ꝑsoluta pœna demonstraret patrē: respondit eam gubernatoribus potestatē non esse vt proditionē patriæ alicui cōdonare queant: idq; ciuili sancitū ac municipali iure esse vt ea crimina in hæredes quoq; transeāt. Itaq; celeberrimus ille comitatus Merchiarū, quū tot iā annis familiæ Dūbar fuisset vnius culpa abla- 65 tus est. Sed motus in Georgium clementia rex nō multo post Buthquhaniæ comitatu illum donauit. Cæterum quū id exiguū præ illo cuiuis videretur, defuncto Iacobo (nec enim diu suꝑfuit) quotannis Georgius ac eius filius Patricius quadringentas marcas ad legitimā Iacobi secundi quem ex fonte leuarat Georgius, ætatem, ex eodē 70 recepere comitatu. Mortuus est eodem anno Alexander Stuart comes Marriæ nothus, vt ante dictum est Alexandri comitis Buthquhaniæ filii Roberti regis secūdi. Vir is fuerat omī vita ob singulares virtutes clarissimus. Nam adolescens militans apud Philippum ducem Burgundiæ, quo tempore Leodium expugnauit, tam insignis 75 in ea fuit expugnatiōe, vt Philippus maximā illi partē gloriæ suæ impertiretur. Nec multo post coniūctus fuit matrimonio Iacobæ clarissimæ fœminæ Comitis Hollandiæ. Verum seu ꝙ alium habuerit virum quem repudiauerat, seu ꝙ incolæ peregrini sanguinis dominum aspernabantur, siue (qđ vero propius videtur) Philippi Burgundiæ 80

1 ducis armis, qui id tēporis Hollandiam inuadebat, pulsus, breui reuersus est. Quūq; prouentus debitos petenti Hollandi negarēt, bello eos adortus nauali plurimis præliis naualibus cōmissis non paruam cladē accepit. Verum occasione opportuna classem Hollando
5 rū Danzica reuertentem inuadēs impeditā & grauē mercibus, quas omnis generis illinc reportare consueuerunt, partē vnā cepit, ac qđ malum in suis antea passus fuerat, id ipsis cū fœnore reddidit. Nam nautas omnes submersit ac naues incendit. Qua iactura ꝑculsi Hollandi inducias centū annorū cū Scotis pepigere. Nec minor in pru
10 dentia ciuili fuit. Nam ex Hungaria, vbi equorū ingens præstantiū copia est coemptos præstantissimos quosq; magno numero equos, equasq; in Scotiam transportauit. Vnde factum est vt quū antea exiles & paruę molis equi tantū ibi reperirentur, eorū ꝓpagatione præstantissimi nunc etiam inueniantur, staturaq; ꝓcera. Administratio
15 nē vero ob eximiā prudentiam ab Iacobo rege Scotię Aquilonaris, quoad vixit, habuit. Sepultus aūt in tēplo Doūkeldensi. Prædia eius, quoniam illegitimo procreatus concubitu fuerat, rex occupauit. Circa hęc tempora Rex Fæcialem quoq; Danorū regis, cui id temporis parebant Norvvegi, annuū censum, ab Alexandro olim rege, quum
20 de Hebridibus inter Scotos ac Norvvegos cōueniretur, ꝓmissum, multis tū debitum annis petentē, Perthi audiuit, eūdēq; postq̄ multa beneuolētia apud se nōnihil habuisset, muneribus donatū domū cum Vvilhelmo Crytthoun equite aurato, suo legato qui rē in Dania cōponeret dimisit. Veniens Vvilhelmus ad Danorū Regē eius
25 postulatis vbi ex sententia respondisset, vetus fœdus certis legibus renouauit, vnde pax firma inter Danos Scotosq; exinde remāsit: Missi eodem fere tempore legati in Scotiam Caroli septimi Francorum regis ad fœdera renouanda, ac Iacobi regis filiam Margaritam primogenitam Ludouico filio suo vxorē poscēdā: quo facile impetrato
30 magnus vbiq; apparatus fiebat, ac classis comparatio qua spōsa traiectura esset. Deducturi aūt spōsam erāt Ioānes Carnoth Brechmēsis episcopus, Vvilhelmꝰ S. clari, comes Archadię, Vvalterꝰ Ogiluy Regis thesaurarius, Hedbertus Herres, Vvilhelmus Strathguhin, Ioannes Maxol, Vvilhelmus Scot, Ioannes Cambel, Thomas
35 Caluein equites aurati, Alexander Setoun, Henricus Granię, Henricus Vardlau, multiq; alii viri nobiles. Comitabantur autē cētum ac quadraginta eximiæ nobilitatis fœminę, quarū potissima pars virginū erat: inter quas & quinq; Margaritæ sorores: de quibus posterius dicturi sumus. Verum priusq̄ naues ascēdissent, fæcialis Anglo
40 rum in Scotiam venit iussu regis sui, ꝓhibens Margaritam in Fran

ciam traiicere. Quod si contempsissent inuitis Scotis eam cũ tota co
horte puellarum ac comitantium capturos Anglos prędicans. Iaco
bus autem Rex Anglorum minas despiciens, nihilo segnius nauiga
tionem maturare iussit. Cęterum diuino numine factum est, ne in ma
nus Anglorum inciderent. Nam eodem tempore quo soluerant, ap- 45
paruit haud longe ab Anglia Hispanorum classis, quã quum arbi-
trarentur Angli Scotorum esse, octoginta partim celocibus, aliis Li
burnicis eam inuaserũt. Verum vbi in viros se incidere bellicosos vi
derent, non in puellarum sponsam deducẽtium chorum, perculsi cla
dem ingentem acceperunt. Itaq; nullo obuio classis Scotica in Fran 50
ciam secundo vento ꝑuenit. Ac extemplo Turonos ꝑfecti magna no
bilium celebritate a rege Carolo excepti sunt, Ludouico filio regis
solenni ecclesię ritu Margaritam ducente coniugem. Dũ hęc in Sco
tia Franciaq; agerentur, Henricus Perse, incertum cuius authoritate
an priuata, an regia, cum quatuor milibus militũ in Scotiam incur- 55
sionem fecit. Quibus occurrentes cum pari prope modum militum
numero Vvilhelmus Douglas Angusiæ comes & Adam Hepburn
ab Halis, & Alexander Ramsa a Dalhouse, & Alexãder ab Elphin-
stoun ad Piperdam congressi sunt. Verum vtrinq; ęqua fere clade ac
cepta Scoti victores euasere. Ex Scotis ceciderunt Alexãder Elphin- 60
stoun dum acrius hostem persequeretur, & cum eo duo equites. Insu
per ducenti milites. Ex Anglis Henricus Cliddisdail, Ioannes Ogil,
Richardus Perse equites aurati, & quadringenti prope milites. Tre-
centi quoq; capti ac in Scotiam ducti, aliaq; vulgi turba ingẽs quã
vt prędam abigebant. Iacobus rex vbi incursiones Anglorum in re- 65
gnum suum fieri exaudiuit, conscripto ingenti exercitu Roxburgũ
obsidet, iamq; ad finem eousq; obsidionem perduxerat, vt de deditio-
ne obsessi sermones cum hostibus habere inciperent: quum repẽte re
gina perculsa timore magna itineris acceleratione in castra ad regẽ
peruenit, coniurationem in manibus esse nuncians. Capiti igitur ti- 70
mens rex obsidione repente soluta, ac dimisso exercitu Scotiam repe
tiuit. Princeps coniurationis erat Vvalterus Atholię comes regis pa
truus. Is ambiens regnum iam antea Robertum gubernatorem ad
occidendum Dauidem Iacobi fratrem natu maiorẽ, ac postea ipsum
Iacobum incitarat. Sed is prouidentia patris ereptus crudelibus pa- 75
trui manibus in Angliam, vt diximus, profectus euasit. Nã aliis sub
latis facile sperabat se Robertum quoq; posse aliquo pacto tollere.
Sed ea tẽpestate Roberti stirpe sublata instigauerat duos haud im-
pigros viros Robertum nepotem suum & Robertum Grame ma-
nu promptum ad audax perpetrandum facinus. Nam & antea cri- 80

1 men commiserat in regem, ac idcirco in exilium missus fuerat. Quã obrem priuato odio regi infensior erat. Itaq; & si consilia eorum interuentu reginę impedita fuerant, tamen quoniam nomina nondum ad regem delata cognouerant, haudquaq̃ cœptis abstinendum arbi
5 trabantur, sed conscientia agitante, nec quietẽ vllam timore ne proderentur faciente nondum emenso anno facinus perpetrare maturant. Perthum itaq; venientes, vbi Rex apud prędicatores S. Dominici asseclas fere agebat, aulam Regis corrupto custode ingrediuntur, ac ad interiora penetrantes ad fores thalami Regis perueniunt.
10 Ibiq; Ioannem quendam aulicum regium ac familiarem, coniurationisq; socium expectare vti conuenerat, statuunt: per quem apertis foribus irrumperent. Sed priusq̃ is adueniret, Vualterus Stratoum ostio aperto ad vinũ inferendum procurrebat: sed vbi eos accinctos gladiis ad ostium stantes vidit, continuo proditionem exclamans re
15 cipere sese frustra conatus est. Itaq; is extemplo interfectus, eam tamen moram præbuit, vt ostium accurrente Catharina Douglas nobili adulescentula, quæ postea Alexandro Louel a Bollũme nupsit, clauderetur. Verum pessulo magno, opera Ioannis illius aulici, cuius modo meminimus ablato, quum ad manum nihil esset, manũ in
20 foramen præstantissimo animo inseruit. Sed confracto brachio tenello videlicet ac fragili, atq; virgin e repulsa in cubiculum inuasere, ac iis qui obstabant interfectis aut repulsis læsa etiam regina regem multis confossum vulneribus trucidarunt. Inter præcipuos regis defensores erat Patricius Dumbar germanus Georgii Dumbar
25 comitis Merchiarum. Nam is ad extremũ regem defendens acceptis multis vulneribus ac digitis præcisis pro mortuo relictus est. Vir fuit Iacobus dum in viuis esset, mediæ staturæ latissimis humeris, constrictissimis lateribus, veluti puellarum esse consueuerunt, clunibus ac pedibus pro corporis habitu moderatis. Vnde quidam eum
30 quadratum dixere vera videlicet vocis significatiõe, qua optimi corporis habitus temperaturaq; indicatur. Præter eas animi virtutes, quas superius commemorauimus, inter primos iustitiæ fuit cultor, atq; iniuriarum acerrimus vindex. Nullis superiorum regum pacis muneribus inferior, plurimos etiam superans. Occisus autẽ fuit an
35 no a Christo nato supra millesimũ quadringẽtesimũ sexto & trigesimo die aũt vigesimo primo Februarii, regni sui decimo tertio. Sepultusq; est ad Carthusios, q̃bus ipse in suburbio Perth ędẽ fererat, necdum perfecto monasterio. Quum Iacobi mors innotuisset, proceres regni tanti viri cæde vehementer dolentes vltro conuenere, ac in oẽs
40 regiones perquisitum eius percussores emiserunt. Repertos autem

Edinburgi,condemnatosq; huiuscemodi afficiunt supplicio : Comi-
tem Atholiæ conspirationis principem instigatorem , ac cædis au-
thorem omnibus spoliatum vestibus, præterq̃ linteo, quo pudenda
tegebantur,cõfecta machina ad mõdũ Ciconiæ,qua e puteis aquam
hauriunt,veluti in crucis formam,defixaq; in vehiculo,vni parti adli 45
gant,& ex aduersa funes vinciunt.Itaq; circũuehẽtes per vrbem iam
in altum erigunt,omnibusq; conspiciendum parricidam exponunt,
ac mox in terram demittunt,mox coronam ferream candentem capi
ti scelerato imponentes.Nam aiebant eum a Saga vaticinium olim
audisse, priusq̃ e viuis discederet, futurum vt publice coronaretur, 50
atq; vbi id ab ea accepisset,semper ad ea quæ fata vt putabat portẽ-
debant præcipiti animo consilia omnia direxisse & effecisse.Itaq; qđ
ipse de se stulte conceperat,per ludibrium in supplicium grauissimũ
conuertere.Eaq; primo die tormenta adhibita sunt. At secundo cau-
dæ equi alligatus,ac socii essedę impositi per vrbem omnẽ,vt prius, 55
ptracti sunt.Tertio die mensæ imposito ac cultello ventre eius aper
to viuenti intestina extracta sunt, ac in ignem videnti coniecta: De-
niq; insecto vlterius manu cor palpitans extractum , ac igni quoq;
iniectum. Tum caput persectum ac corpus in quatuor laceratũ par
tes,& ad quatuor regni regiones missum. Nepos comitis Atholiæ, 60
quod instigatus ab illo fuisset , non tam sæuo affectus supplicio est.
Verum ad crucem fixus in quatuor partes discerptus est.Robertus
Grame, ꝙ præcipuus regis percussor extitisset, impositus vehiculo
est,ac manu quæ facinus perpetrauerat, patibulo sub quo stabat, in
curru fixo alligata a tortoribus stimulis ignitis omni corporis par- 65
te, qua vulnera minime repente interimentia accipiuntur , compun-
ctus,quoad circum vrbem ita vectus fuisset:ac tum in quatuor disse
ctus partes,vt alii.Reliqui quoq; qui conscii sceleris fuerant,turpissi
ma morte affecti sunt.Eo maxime modo de indignissima regis mor
te vltio sumpta est. Erat ea tempestate in Scotia Æneas Syluius le- 70
gatus Eugenii quarti summi Pontificis ad componendam inter An
glos ac Scotos pacẽ,vir eruditione ac prudentia insignis,qui & ipse
Pontifex Maximus ob virtutes suas postea creatus est.Cęterum quũ
maxime negocium suum apud regem ageret, interuenit hæc inuida
rebus humanis fortuna , quæ regem e medio tanto scelere sustulit. 75
Quamobrem vbi facinus patratum vidisset,infinita in omnes conui
cia iaciebat quod tantũ scelus fieri permitterent impune,quoad quo
modo diximus supplicium de coniuratis sumptum erat, tum recan-
tans quantum antea facinus execratus fuerat,tantũ pœnas sumptas
laudauit. Deniq; & id ob qđ eo venerat impetrauit . Habebat enim 80

FINIS

